3 1761 06835366 3

# VII GRAMMATICI

## QVI FERVNTVR

## IN VERGILII CARMINA COMMENTARII

RECENSVERVNT

GEORGIVS THILO ET HERMANNVS HAGEN

VOL. I

AENEIDOS LIBRORVM I—V COMMENTARII

RECENSVIT

GEORGIVS THILO

27869
16/6/93.

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLXXXI

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEVBNERI.

MEMORIAE

FRIDERICI RITSCHELII

SACRVM

# PRAEFATIO.

Librorum manu scriptorum, quibus Serviani qui feruntur in Vergilii carmina commentarii nono et decimo saeculo propagati sunt, duplex est genus. alterius generis libris, quorum magnus est numerus, ea continentur quae in hoc exemplari rectis litteris impressa sunt. his Servii grammatici nomen plerumque et inscriptum est et subscriptum. alterius generis codicibus, qui pauci sunt atque praeter unum omnes in media Franciae parte scripti vel certe inventi, primum usus est Petrus Daniel Aurelianensis, qui anno 1600 Parisiis Servium edidit. ex his Lemovicensis[1]) (a buc. IV 1 *operi ergo non maiora sed paulo maiora* ad georg. I 279 *per coeum autem et typhoeum et iapetum omnes gigantes intellegimus*), Fuldensis[2]) (ad Aen. I et II), Floriacensis[3]) (ad Aen. III—XII) praeter commentarium prioris ordinis libris servatum ea continent quae inclinatis litteris imprimenda curavi: quibus commentis neque Servii neque ullius antiqui interpretis nomen aut inscriptum aut subscriptum esse moneo. non videtur ante posse apte de Servii rebus et studiis Vergilianis horumque memoria disputari, quam investigatum sit utrius generis libri a genuina Serviani commentarii integritate propius abesse videantur.[4])

De ea quaestione mirum est quam variae sint doctissimorum hominum quamque discrepantes sententiae. atque Petrus Daniel ipse commentarium quem e suis libris auctum ediderat noluit totum Servio tribui, sed quoniam non nulla eorum quae vulgatis scholiis addita invenerat illis similia esse videbat quae Macrobius in Satur-

---

1) nunc in Leidensi bibliotheca Vossianus 80. 2) nunc Cassellanus. 3) nunc Bernensis 172 (Aen. III—V) et Parisinus 7929 (Aen. VI—XII). 4) Servii nomine quantum fieri poterat vitato prioris generis libros breviores vel vulgatos dixi, quae eis continentur breviorem vel vulgatum commentarium vel vulgata scholia. Cassellanum similesque libros pleniores vel Danielinos nominavi, commentarium eis servatum pleniorem sive ampliorem sive Danielinum. singula scholia quae in plenioribus codicibus extant, in vulgatis desiderantur, Cassellana (ad Aen. I et II) et Floriacensia (ad Aen. III—XII) vel Danielina, eum qui pleniorem commentarium composuit non nullis locis eius auctorem dixi.

nalibus Servium dicentem fecit, optima quaeque a grammatico illo propter exquisitae doctrinae copiam laudato scripta, reliqua ex antiquorum interpretum diversis commentariis selecta esse censuit. Josephus Scaliger, cui Daniel antequam plenior commentarius editus esset multa ex suis libris exscripta miserat, in notis ad Varronis d. r. r. libros (p. 273 ed. Steph. a. 1573) Servii, eruditissimi Vergilii interpretis, commentariorum tantum cadaver monachorum barbarie ac spurcitia contaminatum superesse dixit. Scaligeri sententiam amplexus est Otto Ribbeckius, quamquam subtilius et certius quam ille quid vellet significavit. nam (proleg. p. 104 sqq. et praef. p. XII sq.) et breviorem commentarium et ea quae in Danielis libris huic addita essent ex integro Servii commentario, quem iis quae hodie sub doctissimi illius grammatici nomine ferrentur pleniorem fuisse sibi persuasit, exscripta esse dixit idque Macrobio maxime comparato firmari voluit. longe aliter iudicaverunt Pancratius Masvicius et Odofredus Muellerus. ille enim 'de Petri Danielis' inquit 'supplementis, quae ex Fuldensi codice hausisse se vir doctus testatus est, quid sentiam dubius haereo; ut tamen animi sensa libere proloquar, licet profecto Servio haudquaquam sint indigna, ab ipso tamen Servio profecta nullus crediderim, sed ex Graecis Latinisque scholiis a viro quodam docto collecta et addita, atque ita vel per errorem deinde vel dedita quoque opera Servio adscripta, sicuti doctas eius modi fraudes factas quandoque notum est'. Muellerus autem ubi in praefatione libri de Etruscis scripti (p. 8) antiquorum Vergilii interpretum de vetustissimis Italorum rebus, de sacro Romanorum iure, de Etruscorum disciplina testimonia utilissima sibi fuisse professus est, eorum memoriam non a Servio, sed ab illo conservatam esse dixit qui ea collegisset quae in paucis libris (i. e. in Danielinis) vulgato commentario addita essent et ab editoribus uncinis includi solerent: quare non Servium, sed interpretes apud Servium se laudaturum esse ubi testimoniis illis usus esset. idem in Festi exemplari (praef. p. XIV) antiquos Vergilii interpretes qui cum Servio commixti essent commemoravit. cum his congruunt fere quae a me olim (mus. Rhen. XIV p. 535 sqq. XV p. 119 sqq. quaest. Serv. Hal. 1867) de hac quaestione proposita sunt neque tamen plena et iusta argumentatione comprobari potuerunt. quod tunc omissum est ut hoc loco exhibeatur operam dabo. sed antequam ad eam rem me convertam, illud commemorandum est, in eodem argumento nuper versatum esse Aemilium Thomas, qui anno 1879 Parisiis librum edidit cuius haec est inscriptio 'Essai sur Servius et son commentaire sur Virgile'. qui

cum ea quae de plenioris commentarii origine locis laudatis dixi maximam partem amplexus sit, fieri non potuit quin quaedam eorum occuparet quae in hac praefatione expositurus sum. sed ut mittam ad ea de quibus consentimus defendenda non eadem me qua illum via ingressum esse, habeo quae illius disputationi addam, sunt etiam de quibus inter nos non conveniat. duabus tamen rebus librum illum non exiguae mihi utilitati fuisse confiteor. primum enim Thomas in Parisinis bibliothecis, quas in hoc litterarum genere egregiis instrumentis abundare constat, libros aliquot, quos mihi Parisiis versanti propter temporis angustias nisi leviter non licuit inspicere, accuratius tractavit atque non pauca inde protulit quae me fugerunt. deinde quae ad utriusque commentarii rationes cognoscendas utilia videbantur diligenter collegit et apte disposuit, qua re cum mihi aliquam laboris partem minuit tum eorum studiis egregie consuluit qui veterum Vergilii interpretum reliquias tractandas a nobis suscipient.

Sed ut ad rem ipsam accedam et quaeram num illa quoque quae pleniorum librorum propria sint ex integro Servii commentario videantur deprompta esse, duplex est, ut generatim loquar, eorum ratio: aut enim ipsa vulgata scholia eis supplentur, aut nova proferuntur, quae etiamsi a vulgatis separata per se spectes suam tamen habent dignitatem sive res ad Vergilii verba explicanda utiles sive interpretationes praebentur, quarum in breviore commentario nulla mentio facta est. haec nova autem vulgatis aut inserta vel arctiore quodam vinculo cum eis coniuncta, aut simpliciter addita vel leviter adnexa sunt, aut denique ad Vergilii verba pertinent, de quibus in breviore commentario nihil dictum est.

De plenioris commentarii compositione.

Atque supplementa quidem vulgatorum scholiorum magnam partem admodum brevia sunt atque tam vilia, ut facile eis careamus, veluti illa quae p. 7, 21; 9, 14; 20, 22; 21, 2 et 9; 22, 23; 23, 1 ('de forma'); 29, 18 et 19; 114, 11 e Cassellano recepta sunt. haec et his similia utrum ab ipso brevioris commentarii scriptore profecta et vel breviatorum libidine sublata vel librariorum neglegentia omissa, an inferiore aetate ut facilius quid voluisset ille intellegeretur addita sint, vix potest diiudicari. etiam exempla quae vulgati commentarii praeceptis in plenioribus libris adposita esse videmus facile ut omitti ita addi poterant (cf. p. 10, 2; 24, 25; 27, 3; 37, 6), item adscribi ubi voce aliqua vel locutione alia ratione poeta usus esset atque eo loco de quo dicitur (cf. p. 25, 33 et 111, 15). sed inveniuntur sane quibus vulgata scholia tam apte expleantur quaeque tantae eruditionis sint, ut non possint ad inter-

polandi studium revocari cf. Aen. I 11 (p. 16, 4), 46 (p. 32, 8) 69 (p. 39, 24), 475 (p. 151, 13), 499 (p. 156, 20), 551 (p. 169, 26), 701 (p. 196, 21), II 255 (p. 262, 4). de his quid iudicandum sit ostendunt, ut opinor, vulgata et Cassellana scholia ad Aen. I 540 et 566, II 7, 247 inter se comparata, quibus adde quae ad Aen. III 171 et IV 58 in Floriacensi adscripta sunt. nam ut his locis apparet ex iis quae in plenioribus libris extent vulgata derivata esse, ita supplementa quae dixi videntur illa quidem post esse addita, sed ita ut quae breviator quidam abiecisset in suum locum restituerentur. qua re ne quis eorum sententiam confirmari sibi persuadeat qui pleniorem commentarium ad incorruptam Serviani operis integritatem propius accedere putant quam vulgatum, hoc moneo, cum certis argumentis evinci possit ei qui pleniorem commentarium composuerit praeter Serviana aliorum eorumque superiorum grammaticorum scholia ad manum fuisse, eadem probabilitate illis locis vulgata Servio, pleniora eis tribui quorum scholia ipse Servius exscripserit. cf. Serv. ad Aen. II 632 et Haterianus ap. Macrob. Sat. III 8, 1 sqq.

Venio ad alterum additamentorum genus quod multo latius patet, atque primum de iis pleniorum librorum scholiis dicam quibus additiones ita cum vulgatis copulatae sunt, ut integritatis quandam speciem adfectatam esse appareat, qua non decepti essent docti homines, nisi commentarii magis propter memorabilium rerum cognitionem singulis locis inspici quam continenti lectione tractari solerent. utile videtur non nulla huius modi scholia paulo accuratius examinare. Aen. I 52 (p. 34, 2) igitur vulgato scholio post *ventorum* haec inserta sunt *Hippotae sive Iovis sive Neptuni filium, qui . . . in qua maneret accepit.* mitto Hippotam Aeoli patrem ante nominatum esse, illud quaero, num ad ventorum regimen, quod Aeolo a Iove tributum esse poetae finxisse dicuntur, pertineant ea quae Cassellani propria sunt. accedit quod ea additione vulgati scholii contextus moleste interrumpitur et obscuratur id quod Servium voluisse apparet. — I 78 (p. 43, 19) vulgatum scholium in pleniore libro duobus additamentis auctum est; nam post *adrogans* haec inserta sunt *aut quia ipse rex sub alieno imperio est,* post *tenere* haec addita *quodcumque ergo . . . emittere.* illis et verborum structura turbatur, nam *dicendo autem 'quodcumque' aut verecunde ait, ne videatur adrogans, aut quia ipse rex sub alieno imperio est, aut latenter paene iocatur poeta* non sunt apte composita, et idem fere significatur quod his quae proxime antecedunt *aut verecunde ait ne videatur adrogans.* ea autem quae addita sunt nemo non videt

nullo modo ad alteram vulgati scholii partem *(aut latenter . . . tenere)* referri posse, ut *ergo* illud quid sibi velit non intellegatur. contra omnia bene se habent ubi cum ipso priore additamento a vulgatis separato alterum coniunxeris. — I 127 mirati sunt veteres interpretes quare poeta Neptunum quamvis 'graviter commotum', 'placidum caput' summa unda extulisse dixerit. atque vulgati scholii scriptor deum ventis suscensuisse, Troianis propitium fuisse opinatus est. prudentius multo alter scholiastes epitheta alia naturalia alia ad tempus esse monuit: ut 'placidum' naturale Neptuni esset, ita ad tempus esse 'graviter commotus'. in Cassellano hae duae interpretationes quamvis inter se diversae sint, 'enim' interposito ita coniunctae sunt, quasi prior altera confirmaretur. — I 281 si Cassellano credimus vulgata quae sunt *quia . . . Romanis* non ad Vergilii verba, sed ad ea pertinent quae alius scholiastes e Sallustio exscripsit, ut *in melius* latinam elocutionem esse ostenderet. — I 545 duo scholia quae inter se verbis differunt re consentiunt, ut alterutro facile careamus, in pleniore libro ita coniuncta sunt, ut utrumque corruptum sit. — I 562 *nam et in Aeoli oratione statim promittit* quin post *promittit* (p. 171, 11) inepte inserta sint non est dubium, sed haud scio an melius fuerit illa verba tamquam subditicia secludere, quam post *auditor* (lin. 15) collocare. facile enim ex eis quae ad v. 257 (p. 96, 5) adscripta sunt huc transferri poterant. — II 46 Servius id unum egit ut verba a poeta aptissime delecta esse ostenderet, alter scholiastes Laocoontem ideo cum contemptu de equo dixisse monuit, ut a funesta superstitione suos averteret. non debuerunt igitur haec duo scholia in unum confundi. adde quod in pleniore libro Vergilii verba 'ducendum ad sedes simulacrum' ita videntur adposita esse, quasi alio loco eis ipse Laocoon ad infirmandam fictam suorum religionem usus sit. — II 344 vulgatis quae sunt *gener dicitur et qui est et qui esse vult, ut hic indicat locus* in Cassellano haec addita sunt *vel certe secundum spem illius; neque enim iam erat gener.* num quis in ipsius Servii commentario has tam similes inter se interpretationes iuxta se positas fuisse credet, atque *vel certe* illud ab ipso grammatico profectum esse? quasi is qui generum se fore speret minus recte gener dicatur quam qui esse velit. — III 85 aegre fertur quod verba quae sunt *in quo eius et nemus est et templum* ab iis cum quibus arctissime cohaerent *id est agro vicino pleno thymbra* Floriacensi additamento seiuncta sunt: quod ipsum a vulgatis separatum sic edi poterat *THYMBRAEE bene Deli positus Thymbraeum appellat quem in Troia adsueverat colere.* — in Floriacensi ad Aen. IV 65 scholio tria

sunt quae offendant. primum enim verba quae sunt *sed vim amantis exprimit et inde vituperat sacerdotes* ab his separata quae in brevioribus libris insequuntur *qui admonuerunt non credituram* carent intellectu. deinde obscurum est quo haec referenda sint *quia illa alias causas litationis praetendebat et ideo vota non perficiebat;* nam potest dubitari utrum ignarae dicantur sacerdotum mentes, quia Didonem admonuerint quae alias causas litationis praetenderit: id quod voluisse videtur scholiastes: an Dido dicatur ideo monitis vatum credere non potuisse, quia veram sacrificii causam dissimulaverit. denique illud molestum est quod ea quibus ostenditur non propter ignorationem futurorum sacerdotes reprehendi *nam omnia ...priorum* ab iis verbis quibus haec ipsa vituperatio expressa est, tam longe remota sunt. separavi igitur a vulgatis ea quae Floriacensis propria sunt. illorum autem haec ni fallor sententia est: non propter artis inscitiam vituperari sacerdotes, sed quod quanta amoris vi Dido correpta esset non viderint, ut admonerent non credituram. alter scholiastes sacerdotes amorem reginae omnino nescivisse dicit, quod illa cur deos adiret occultaverit. — ad Aen. VIII 173 vulgatum scholium Floriacensis additamentis corruptum esse apparet: quae eximenda sunt et inter se ipsa coniungenda, ut hoc scholium existat ANNVA] *id est sollemnia. sollemne autem hoc (sacrum) esse ipse ait 'forte die sollemnem illo rex Arcas honorem'.* — alia huius generis scholia commemorasse sufficit, veluti ad Aen. I 135, 137, 178, 188, 335, 380, 518, 542. II 69, 99, 104, 123, 166, 768. III 170, 351. VIII 51, 294, 322, 395: quibus exemplis illud quoque ostenditur, inserendis pleniorum librorum additamentis saepissime factum esse, ut brevior commentarius temere inmutaretur.

Aliis locis ea quae Daniel primus edidit coniunctionibus, rationalibus praesertim et causalibus, inepte cum vulgatis conexa esse videmus. atque frequentissimus est 'ergo' coniunctionis usus; quae ut aliquot locis p. 7, 11; 24, 2; 59, 24; 73, 7 suam vim habet, ita aliis sine ratione posita est, ut quae in Danielinis libris inter se coniuncta sunt non possint sic in antiquo aliquo commentario coniuncta fuisse. ad Aen. I 20 in brevioribus libris haec adscripta sunt AVDIERAT *a Iove aut a Fatis ... et perite 'audierat': in Ennio enim inducitur Iuppiter promittens Romanis excidium Carthaginis.* his plane contraria sunt quae in Cassellano sequuntur *bene 'audierat' quasi de incertis rebus, ut et timeret et speraret omnia pro sua voluntate posse mutari;* nam quod a Iove vel a Fatis constitutum erat id certum videbatur et inmutabile antiquis hominibus. tamen is qui

pleniorem commentarium composuit eam inter duas illas interpretationes intercedere rationem opinatus est, ut alterius veritas priore confirmaretur; scripsit enim *ergo bene audierat* e. q. s. — ad Aen. IV 132 vulgato scholio quod hoc est ET ODORA CANVM VIS *plus est quam si diceret 'multitudo'* in Floriacensi haec addita sunt *ergo vim aut ad multitudinem aut ad naturam retulit*, i. e. aut multitudo aut sagacitas canum significatur. apparet igitur quam ineptus sit hoc loco 'ergo' coniunctionis usus. cf. Aen. I 266, 295, 502, 520 (p. 160, 24), 570, 616. II 13, 291, 311, 610, 789. III 7, 374. VIII 116, 187, 268, 298, 354.

Causalibus autem coniunctionibus, veluti 'nam' 'enim' 'quod' 'quia', et explicandi formulis, quales sunt 'hoc est' vel 'id est', quod haud paucis plenioris commentarii locis cum vulgatis nova copulata sunt, quamquam his illa neque comprobantur neque explicantur, id haud scio an magis ad neglegentiam quandam eius qui Danielinum commentarium congessit revocandum sit, quam ad iudicii imbecillitatem: nam quae ad vulgati scholii sententiam non possunt adcommodari ea ad ipsa poetae verba, de quibus interpretandis agitur, recte referuntur. videntur igitur aliorum interpretum scholia quae vulgatis in plenioribus libris addita sunt partim ex commentariis, partim ex Vergiliano aliquo exemplari petita esse, cuius in marginibus ita scripta erant, ut notulis quibusdam significatum esset ad quae poetae verba pertinerent. plenioris autem commentarii auctor cum vulgati scholii lemma aut cum alieno lemmate consentire aut eis verbis contineri videbat ad quae alienum scholium in Vergiliano illo libro adscriptum erat, vulgatis nova simpliciter adiecit neque curavit coniunctiones, quae ad Vergilii verba adaptatae essent, num eaedem ad vulgatorum sententiam convenirent. ut exemplis rem inlustrem, ad Aen. I 123 Servius adnotavit imbrem dici umorem omnem eamque consuetudinem Lucretii versu quodam commemorato probavit. verbis quae sunt *imber dicitur omnis umor* in Cassellano et Parisino satis inepte haec adiuncta sunt *veteres enim omnem aquam imbrem dicebant.* Lucretiano autem exemplo in libris illis additum est Ennianum, quod, cum pro a q u a marina Ennium 'imber' dixisse ostendatur et inter veteres Ennius numeretur, olim videtur cum verbis quae sunt *veteres . . . dicebant* coniunctum fuisse. itaque quae imprudenter disiecta erant in unum scholium restitui, ut 'enim' non ad Servii, sed ad ipsius poetae verba referretur. similiter de scholiis ad Aen. I 134 adscriptis, ubi 'enim' ad vulgata nullo modo adcommodari potest, et de his iudicandum videtur quae exempli causa commemoro: Aen. I 37, 130, 259, 293, 297, 423, 481, 704. II 16,

126, 136, 188, 229, 255, 606. III 120, 200, 351, 443, 637. VIII 95.

Ea quae in plenioribus libris sine ratione aut inmixta vulgatis scholiis aut cum eis conexa esse videbantur, vel iterato Serviano lemmate vel aptiore praefixo seorsum collocanda putavi. qua re etsi non tam librariorum quam eius errores sublati sunt qui pleniorem commentarium composuit, tamen non vereor ne ultra fines editoris muneri constitutos progressus esse videar: quos non puto tam angustos esse, ut in opere e multorum commentis, quae suam quodque dignitatem habent, infima aetate composito non liceat singulas partes cum inter se conexae damnum fecerint, quasi in integrum restituere. accedit quod in Turonensi codice ea quae in Floriacensi vulgatis adiuncta sunt plerumque seorsum scripta esse videmus: de qua re infra accuratius dicetur. denique vulgata scholia ut Danielinis adaptarentur haud paucis locis admodum violenter mutata sunt. cf. Aen. I 145sqq., 248 (p. 93, 2), 250, 261 (p. 97, 12. cf. adnot. crit.), 330, 363 (cf. adnot. crit.), 420, 437. in huius modi quoque scholiis constituendis malui plenioris commentarii contextum solvere quam contra artis leges breviorum librorum auctoritatem spernere. ne ea quidem quae ab aliis interpretibus petita sunt sic semper exhibita esse, ut sententiae eorum fideliter expressae sint, Turonensis codex testis est, in quo, ut hoc exemplo utar, ad 'semiviro comitatu' (Aen. IV 215) haec apte adscripta sunt *id est molli et effeminato:* quae in Floriacensi cum Servius similem versum ex nono libro laudasset, qui est *o vere Phrygiae! neque enim Phryges,* ad hunc adcommodata sunt, ut adponeretur *id est effeminati.* ceterum in tertii quarti quinti libri commentariis parcius adhibui transponendi artificium, non quo ei diffidere coepissem, sed quod a tertio libro incipit Turonensis codicis usus, ex quo quae fuerit olim additiciorum scholiorum forma facile cognosci potest.

Restat ut de tribus pleniorum librorum additionibus paulo accuratius dicam, quae num recte a me seorsum positae essent suo iure dubitavit Fridericus Schoellius, qui aliis quoque locis iustis de causis a transponendi studio me revocavit.

Aen. I 63 (p. 37, 12 sqq.) igitur verba quae sunt *alioquin Iunoni obsequi non posset* ab illis quibus in Cassellano adiecta sunt *tunc hoc faceret,* quae ipsa corrupta esse indico, segregavi. ideo autem ea ad v. 63 adscripta esse opinor, ut intellegeretur quo consilio Vergilius iussum Aeolum ventos modo emittere modo retinere dixisset: videlicet ut iubenti ille Iunoni obsecutus tempestatem excitare posset. eorum quae sequuntur mihi quidem haec videtur esse

sententia: alios *iussus* illud ita interpretari, quasi ventorum moderatio non tam a dei alicuius libidine quam ab anni temporum commutationibus pendeat. contra Schoellio qui hoc scholium eodem pertinere censet quo illud quod ad v. 77 uno Cassellano servatum est spectet, ut explicetur cur Aeolus qui a Iove ventorum rector factus sit, idem Iunoni obsequatur, non transpositione sed emendatione verborum opus esse videtur. haec igitur scholiasten scripsisse sagacissime coniecit *alii iussus ita intellegunt: a Iove eum iuberetur tunc hoc faceret; alii, quia Iunoni obsequi non posset, ita: administraret, ut etiam iussus erat, secundum desiderium temporum,* hoc est: alii dicunt Aeolum a Iove iussum ventos moderari, alii, ut intellegatur qua re Iunoni roganti ille obsecutus sit, monent, cum Aeolus item iussus sit secundum temporum desiderium ventos regere, fieri potuisse ut eo nomine Iunonis imperata faceret.

De scholiis autem ad *mihi iussa capessere fas est* (v. 77) adscriptis equidem sic putavi iudicandum esse: vulgati scriptorem 'fas est' illud per contrarium intellegi voluisse, ut idem significaret quod 'nefas est non' et plus esset quam 'licet'; alterius autem scholii quod transpositis et mutatis verbis *nam cum dicit . . . implere praecepta* recuperasse videbar, hanc esse sententiam: Aeolum cum responderet fas sibi esse iussa capessere, non id dixisse quod sentiret; nam quamquam promitteret Iunoni se obsecuturum esse, tamen non videri eum ignorare quam iniquum esset quod illa peteret. in hanc sententiam ut Cassellani memoriam detorquerem et Tiberii Donati auctoritate et ea re adductus sum quod verba poetae 'tuus o regina quid optes explorare labor' a Cassellano scholiasta ita accepta esse vidi, ut Aeolus Iunonis esse dixerit statuere, num aequum esset quod peteret. Schoellius qui 'iussa' 'Iovis iussa' a scholiasta intellecta esse vidit in Cassellani et Parisini testimoniis nihil fere mutans sic locum constituit: *figura est litotes, quae fit quotienscumque minus dicimus et plus significamus per contrarium intellegentes, ut hoc loco. nam cum dicat non se posse implere quae Iuno praecipiat, nefas tamen putat non implere praecepta. e contrario autem 'nefas mihi non facere iussa'. hoc secundum ea quae aliter dicuntur aliter audiuntur dictum est,* ut per antiphrasin figuram dicta sint 'mihi iussa capessere fas est', cuius figurae rationem his verbis explicavit [Iulius Rufinianus] (p. 62 H.) 'antiphrasis est figura sententiae cum quaedam negamus nos dicere et tamen dicimus'. quod vir doctissimus proposuit etsi non possum totum probare — nam vulgatum scholium quamvis ineptum sit decurtari nolim neque in poetae verbis e Cassellani scholiastae mente explicatis litotetos

usum agnosco — illud tamen rectissime eum vidisse concedo, cum de Iovis iussis hoc loco cogitaverit scholiastes, male a me temptata esse illa *nam cum dicit . . . implere praecepta*: quamquam eo haec transferenda esse quo a me translata sint etiam nunc teneo. verba autem quae sunt *e contrario autem nefas mihi facere non iussa* ab eo qui pleniorem commentarium composuit addita esse puto ut novum scholium ad vulgatum adcommodaretur, cuius ipsius extrema verba ille omisisse videtur, quia cum iis quae ante inseruerat nullo modo poterant coniungi.

In scholiis ad Aen. IV 520 adscriptis Schoellius ut *nam et* illa seclusa et *amatoribus . . . significari putant* verba seorsum collocata non improbavit, ita propter Pausaniae (I 30) Aeliani (ap. Suidam s. v. *Μέλητος*) Hermiae (ad Plat. Phaedr. p. 78 Ast) testimonia prudenter suasit ne verba *hic etiam Athenis coli dicitur* mutarentur aut de eo loco quem in Floriacensi haberent moverentur. paenitet me quod in hac re Turonensem codicem sequi malui, ac ne illud quidem puto defendi posse quod verba quae sunt *amatoribus praeesse dicuntur Ἔρως Ἀντέρως Λυσέρως* a Servianis separavi. etenim nisi fallor, interpres aliquis qui ante Servium Vergilii carmina commentatus erat, ad v. 520 haec fere adscripserat: tres esse deos qui amatorum res curare crederentur, Erotem Anterotem Lyserotem; ex his de Erote hoc loco non esse cogitandum, sed dubitari posse utrum Lyserotem an Anterotem Dido invocasse putanda esset[1]); illum enim amores resolvere, alteri iniquos amores ita curae esse ut non amantem amore implicaret: eam de Anterotis potestate opinionem Atheniensium religione confirmari.[2]) ex hoc scholio Servius sua deprompsit quae sunt *sensus autem hic est . . . ut implicet non amantem:* quamquam antiquioris interpretis doctrinam corrupisse videtur cum aut memoriae lapsu aut alia de causa Anterotis potestati adiecit quod Lyserotis proprium esse putabatur.[3]) idem autem

1) cf. Aen. IV 478 'inveni germana viam . . . quae mihi reddat eum vel eo me solvat amantem'. 2) fortasse Meletis sive Meleti et Timagorae fata, quibus Aelianus et Pausanias l. l. Athenienses motos esse narrant ut Anteroti aram consecrarent, aliquo modo commemorata erant. 3) non puto dubitari posse quin Servius eum errorem admiserit: nam is quem secutus est si ipse quoque Anteroti amores solvendi potestatem tribuisset, non nominasset Lyserotem. fuit cum conicerem haec a Servio edita esse: *sensus autem hic est: aut Λυσέρωτα invocat, contrarium Cupidini, qui amores resolvit, aut certe Ἀντέρωτα cui curae est* e. q. s. sed ut mittam *contrarium Cupidini* illa ad Anterotis nomen aperte pertinere, librorum testimonia non ea sunt ut olim *Λυσέρωτα* extitisse videatur. quamquam commendatur coniectura illa consuetudine quadam Servii, qui non solebat *aut certe* ponere, nisi *aut* praemiserat: cuius rei infra exempla proferam.

scholium plenioris commentarii auctori praesto fuit.[1]) qui quod supplere constituit quae a Servio omissa esse videbat, rem satis impeditam suscepit, ut facile ei condonemus et *nam* coniunctionem sine ratione positam et illa quae sunt *hic etiam Athenis coli dicitur*, pro quibus tale quid dicere debuit 'idem Athenis coli dicitur.' sed vituperandus est grammaticus ille quod alius interpretis sententiam qui de Nemesi Vergilium hoc loco cogitasse dixit, tam inepte inseruit, ut discerperentur quae olim eodem scholio comprehensa essent: qua inprudentia et Turonensis interpres videtur deceptus esse et ego deceptus sum, cum praesertim Nemeseos religionem multo maiorem fuisse constet apud Athenienses quam Anterotis, et *etiam* illud ad *Athenis* videatur referendum esse, ut scholiastes Atheniensium religionem cum aliena comparasse dicatur: Nemeseos autem Romae in ipso Capitolio simulacrum fuisse Plinius docet hist. nat. XI § 251 et XXVIII § 22. ex his quae dixi nihil transponendum fuisse apparet nisi haec *non nulli Nemesin significari putant.*

Ab his pleniorum librorum additionibus ea supra dixi discernenda esse quae vulgatis scholiis addita vel leviter adnexa essent. quod additamentorum genus multo frequentius esse non est quod miremur, nam facilius ea quibus brevior commentarius videbatur augeri posse huic addebantur, quam inserebantur. sunt autem novae interpretationes vulgatis aut copulativis vel disiunctivis coniunctionibus *(et, etiam, autem, sane, sed, an, tamen, quamvis, vel, aut, vel certe, aut certe)* adnexae, aut ita ut *quibusdam* vel *aliis* vel *multis* vel *non nullis* tribuerentur. exempla cum quaevis fere huius exemplaris pagina satis multa exhibeat proferre non opus est. huius modi autem additionibus Aemilius Thomas (p. 49 sqq.) effectum esse dixit, ut amplior commentarius eorum similis fieret, qui 'variorum' vocari solerent: diversas enim eiusdem loci interpretationes collectas neque quidquam iudicii de earum sive praestantia sive vilitate interpositum esse. longe aliam esse vulgati commentarii rationem: quem qui scripserit videri illum quidem superiorum grammaticorum commentariis usum esse, sed ita ut eorum sententias aut probaret et suas faceret aut aperte tamquam falsas reiceret: paucis admodum locis eum dubitasse e pluribus quas commemorasset interpretationi-

1) hoc ex illa quoque re cognoscitur quod pro his quae sunt *sensus autem hic est aut Ἀντέρωτα invocat* in Floriacensi extant *nonnulli Ἀντέρωτα invocat* e. q. s. videntur enim in plenioribus libris Servii quaedam scholia 'aliis' vel 'non nullis' vel 'quibusdam' tributa esse quod is qui Danielinum commentarium composuit eadem apud alios interpretes invenerat: de qua re infra dicetur.

bus quaenam praeferenda esset. quod ut recte a viro docto observatum esse agnosco, ita quaedam addenda esse puto, quibus et res ipsa magis firmetur et illud comprobetur, etiamsi Servianus commentarius qui hodie in vulgatis libris extet olim plenior fuerit, tamen additamenta illa non esse ex eo petita.

Atque ille qui pleniorem commentarium composuit ipse ni fallor curavit, ne quod e diversis commentariis conlatum esset pro unius hominis opere haberetur. nam cum in vulgato commentario ita legentes ad superiores expositiones revocentur, ut is qui eum scripsit ante vel supra de aliqua re se dixisse moneat, in additiciis scholiis dictum esse de aliqua re commemoratur. cf. III 70, 89, 103, 125 et 68, 407, 420, 545, 550. quid? quod in breviore primi et secundi libri commentario pro illis revocandi formulis quae sunt 'ut supra diximus' vel 'ut diximus' in Cassellano constanter haec scripta esse videmus 'ut supra dictum est': nisi quod paucis locis revocatio omnino suppressa est. cf. Aen I 157, 181, 231, 382, 444, 665, 683. II 20, 61, 69, 134, 142, 158, 296, 431, 471, 557, 562.[1]) hoc non potest casu factum esse; neque vereor ne cuiquam veri simile videatur quod contra naturam est, Servium ipsum inpersonaliter, breviatorem aliquem personaliter dixisse. — ne illud quidem hoc loco omittendum est, ad Aen. V 498 memorabilem quandam inter breviores libros et Floriacensem inveniri discrepantiam: in illis enim haec scripta sunt *de quo verbo plenius dicturi sumus illo versu* (XI 268) '*devicta Asia subsedit adulter*', Floriacensis *dicitur* pro *dicturi sumus* exhibet. quam scripturae differentiam non a librarii alicuius neglegentia vel libidine, sed inde repetendam esse duco, quod plenioris commentarii auctor breviore ut dudum absoluto utebatur.

Deinde illis pleniorum librorum scholiis quae 'quibusdam' vel 'aliis' tributa sunt accuratius examinatis et cum vulgato commentario comparatis quaedam observasse videor, quibus eorum quae Thomas de amplioris commentarii ratione dixit fides augeatur. qua in re inde placet ordiri quod aliquot locis, quibus Servius eorum quorum sententias protulit nomina posuit, in plenioribus libris

1) cum Scioppius eius modi discrepantias non curaverit, in iis partibus quae hodie in Cassellano desiderantur ubi vulgati libri 'ut supra diximus' exhibent nihil adnotari potuit. — I 157 et 231 Monacensis, qui omnino paulo propius quam ceteri breviores libri ad pleniorum memoriam accedit, cum Cassellano consentit. — ceterum scholia ad I 382 et II 69 inprimis apta sunt, quibus ostendatur quam anxie in Cassellano personalis locutio mutata sit. ibi enim Servius ad ea quae eodem scholio paucis versibus ante dixerat legentes remisit.

eadem ad alios vel quosdam revocata sunt, veluti Aen. III 242 *nam quod Donatus dicit* Servius, *nam quod alii dicunt* Floriacensis; IV 548 *Vrbanus hoc dividit, licet alii iungant, et vult hunc esse sensum* Servius, *alii hoc dividunt, licet alii iungant, et volunt hunc esse sensum Vrbanus hoc dividit* Floriacensis; IV 624 *Vrbanus dicit* Servius, *alii dicunt* Floriacensis; VI 177 *Probus tamen et Donatus de hoc loco requirendum adhuc esse dixerunt* Servius, *Probus tamen et ceteri commentatores* e. q. s. Floriacensis; VII 556 *Vrbanus tamen. .. vult intellegi* Servius, *quidam tamen . . . volunt intellegi* Floriacensis; VIII 333 *ut dicit Donatus* Servius, *ut dicunt quidam* Floriacensis; IX 390 *Vrbanus hucusque verba Nisi vult esse* Servius, *quidam h. v. N. volunt esse* Floriacensis; IX 546 *secundum Donatum* Servius, *secundum quosdam* Floriacensis; scholium ad Aen. II 798 Daniel ita edidit ut e Parisino 1750, ut videtur, Servianis quae sunt EXILIO *ad exilium* adderet *alii*: quod cur additum sit cum non intellegatur, veri non est dissimile in eo libro quo Parisini illius commentarioli auctor usus sit ea quae sequuntur *Donatus contra metrum sensit dicens 'ex Ilio' quasi de Ilio: nam longa est* ita mutata fuisse, ut *alii . . . senserunt dicentes* e. q. s. posita essent. non nescio equidem, cum ab inferioris praesertim aetatis scriptoribus, veluti a Servio ipso, auctores saepe generatim significati magis quam nominati sint,[1]) ea re posse factum esse, ut is qui pleniorem commentarium composuit Servii testimonia mutaret, habeo tamen cur dubitem an causae huius mutationis altius repetendae sint. mirum enim est profecto quod Vrbani tantum et Aelii Donati, nusquam aut Aspri aut Probi aut alius commentatoris, quem quidem Servius laudavit, nomina submota sunt, qua cum re consentit quod Asper Probus alii saepius, Vrbanus et Donatus numquam in additiciis scholiis nominantur, quamquam haud pauca eorum ad Donatum probabiliter referuntur. videtur hinc colligi posse, exemplar illud Vergilianum, ex quo partem additamentorum derivatam esse conicio, antiquiora maxime scholia habuisse atque non nullis eorum, id quod in Veronensi factum esse videmus, scriptorum, veluti Aspri Probi Cornuti, nomina addita fuisse. quae nomina cum plenioris commentarii auctor cum ipsis scholiis recepisset, non videbat cur eadem a Servio commemorata tolleret. commentarii autem quos exscripsit Donati et

---

1) veluti ad Aen. I 179 in Turonensi codice hoc scholium adscriptum est 'Donatus dicit histeroproteron esse id est ordinem permutatum. primum enim frangitur frumentum mola deinde torretur i. e. quoquitur. sed seruius dicit non esse' e. q. s. ex his intellegitur ad quem pertineant Servii verba quae sunt 'multi hysteroproteron putant, non respicientes superiora' e. q. s.

Vrbani fuerunt[2]): quos commentatores cum nescio qua de causa non nominare constituisset, eorum nomina ne apud Servium quidem extare voluit. eosdem huic grammatico commentarios praesto fuisse quibus Servius usus sit hac quoque re ostenditur, quod in Cassellano aliquot Servii scholia 'quibusdam' adscripta sunt. (cf. Aen. I 273, 706; II 7, 15, 51 cum adnotatione critica.) scilicet eadem quae Servius exposuerat plenioris commentarii auctor ab aliis quorum scholiis utebatur adnotata videbat. accedit quod haud paucis locis quae in breviore commentario dicta sunt in plenioribus libris iterantur idque ita non nusquam ut aliis tributa sint. cf. Aen. I 448 (p. 146, 12 et 15), 462 (p. 149, 12 sq.). II 99 (p. 234, 5 et 8), 126 (p. 239, 16 sq.), 348 (p. 277, 3 sq.), 644 (p. 314, 7 et 12). III 466 (p. 423, 6 sqq.). VIII 220 vulgato scholio quod hoc est *'gravatum' pro 'grave' posuit: nam 'grave' est per naturam ponderosum, 'gravatum' quod oneratur extrinsecus* in Floriacensi haec addita sunt *sed quidam melius 'gravatum' quam 'grave' dictum volunt, quasi extrinsecus nodi sint additi.* VIII 393 in brevioribus libris haec leguntur *intellexit se dolis et pulchritudine percertisse mentem mariti.* pro *dolis et pulchritudine* in Floriacensi scriptum est *sola pulchritudine*, nimirum ne eadem viderentur quae addita sunt *alii duabus rebus Venerem volunt maritum adgressam, dolis et pulchritudine* e. q. s. VIII 406 vulgati libri haec exhibent CONIVGIS INFVSVS GREMIO *hoc est ante concubuit et sic quievit* e. q. s. in Floriacensi adduntur *alii 'infusus' legunt ut significetur coisse illos et sic sopitos* e. q. s. denique huc pertinet quod Servii scholiis saepe interpretationes prorsus eodem redeuntes adnexae sunt. cf. I 335 (p. 119, 11 et 15); 539 et 541; 689 et 695. II 419, 504, 789; III 9, 34, 36, 39, quibus exemplis similia multa possunt proferri.

Alio argumento quo Servii commentario aliena scholia inmixta

2) Donatum et Vrbanum inter Vergilii commentatores magnae auctoritatis fuisse inde intellegitur quod a Servio saepius quam ceteri commemorantur. Donati commentarium priore medii quod vocatur aevi parte extitisse non solum Turonensi scholio quod supra exscripsi, sed aliis testimoniis, quae suis locis proferam, ostenditur. — Vrbanum Ribbeckius (prol. p. 167) Velio Longo, qui ipse a Gellio (XVIII 9, 4) commemoratur, antiquiorem fuisse coniecit, quia illius ad Aen. V 517 adnotatio, quam Servius laudavit, Longi scholio, quod in Veronensi codice ad v. 488 extat, suppleretur. verum quidem est poetam a Cornuti vituperatione (cf. schol. Veron.) multo prudentius a Longo quam ab Vrbano defensum esse, neque tamen inde sequitur hunc ante illum scripsisse. immo cum ea quae Servius ex Vrbani commentario excerpsit ab antiquiorum interpretum doctrina et iudicio pleraque aliena sint, rectius eum inferiore aetate, id est quarto fere saeculo, Vergilii carmina commentatum esse statuere videor.

esse ostenderetur primus quod sciam usus est Albertus Lion: qui etsi a Burmanno accepit Servium Aeneida prius quam bucolica et georgica commentatum esse (cf. georg. I 488; II 170, 481; III 389; IV 126. buc. VII 26; georg. IV 101 *sicut in bucolicis diximus*), illud tamen ipse observavit, his plenioris commentarii locis legentes ad ea relegari quae ad bucolica et georgica adnotata essent: Aen. I 744, II 172, III 420, IV 462, VIII 368 et 677, IX 215, XI 68.[1]) qua re ipsa nihil quidem probatur nisi ea Aeneidos scholia quibus bucolicorum et georgicorum commenta laudantur ab interprete aliquo scripta esse qui eodem ordine Vergilii carmina enarraverit quo scripta sunt,[2]) sed non deest quo plenioris commentarii auctorem ipsum quoque a Serviani operis dispositione recessisse demonstretur. nam vita poetae quam Servium ipsius testimoniis constat Aeneidos commentario praemisisse in Cassellano omissa est: quam bucolicorum commentario, cuius prima pars cum primis Lemovicensis foliis interiit, praefixam esse conicio: quod consulto factum esse inde intellegitur quod Aen. I 1 (p. 5, 14) pro vulgata scriptura *sicut in praemissa eius vita monstratum est* haec in illo libro posita sunt *sicut in praemissa narratione monstratum est.*

Duo scholia si diversam eius Vergiliani loci ad quem adscripta sint memoriam sequantur non posse eiusdem esse interpretis non est quod moneam. sic Aen. I 104 Danielinus scholiastes 'tum proram avertit' praefert, Servius 'tum prora avertit' interpretatur; II 30 'acies' placuit Servio, 'acie' alteri scholiastae. II 408 'periturus' Servius, 'moriturus' Cassellanus Vergilii manum agnoscit. II 686 'sacros' interpretatur Servius, 'sanctos' is cuius scholium uno Cassellano servatum est. III 670 DEXTRAM ADFECTARE Serviani libri, DEXTRA A. Floriacensis et Cassellanus in lemmate exhibent.

Coniunctionibus quibus scholia Danielinorum librorum propria vulgatis adnexa esse videmus, iisdem Servius usus est vel ad memorabiles res addendas vel ad diversas sententias proferendas vel ad continuandam expositionem sive argumentationem: ut Servium ipsum is qui pleniorem commentarium composuit videatur imitatus esse. quamquam non eadem ubique prudentia in ea imitatione versatus est. nam ut in non nullis illarum coniunctionum adhibendis

1) VIII 677 ad georg. III 221, IX 215 ad georg. IV 545 remittimur. cum plenior georgicorum commentarius inde a I, 279 perierit, non mirum est quod in nostris exemplaribus de iis rebus quas ad illos Aeneidos locos scholiastes exposuit nihil extat. sed conferatur Philargyrii ad georg. III 221 scholium.
2) eo ordine Donatum usum esse inde apparet quod vitam poetae ab eo conscriptam bucolicorum praefatio sequitur.

modum non tenuit, ita Servii consuetudinem non satis accurate observavit. quod ut exemplis confirmem, Servius *sane* coniunctione interdum usus est, atque ita ut res adiungerentur quae non neglegendae videbantur, veluti p. 7, 23; 14, 8; 40, 10 et 19; 48, 19. nimirum distingui voluit orationem neque 'et' 'autem' 'tamen' nimium iterari. nam verbi gratia inter 'sciendum sane' et 'et sciendum' vel 'sciendum autem' vel 'sciendum tamen' quid interest? contra plenioris commentarii auctor dici vix potest quantum quamque moleste *sane* illud ad novas interpretationes Servianis adiungendas frequentaverit: quae vituperatio vereor ut multum minuatur si quis aliquot locis coniunctionem illam ad Vergilii verba de quibus explicandis agitur referendam esse dixerit, ut suam vim habeat, id est ut bene se habere quae poeta scripserit confirmetur. ceterum paucis locis *sane* delevi, veluti Aen. V 144, ubi haec est Floriacensis memoria *BIIVGO pro 'bigarum' nove dixit. sane et hoc celeritatis est: plures enim se impediunt*, e quibus haec tantum *et hoc... impediunt* vulgati libri habent. nam de intellegendis poetae verbis adeo non consentiunt duo illi grammatici quorum scholia conglutinata sunt, ut *sane* illud prorsus ineptum sit: alter enim 'biiugum certamen' recte docet esse 'bigarum certamen', alter absurde 'binorum curruum certamen'. praeterea monendum esse video Servium ubi de Vergilii verbis interpretandis aut de alia re dubitaret et ipsum quidem 'vel certe' vel 'aut certe' posuisse, sed paucissimis locis exceptis (p. 125, 14; 127, 11) ita, ut 'aut' vel 'vel' praecederet (p. 96, 9 et 14; 105, 23; 122, 10; 123, 18; 131, 19; 176, 4). is qui pleniorem commentarium composuit eam rem non curavit, sed 'aut certe' et 'vel certe' saepissime addendis praefixit, etiamsi neque 'aut' neque 'vel' in vulgato scholio invenerat.

Danielinorum scholiorum non nulla ad interpretes Servio antiquiores revocantur.

Ea pleniorum librorum scholia quae ad Vergilii verba, de quibus in brevioribus libris nihil adnotatum est, pertinent num olim Serviani commentarii fuerint non videtur aliter diiudicari posse, nisi ita ut primum quaeratur num reperiantur inter ea quae idoneis de causis ad alios interpretes revocari possint, deinde brevioris commentarii rationes exponantur et cum additiciorum scholiorum rationibus comparentur. nam eis quae adhuc de Danielinis additamentis dicta sunt eorum codicum testimoniis, quibus brevior tantum commentarius Servio tribuitur, tantum fidei paratum esse spero, ut non iam verendum sit, ne temere agere videar si scholium aliquod utrum Servii an alius interpretis sit causis e Serviani commentarii ratione petitis explorare velim. ceterum hanc quaestionem ad reliqua quoque additamentorum genera pertinere apparet.

Constat in Vergilianis scholiis nullius fere scriptoris exempla frequentiora esse quam Sallustii, eaque ex historiarum maxime libris petita esse et ob eam rem commemorata, ut usus et significatio verborum a Vergilio adhibitorum explicaretur. cf. ad Aen. I 195, 270, 281, 298, 307, 378, 423, 456. II 61, 502. III 516 al. ea res non dubito quin inde repetenda sit quod Aemilius Asper quem historiarum libros commentatum esse Charisii (p. 216, 28 K.) et Hieronymi (apol. c. Rufin. I 16 vol. II p. 472 ed. Vallars.) testimoniis constat, idem in Vergilii carmina commentarios scripsit (cf. Kirchneri commentatio de Servii auctoribus grammaticis in annal. philolog. supplem. VIII p. 513). nam cum ex se intellegitur tum certo exemplo infra ostendetur, veteres interpretes qui quidem in pluribus scriptoribus enarrandis versarentur, in his quae similia invenissent adscribere solitos esse. atque in scholiis Aspro nominatim tributis Sallustiana exempla frequentari Ribbeckius prol. p. 129 et 131 observavit. cf. ad Aen. X 539, VIII 383, schol. Veron. ad Aen. IV 178. quae cum ita sint, ea additamenta quibus Sallustii verba cum Vergilianis docte comparantur meo iure ad Asprum referre videor. item Serviana scholia Sallustianis exemplis ob eandem rem adpositis insignia, veluti ad Aen. II 201, 286, 400, si non ex ipsius Aspri, at certe e grammatici alicuius qui Aspri libro usus est commentario derivata esse existimo. ac ne quis dicat additicia scholia ad Asprum a me revocata posse ab ipso Servio in suum commentarium recepta esse, non nulla certe eorum in plenioribus libris inepte collocata esse moneo. cf. quae supra de Aen. I 281 dixi. I 423 *hoc est* non debuit ab eo qui pleniorem commentarium composuit ad Servii *exaedificare* referri, cum aperte ad *ducere* Vergilii pertineat. I 456 et II 61 eis quae ab Aspro petita esse conieci *sane* coniunctio praemissa est. ceterum Ribbeckius non nulla ἀδέσποτα pleniorum librorum scholia Aspro tribuenda esse Veronensibus scholiis conlatis ostendit (prol. p. 129 sqq.), veluti Aen. I 689 (cf. Veron. schol. ad Aen. VII 341) III 691. ea autem quae Aen. VIII 294 in Floriacensi vulgatis addita sunt *alii Pholum non abhorrere a vera historia tradunt. Pholus enim dum miratur sagittas Herculis quibus tot Centauros interfecerat, una ex illis in pedem eius decidit, cuius vulnere sanari non potuit* Luctatii Placidi ad Stat. Ach. I 238 testimonio Aspro vindicari Suringar hist. crit. schol. lat. II p. 130 vidit.

M. Valerio Probo Berytio ex additiciis scholiis quid tribuendum esse putem antequam exponam, paucis explicare liceat, cur in Cassellano scholio ad Aen. I 21 adscripto *et 'hinc populum*

*late regem belloque superbum venturum excidio Libyae sic volvere parcas' in Probi adpuncti sunt et adnotandum: hi duo si eximantur, nihilo minus sensus integer erit. sed Vergilius amat aliud agens exire in laudes populi Romani* pro *adnotandum* ediderim *adnotatum.* a Scioppio id inventum esse dixi, sed antequam eius librum inspicerem sic ab eo qui Probi sententiam exposuit scriptum esse mihi persuaseram. nam etsi non ignoro in Veronensibus scholiis *adnotandum est* illud inveniri (cf. IX 402, X 63 et 207), tamen et apud Servium et in plenioribus libris cum memorabilis quaedam res profertur pro illa formula *notandum est* vidisse me memini. deinde omnes quod sciam scholiastae sive *adnotandum est* sive *notandum est* posuerunt, infinitam sententiam aut 'quod' aut 'quia' sequi voluerunt. contra Aen. IV 418 haec habes *Probus sane sic adnotavit 'si hunc versum omitteret melius fecisset'* et X 673 *Asper 'quosne' legit et adnotavit "'ne' pro 've' quasi expletiva particula'* et XII 605 *Probus sic adnotavit 'neotericum erat 'flavos', ergo bene 'floros': nam sequitur 'et roseas laniata genas'* e. q. s. itaque verba quae sunt *hi duo*. . .*populi Romani* ipsius Probi esse existimo; nam paenitet me quod ea quae sunt *sed Vergilius . . . pop. Rom.* quae ante diductis litteris exprimi iusseram, ita dedi tamquam eius essent qui Probi sententiam impugnari vellet, cum praesertim locutio quae est 'exire in laudes alicuius', qua Quintilianus (inst. or. XI 2, 11) usus est, elegantior sit, quam ut inferioris aetatis scholiastae tribuatur. rectissime autem meo quidem iudicio Ribbeckius (prol. p. 152) ad v. 21 et 22 a Probo obelum cum puncto adpositum eamque notam explicatam esse statuit. dubitabat nimirum grammaticus utrum tollendi essent illi versus necne: nam ut demptis eis sensum integrum esse videbat, ita poetam quotienscumque occasio oblata esset in laudes populi Romani exisse non ignorabat. ex his quae dixi simul illud intellegitur, quam non adsentiar Steupio (de Probis p. 31 sqq.), qui cum Suetonii testimonium, Probum Berytium multa exemplaria contracta adnotasse narrantis, ita interpretatus esset, quasi notas tantum adposuisset grammaticus, uberiores adnotationes minori cuidam Probo, quem haud ita multo post Berytium fuisse finxit, tribuit. cf. Kirchner l. l. p. 498 sqq. sed ut ea quae e pleniore commentario cum aliqua probabilitate ad Probum referri videantur commemorem, Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 25 'male loqui' haec adnotavit *pro 'male dicere'. et quaerit Probus quis ante Terentium dixerit.* videtur igitur Probus operam dedisse ut quis primus vocabulo vel locutione aliqua usus esset investigaretur. huius studii in pleniore commentario satis multa extare vestigia Wollenbergius (de Probo

carm. Verg. editore p. 9) observavit, quamquam latius patere Donati verba opinatus, ut Probus omnino in λέξιν Vergilii inquisivisse diceretur, aliena ad eius auctoritatem revocavit, veluti Aen. III 339, 455, 670. VI 286. sed quae ad Aen. I 25 'necdum etiam' restitui *quis ante hunc* et quae ad I 185. II 229. III 221, 384. IV 120. V 144. VIII 195, 326, 404. IX 570. X 676, 770, 835, 838. XI 572, 590. XII 7, 351, 517, 619 adnotata sunt non dubito quin a Probo profecta sint. his locis diplen aperisticton a Berytio adpositam fuisse suspicor: qua nota ut Aristarchum ita Probum ad illud quoque usum esse constat, ut propriae poetae figurae notarentur (cf. anecd. Paris. Reiffersch. p. 140, 2). deinde quod in Danielino commentario aliquot locis adscriptum est *bis idem* id haud scio an inde ortum sit, quod Probus > notam adposuerit, quae in anecdoto Parisino (p. 141, 9 Reiffersch.) his verbis explicatur 'bis dictum'. cf. ad I 23 [1]), 146 'levat et aperit Syrtes', IV 316 'per conubia nostra per inceptos hymenaeos', 352 'quotiens umentibus umbris' e. q. s., V 23 'sequamur quoque vocat vertamus iter'. denique cum Probum in emendandis maxime Vergilii exemplaribus operam collocasse certum sit et primum certe georgicorum librum ipsius poetae manu correctum legisse Gellii testimonio (XIII 21, 4) constet, non videtur temeritatis esse ea additicia scholia, quibus de carminibus ab ipso Vergilio emendatis refertur, ad Probum revocare. adsentior equidem Ribbeckio, qui prol. p. 189 quae in plenioribus libris de scripturae discrepantiis commemorata sint plerumque futtilia esse neque ad librorum vere antiquorum auctoritatem redire dicit, sed quae ad georg. I 64, 66, 68 et ad Aen. III 204, 226 de verbis a poeta ipso ut videtur inductis vel circumductis narrata sunt éa dubito an non sint spernenda.

Transeo ad Aelium Donatum, quem medio fere quarto post Christum saeculo floruisse atque in Terentii fabulas et Vergilii carmina commentarios scripsisse Hieronymus auctor est (cf. chron. Eusebii a. 355 et apol. c. Ruf. l. l.). Terentiani commentarii aetatem tulerunt [2]), Vergiliani perierunt. sed cum Donatus in Terentii interpretatione saepissime Vergilianis exemplis usus sit, haec ipsa qua ratione explicari voluerit intellegitur. quo fit ut multa Serviani, aliquot plenioris commentarii scholia ad Donatum referri possint. de illis infra dicam, pleniores libros his locis cum Donati commen-

1) quod ad hunc versum in Cassellano adscriptum est *bis idem* id in adnot. crit. aut ad v. 23 'causae irarum saevique dolores' aut ad v. 27 'iudicium Paridis spretaeque iniuria formae' pertinere dixi. 2) sed cf. Vsener mus.

tario consentire animadverti: Aen. XI 143 et Andr. I 1, 81; A. I 727 et Andr. I 1, 88; A. IV 415 et Andr. II 1, 11; A. XII 11 et Andr. III 2, 29; A. II 141 et Andr. III 3, 24; A. I 73 et Andr. IV 3, 1 ad 'fidem' (cf. Serv. ad A. III 85 et 167); A. X 71 et Andr. IV 3, 1 ad 'fidem'; A. II 124 et eun. II 3, 90; A. XII 553 et eun. IV 1, 12; A. IV 448 et hec. I 2, 48; A. I 536 et hec. I 2, 84[1]); A. I 47 et hec. III 4, 7; A. II 548 et adelph. I 2, 36; A. XII 657 et adelph. II 1, 53; A. IV 99 et adelph. II 2, 39; A. I 605 et adelph. III 2, 6; A. IV 245 et adelph. III 2, 21; A. IV 408 sqq. et adelph. IV 5, 31; A. II 203 et adelph. IV 7, 4 (cf. Serv. ad A. II 270); A. IV 99 et 127 et adelph. V 7, 7; A. V 623 et adelph. V 8, 6[2]); A. I 535 et Phorm. II 2, 22; A. II 720 et Phorm. II 3, 73. duo habeo quae huic similium locorum indici addam: primum multum abesse ut omnia quae Donatus in Terentiano commentario occasione oblata de Vergilii verbis dixerit in Serviano aut in pleniore commentario inveniantur: ut in his satis multa videantur omissa esse quae Donatum ad Vergilii carmina adnotasse probabiliter coniciatur. deinde moneo cum aliquot locis, veluti A. XI 143 et XII 657, Vergilii interpres plenius et doctius disputaverit quam Donatus, consensum qui inter utrumque est ita explicari posse, ut in pleniore commentario id scholium servatum esse dicatur quod ipse Donatus excerpserit: nisi quis ea re Vseneri sententiam confirmari putat, qui Terentianum commentarium in brevius contractum esse sibi persuasit.

Serviani qui feruntur commentarii cum Macrobii Saturnalibus conferuntur.

Haud pauca pleniorum librorum additamenta ad suum auctorem referre liceret, si indagari posset unde ea derivata essent quae de Vergilianis quaestionibus a Macrobio in Saturnaliorum libris exposita sunt. nam Servii commentarium ab eo non esse exscriptum, id quod quaestionibus Servianis Halis a. 1867 editis confirmari volui, etiam nunc teneo. videntur argumenta quibus in illa commentatione usus sum hoc loco paucis commemoranda esse. atque

Rhen. XXIII p. 493 sqq., qui eos nec integros servatos et cum aliorum scholiis coniunctos esse docuit. 1) Donati scholium hoc est *PROCAX dispoliatrix et petax: 'procare' enim est petere: Vergilius 'procacibus austris', id est impudentibus; nam qui multum petit impudens est et procax: unde et proci dicti sunt qui filias alienas in matrimonium petierunt.* cum his utile est scholia ad Vergilii versum adscripta comparare. nam cum dubitari non possit quin Servius Donato usus sit, satis ridicule quae in uno Cassellano extant '*procacibus*' *impudentibus*, quae ab eodem Donato profecta sunt, aliis tribuuntur.

2) hoc scholio cum id agat Donatus, ut oratoriae artis leges a Terentio observatas esse ostendatur, haud scio an similia Vergiliana scholia apte ad Donatum referantur, veluti quae ad Aen. I 65 de Iunonis, I 522 de Ilionei, I 664 de Veneris, II 288 sqq. de Hectoris oratione adnotata sunt.

primum de iis disputavi quae ipsum Servium Macrobius dicentem fecit. pauca eorum cum commentario consentire[1]), plura aut diversa esse ab eo[2]) aut deesse[3]) ostendi: multa praeterea quae Servio Macrobius tribuisset a Gellio petita esse[4]), qui ipse sexto secundi libri capite Probum secutus esset: ad hunc, non ad Gellium aut Macrobium redire quae plenioribus libris ad buc. VI 76 et Aen. X 314 cum Macrobio communia essent: Servium ipsum ex iis quae Gellius a Probo accepisset nihil videri cognovisse nisi de vexandi verbo disputationem (II 6), neque reliqua legisse quae Gellio Macrobius deberet. horum omnium a Ribbeckio qui praef. p. XI sqq. contra me dixit nulla ratio habita est.

Altera commentationis parte tertium Saturnaliorum librum et quinti capp. XVII sqq. cum vulgato et pleniore commentario comparavi: qua comparatione probatum est quattuor tantum locis[5]) breviorem commentarium Macrobianis similem esse eamque similitudinem ita comparatam esse, ut non tam e Servii copiis sua hausisse Macrobius quam eadem uterque auctoritate usus esse videretur: novem locis dissentire inter se brevioris commentarii scriptorem et Macrobium[6]): septem neque in breviore neque in pleniore commentario inveniri quae apud Macrobium legerentur.[7]) haec cum observassem cumque qua ratione amplior commentarius compositus esset intellexisse mihi viderer, quod multa sane pleniorum librorum scholia cum Macrobii expositionibus mirifice congruunt non putavi ita recte explicari, ut ex integriore Servii commentario Macrobius sua derivasse diceretur: immo quos libros Macrobius exscripsisset

1) M. S. III 19, 1 et buc. II 52; M. S. VI 6, 3 et A. X 444 et A. XI 82; M. S. VI 6, 4 et A. V 609; M. S. VI 6, 5 et A. V 438. 2) M. S. III 19, 3 sqq. et georg. II 126 et 131; M. S. III 20, 7 et georg. II 97; M. S. VI 6, 3 et A. IX 455; M. S. VI 6, 5 et A. X 418; M. S. VI 6, 10 et A. XII 161. ecl. VII 7, georg. II 387, A. VI 204 Servius in commentario multo doctius interpretatus est, quam apud Macrobium. 3) M. S. I 4, 5; III 19, 6 et 20, 1—6; VI 6, 3 (de Aen. VII 283), 4 (de Aen. XI 4 et X 906), 5 (de Aen. XI 194), 6 (de georg. IV 44, Aen. VII 417, X 887), 9 (de Aen. X 714). 4) M. S. I 4, 17 sqq. a Gell. VIII 1; M. S. I 4, 20 sqq. a Gell. X 24; M. S. VI 7 a Gell. II 6; M. S. VI 8, 1—6 a Gell. V 8; M. S. VI 8, 7 sqq. a Gell. X 11; M. S. VI 8, 14—23 a Gell. XVI 5; M. S. VI 9, 1—7 a Gell. XVI 6; M. S. VI 9, 8 sqq. a Gell. XVIII 5. 5) M. S. III 6, 12—14 et Aen. VIII 269; M. S. III 6, 16 et Aen. VIII 176; M. S. III 8, 1—3 et Aen. II 632 (cf. supr. p. VI); M. S. III 10 et Aen. III 21. 6) M. S. III 2, 1 sqq. et Aen. V 238; M. S. III 2, 7 et Aen. II 515; M. S. III 2, 17 et Aen. I 373; M. S. III 3, 10 sqq. et georg. I 269 et 272; M. S. III 4, 1 et Aen. II 225; M. S. III 4, 6 sqq. et Aen. II 514, III 12, VIII 679; M. S. III 5, 1—4 et Aen. III 231; M. S. III 5, 9—11 et Aen. VIII 7 et VII 647; M. S. V 19, 1—5 et Aen. IV 694.

7) M. S. III 3, 8; III 5, 5; III 7, 5 et 8; III 8, 4 et 8—14; III 9; V 19, 15 sqq.

eosdem Danielini commentarii auctori praesto fuisse mihi persuasi. nam ne illud quidem veri simile esse videbam, ex ipsis Saturnalibus in pleniores Servii codices translata esse quae utrorumque communia essent; extant enim in Cassellano et Floriacensi et Lemovicensi quae neque inveniuntur apud Macrobium, et ita sunt comparata, ut non videantur ab inferioris aetatis homine addita esse.[1]) quae Ribbeckius l. l. proposuit ut huius argumentationis fides elevaretur, ea suis locis partim commemorata sunt partim commemorabuntur: nam ad universam vulgati et plenioris commentarii rationem pertinent.

Denique in quarto Saturnaliorum libro, quo Macrobius Symmachum 'violentissima inventa vel sensa rhetoricae in Vergiliano opere' demonstrantem fecit, nihil inesse ostendi quod cum Servianis commentariis conveniret. de quinto libro, quo exponitur quid Vergilius e Graecorum poetarum, Homeri inprimis, carminibus in sua transtulerit, et de sexti libri capitibus 1—5, quibus ea recensentur, quae a Latinis poetis antiquioribus Vergilius accepisse videbatur, pauca dixi. haec enim ad Perellii Fausti et Q. Octavii Aviti libros (cf. Suet. p. 65 sq. Reiffersch.) redire ipse Ribbeckius proleg. p. 99 et 113 docuit.

His igitur observatis Servii commentarium Macrobio ad manum fuisse negavi. addo quod nuper Thomasius (p. 161) suo iure monuit, aperte Macrobium significasse, ex antiquorum libris derivata esse quae Eustachio filio offerret.[2]) ac ne illud quidem puto omittendum esse, non solere Macrobium commemorare quibus auctoribus usus sit, veluti Gellii, Athenaei, Senecae, quorum e libris haud pauca in Saturnalia translata esse constat, ne nomina quidem inveniuntur, Plutarchus autem nominatur ille quidem (VII 3, 24), sed nihil additur, unde septimum librum prope totum ex convivalibus eius quaestionibus exscriptum esse cognoscas. quod cum ita sit Macrobium si Servianos commentarios compilasset non puto sermones, quos inter doctissimos illius aetatis homines habitos esse finxit, ita instituturum fuisse, ut Servio ipsi haud exiguam eorum partem tribueret. qui autem fuerint in iis quae de Vergilianis quaestionibus in Saturnaliorum libris disputata sunt

1) cf. M. S. III 3, 1 sqq. et Aen. XII 779; M. S. III 3, 10—12 et georg. I 269 et 272; M. S. III 4, 1 sqq. et Aen. II 225; M. S. III 4, 6 sqq. et Aen. I 378; M. S. III 6, 1—5 et Aen. III 85; M. S. III 6, 17 et Aen. VIII 288; M. S. V 16, 9 et Aen. X 567. 2) praef. 4 'et boni consulas oportet si notitiam vetustatis modo nostris non obscure modo ipsis antiquorum fideliter verbis recognoscas, prout quaeque se vel enarranda vel transferenda suggesserint.'

Macrobii auctores, vereor ut unquam ita indagari possit, ut nulla maneat dubitatio. illud quidem quaest. Serv. p. 52 recte dixisse mihi videor, non e perpetuis qui vocari solent commentariis sua collegisse Macrobium, sed eius modi libros exscripsisse, quibus neglecto versuum ordine singulae quaestiones, veluti de doctrina Vergilii, de oratoriae artis praeceptis ab eo diligenter observatis, de aliorum poetarum imitatione continenti expositione tractatae essent.[1] sed eius modi libri a quibus compositi fuerint, ne suspitionem quidem habeo. unum restat quod moneam, sexti libri capitis sexti, quo Servius docet quae Vergilius primus figurate dixerit, rationem non dissimilem esse quaestionibus illis Vergilianis ab Henrico Keilio editis, quas ex Aspri copiis derivatas esse Parisini libri, quo uno servatae sunt, testimoniis constat, de quorum fide non dubitarunt viri docti.

Haec scripseram cum auctorum beneficio mihi transmissae sunt Hugonis Linke et Georgii Wissowa de Macrobii Saturnaliorum fontibus commentationes Vratislaviae hac ipsa aestate editae. probant iuvenes doctissimi quod Servii commentarium a Macrobio exscriptum esse negavi, dissentiunt a me cum ea quae plenioribus libris cum Saturnalibus communia sunt ex his in illos translata esse dicunt. at si pauca tantum non e Macrobii libro, sed ex eius fonte in pleniorem commentarium derivata esse pro certo dici potest, cetera quoque quin inde petita sint non video cur dubitemus, quamvis magna sit inter Macrobii et scholiastae verba similitudo. atqui duobus locis qui sunt georg. I 269 et 272 et Aen. VIII 288 Linkius ipse concessit non esse ipsa Saturnalia adhibita. idem de scholiis ad Aen. II 225 et III 85 vix poterit non concedere: nam illo loco quae laudantur Masurii Sabini verba non inveniuntur apud Macrobium, altero quod a Macrobianis diversa proferuntur non potest apte explicari nisi ita, ut in eo libro unde utraque fluxerint Varronis locum plenius exscriptum fuisse dicamus, quam apud Macrobium. ac ne illa quidem quae ad Aen. XII 779 adnotata sunt a Macrobio petita esse probabile est. deinde fac plenioris commentarii auctorem ipsis Saturnalibus usum esse, qua ratione explicandum esse putas quod ille tertium Macrobii librum et quinti

1) ne plenioris quidem commentarii auctorem ubi Macrobianis similia habeat e commentariis ea petivisse inde elucet quod, cum ad diversos locos de eadem re dicendum esset, quae semel exposuisse satis fuit repetivit. accedit quod aperte significavit, quae in fonte suo de diversis Vergilii versibus coniuncte exposita essent ad singulos locos se adnotaturum esse. cf. p. 128, 13; 146, 2; 268, 20; 269, 6; 364, 25; 370, 13. ad Aen. II 225 et IV 56.

capita XVIII sqq. in suum usum convertit, reliquos, quibus quidem de Vergilianis rebus agitur, neglexit? etenim ex his quidquam in Danielinos codices transscriptum esse non potest idoneis argumentis probari. cf. quaest. Serv. p. 48. denique ut eum qui pleniorem commentarium composuit ab eodem quo Macrobium auctore sua petivisse demonstrarem quod illum de sacris rebus multo plura exprompsisse dixi quam Macrobium, id Linkio nullius momenti esse visum est, quia tertii Saturnaliorum libri haud exigua pars interierit. non puto quo tempore quaestiones Servianas scripserim eam rem a me neglectam esse: nam plura profecto [1]) ad eum librum, quo ut Macrobius ita plenioris commentarii auctor videtur usus esse, apte referuntur, quam ut hiatibus qui in prima et media tertii Saturnaliorum libri parte sunt, omnia hausta esse veri simile sit.

Cum Macrobii et Danielini commentatoris consensus ad sacras res explicandas maxime pertineat, utrumque grammatici alicuius auctoritatem secutum esse conieci (quaest. Serv. p. 52) qui sacrarum rerum antiquitates a Vergilio commemoratas uno libro comprehendisset et explicasset. eam coniecturam Linkius p. 29 sqq. sic probavit, ut Macrobium partem suorum e libello quodam 'de verbis sacris vel sacrificalibus a Vergilio recte usurpatis', partem e libro aliquo quo res (Realien) Vergilianae nescio quo ordine enarratae fuissent, derivasse diceret. nam qui hunc librum composuisset eundem tertii Saturnaliorum libri capitum 18—20, quibus de nucum malorum pirorum ficorum olearum uvarum generibus Servius loquitur, auctorem fuisse sibi persuasit. hoc ipsum vereor ut satis firmis argumentis probatum sit: nam quaestiones illae de arborum fructibus institutae, quamquam Vergiliani versus aliquot locis commemorantur, ad Vergilianorum carminum interpretationem adeo non pertinent, ut non possint e libro qualem Linkius descripsit petitae esse. ac ne illud quidem intellego, cur ab alio de verbis, ab alio de rebus sacris a Vergilio adhibitis scriptum esse putemus. sed antequam alios corrigam, meum quendam errorem corrigendum esse video, quo libri illius argumentum nimis exiguis terminis olim circumscripsi. etenim cum Saturnaliorum scriptorem tum Danielis scholiasten haud paucis locis id egisse videmus ut doctrina Vergilii quam subtilis quamque recondita fuisset ostenderetur. quod studium etsi in eis versibus enarrandis maxime cernitur quibus religiones Romanorum poeta attigit [2]), tamen etiam in aliis rebus altius co-

1) veluti quae de augurali disciplina multis locis, de flaminis et flaminicae caerimoniis in quarti libri commentario exposita sunt. 2) cf. Sat. III 2, 7 et 10; 4, 6 et 10; 6, 1. ad Aen. I 305, p. 112, 13; p. 117, 26; p.

gnoscendis Vergilium diligentissime versatum esse consulto, ni fallor, commemoratur.[1]) inde mihi suspitio orta est, grammaticum aliquem quaecumque ad doctrinam poetae inlustrandam apta viderentur in unum collegisse, atque ex eo libro petita esse quae a Macrobio tertii libri capitibus 1—12 et quinti cap. 18—22 exposita sunt. quam coniecturam non putavi propter illud abiciendam esse quod Linkius p. 29 monuit, de versu qui est Aen. II 351 aliud proferri Sat. III 9, aliud V 22, 7. nam facile potuit grammaticus ille cum sacrarum rerum quanta scientia Vergilius fuisset exponebat versum illum e 'vetustissimo Romanorum more et occultissimis sacris' explicare, alio loco quo de poeta Graecorum scriptorum imitatore disputabat similia Euripidis verba afferre. libri autem illius fontes Linkius et Wissowa ita investigaverunt ut illud constet quod summum est, ea quae et Macrobius et is qui pleniorem commentarium composuit ex eo exscripserint fide dignissima esse, quippe quae ad doctissimorum hominum auctoritatem et testimonia redeant.

Videamus nunc brevioris commentarii, qui librorum manu scriptorum titulis aliisque testimoniis Servio tribuitur, quae sint rationes, ut quam diversus sit ille a pleniorum librorum additamentis intellegatur. ac primum quidem moneo tam aequali esse breviorem commentarium habitu ac quasi tenore, ut certo consilio certaque ratione ab uno homine videatur compositus esse. nam licet non totus ad adulescentium eruditionem accommodatus sit, sed etiam hominibus scholasticam disciplinam egressis utilis esse potuerit, illud

Brevioris commentarii rationes cum pleniore comparantur.

134, 16; p. 145, 20; p. 183, 15; p. 225, 4; p. 238, 19; p. 260, 4; p. 298, 7; p. 320, 7; p. 321, 17; p. 339, 23; p. 422, 20; p. 433, 15; p. 443, 18; Aen. VIII 363 et 552. ceterum qua re effectum sit ut sacrorum et religionum rationibus cognoscendis Vergilius maxime operam dedisse putaretur facile intellegitur. etenim grammatici cum propter pietatem praecipue a Vergilio Aeneam laudatum esse viderent, poetam anxio quodam studio id egisse sibi persuaserunt, ut quae pontificibus flaminibus aliis sacerdotibus praescripta essent eadem Aeneas observasse videretur. ea ratione Vergilio multa tributa esse a quibus mens eius aliena fuerit nemo non videt. hac ipsa re dubito an Servius, cui librum illum cognitum fuisse facile conicias (cf. ad Aen. II 148 et X 228), motus sit ut nihil inde excerperet. nam quamquam ad Aen. II 2 Aeneam ubique quasi sacratum induci dicit, ad v. 326 et 428 eum ut sacerdotem numquam ad deorum convicia abire docet, ad v. 704 divinandi peritiam ei tribuit, nullo tamen loco eas res accuratius persequitur.

1) cf. Sat. V 18, 1 et 22, 6 et 15. ad Aen. I 44 (p. 31, 23) 'totius autem Italiae curiosissimum fuisse Vergilium multifariam apparet'. p. 392, 12 'sed Vergilius amans inventa occasione recondita quaeque summatim et antiquam contingere fabulam, de Abante dixit.' p. 404, 12 ubi de Troia, Epiri oppido, agitur 'unde apparet divinum poetam aliud agentem verum semper attingere.' Aen. XI 532 ubi Opim ab Ephesiis Dianam nominatam esse Alexandri Aetoli poetae exemplo ostenditur 'quod hoc loco peritissimus antiquitatis poeta sociae eius imposuit.'

tamen non potest dubitari, quin ab homine scriptus sit, qui in interpretandis antiquorum libris eas maxime res spectare consuevisset, quas adulescentium ingeniis excolendis idoneas esse videret.[1]) itaque quod Macrobii testimonio (Sat. VI 6, 1) constat idem ex commentarii ratione cognoscitur, in scholis a Servio tractata esse Vergilii carmina. hinc repetendum est quod grammaticarum rerum in commentario plus rationis habitum esse videmus quam ceterarum. quid? quod Servius hoc studio abreptus saepissime ei praecepto, cuius causa in ipso de quo agebatur Vergilii versu inerat, aliud addidit, quod ad similes res pertinet. ea re Ioannes Kirchnerus l. l. p. 483 sqq. motus est, ut Servium ubicumque apud auctorem suum grammaticum praecepta Vergilianis exemplis exornata legisset, totum titulum ad eundem versum, qui a grammatico laudatus esset, in suos commentarios transtulisse coniceret. non nego equidem cum in ceterorum grammaticorum tum in Flavii Capri libris legendis Servium diligentissime versatum esse et inde suam grammaticae artis scientiam hausisse, sed ita eos in commentarium translatos esse, ut verbi causa a Macrobio e Gellii libro multa exscripta esse constat, non possum mihi persuadere. immo Servius cum grammaticis rebus maxime operam dedisset, ut ad eas exponendas plus in ipso praesidii esset quam ad ceteras, exspatiabatur in eo genere adnotationesque inde petitas, quamvis a Vergilianis verbis alienae essent, commentario suo adglutinabat. exemplis a Kirchnero p. 495 sqq. commemoratis hoc addo, quo egregie ni fallor ostenditur, non ab inconsiderata auctorum imitatione nimiam illam grammaticorum praeceptorum copiam repetendam esse. Aen. IV 231 enim ad PRODERET haec habes a Servio adscripta *modo 'protenderet', id est propagaret. 'propago' autem si genus significet, 'pro' brevis est, ut 'sit Romana potens Itala virtute propago': si de arbore dicas, producitur 'pro', ut 'flexos propaginis arcus exspectant'.* scilicet Servius quod propagandi verbo usus erat, ut 'proderet' quid sibi vellet exponeret, aptum esse putavit de 'propago' nominis prima syllaba modo correpta modo producta praecipere. nulla alia igitur re, nisi nimio eius artis, in qua habitasse eum et summa auctoritate floruisse constat, studio et praecipiendi ardore quodam videtur inductus esse, ut Vergilianorum carminum interpretatione ad grammaticorum placita proferenda abuteretur.

Secundum grammaticam interpretationis partem ea quae ad elocutionem pertinent Servius maxime tractavit. vocabulorum igitur

1) cf. Thomas p. 181 sqq.

origines significationes differentias exposuit vocesque minus usitatas ostendit. neque artem poetae inlustrare neglexit. nam dispositio carminis suis locis explicatur, quibus tropis et figuris Vergilius usus sit, quam diligenter quid cuique personae conveniret observaverit, ubi verborum ubertas quaesita ubi modus adhibitus sit docetur. ut in horum generum scholiis non nulla inveniuntur quae nobis quoque utilia sint, ita omnia fere longe abicienda sunt quae Servius dixit, ut quid sensisset, quid voluisset poeta intellegeretur. nam dici vix potest quam inepte ille in hac re argutatus sit. cf. I 39 ad 'quippe vetor fatis', 42 ad 'ipsa', 57 ad 'mollitque animos', 58 ad 'maria ac terras caelumque profundum', 61 ad 'id metuens', 71 ad 'sunt mihi bis septem', 73 ad 'conubio iungam', 77 ad 'mihi iussa capessere fas est', 93 ad 'ingemit'. neque dubito quin nimiae huius modi subtilitates ab ipso Servio pleraeque inventae sint, qui nobis quidem iudicii et simplicitate et elegantia omnino caruisse videtur. sed aequales eius haud scio an aliter de ea re senserint, quippe quos in omni litterarum genere argutissima quaeque maxime adamasse constet.

In rebus enarrandis curavit Servius ne omitteret quod cognitione dignum esset. nam cum doctissimi poetae libros enarrandos suscepisset, diligenti eorum commentatori nullam fere litterarum partem neglegendam esse intellexerat, neque iniuria Kirchnerus l. l. p. 498 monuit id videri Servium egisse, ut adulescentes e Vergilii carminibus et ipsius commentario earum rerum scientiam peterent, quas qui nescirent indignos esse videret qui inter eruditos et politioris humanitatis homines numerarentur. itaque occasione sive oblata sive adrepta philosophorum placita exposuit, fabulas et historias enarravit, antiquorum mores et instituta ostendit, locorum terrarumque situs descripsit, naturales res explicavit. sed de his rebus omnibus quae tradidit, nota plerumque sunt et vulgaria, ut reconditae doctrinae documenta non ita multa inveniantur. quamquam non omnino desunt. nam cum de antiquitatibus Romanorum Servius quaedam prodidit quorum memoria apud alios scriptores quantum scio non extat, tum in septimi et octavi libri commentariis de antiquissimis Italicarum gentium et civitatum rebus satis multa narravit quae iis qui hoc litterarum genus pertractant utilissima sint. qua de laude multum sane detrahitur erroribus illis qui in scholiis ad historiam et geographiam pertinentibus deprehenduntur. singula exempla protulisse satis est. Aen. III 500 enim, ubi de 'Thybris' nominis origine hariolatur, veteres Siculos, quos Aen. I 2 cum Italo rege in Italiam venisse et VIII 328 cum Abori-

ginibus pugnasse dicit, cum Syracusanis, eis qui Athenienses vicerunt, confundit. ad Aen. VII 641 autem haec adscripsit 'Parnasus mons Thessaliae dividitur in Cithaeronem Liberi et Heliconem Apollinis, cuius sunt Musae'.[1])

Servius ut rerum ad Vergilii carmina enarranda proferendarum et delectum et expositionem ad adulescentium maxime utilitatem rettulit, ita exempla quibus praecepta sua confirmarentur ab eis plerumque scriptoribus petivit quorum libri tum in scholis legi solebant: a Terentio Horatio Lucano Statio Iuvenale Persio poetis, a Cicerone et Sallustio scriptoribus; Ciceroniana autem exempla e Verrinis maxime orationibus deprompta sunt. praeter hos Ennium Plautum Lucretium Ovidium saepius laudavit. atque Ennianorum versuum notitiam superioribus grammaticis debere videtur, a quibus annales cum Aeneide comparatos esse constat. Plautinas fabulas et Lucretianum carmen num ipse legerit dubitari potest, quamquam non nulla eorum quae inde citavit ea sunt specie, ut ex subitaria lectione in memoria haesisse videantur. (cf. ad Aen. I 140, 478, V 112 et I 743, III 587, IV 486). Ovidii metamorphoseon libros legit et ad fabulas enarrandas adhibuit, sed ipsa poetae verba nisi paucis locis non commemoravit. parum diligenter autem in aliorum verbis laudandis Servius versatus est. nam ut mittam saepissime non indicatum esse quibus ex libris exempla petita essent, ne verba quidem ipsa accurate semper laudata sunt. quam rem Thomasius p. 194 non debuit a corruptorum exemplarium usu aut a librariorum erroribus repetere: immo nulla alia eius causa est nisi quod Servius libris non inspectis e memoria citare solebat. quid enim? e Vergilii versibus a grammatico exempli causa commemoratis nonne satis multi[2]) ab vera et tradita scriptura longe recedunt, quamquam optimis illum exemplaribus usum esse Thomasius p. 263 ipse dixit. atque Vergilii quidem carmina quin tota fere idque ad verbum memoria tenere Servius sibi visus sit dubitari vix potest. cum ceterorum autem libris, quorum quidem frequentior est commemoratio, ut tantam quasi familiaritatem contraheret grammaticus, ut non inspectos eos citare auderet, non una re effectum est. nam neque unius Vergilii carmina in scholis eum tractasse veri simile est[3]),

1) notavit hunc errorem Philippus Beroaldus quoque qui adnotationibus in Servii commentarios anno 1510 editis quae a Servio parum diligenter et scite exposita esse videbantur collegit et correxit. 2) cf. Aen. I 2 (p. 8, 5); 6 (p. 12, 2); 12 (p. 17, 1); 231 (p. 88, 1); 356 (p. 123, 1); 487 (p. 154, 12) al. ex his erroribus non nullos in plenioribus libris correctos esse videmus.
3) in Terentii et Ciceronis Verrinarum locis plures errores inveniri moneo quam in reliquorum exemplis.

et in ipso Vergilio interpretando quibus uteretur aliorum exemplis ea diuturno usu memoriae infixa esse facile intellegitur. accedit quod Servium aliorum grammaticorum studia in antiquioribus libris emendandis et enarrandis posita moderatum esse probabiliter conicitur. qua in re commemoro hanc duorum Iuvenalis codicum, Medicei et Leidensis, subscriptionem 'Legi ego Niceus Romae apud Servium magistrum et emendavi', de qua vide O. Iahnium praef. ed. min. a. 1868 p. 7. is autem Verrinarum orationum commentarius quem ante praeclaram Madvigii disputationem multi Niebuhrium non audientes Asconio tribuerunt, ut hoc ipso vulgato dignitate inferior, ita multis ei rebus tam similis est, ut si non a Servio ipso, at certe e Servii officina, ut ita dicam, videatur profectus esse. hoc unum in eam rem protulisse satis habeo, a Servio accepisse Pseudo-Asconium quod ad act. I 10, 31 de Vergilii versu qui est buc. IV 12 intellegendo dixit, de quo scholio indicans Madvigius his verbis usus est 'nihil tamen in Ciceronis interpretatione tam insulsum quam quod de nobilissimo versu Vergiliano buc. IV 12 posuit, quem ille de quintilis et sextilis nominibus mutatis accipit'. cf. Serv. ad Aen. XI 301 et Pseudo-Asconius ad divin. XIII 43.

A verbis aliorum scriptorum exempli causa laudatis illa discernenda sunt quae Servius ex eorum libris excerpsit quos tamquam auctores suos ipse commemorat. horum librorum cum non nulli hodie extent, Servii testimoniis quantum fidei habendum sit constitui potest. atque siquis ea quae Servius Aen. IV 379 a Cicerone (de nat. deor. I 23, 63) et Aen. V 738 a Gellio (III 2) petivisse se profitetur cum ipsis Ciceronis et Gellii verbis comparaverit, is illum ne res quidem, nedum verba tenuisse videbit, ut quo tempore commentarios scripsit libros illos non possit inspexisse. neque maiore cura Plinii naturali historia usus est, quo ex libro satis multa derivata esse dixit quae in eo non inveniuntur. nam cum quadragies fere Plinius laudetur, Silligius praef. p. 45 his locis aliena ei tribui docuit Aen. I 174, IV 261 et 551, VIII 33, 401, 652; IX 715, X 174, 184, 272; buc. III 8, georg. I 59, II 119 et 152, III 422. nolim tamen fraudulentiae incusari grammaticum quasi magnorum scriptorum auctoritate praetenta suis praeceptis plus ponderis addi voluerit, sed neglegentissime profecto fecit quod quae de naturalibus rebus aliunde vel legendo vel audiendo acceperat temere ad naturalis historiae scriptorem rettulit. similiter incuriae et properantiae, non malignitatis documentum esse puto quod Aen. VII 1 Donato imputavit quod ab eo alienum esse scholio

ad eun. II 3, 21 adscripto ostenditur. incertum autem illud et vagum laudationum genus, cuius exempla Thomasius p. 189 collegit[1]), a veterum scriptorum more non abhorret, neque probabile est quod ille sibi persuasisse videtur[2]), Servium ipsum scriptorum nomina cum librorum titulis commemorasse, pro his a librariis generalia indicia posita esse. ut paucis comprehendam quae de testimoniorum Servii fide dicta sunt, omni in eis adhibendis cautione opus est.

Restat ut sermonem Servii paucis describam. qui per totum commentarium aequalis est et sibi constat. atque si a verbis quibusdam constructionibusque verborum, ab incorrupta latini sermonis integritate alienis, illius aetatis scriptorum propriis[3]) discesseris, orationem grammatici exilem illam quidem et omni ornatus genere destitutam, sed perspicuam et puram esse invenies, ut paucis locis exceptis, quibus nimium quoddam brevitatis studium ostenditur, quid voluerit ille facile intellegatur. illud quoque in scriptore intimae prope aetatis laude dignum est, quod plerumque et verba apte collocata et enuntiata apte inter se iuncta sunt. denique commentarium legens ludi magistrum audire tibi videris sermonis simplicitate et perspicuitate atque praecipiendi quadam severitate hoc maxime nitentem, ut quae tradiderit discipuli facile et animis percipiant et memoria complectantur.

Ea quae e plenioribus libris Petrus Daniel primus edidit inter se ipsa satis dissimilia sunt. nam ut haud pauca scholia a Serviani commentarii rationibus modo descriptis non abhorrent, ita alia reconditae doctrinae plena sunt et ad doctorum hominum magis quam ad adulescentium studia adiuvanda pertinent. sermonis quoque inaequalitas quaedam cernitur. inveniuntur enim quae non solum propter rerum praestantiam, sed etiam propter orationis habitum et colorem ad aetatem Serviana superiorem referenda esse videantur (cf. p. 8, 19; 13, 8; 21, 17; 473, 20), alia ut res cognitu dignissimas exhibent ita rude et incultum dicendi genus ostendunt, ut antiquioris grammatici expositionem inferiore aetate nativa orationis forma orbatam esse appareat. (cf. Aen. I 305, II 44, III 148, alia quae Thomas p. 82 et p. 102 sq. collegit).

1) cf. Aen. I 738 'ut Punica testatur historia', III 104 'nam apud chorographos legimus', VI 284 'qui de somniis scripserunt', XI 284 'qui scripserunt de arte militari'. 2) p. 188 '... les indications vagues et collectives qui remplacent, dans notre Vulgate actuelle, les noms propres que donnaient certainement Servius ou les commentateurs qui l'ont précédé'. 3) cf. Thomas p. 146 sqq.

Singula ut persequar, de grammaticis rebus pauca proferuntur eaque tam vilia partim, ut qui talia tradiderit eum vel pueris vel eis qui latinam linguam ut alienam discerent prodesse voluisse putemus (cf. p. 4, 3; 19, 27; 18, 20; 62, 22; 460, 10 al.). contra ea scholia, quibus vocabulorum vis et usus inlustratur, cum et doctis observationibus et egregiis exemplis abundent, Servianas eius generis adnotationes dignitate longe superant (cf. Aen. I 52, 55, 56, 73, 76, 87, 88, 92 al.). quae autem eo consilio adscripta sunt, ut quid voluisset poeta, quam diligenter verborum delectum ad res et sententias accommodasset, qua ratione carmina et distinguenda et pronuntianda essent doceretur, haec igitur, etsi inveniuntur quae nobis iusto artificiosius excogitata et longe repetita esse videantur, in universum tamen simpliciora et minus adfectata sunt quam Serviana eius modi, ut haud sciam an ne hodie quidem Vergilii carmina interpretanti omnino neglegenda sint.[1])

Venio ad ea pleniorum librorum commenta quae ad historicam quam Quintilianus dixit enarrationem pertinent. atque a philosophia abstinuerunt fere interpretes quorum scholia codicibus illis servata sunt: quamquam satis ampla illa ad Aen. IV 696 de fatorum generibus expositio nisi in Floriacensi et Turonensi non extat. fabulas in Danielinis libris cum plenius tum doctius enarratas habes, quam apud Servium; reperiuntur enim haud pauca quae a vulgari fama recedant. quorum origines aliis indagandas relinquo. nam tam impedita est tamque late patet ea quaestio, ut sine peculiari studio non possit profligari et ad exitum perduci. fabulis tamquam appendicem addo mirabilium rerum descriptiones, quarum haec exempla commemoro: p. 25, 2; 49, 6; 50, 8; 221, 4; 437, 7. ex historiis scholiastae illi nihil fere deprompserunt nisi quod ad antiquissimas Italorum, Romanorum inprimis, res pertinet, veluti in octavi libri commentario — nam septimi prope totus Servianus est — non nulla sunt quae a doctis auctoribus petita esse apparet. haec ipsa adtingunt illud scholiorum genus quo plenioris commentarii honos et dignitas maxime continetur, ea dico scholia quibus ostenditur quantum studii in ea re Vergilius posuerit, ut carmine suo veram et incorruptam antiquorum populi Romani morum institutorumque memoriam redintegraret atque in eis describendis ne verbo quidem uteretur quod ab venerabili maiorum disciplina alienum esset. his scholiis ad antiquitates spectantibus praestantia si non

1) cf. p. 61, 5; p. 64, 14 et 20; p. 75, 15; p. 79, 21; p. 80, 8; p. 87, 9 et 11; p. 111, 6; p. 117, 21; p. 124, 14; p. 222, 12 et 17; p. 223, 13; p. 229, 16; p. 230, 6.

superiora at certe paria sunt illa quibus poetarum et scriptorum Augusti aetate antiquiorum exempla servata sunt, quae in vulgato commentario admodum rara esse supra dixi. accedit quod ita exempla illa laudari solent, ut non solum scriptoris sed etiam libri ex quo deprompta sunt accuratum indicium additum sit. ea res haud scio an pro signo esse possit, quo antiqua scholia ab iis quae a Servio ipso aut Serviana fere aetate scripta sint, discernantur — nam supra significavi inveniri in pleniore commentario quae cum vulgati rationibus congruerent. cum sciam Ioannem Kirchnerum in laudandi rationem utriusque commentarii propriam diligenter inquisivisse eumque quae invenerit cum doctis hominibus communicaturum esse sperem, de hac re nihil amplius dico, illud monuisse satis habeo, cum loci testimoniorum accurate indicati sint, ipsis quoque testimoniis fidem videri habendam esse.

Commentarii cum inferioris aetatis libris quibusdam conferuntur.

Quae adhuc de vulgati et plenioris commentarii rationibus exposui ea quam vera sint ita nunc iuvat experiri, ut illi scriptores qui inferiore aetate Serviano commentario usi sint utrum breviorem tantum an pleniorem quoque cognoverint quaeratur. ut ab grammaticis incipiam, Cledonium, cuius aetatem in quinto saeculo Keilius (grammat. lat. V p. 8) constituit, e Servii in Vergilium commentario haud pauca derivasse idem vir doctus (l. l. p. 7) ostendit. cf. Cled. p. 35, 22 et Serv. ad Aen. VI 775; Cled. p. 40, 4, 22, 25 et Serv. ad Aen. III 94, I 149, IX 619; Cled. p. 61, 32 et Serv. ad Aen. IV 295; Cled. p. 65, 1 et Serv. ad Aen. I 2 (de eadem re Servius comm. in Donat. p. 415, 37 dixit); Cled. p. 65, 33 'omnes partes orationis, cum desierint esse quod sunt, adverbium faciunt' et Serv. ad Aen. V 603 'etenim omnis pars orationis, cum desierit esse quod est, in adverbium migrat'. cf. Serv. comm. in Don. p. 439, 22. haec igitur a Servio Cledonium petivisse non est cur negemus. contra quae p. 40, 8 et 23 proferuntur num e Servianis ad Aen. I 703 et VII 568 scholiis exscripta sint dubitari potest. denique tres Cledonii loci cum Danielinis scholiis comparati sunt, quibus ea addo quae p. 47, 7 de 'domus' nominis declinatione grammaticus dixit, quae cum Cassellano ad Aen. II 445 concinunt. at quod p. 40, 15 'pampinus' communis generis esse dictum et Accii et Lucilii exemplis confirmatum est id non debetur Vergiliano scholiastae, qui buc. VII 58 Vergilium pampinos numquam cum genere dicere, sed Varronem genere feminino uti docet. quod Cledonius p. 43, 1 Cornificio Gallo tribuit Vergilii commentator georg. I 210 a Bavio et Maevio profectum esse testatur. quae Floriacensis ad Aen. III 286 de 'clipeus' vocis genere habet for-

tasse ex Cledonii libro transcripta sunt; nam Servius ipse ad Aen. IX 709 de ea re doctius disputavit. Cassellanum ad Aen. II 445 scholium dubito an Servii sit et librariorum incuria in vulgatis libris omissum. nam non solum Cledonii, sed etiam Servii ipsius (comm. in Don. p. 434, 22) et Pompeii (comm. p. 192, 30) verba simillima sunt.

In Pompeii commento permulta inveniuntur quae cum ipsius Servii in Vergilium commentario consentiunt. neque tamen is consensus in hac quaestione magni momenti est. Pompeium enim, quem Servii in Donati artem commentario pleniore quam hodie in libris manu scriptis extet usum esse Keilius (V p. 91 sq.) ostendit, ex eo illa etiam derivasse dixeris quae nunc propter exemplorum copiam maxime ad Vergilianum commentarium propius accedere videntur quam ad Donatianum. cf. Pomp. p. 275, 23 sqq. cum Servio in Don. p. 419, 29 et ad Aen. I 176.

Priscianus Servii in Vergilium commentarios tribus locis nominavit. atque de illis quae VI 44 (I p. 233, 13 H.) habet 'haec acer arbor acri dicit Servius in commento Vergilii' in adnotatione ad Aen. II 16 dixi. X 23 (I p. 515, 22 H.) Servii ad Aen. I 174 verba accurate laudantur. item quae VI 72 (I p. 256, 9 H.) e 'commentario tertii libri Vergiliani' excerpta sunt in vulgatis codicibus extant. quattuor locis Priscianus Servii sententias libro non nominato commemoravit. atque III 30 (I p. 106, 1 H.) et VI 57 (I p. 242, 4 H.) memoria falsus, ut videtur, Servio tribuit quae ab eo aliena sunt. cf. ad Aen. VI 120. contra quae X 42 (I p. 532, 22 H.) et VI 75 (I p. 259, 22 H.) ad Servium referuntur cum eis consentiunt quae ad Aen. I 59, VII 568 et georg. III 418 exposita sunt.

E commentatoribus unus quod sciam ad Servii auctoritatem nominatim provocavit, Lucani scholiastes is quem Vsenerus anno 1869 edidit. nam quae in Horatiano commentario qui Acronis fertur ad carm. III 1, 2 e Servii ad Aen. V 71 scholio adscripta sunt ea Burmannus (adnot. crit. ad Serv. Aen. V 71) ostendit recentiore aetate addita esse. Lucani igitur commentator duobus locis Sergium i. e. Servium citavit, ad III 402 (p. 111, 3 V.) et ad VII 633 (p. 246, 2 V.). utroque loco quae Servio tribuuntur in brevioribus libris ad buc. II 31 et Aen. VII 717 extant. multo plura e Vergilianis scholiis in eum commentarium translata sunt, quem Luctatius[1]) Placidus in heroica Statii carmina scripsisse fertur. sed

1) cf. Deuerling Luct. Plac. grammat. glossae praef. p. VIII.

Achilleidos scholia quae e Pithoei codice quodam Lindenbrogius a. 1600 edidit cum maximam partem e Servii commentario ad verbum exscripta sint, iniuria eidem tribuuntur qui in Thebaidem quinto saeculo exeunte ut videtur[1]) multo doctius et diligentius commentatus est. qui etsi ipse quoque haud pauca ex Servii commentario deprompsit[2]), tamen aliorum etiam Vergiliana commenta adhibuit. nam non solum aliquot locis de Vergilii versibus interpretandis a Servio dissentit[3]), sed est etiam ubi consensus qui inter utriusque scholia deprehenditur ita comparatus sit, ut non Luctatius a Servio, sed ab eodem uterque auctore sua petivisse videatur[4]). quae cum ita sint, quod Danielina quaedam scholia Statii commentatori non ignota fuisse videmus, inde nemo integriore aliquo Servii commentario eum usum esse efficiet. cf. Theb. III 283 et Aen. IV 99, Theb. V 86 et buc. VIII 75, Theb. VI 2 et buc. VI 68, Theb. VI 199, 211, 219 et Aen. III 67. ad Theb. IV 323 et ad Aen. I 322 et 324 scholiis inter se comparatis ostenditur verba quae sunt 'quia venatores cum vestigant quasi videntur errare', quamquam vulgatum scholium aptissime eis suppleatur, tamen non esse Servii. Theb. IV 482 Luctatius quocum mythogr. II 41 consentit (cf. Ampelii lib. mem. IX 5), eum nominavit ad quem redeunt quae in Danielinis libris ad Aen. I 297 et IV 577 de quattuor Mercuriis adscripta sunt. emendavit Luctatii testimonium O. Iahnius mus. rhen. IX p. 627.

Venio nunc ad eos scriptores quos inter imitatores Servii omnium saepissime commemoratos esse vides, mythographos Vaticanos

1) Lindenbrogius sexto saeculo Luctatium scripsisse statuit, quod ad Theb. IV 106 (p. 124 Lindenbr.) Boetium laudasset. sed quae Boetio (cf. d. consol. phil. I 5, 5 sqq.) tribuantur Horatii esse (carm. I 17, 14 sqq.) mythographi I 58 et II 165 docent. contra quae e Sedulio Luctatius (p. 286 Lindenbr.) protulit e carmine paschali I 200 deprompta sunt. fortasse eadem monuit Hermannus Schottky quem in commentatione anno 1856 Vratislaviae edita Luctatii aetatem in quinto saeculo constituisse e Teuffelii Litt. Rom. hist. 304 adnot. 9 didici.

2) cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 81 et Serv. Aen. I 185, Theb. I 518 et Aen. VII 277, Theb. I 521 et Aen. I 726, Theb. I 545 et Aen. I 224, Theb. I 519 et Aen. IX 86, Theb. I 695 et Aen. XI 262, Theb. II 32 et Aen. I 159, Theb. IV 708 et georg. II 353, Theb. VI 39 et Aen. XI 36, Theb. VI 63 et Aen. I 655, Theb. VIII 298 et Aen. XI 339, Theb. IX 361 et georg. I 399. breviore qui dicitur Servii commentario Luctatium usum esse his locis ostenditur, quibus pleniorum librorum additamenta omissa sunt: Theb. I 49 et Aen. II 776, Theb. I 271 et Aen. III 694, Theb. VI 55 et Aen. XI 64 (cf. Isid. or. XX 11, 7), Theb. VII 421 et Aen. V 241 (cf. Theb. I 13), Theb. VIII 255 et Aen. III 209, Theb. IX 795 et Aen. IV 216 et IX 616.

3) cf. Theb. I 197 et georg. I 92, Theb. I 207 et Aen. VIII 64, Theb. II 496 et Aen. I 526. 4) Theb. I 251, 630 et Aen. VI 630, Theb. VII 16 et Aen. V 193, Theb. X 788 et Aen. III 57.

et Isidorum Hispalensem. atque e mythographorum scriptis primi solius libros cum Servii commentario accuratius comparare operae pretium est. secundus enim a primo pleraque petivit, pauca quae ab eo omissa esse videbat e Servii copiis addidit. tertius autem, qui cum (2, 4 p. 159 Bode) Ioannem Scotum laudaverit, vix potest ante decimum saeculum scripsisse, etsi Servium multis locis nominavit, tamen ad huius scholia ab aliorum commentis discernenda non plus auctoritatis habet quam breviores codices illo saeculo scripti. primus igitur mythographus, cuius aetas incerta est[1]), quae e Servii commentariis exscripsit, ea cum vulgatis libris, non cum plenioribus consentire solent. quod ut exemplis confirmetur, ex primi Aeneidos libri commentario eas fabulas expromere placet, in quibus enarrandis mythographus, Servium secutus, brevior fuit quam ille qui pleniorem commentarium composuit. conferantur igitur inter se schol. ad v. 67 et fab. 122, ad v. 273 et f. 30, ad v. 469 et f. 203, ad v. 489 et f. 139, ad v. 535 et f. 32, ad v. 550 et f. 137, ad v. 570 et f. 53, ad v. 693 et f. 34. duobus autem locis mythographus exhibet quae in pleniore libro extant, in brevioribus desiderantur: nam et Chelones fabula (101) in uno Cassellano ad v. 505 adscripta est et quae fab. 138 Servianae de Teucri fatis narrationi inserta sunt cum Cassellani ad v. 619 additamento aliquid similitudinis habent. neutro tamen loco mythographum aut amplioris commentarii auctorem Servio sua debere concedo. scio quid responderi possit: ad v. 505 ipsis poetae verbis 'media testudine templi' ad exponendam Chelones fabulam interpretem motum esse, in oratione nihil inveniri quod a Servii consuetudine abhorreat, vulgatum scholium (p. 157, 18—20) verbis quae sunt 'hoc genus fabricae' e. q. s. (p. 158, 8) non inepte continuari, inter Cassellani et mythographi verba eam esse similitudinem quae aliis locis inter huius et Servii narrationes deprehendatur. at haec argumenta quamvis firma videantur, re vera tamen non esse idonea, quibus Servium mythographi auctorem fuisse confirmetur, hoc exemplo ostenditur. etenim simillimum consensum inter fabulam 75 et Floriacense ad Aen. IV 99 scholium habes, quod ad Servium non esse referendum certis argumentis evinci potest. is enim ad Aen. I 651 ut doceret cur 'Hymenaeos' poeta pro nuptiis dixisset, quoniam aliam de Hymenaeo memoriam tamquam falsam refutavit, ex illa fabula quae utilia videbantur deprompsit. de rebus autem quas

---

1) cf. Bode script. rer. myth. praef. p. XVII, Zink de Fulgentio mythogr. p. 15, Iungmann quaest. Fulgent. in actis soc. phil. Lips. I p. 50 sq.

saepius commemorandas esse sciebat ubi primum poetae verbis commentandi materies oblata est plene dicere, post legentes eo revocare solet: ut quae ad Aen. IV 99 Floriacensis commentator posuit 'licet fabula in primo libro narrata sit breviter, tamen plenior talis est' a more eius aliena sint. accedit quod formulae quales sunt 'de qua fabula talis est' (quae Chelones fabulae praemissa est) et 'fabula plenior talis est' in pleniore commentario multo frequentiores sunt quam in vulgato (cf. p. 141, 16; 169, 12; 340, 27; 357, 15; buc. VIII 30). quare Hymenaei fabulam ex alius scholiastae libro, quo mythographus quoque usus sit, in pleniorem commentarium translatam esse puto[1]). quod alterius mythographi testimonio (f. 219) commendatur, qui genuinum Servii scholium exscripsit et primi narratione inserta auxit. eadem ratio inter fab. 101 et Cassellani ad v. 505 additamentum intercedere videtur. ceterum docti commentatores quid de Hymenaeo prodiderint ex Floriacensi ad Aen. IV 127 et Lemovicensi ad buc. VIII 30 scholio cognoscitur. restat ut primum mythographum (fab. 138) et Cassellanum scholiasten ad Aen I 619 non ita inter se consentire moneam, ut alter ad alterius auctoritatem se adplicasse videatur: immo eodem fonte usi sunt, unde alia uterque, alia alter tantum derivavit.

Quas inter Isidori originum differentiarumque libros et Servii commenta inveni similitudines omnes commemorandas esse duxi. nam cum illi quoque loci indicarentur quorum congruentia eo videretur referenda esse quod eundem auctorem secuti essent Servius et Isidorus, eorum studia adiuvari putabam qui fontibus originum investigandis operam darent. transcripta esse ab Isidoro Servii scholia non dixi, nisi ubi ad rerum ab utroque expositarum convenientiam verborum consensum accedere videram: verum enim est quod Dresselius in commentatione de Isidori originum fontibus docuit (rivista di filologia vol. III p. 208), perpauca in auctorum verbis ab Isidoro mutata esse. plus quam quadringentis autem locis is est inter utriusque libros et rerum et verborum consensus, ut dubitari non possit quin Servio sua debeat Isidorus. itaque animi causa magis quam quod rem certam novo argumento confirmandam esse putem, ineptias quasdam adscribo ad quas Servii scholiis aut neglegenter inspectis aut sine iudicio adhibitis Isidorum devenisse appareat. veluti si quis or. XVI 3, 3 cum Servii ad Aen. X 653 scholio contulerit is crepidinis vocem a pede derivandam esse Isidorum inde sibi

1) Monacensis codicis testimonio quod infra proferam Donatum esse mythographi auctorem probatur.

persuasisse videbit quod Vergilii commentator, ut 'crepidine' ablativum pro dativo poetam posuisse probaret, similem versum qui est Aen. X 361 'haeret pede pes' commemoraverit. non minus ridicule Isidorus or. XIII 19, 8 Lucrini lacus nomen a lucri magnitudine repetendum esse dixit quod olim propter ingentem piscium copiam vectigalium exactores inde fecissent: quo loco Servii ad georg. II 161 adnotatione aperte abusus est. similia haec sunt: or. XII 6, 32 et georg. IV 234; or. XII 7, 4 et Aen. VI 198; or. XVII 6, 11 et Aen. X 58; or. XVIII 24 et georg. II 531; or. XVIII 23 et georg. III 105; or. XIX 2, 7 et Aen. VII 631; or. XIX 4, 1 et Aen. I 727.

Quadringenti autem illi Servii loci quos ab Isidoro exscriptos esse dixi cum omnes brevioris commentarii sint, huius ipsius exemplar aliquod Hispalensi episcopo ad manum fuisse probabiliter conicitur. sed aliud argumentum in promptu est quo ea res sic confirmetur, ut omnis tollatur dubitatio. nam satis multa scholia quae in Danielis libris pleniora sunt quam in vulgatis ita ab Isidoro in originum libros adsumpta esse videmus, ut nihil receptum sit nisi quod hodie quoque in vulgatis libris extet, quamquam ea quae plenioris commentarii auctor vel inseruerit vel addiderit ita comparata sint, ut Isidorus si plenius exemplar habuisset ea non videatur omissurus fuisse. conferantur inter se haec Isidori et Servii verba: or. VI 19, 27 et Aen. XII 520; or. VI 19, 82 et Aen. I 632; or. VIII 11, 48 sq. et Aen. IV 242; or. IX 3, 44 et Aen. III 519; or. IX 4, 8 et Aen. V 758; or. X 101 et Aen. I 178; or. X 163 et Aen. VIII 649[1]); or. XI 3, 34 sqq. (cf. XII 4, 23) et Aen. VI 287 sq.[2]); or. XII 2, 2 et Aen. I 215; or. XII 2, 11 et Aen. III 113; or. XII 3, 6 et Aen. XII 9; or. XIII 16, 8 et Aen. VI 14; or. XIV 6, 23 et Aen. II 21[3]); or. XIV 6, 36 et Aen. I 52; or. XV 9, 6 et Aen. IX 60; or. XV 13, 12 et georg, I 71; or. XVI 3, 3 et Aen. X 653; or. XVII 5, 3 et buc. V 7; or. XVIII 7, 8 et Aen. IX 705; or. XVIII 12, 6 et Aen. IX 505; or. XIX 1, 9 et Aen. I 43; or. XIX 7, 3 et Aen. VIII 453; or. XIX 19, 6 et Aen. IX 408; or. XX 10, 1 et Aen. XII 118; or. XX 14, 2 et georg. I 170; or. XX 14, 10 et georg I 164.

Priusquam aliorum vel alius[4]) in Vergilium commenta ab Isi-

---

1) omisit Isidorus 'quasi στρογγύλωπας a rotunditate', nam Plauti versum addiderunt Itali. 2) cf. mythogr. I 72, II 131, III 14, 5. 3) hoc loco a vulgatorum librorum memoria, quam Isidorus secutus est, Cassellanum dissentire moneo. 4) nam vix probabile est plures praeter Servianum commentarios Isidorum inspexisse.

doro adhibita esse ostendam de paucis originum locis accuratius disputandum est qui ita compositi sunt, ut facile quis et Servii scholium et illa exscripta esse dicat quae in plenioribus libris cum eo coniuncta sunt. atque quae Isidorus or. I 43, 4 de annalium et historiae differentia dixit *inter historiam autem et annales hoc interest quod historia est eorum temporum quae vidimus, annales vero sunt eorum annorum quos aetas nostra non novit: unde Sallustius ex historia, Livius*[1]) *Eusebius et Hieronymus ex annalibus et historia constant*, ea ex Servii ad Aen. I 373 scholio fluxisse videntur. nam quae Servius (p. 125, 20) de historiae nominis origine docuit *dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν id est videre* quod alio loco (I 40, 1) ab Isidoro collocata sunt, id non abhorret ab eius consuetudine. neque illud mirum esse potest quod Sallustium a Servio omissum exempli causa commemoravit· eius enim libros ipse legit et exscripsit (cf. Dresselius l. l. p. 218 sqq.). neque tamen integriore Servii exemplari Isidorum usum esse concedo quod in eis quae de ipsis annalibus et ipsa historia 43, 3 et 4 in. exposuerit quaedam inveniantur quae Casellano ad v. 373 scholio non dissimilia sint.[2]) immo ea quae Casellanus unus habeat a Servio profecta esse confidenter nego. qui cum pro historia annales Vergilium posuisse censeat, plane contrarium est quod alter scholiastes ideo annales a poeta Aeneae tributos esse docet quod is tamquam pontifex maximus induci soleat, a quo maximos annales confectos esse constet. haec ex libro illo, cuius argumentum p. XXVII adumbrare conatus sum, petita esse Macrobii verbis, quae Sat. III 2, 17 habes, ostenditur. praestantissima autem illa de annalium conficiendorum ratione memoria non est ad eum ipsum qui librum illum composuit referenda, sed ad antiquiorem quendam scriptorem, quo is tamquam teste usus est. eundem ab Isidori auctore, non ab ipso Isidoro adhibitum esse probabiliter videor conicere. restat ut commemorem de discrimine quod inter historiam et argumentum et fabulam esse rhetores statuerunt (cf. Cornif. rhet. ad C. Herenn. I 8, 13 et Cic. d. invent. I 19, 27), aliter praecipere Servium ad Aen. I 235, aliter Isidorum I 43, 4.

1) 'ex historia Livius' e palmari Dresselii coniectura dedi, 'ex historialibus' Isidori codices exhibent. 2) Isidori verba sunt 'quaecumque enim digna memoriae domi militiaeque mari ac terrae per annos in commentariis acta sunt, ab anniversariis gestis annales nominantur. historia autem multorum annorum vel temporum est, cuius diligentia annui commentarii in libris delati sunt' cum his e Casellano scholio comparari possunt haec verba (p. 126, 5 sqq.) 'digna memoratu notare consueverat domi militiaeque terra marique gesta per singulos dies. cuius diligentiae annuos commentarios in octoginta libros veteres retulerunt' e. q. s.

sed cum aliqua sit inter utriusque verba similitudo, haud scio an Servius eius praecepta, quem Isidorus accurate secutus sit, memoria falsus corruperit.

Or. X 260 Isidorus *sequester* inquit *dicitur qui certantibus medius intervenit, qui apud Graecos ὁ μέσος dicitur, apud quem pignora deponi solent. quod vocabulum ab sequendo factum est, quod eius qui electus sit utraque pars fidem sequatur.* cum his scholium ad Aen. XI 133 adscriptum comparandum est: PACE SEQUESTRA *media: nam[que] sequester est [aut] medius inter duos altercantes, [aut] apud quem aliquid ad tempus seponitur, [dictum autem a sequendo, quod eius qui electus sit utraque pars fidem sequitur.] pacem ergo sequestram indutias dicit, i. e. pacem temporalem et mediam inter bellum praeteritum et futurum.*[1]) de vi igitur 'sequester' vocis cum consentiant inter se Servius et Isidorus neque tamen eisdem uterque verbis usus sit, contra quae de origine vocabuli illius a Floriacensi scholiasta et Isidoro dicta sunt eorum consensus cum etiam ad verba pertineat, plenius Servii exemplar ab Hispalensi episcopo non potest inspectum esse. sic potius res se habere videtur. eodem scholio ad v. l. adscripto non eodem modo Servius Isidorus Floriacensis scholiastes usi sunt. nimirum Servius nihil inde derivavit nisi quod ad poetae verba explicanda opus erat, Isidorus, cui Luctatium Placidum ad Stat. Theb. VII 542 addo, omnia exscripsit, Floriacensis interpres quod a Servio omissum esse videbat supplevit. communis autem eorum auctor ex P. Lavinii de verbis sordidis libro sua petiverat, ex quo Gellius (XX 11) haec profert 'utrumque vocabulum (scil. sculna et sequester) a sequendo factum est, quod eius qui electus sit utraque pars fidem sequatur'. cf. Suet. verb. diff. p. 276, 11 Reiffersch.

Or. XIV 4, 20 qua paragrapho de Tuscia agitur Isidorus iis quae ex Servii ad Aen. II 781 scholio deprompsit haec ex eiusdem ad Aen. XII 753 scholio interposuit *Vmbria vero pars Tusciae.* in iis quae § 21 de Vmbria dicta sunt quaedam cum Floriacensis ad XII. libri versum additamento consentiunt. sed facile intellegitur quae his locis de Vmbrorum et origine et nomine exposita sint a Servii consilio aliena esse. quare ut Floriacensis scholiastes ita Isidorus alium auctorem secutus est. cf. or. IX 2, 87. quaestt. Serv. p. 6.

Quae Isidorus or. XV 2, 22 scripsit *Porta dicitur quia potest vel importari aliquid vel exportari, proprie autem porta aut urbis aut*

---

1) quae uncis quadratis inclusi pleniorum librorum sunt.

*castrorum vocatur, sicut superius dictum est* simillima sunt his ad Aen. I 83 scholiis PORTA *omnis exitus porta dicitur, quasi qua potest vel importari vel exportari aliquid. [aut ideo 'porta', quia 'agmine' dixerat: nam porta proprie aut urbis aut castrorum est.]* dubitasse videntur veteres interpretes cur portam dixerit poeta exitum ab Aeolo ventis paratum. atque Servius rem simpliciter expedivit, alter scholiastes subtilius ad 'agmine' militarem vocem, qua in proximo versu Vergilius usus erat, provocavit, ut portam et urbis et castrorum propriam fuisse doceret. utrumque scholium Isidoro cognitum fuit, neque dubitarem quin plenius Servii exemplar ei ad manum fuisse concederem, nisi his quae revocandi causa addita sunt *sicut superius dictum est* impedirer. quae cum neque ad or. IX 3, 44 neque ad XV 2, 13, quibus locis de castris agitur, ac ne ad XV 2, 3 quidem, ubi Catonis de urbe condenda praecepta commemorantur sed castrorum nulla mentio fit, referri possint, suspicio oritur, Isidorum temere ea ex scholio quod transcriberet arripuisse, cum praesertim eius modi remittendi formulae in scholiis Vergilianis frequentissimae sint (cf. p. XIV). atque voluerat fortasse interpres ille scholium aliquod ad georg. IV 78 adscriptum in memoriam revocari, quem ad versum de militari ut ita dicam portarum usu dici potuisse nemo negabit. quae si recte conieci Cassellanum ad Aen. I 83 scholium non est Servii, quem georgica post Aeneidem interpretatum esse constat.

Or. XV 8, 8 Isidorus vulgatum ad Aen. I 505 scholium paucis mutatis transcripsit eique addidit quae inter Servii libros unus Cassellanus habet (p. 158, 6) *alii testudinem volunt esse locum in parte atrii adversum venientibus.* neque tamen probabile est e codice ipsius Cassellani simili haec petita esse. nam quae inter vulgatum et alterum scholium posita sunt (p. 157, 20 — p. 158, 6) quamquam non poterant non dignissima videri quae reciperentur, Isidorus non exscripsit. aut igitur alium praeter Servianum commentarium inspexit, aut ex originum libro in pleniorem codicem verba illa translata sunt. idem indicandum est de his Isidori verbis (or. XV 16, 11) *divortia sunt flexus viarum, hoc est viae in diversa tendentes. item diverticula sunt, hoc est diversae ac divisae viae sive transversae semitae, quae sunt a latere viae* cum scholio ad Aen. IX 379 quod infra scripsi comparatis: AD DIVORTIA *[viae in diversa tendentes hoc est] ad deverticula viae militaris: Terentius 'ubi ad ipsum veni deverticulum'. deverticula autem sunt semitae transversae quae sunt a latere viae militaris.* nam duas 'divortia' vocis interpretationes 'hoc est' formula interposita inepte coniunctas esse non est quod mo-

neam. prudentius Isidorus 'item' particula usus est, ut priori alteram adnecteret.

Non uno nomine utile est comparare inter se quae Isidorus or. XVI 24 de electro dixit et Servii ad Aen. VIII 402 scholium. Servius Plinium se sequi profitetur, atque quae profert ita comparata sunt ut Pliniana agnoscas, modo pro 'tribus', quod libri praebent, 'quattuor' scribatur. mirum tamen est quod Isidorus, cui non modo hic in numero error sed verba pleraque cum Servio communia sunt, habet quaedam quae Vergilii interpres omisit. quare non Isidorus Servium, sed eundem uterque auctorem secutus esse videtur, qui ipse e Pinii libro sua derivaverat, ita tamen ut in metallico electro partium rationem paulo aliter definiret. iam vero in exitu Serviani scholii a vulgatis libris discedit Floriacensis codex, qui non solum haec addidit quae cum Isidorianis consentiunt *et ad lumina in convivio clarius auro et argento lucet*, sed etiam ea quae antecedunt, quae sic eduntur *et varios ad similitudinem* [*arcus caelestis*] *reddit colores*, unus integra habere videtur. scilicet verba quae sunt 'arcus caelestis' cum ad sententiam explendam necessaria sint, librariorum neglegentia in vulgatis libris intercidisse dices. at in meis codicibus non 'ad similitudinem' scriptum inveni, sed 'ad dissimilitudinem' in Reginensi Sangallensi Lipsiensi, 'ad idisimilitudinem' in Hamburgensi. inde 'ad iridis similitudinem' Servium scripsisse conicio, ut plenioris commentarii auctor corruptae breviorum librorum scripturae medelam ab Isidoro petiverit. quam coniecturam si probaveris, ea quoque quae Servianis in uno Floriacensi adglutinata sunt ad Isidorum redire facile concedes.

Reliqua Danielini commentarii scholia, quae quidem huc pertinere dixeris, ex Isidori libro videntur exscripta esse. conferantur inter se Aen. XI 554 et or. VI 13, 3; Aen. I 416 et or. IX 2, 49; Aen. I 490 et X 651 et or. XVII 4, 8; Aen. IV 131 et or. XVIII 7, 4; Aen. XI 144 et or. XIX 31, 8. decimi originum libri particulas 125, 159, 179 quae propter rerum similitudinem cum scholiis ad Aen. X 302, XII 7, VIII 307 conferri possunt, propter dissimilitudinem verborum non puto Servio deberi. denique quae vulgato ad georg. II 88 scholio de crustumiis addita sunt ea recentior aliquis scholiastes ex Isidori copiis adsumpsit, nam Lemovicensis codex in primi libri v. 279 desinit.

Ostendisse videor ne eis quidem locis quibus Isidoriana ex Servianis scholiis et pleniorum librorum supplementis composita esse dicas, ipsum ampliorem commentarium ab Isidoro adhibitum esse. atque quod or. X 260; XV 2, 22 et 8, 8 et 16, 11 praeter Serviana

alius interpretis ad eosdem Vergilii versus scholia, quae postea demum cum Serviano commentario coniuncta sint, Isidoro ad manum fuisse dixi, id aliis etiam exemplis confirmatur. veluti duo originum loci, qui sunt XIV 4, 22 'alii Etruriam ... ἀπὸ τοῦ θῦσαι' et XVIII 7, 7, cum scholiis ad Aen. X 164 et VII 741 consentiunt, quae Daniel non e Floriacensi codice, qui pleniorem qui vocatur Servii commentarium exhibet, sed ex Turonensi libro edidit, qui Servii scholia nisi paucis locis non habet.[1]) praeterea Isidorus scholia aliquot, quae quidem in plenioribus libris extant, in origines transtulit, Servianum scholium ad eadem poetae verba adscriptum neglexit. cf. or. IX 2, 74 'Pelasgi ... commemorat' et Aen. VIII 600; or. XI 1, 79 et Aen. I 211; or. XIII 21, 26 et Aen. XI 457; or. XVI 20, 11 et Aen. I 448; or. XVII 6, 18 et Aen. IV 242. denique haud pauca eorum quae e pleniore commentario Isidorus adsumpsisse videtur ad Vergilii versus pertinent de quibus Servius ipse nihil dixit. cf. or. IX 2, 73 et Aen. I 242 (cf. Kettnerus stud. Varron. p. 19); or. IX 2, 74 'Graeci vero ... dictos' et Aen. I 624; or. IX 2, 106 et Aen. VIII 656; or. IX 3, 22 et Aen. X 370; or. XI 1, 61 et Aen. XI 496[2]); or. XI 1, 123 et Aen. III 67; or. XII 7, 75—78 et Aen. III 246; or. XIII 18, 5 et Aen. III 421 et 423; or. XIV 6, 44 et Philarg. ad georg. I 309; or. XIV 8, 18 et Philarg. ad georg. III 474; or. XIV 8, 38 et Aen. XI 326 (cf. Aen. II 16); or. XV 2, 5 sq. et Aen. IX 608 or. XV 2, 32 et Aen. I 20; or. XV 3, 12 et Aen. II 464; or. XV 16, 6 et Aen. I 422; or. XVI 20, 11 et Aen. I 448; or. XVII 6, 26 et Aen. I 176; or. XVII 9, 29 de dictamno Isidorus loquitur. videtur scholio aliquo ad Aen. IV 72, quem versum laudavit, usus esse. sed ad hunc ipsum perpauca adscripta sunt, plura de herba illa Aen. III 171 et XII 412 inveniuntur; or. XVIII 2, 7 et Aen. I 70; or. XIX 28, 6 quae de ferrugine dicta sunt eorum pars e Servii ad Aen. IX 582 aut ad georg. I 466 scholio, pars ex pleniore commentario ad Aen. XI 772 adscita est.

Confiteor inter locos quos modo enumeravi haud paucos esse quorum consensum alii ita rectius explicare sibi videbuntur, ut ad eandem et Isidorum et eum qui pleniorem commentarium composuit auctoritatem se adplicasse dicant: neque his magnopere adver-

1) ceterum dubitari potest num Isidorus et Turonensis scholiastes Vergilianum aliquem commentarium his locis exscripserint. 2) verba quae sunt 'cervix autem numero ... frange cervices' Servio ad Aen. II 707, quem diff. verb. 118 exscripsit, debet Isidorus.

sor, praesertim cum non desint apud Isidorum quorum cum Danielinis scholiis similitudinem ipse sine ulla dubitatione ad fontis communionem revoco. veluti quae ab Isidoro or. XVI 18, 13 et Danielis scholiasta ad Aen. X 526 de tribus argenti et auri et aeris generibus, or. XVII 7, 2 et buc. VIII 12 et Aen. I 394 de lauro, or. XIX 5, 3 et georg. I 142 de trago, retis genere, or. XIX 30, 5 et Aen. II 683 et X 270 de apice et galero, or. VIII 9, 13 et Aen. III 359 de variis vaticinationis generibus, or. VIII 11, 52 et Aen. III 35 de Gradivi nomine exposita sunt, ex eodem fonte derivata esse mihi persuasi. atque uno loco qui est ad Aen. II 683 scholiastes Suetonium laudavit; de trago Nonius s. v. everriculum p. 34 M. conferatur.

Restat ut ea plenioris commentarii scholia commemorem, quae aut quod Isidori expositio plenior sit aut aliis de causis, quas cum facile quivis sentiat explicare longum est, ex Isidori libro exscripta esse videantur. ex eo genere sunt Dan. schol. ad Aen. VIII 392 et or. XIII 8, 2 (cf. Isid. de rer. nat. 30); Aen. II 16 et XI 326 et or. XIV 8, 38; Aen. I 119 et XV 1, 16; Aen. IV 648 et or. XV 3, 9; buc. IV 2 et VIII 54 et or. XVII 7, 49; Aen. XII 413 et or. XVII 10, 3; Aen. I 177 et XVIII 5, 1; Aen. IV 198 et or. IX 2, 125. ceterum in his similium locorum indicibus ea Danielis scholia quae cum decimi originum libri particulis consentire vidi consulto omisi. nam cum hoc libro nominum quorundam originationes et interpretationes eaeque perquam breves contineantur, difficile dictu est, utrum Isidorus scholiastae an hic illius auctor sit. possunt autem inter se comparari or. X 3 et schol ad Aen. IV 72, VI 298, VIII 532; or. X 7 et Aen. II 426; or. X 91 et Aen. I 39; or. X 105 et Aen. VIII 230; or. X 127 et Aen. XI 584; or. X 138 et Aen. III 658, VIII 264; or. X 171 et Aen. I 520; or. X 198 et Aen. IX 725; or. X 247 et Aen. II 374; or. X 263 et buc. X 19; or. X 279 et Aen. X 216.

Itaque quod compositione plenioris commentarii demonstrata, Danielinis scholiis quibusdam exempli causa ad suos auctores revocatis, diversis Servii et aliorum commentatorum consiliis rationibusque descriptis ostendere conatus sum, ea quae pleniorum librorum propria essent non Servii esse sed aliorum interpretum vel scriptorum, id Vergilianis commentariis et inferioris aetatis libris quibusdam, quos qui scripserunt illis usi sunt, inter se comparatis stabilitum esse videmus, qua quidem comparatione simul illud probatum est, Serviana commenta, si leviores quasdam eorum mutationes variis temporibus factas exceperis, integra servata esse. id quod aliis

quoque rebus confirmatur, veluti aequali sermonis tenore, consiliorum stabilitate, expositionum ad grammaticam artem, ad historiam, ad philosophiam pertinentium amplitudine, quae si non omnibus at multis certe locis tanta est, ut ampliora etiam scholia in brevius contracta esse ne cogitari quidem possit. accedit quod inter antiquiores brevioris commentarii codices[1]), quamvis diversis locis scriptos, tantus invenitur consensus, quantus vix posset esse, si Servianum opus eas quas docti quidam homines opinantur mutationes subisset.[2]) illud tamen non nego, quod in libro ad docentium discentiumque studia per longum tempus adhibito atque totiens descripto facillime fieri potuisse nemo negabit, ut aut adderentur quaedam aut omitterentur aut transformarentur.[3]) quare neque secludendi neque supplendi remediis ad emendandum Servii commentarium carere poteris, atque de singulorum verborum vel enuntiatorum etiam memoria maiores sunt fortasse inter Servianos quam inter aliorum scriptorum codices discrepantiae. ne illud quidem infitior, librariorum inertia posse effectum esse, ut unum et alterum scholium totum intercideret. sed sunt profecto eae interpolationes et lacunae et scripturae diversitates levioris plerumque momenti, quam ut genuinum commentarii habitum eis magnopere immutatum esse dicas.[4]) neque quod supra (p. XXXII) dixi, inveniri inter

1) excipio Bernensem 363, quippe qui commentarium multis locis valde decurtatum exhibeat. 2) quod in praestantissimis etiam nostrorum codicum non nulla omissa sunt, Thomasius (p. 170) cum eam rem non tam ab librariorum neglegentia quam ab exemplarium, quibus hi ipsi usi essent, lacunis repetendam esse putaret, inde in antiquioribus etiam libris non nulla intercidisse suspicatus est. at cum multi supersint Servii codices eique diversis locis scripti, ut ex diversis exemplaribus derivati esse videantur, si quid in altero deest, ex altero id suppleri potest, veluti Lipsiensis corrector quod prior manus omiserat ex libro Monacensis simili addidit. 3) cf. supra p. V sq. sed cavendum est ne latius patere videantur haec corruptionis genera. propter Thomasium hoc moneo, qui haud pauca scholia, in quibus neque desideratur quidquam neque redundat, aut omissis necessariis aut alienis inmixtis corrupta esse sibi persuasit. vide p. 171 sqq. veluti scholium ad Aen. I 359 adscriptum integrum esse negavit, quod 'thensauros' scripturam a Servio vituperari non vidit. in scholio ad Aen. II 733 verba *propter sequentem de Corybantibus oeconomiam* non intellexit his quae ad insequentem versum adnotata sunt explicari *non cum utilitate mea fareus uxori, quae in numerum ministrarum matris deum relata est.* ad Aen. VI 648 ante *illis* nihil intercidit; 'isti' enim dicuntur Ilus Assaracus Dardanus, 'illi' Tydeus et reliqui quos poeta v. 479 sqq. commemoravit. ad Aen. IV 179 Veronensis interpres Servii scholium corrupit, non Servius scholium Veronense. ad Aen. I 282 verba *quod vulgo maforte dicant* non debent propter relativi pronominis iterationem ut aliena abici. ad Aen. VIII 127 non video cur verba *quantum ad Aenean pertinet Graeci neque boni neque meliores sunt* secludantur. 4) veluti Thomasius non nullis locis

Danielina scholia quae a Servianorum rationibus non abhorrerent, ea similitudo tantum valere debet, ut sine codicum aut aliorum scriptorum testimoniis Servio tribuantur[1]) quae eadem probabilitate ad commentatorem aliquem Servio aequalem fere et simili interpretandi ratione usum referuntur.

Etiam de fontibus et tempore plenioris commentarii libris illis, de quibus supra dixi, atque Isidori originibus maxime comparatis quaedam cognosci potuerunt, ut iam tempus esse videatur quae de eis rebus et de loco, in quo Danielina scholia cum Servianis coniuncta sint, invenisse me spero collecta proponere. sed ante opus

---

non de Servio, sed de compilatore vel excerptore aliquo (rédacteur), non de commentario sed de collectione scholiorum (recueil) loquitur. 1) quae ad Aen. II 445 de domus nominis declinatione in uno Cassellano adscripta sunt propter Cledonii et Pompeii testimonia et commentarii in Donati artem similitudinem ad Servium revocavi. Aen. V 801 et 851 ea quae praeter Bernensem 167 et Cassellanum Monacensis habet Servio tribuere potui. Thomasius qui p. 11 sqq. italicorum saeculi XV. librorum additamenta diligentissime collegit ex his pauca quaedam in Danielinis codicibus inveniri vidit; unde ad Servium ea referenda esse coniecit (cf. p. 33). sed Aen. I 417 verba quae sunt *quod autem . . . vestitur* in omnibus vulgatis libris leguntur. ad Aen. I 731 *Graeci . . . appellant* verba cum non inveniantur in Parisino 1750 a Daniele autem in ipso contextu edita sint, e Fabriciano exemplari videntur petita esse. ad Aen. II 7 *Iovis et Aeginae filius* quae italici libri cum Danielinis communia habent facile potuerunt Serviano scholio adscribi (cf. mythogr. II 204), cum praesertim dubitari possit an 'Iovis filium' Aeacum fuisse Servius ipse dixerit (cf. adnot. crit.). Aen. II 632 *quod Ἀφρόδιτον vocatur* ex Macrobii Saturnalibus III 8, 1 adscripta sunt. ad Aen. II 749 et 761 non ea est inter italica et Cassellana additamenta similitudo, ut apte inter se comparentur. ad Aen. I 651 Hymenaei fabulam Parisini 7965 (cf. Thomas p. 27) corrector in margine adscripsit; qui cum mythographi libro (I 75 vel II 219) usus esse possit, non est quod Floriacensem (ad Aen. IV 95) ei ad manum fuisse dicamus. contra qui italica ad Aen. II 528 et 553 scholia scripsit ei ut Serviana ita Cassellana de his locis et v. 558 commenta cognita erant. cf. adnot. crit. ad Aen. IV 572. reliqua quae Thomasius in italicis et Danielinis codicibus similia esse invenit ad Aen. II 501 *aut novas . . . adfinitatis* et *est autem . . . repetitio*, 624 *vel 'tum vero' . . . saevientes*, 641 *corpus nostrum*, 645 *et . . . venti*, 649 *sane afflati . . . Romulus*, 728 NVNC . . . *metuere*, 733 *non nulli . . . sed*, 768 AVSVS *quia inter hostes*, VI 17 *nunc a civitate . . . Euboeae* haec igitur nihil habent quod a Servii consuetudine alienum sit. moneo tamen extare Vergilii libros quorum in margines non nulla pleniorum librorum scholia transcripta sint et eius modi librum facile potuisse ad Italos adferri. neque omitto quam mirum sit quod similitudines illae fere omnes ad extremam secundi Aeneidos libri partem pertinent. quae ad Aen. II 801 in Cassellano et Dresdensi adnotata habes *hoc est autem . . . agnovit* e Serviano ad Aen. I 382 scholio petita sunt. ad Aen. VIII 300 qui *praeter haec quae Herculem* e. q. s. adscripsit, quorum pars in italicis libris invenitur, mythographi alicuius libro videtur usus esse: Servium enim qua re motum esse putas, ut quae aliis locis de singulis Herculis laboribus dixerat hoc comprehenderet? (cf. Thomas p. 106).

est de codicibus quibus Daniel primus usus est accuratius disserere, quippe quorum rationibus expositis multum lucis eis quaestionibus adferatur.

Plenioris commentarii libri recensentur: Cassellanus.

Atque plenioris in primum et secundum Aeneidos librum commentarii duo codices extant: Cassellanus (ms. poet. fol. 6) et Parisinus 1750. ille saeculo nono exeunte vel ineunte decimo in CIX membranis formae quadratae, sed maioris mensurae scriptus est. singulae paginae tricenos singulos versus habent. plures librarios eodem tempore in codice scribendo occupatos fuisse non solum litterarum dissimilitudine, sed etiam ea re ostenditur quod septimo quaternioni, cum primi libri extremam partem non totam cepisset, tres membranae additae erant, et extremae aliquot quaternionum paginae aut vacuae relictae, veluti quarti decimi et undevicesimi, aut, veluti septimi, litteris distractius exaratis insignes sunt. verborum distinctio saepe aut nulla est aut falsa. lemmatum initia grandiusculis litteris indicata sunt. plures correctores liber expertus est, e quibus eum qui ex archetypo plerumque, ut videtur, primi librarii errores sustulit, $C^2$ dixi, alium qui saeculo XV. vulgati alicuius libri scripturas invexit $C^3$. idem signum adposui mutationibus quibusdam in scholio ad Aen. I 393 ab homine tertii decimi, ut videtur, saeculi factis. quarta manus, atramenti vigore conspicua, in posterioribus libris leviora errata correxit.

Continebat olim hic codex in sex priores Aeneidos libros commenta, sed primi tantum et secundi libri vulgatis ampliora. postquam a Scioppio conlatus est magnam iacturam fecit. interierunt enim octo quaterniones integri (II IV IX XII XV XVI XVIII et libri sexti, unde redintegratur quaternionum dinumeratio, II), praeterea tres membranae septimo quaternioni additae, undecimi tres membranae posteriores, sex priores undevicesimi, quarti alterius ordinis duae posteriores.

Vitam Vergilii primi libri commentario in vulgatis codicibus praemissam Cassellanus non habet; incipit enim ab his ARMA VIRVMQVE CANO ET IN SECVNDO LIBRO ALIQVOS VERSVS POSVERAT. quae quod maiusculis litteris scripta sunt, inde Bergkius recte effecit pro exordio commentarii ea habita esse. in margine fol. I[a] legitur LIB. AENEIDꝍ, quod idem vir doctus hoc modo supplevit LIB. I AENEIDOS. libri quarti commentario haec subscripta sunt P. VIRG. MARON. COMM. AEND. LIB. IIII. EXPL. INC. LIB. V, libro quinto P. VIRGIL MARONIS COMMENTORV AENEIDOS LIBER V EXPLICIT. INCIPIT LIBER VI. tertio libro nihil subscrip-

tum est. folia quae primi et secundi libri exitus habebant interierunt.

Tertii et eorum qui usque ad septimum sequuntur librorum commentarii, qui quidem in Cassellano extant, cum priorum librorum commentis comparati exigui pretii sunt, habent tamen fortasse ad plenioris commentarii rationes rectius cognoscendas aliquid utilitatis. nam quamquam additicia scholia tantum non omnia desunt[1]), inveniuntur tamen supplementa non nulla uno illa quidem vel paucis verbis comprehensa, sed non omnino spernenda. ut exempla ex tertio libro depromam, conferatur adnotatio critica ad v. 251, 263, 287, 291, 301, 306, 364, 367, 411, 420, 469, 515, 553, 567, 615, 636, 670, 678, 698, 699, 705, 711. quae his locis Cassellano et Floriacensi communia sunt ea si quis pro Servianis haberi velit, in ipsis nihil reperio quod ei sententiae adversetur, ut possit videri regula inventa esse, qua damna in vulgatis libris Serviano commentario inlata metiamur. neque tamen omitti debet, alia de quibus Cassellanus cum Floriacensi consentiat, quae non pauca sunt, a Servio aliena esse, sive librariorum erroribus orta sint[2]), sive ab corrigendi studio profecta. longum est eos locos quibus breviorum librorum scripturae Cassellani et Floriacensis testimoniis integriores sunt omnes enumerare, paucos commemorasse satis est quibus correctoris manus agnoscitur. quod III 276 in vulgatis libris legitur *intulit* elegantius est quam *addidit*, quod Floriacensis praebet. Cassellanus *addidit non tulit* exhibet, unde in archetypo eius cum a prima manu *addidit* esset, a correctore aliquo *intulit* supra scriptum fuisse probabile est. 281 uterque codex falso *propter* pro *praeter* habet. 291 *uetereum* est in Floriacensi, *uegetum* in Cassellano, *Veretum* in archetypo libro fuisse conicio. vulgati libri *Calabriam* praebent, quod nemo non sentit aptius esse: nam Epiri nomini regionis rectius quam oppidi nomen opponitur. quamquam eum qui 'Veretum' posuit doctrinam ostendisse non infitior. 332 *ut in historia legimus*, quae breviorum librorum scriptura est, tuetur mythographus. 499 Cassellanus et Floriacensis in lemmate id exhibent quod Servius abiecit; nam a prima manu *fuerint* in Cassellano fuit. 707 *non longe a monte Eryce* magis placet quam *ante pedem montis Erycis*. etiam magis memorabilis est Floriacensis et Cassellani similitudo his locis: III 286 *intellegamus* vulgati

1) perpauca eaque admodum vilia inveniuntur, veluti in tertio libro ad v. 678 *Caelo*] *pro 'in caelum'* et v. 718 *Conticuit tandem*] *ut 'conticuere omnes'*.
2) cf. adnot. crit. ad III 222, 231, 233, 260, 445 (p. 421, 15), 624 (p. 446, 3), 680 al.

libri praebent, *possumus intellegere* cum Floriacensi et Turonensi Cassellanus. mutavit Serviana plenioris commentarii auctor, quod alienam interpretationem additurus erat. 274 *et sinum et* non videntur Servii esse; nam enuntiatum relativum quod sequitur ad unam 'civitatem' vocem spectat. 270 Serviana quae sunt *insulas Graeciae commemorat* ut Floriacensis ita Cassellanus omittit, in quem ipsum prima Floriacensis scholii verba transierunt *hae omnes insulae Graeciae sunt.* 332 his quae praeter Floriacensem Cassellanus habet *aut quod ibi Achilles occisus sit* turbatur aperte Servii sententia, ut ea secluserim. 376 in utroque libro alienum scholium Serviano inepte inmixtum est. accedit quod Cassellani scriptura *disponit divinat* e Floriacensi orta est quae est *disponitur divinat,* cuius ipsius origo inde repetenda videtur, quod in archetypo Serviana sic perperam scripta erant *disponitur dinat:* nam *divinat* non potest Servii esse. 311 *sicut supra dictum est* cum Floriacensi habet Cassellanus, quamquam scholium ad v. 310, ad quod ea formula relegamur, omittit. 361 *autem* habet Cassellanus, non habet *praepetes . . . auspicatur,* propter quae *autem* illud plenioris commentarii auctor inseruit. 249 vix dubito quin *ait Neptunio,* quod e Cassellano enotavi, ex *aut Neptunio* ortum sit, quod in Floriacensi legitur. consensus igitur, qui in tertio et iis qui sequuntur libris inter Cassellanum et Floriacensem invenitur, eius modi est, ut e pleniore aliquo libro ille fluxisse videatur, cuius quidem libri, ut recte conicere videor, hoc proprium fuit quod aliena pleraque, id est ea quae in Floriacensi Servianis non inserta sed adnexa sunt, ab his nescio quo signo separata erant, ut is qui Cassellanum scripsit, cui Serviana exscribere videtur propositum fuisse, quae omittenda erant facile potuerit dignoscere.[1]) quod cum ita sit, ne supplementa quidem illa quae supra commemoravi Servio tribuenda esse, sed partim plenioris commentarii auctori partim aliis interpretibus[2]) deberi puto.

Antequam de Parisino 1750 dicatur quaestionem quandam subdifficilem solvendam esse video: nam etiam nunc dubitant homines docti num Cassellanus idem sit qui Danielis Fuldensis. neque a Duebnero qui in Zimmermanni annalibus tom I. a. 1834 p. 1222 sqq. de hoc codice disputavit, neque a Bergkio, qui Marburgi annis 1843—45 primi et secundi libri particulas quasdam ex Cassellano

1) in primi et secundi libri commentariis nihil me invenisse moneo quo additicia scholia a vulgatis distingui viderentur. 2) ex aliis commentariis deprompta videntur quae ad III 287, 306, 367, 615, 678, 698 Cassellani et Floriacensis propria sunt.

edidit, neque a me cum anno 1856 primum de Servio commentabar ea res profligari potuit, quia Danielis exemplar nobis non praesto erat. poterat videre quod verum est Thomasius (cf. supplément sur le Parisinus 7929 et quelques manuscrits étrangers. Paris 1879 p. 21 sqq.), si Danielini exemplaris appendice et Danielis schedis in Bernensi bibliotheca servatis, quas inspexit, uti scivisset: quod cum nesciret, nimium tribuit Schubartii, viri venerabilis, dubitationibus, quas is mecum quoque olim per litteras humanissime communicavit.

Petrus Daniel igitur a Francisco Modio, quem aliquot annos Fuldae moratum esse constat, audivisse videtur Servii codicem vulgatis pleniorem in Fuldensis conventus bibliotheca extare: certe Modium precibus adiit, ut speciminis causa ex eo codice non nulla excerperet. petenti sibi satis factum esse Daniel non est publice testatus, sed in Bernensi codice 189, quo pars schedarum eius continetur, quattuor inveniuntur eorum quae novae Servii editioni praefaturus erat commentarii. atque in primo quattuor libris manu scriptis se usum esse profitetur: gallicis tribus, Floriacensi Lemovicensi Autissiodorensi, uno germanico e collegio Fuldensi; Fuldensem tamen non se potuisse ipsum inspicere, sed praesto fuisse quae Franciscus Modius inde excerpsisset. in altero commentario additur Lemovicensem ad bucolica et georgica, Floriacensem ad aliquot georgicon et Aeneidos locos, Autissiodorensem ad omnem Aeneidem emendandam adhibitum esse: tum 'excerpta a Fr. Modio e duobus libris prioribus' commemorantur, quibus verbis asteriscus adpictus est, cui in margine iterato haec adposita sunt: 'BINIO fuldens'. in tertio commentario eidem libri nominantur, Modii vero nulla fit mentio. quartum exemplar cum edito consentit: in quo codicibus supra commemoratis quintus additur Turonensis, Modii beneficium item omittitur.

Mirum est quod Daniel, etsi in praefatione Fuldensi se usum esse dixit, ea quae a Modio acceperat in contextum exemplaris sui non recepit; nam ad I 340 tantum (*quod cum . . . fingebat*) et ad I 719 sqq. e plenioribus libris edita inveni quae non sunt in Parisino 1750. sed partem certe eorum quae Modius e Fuldensi exscripta miserat in margines exemplaris Fabriciani a. 1586, quod hodie in Bernensi bibliotheca adservatur et O. 51 notam habet, transtulit atque ita quidem, ut non nullis locis e codice Fuldensi ea petita esse significaret.[1]) quid? quod ad Aen. I 522 et II 159

1) veluti Aen. I 3 'vet. cod. Fuld. sic habet Altum mare significat' e. q. s.

aperte professus est unam Fuldensis membranam suis se oculis vidisse. illo enim loco verbis quae sunt *quae benevolentia . . . et te pater optime Teucrum* haec addidit ‘ex codice Fuldensi cuius frag. duarum paginarum videre licuit’, altero verbis *alii ita . . . resolvere iura* praemisit ‘ex v. codice collegii Fuldensis cuius fragmentum duarum pag. prae manibus habui’: quibus testimoniis intellegitur quid sibi velint ‘binio Fuldensis’ illa, quae in altero praefationis commentario margini adscripta esse dixi. videtur autem Daniel ea de causa in adornando suo exemplari Modii excerpta neglexisse, quia ab alio se impetraturum esse sperabat ut Fuldensis codex totus in suum usum exscriberetur. neque falsa spe inductus est. nam cum in eo esset ut novum Servii exemplar ederetur Iacobus Bongarsius plenam Fuldensis libri conlationem a Marco Velsero et Gasp. Scioppio factam e Germania adtulit[1]), quam Daniel ad suum contextum adaptatam in appendice edidit.

Fuldensem codicem quem Scioppius excussit a Cassellano nostro non diversum esse certum est. nam quae Scioppius in illo scripta quaeve omissa esse dixit eadem in hoc aut leguntur aut desunt. item magnus est inter Cassellanum et ea quae de singulis Fuldensis libri scripturis homo ille doctus protulit consensus. conficitur autem res eo quod quae Scioppius de correcturis in Fuldensi factis et de supplementis quibusdam testatus est eadem in Cassellanum cadunt. ad Aen. I 12 (p. 16, 13) in Cassellano a prima manu recte scriptum est *Scipio Aemilianus*, corrector ipsius Servii libros secutus *an* litteras delevit: Scioppius Fuldensem habere docuit ‘Scipio Aemilius ante Aemilianus’. Aen. I 1 (p. 6, 7) in contextu Daniel edidit *copiis*, in appendice de Fuldensi haec adnotata sunt ‘ante vocem *copiis* addit *coriis*’: in Cassellano prima manus in ipsa linea scripsit *coriis*, prior corrector supra versum *copiis* sic addidit ut non supra *coriis* sed supra insequentem vocem poneretur (coriis $\overset{\text{copiis}}{\text{tunicis}}$). his addo non nulla Scioppii testimonia quae aperte e correcturis in Cassellano factis orta sunt. Aen. I 149 (p. 63, 23) pro *eaque* Cassellanus habet *aquae*, cui corrector *e* superscripsit, sed

I 13 ‘ex transcripto Fuld. cod. Ostiam vero ideo’ e. q. s. I 38 ‘ex transcr. v. cod. coll. Fuld. TEVCRORVM AV. REG. Mire Aeneam noluit nominare’ e. q. s.

1) Bongarsio rogante Marcum Velserum, nobilem Augustanum, intercessisse puto, ut Scioppius Fuldensem librum exscriberet; nam ipsum eum in conferendo codice adfuisse veri non est simile. inter epistolas cum ceteris eius libris Norimbergae a. 1682 editas nulla est ad Danielem scripta. Scioppius autem ante annum 1597, quem libri de arte critica praefationi Altodorfii subscripsit, codicem tractasse videtur.

ita ut punctum in ipsa linea, quo aliquid addendum esse significaret, per errorem non ante *a*, sed post eam litteram poneret: in appendice 'aequa' Fuldensem praebere dictum est.[1]) Aen. I 157 (p. 65, 19) pro *stationes* Cassellanus exhibet *salutationes*, qua in voce *u* litteram expunxit corrector: Scioppius 'saltationes' testatus est. Aen. I 195 (p. 77, 8) a prima manu scriptum est *catiline*, quod altera ita correxit, ut *a* supra *e* poneret: Scioppius 'catilinae' enotavit. Aen. II 285 (p. 266, 25) *et contrario* legitur in Cassellano quod corrector emendavit cum *et* voce oblitterata *e* superscripsit: Scioppius 'et e contrario' enotavit. Aen. II 335 (p. 275, 19) Cassellanus *amine* habet, unde *g* littera supra versum addita *agmine* fecit corrector: in appendice tamquam Fuldense editum est 'animae et agmina', ut prior scriptura emendata, correctoris coniectura perfecta sit. cf. adnot. crit. ad p. 282, 18. sed gravissimum omnium est quod quae ad Aen. I 169 (p. 67, 21) in Cassellani margine ex Isidori originibus (XIX 2, 15) saeculi XV. corrector adscripsit eadem Scioppius in Fuldensi fuisse testatus est, et ita quidem ut 's̃' notam praemitteret, qua haud scio an 'supra' significari voluerit. nam ad Aen. I 173 (p. 68, 28), ubi supra *aut* idem corrector *id est multa* scripsit, haec est Scioppii adnotatio '.s̃. *i. multa aut'. ad Aen. I 176 (p. 70, 1) verba quae sunt *quem nemo sit ausus defendere* prima Cassellani manus omisit, supra versum *quoniam nemo sit ausus defendere* addidit $C^3$: Scioppii de hoc loco testimonium est 'post vocem 'in eo' emend. s̃*quoniam nemo'; in contextu enim Daniel dedit quae in Cassellano omissa esse dixi. Aen. I 30 (p. 24, 21) *crudelem* expunxit et *Hectorem* superscripsit $C^3$: inde 'circa extinctum Hectorem crudelem' in appendice Scioppius.

Scioppii Fuldensem ab eo libro, ex quo Modius non nulla exscripsit, non diversum fuisse manifestum est; Modii enim excerptis maxime Daniel impulsus est ut plenam codicis conlationem sibi pararet. sed luculento quodam argumento ea res etiam magis confirmatur. nam quod Daniel locis supra laudatis professus est, duas Fuldensis codicis paginas se vidisse, id non potuit aliter effici nisi ita ut membrana e codice sublata ei mitteretur. atque missa est ea in qua commentarius ad Aen. I 716—727 scriptus erat: cum enim Daniel in contextu exemplaris sui (p. 218 et 219, 1—20) edidit[2]) et praeclarum de Veneris nominibus excursum (v. 720) in

1) quod 'aequa' non 'aequae' in appendice legitur typothetae et correctori videtur tribuendum esse, de quorum neglegentia infra dicam. 2) cum ad v. 727—730 quoque Fuldensis additamenta in contextu Danielis inveniantur, a Modio ea exscripta esse probabile est.

Fabricianae editionis marginem transcripsit. Scioppius autem folium illud in codice non iam invenit: certe ad pag. 218 in appendice adnotatum habes 'nihil est immutatum'. in Cassellano quoque membrana de qua agitur, quae integri codicis fuit quinquagesima septima, deest, atque facile intellegitur cur Modius eam refigendam elegerit; nam de tribus illis quas septimo quaternioni additas esse dixi prima fuit, ut nullo negotio solvi posset: reliquae duae quae ipsae quoque interierunt haud scio an binione comprehensae fuerint.

Quoniam Cassellanum codicem eundem esse quem Danielis Fuldensem satis certis argumentis confirmatum est, quaerendum esse video unde discrepantia quae haud paucis sane locis inter codicis scripturas et Scioppii sive Danielis testimonia animadvertitur, repetenda sit: quam quidem discrepantiam Bergkius rectissime dixit ita comparatam esse, ut Cassellanus fere meliora praebeat. atque Scioppium quae ex codice exscribebat librariorum erroribus purgasse veri illud quidem non est dissimile, sed certis exemplis non potest probari.[1]) contra habeo quibus ostendam Danielem a veritate deflexisse cum in praefatione appendicis diceret in transcribendis Scioppii schedis tanta fide ac religione se versatum esse, ut etiam emendatu facillima 'depingere quam fingere' satius duxerit. nam cum codicis scripturae et ea quae ex Modii excerptis in Fabriciani exemplaris margines transcripta et quae ex Scioppii conlatione in appendice edita sunt inter se comparantur itemque eorum quae Scioppius ipse in libro de arte critica et in suspectarum lectionum volumine e Fuldensi laudavit ratio habetur, Danielem non veritum esse apparet aliorum testimonia suo arbitratu mutare. ut exempla proponam, Aen. I 21 (p. 20, 11) Scioppium recte *adpuncti* legisse e libro de arte critica (p. 4) scimus: in appendice Fuldensem *adiuncta* habere adnotatum est, quod Daniel cum *adpuncti* illud quid sibi vellet non intellexisset e coniectura posuisse videtur. — in scholio ad Aen. I 522, quod Modius Danieli exscripsit p. 161, 20 Cassellanus exhibet *etiamsi regem amisimus et Italiam non petimus:* pro his Daniel in Fabriciani exemplaris margine scripsit *etiam r. a. et ut Italiam non petierimus:* idem *petierimus* sed *ut* voce omissa in appendice invenitur. in eodem versu pro *discedemus,* quod e codice re-

1) cf. tamen susp. lect. I ep. XXI (p. 57 ed. Amstelod. a. 1664), ubi Fuldense additamentum ad Aen. I 636 sic laudatur 'non nulli *Dii* legunt, sicut veteres fames fami. Plautus in Mercatore *quia aut* (lege *qui aut*) *nocti aut dii aut soli aut lunae*'. nam pro *fames* in codice *famiis,* in appendice *famis* legitur. *quia aut* Scioppius in app. quoque testatur, codex exhibet *quia ut.*

stitui, *descendemus* Daniel et in Fabr. ex. et in appendice dedit. Aen. I 6 (p. 12, 7) *cognominarunt* in Cassellano legitur, *vocaverunt* in Fabr. ex. marg. *nominaverunt* in appendice. schol. ad Aen. I 340 Daniel in contextu plenum edidit, quamquam in Parisino nihil praeter *Dido*] *nomine elissa* ... *lingua* extat, ut probabile sit reliqua a Modio exscripta esse, etsi non sunt in Fabr. ex. translata: in his Daniel tribus locis sine idonea causa Fuldensis auctoritatem sprevit cum *civibus* pro *sociis*, *cuidam* pro *cuicumque*, *iniecerit* pro *iecerit* edidit. — Cassellanum additamentum ad Aen. I 97 *Tydides Diomedes* e. q. s. Daniel in Fabr. ex. margine ad I 471 adscripsit atque his locis alia dedit atque in appendice: *Deipsedes* F. e. m., *deipseles* app.; post *migravit* haec habet F. e. m. *et cum hostes oppugnatum Corcyram venissent*, quae app. omittit; *cōmunit aōm* F. e. m. *comminatione* app.; *excepta* F. e. m. *exempta* app. — Aen. II 140 (p. 242, 19) *piatio* F. e. m. *hostia* app. — II 167 (p. 249, 4) *arcis tres* F. e. m. *antistites* app. — II 178 (p. 250, 20) *imperium* F. e. m. *ministerium* app. v. 22 *de captando augurio* F. e. m. *de captivo agro* app. — his exemplis adducor ut non nullas appendicis scripturas a Cassellano diversas ad Danielis emendandi studium revocandas esse putem, veluti p. 2, 22 (adnot. crit.) *praeposuerat* et *inveniemus* pro *posuerat* et *invenimus*, p. 6, 12 *agentibus* pro *cogentibus*, p. 17, 23 *dixit* pro *posuit*, p. 25, 2 *ima* pro *lanna*, p. 29, 2 *corripitur* pro *producitur*, p. 30, 1 *est* pro *dicitur*, p. 161, 2 *curat* pro *vult*, p. 266, 9 *iniqua proferens* et *a Graecis* pro *insignia praeferens* et *a diversis*. ceterum dubito an Daniel hanc tantam mutandi licentiam inde sibi concessam esse putaverit quod Fuldensia scholia ab eo qui Parisini 1750 commentarium composuit, Floriacensia ab iis qui Turonensem librum adnotaverunt multis locis non leviter mutata esse videbat. neque aequales eius aliter sensisse videntur. in Ambrosiano enim codice, de quo infra dicam, Floriacensis et Turonensis scholia eadem libertate tractata sunt qua Daniel in Fuldensibus usus est.

Sed aliis etiam rebus effectum est, ut Scioppii de Fuldensi testimonia corrumperentur. Daniel enim quae ab illo exscripta acceperat non ipse ut videtur ad suum exemplar in appendice adcommodavit, sed aliis iisque parum peritis hominibus id negotium mandavit. cf. adnot. crit. ad II 124 (p. 239, 8) et II 678 (p. 317, 18). deinde ei qui plagulas appendicis corrigendas susceperant munere suo non ea qua debebant diligentia functi sunt, qua de re primus quod sciam questus est Iacobus Bongarsius in epistola ad Scioppium data quam apud Hagenum in commentatione de Petro

Daniele Aurelianensi scripta p. 16 adn. 65 habes. exempli causa appendicis scripturas aliquot infra scripsi, quas typothetarum erroribus corruptas esse ideo probabile est quod Daniel in Fabriciani exemplaris margine veram codicis memoriam expressit: p. 27, 18 *et bene regem invidiose* habent C et F. e. m., omittit app.; p. 29, 11 *in tantum* C et F. e. m. *tantum* app.; p. 30, 15 *multi* C et F. e. m. *nulli* app. p. 30, 19 *habent* C et F. e. m. *habeant* app.; p. 31, 21 *forem* C et F. e. m. *fores* app.; p. 32, 11 *sed* hab. C et F. e. m., om. app.; p. 161, 16 *terrorem* C et F. e. m. *timorem* app.

Restat ut commemorem qua re Schubartius adductus sit ut Cassellanum a Danielis Fuldensi diversum esse crederet. Cassellanae bibliothecae igitur codices qui olim Fuldensis conventus fuerunt et similibus tegumentis muniti sunt et in exteriore tegumentorum parte segmentum membraneum habent, in quo antiqua manus et ordinis et codicis numerum scripsit. horum librorum numeri eidem sunt qui in catalogo Fuldensis bibliothecae anno 1561 composito et a Nicolao Kindlinger anno 1812 edito inveniuntur. Servius Cassellanus autem neque idem quod ceteri Fuldenses involucrum neque segmentum illud habet: inde sequi videtur Schubartio numquam eum Fuldensis collegii fuisse. at ex eis quae supra exposui intellegitur illam rem sic explicandam esse, ut codicem nostrum ex Fuldensi bibliotheca sublatum et cum quaternionibus supra commemoratis orbatus esset novo tegumento vestitum esse dicamus. accedit quod in catalogo illo codex quidam descriptus est, qui potest certe Cassellanus esse. etenim inter libros ad Vergilium pertinentes commemoratur 'Rep. 9 ord. 3 Nr. 4 Glossa super 6. lib. Aeneidos 32. or. Servii gloss. esse video'. qui codex si Servii nomen habuisset, haec dedisset ni fallor catalogi scriptor 'Servii glossa super 6. lib. Aeneidos': qui cum addidit 'Servii gloss. esse video' significasse videtur non potuisse primo obtutu cognosci cuius commentarius codice contineretur. atqui in Cassellano Servii neque nomen usquam invenitur et primi atque secundi libri commentarii aliorum commentis ita involuti sunt, ut non possint primo obtutu dignosci, veluti ipsa verba a quibus incipit codex a Servio aliena sunt. quodsi Cassellanum hoc catalogi loco descriptum esse recte conieci, illa quae sunt 'super 6. lib. Aeneidos' hoc modo supplenda esse apparet: super sex libris Aeneidos. ceterum tres praeter hunc in indice illo nominati sunt codices qui glossam i. e. commentarium in Aeneidem continerent: Rep. 10 ord. 2 Nr. 5, 14, 34.

In eis priorum librorum partibus quae in Cassellano extant appendicis testimonia non omnia commemoravi: nolui enim temerariis

Danielis coniecturis typothetarumque erroribus adparatum criticum onerare. quae aliqua de causa memorabilia videbantur non sunt omissa. praeterea sciendum est ubi in additiciis primi et secundi libri scholiis emendationum auctores non sint nominati receptam scripturam e Danielis appendice fluxisse.

Quae Daniel in ipso sui exemplaris contextu vulgatis scholiis addidit praeter pauca illa quae supra commemoravi e libro decimi saeculi petita sunt, quem Iacobus Bongarsius et Paulus Petavius, quos Danielis bibliothecam inter se partitos esse constat (cf. Hagen catal. cod. Bern. praef. p. XIV), ita distraxerunt ut hodie septemdecim membranae in miscellaneo codice Parisinae bibliothecae, qui 1750 numerum habet, insint, reliquae Leidensi codice (Voss. F. 79) contineantur. Leidensis pars descripta est a Suringaro (hist. crit. schol. Lat. II p. 269 sqq.), Parisina a Thomasio (p. 65 sq.), utraque a me (mus. Rhen. XIV p. 540). Leidensis libri fol. 1—35 Parisini fol. 1 et 2 Bernensem qui vocatur in bucolica et georgica commentarium in brevius contractum habent (cf. Hagen schol. Bern. p. 692 sqq.), Parisini fol. 3—17 ad Aen. I et II 1—711 '*Servet*] *custodiat* pertinent, Leidensis fol. 36—45 ad Aen. II 712—804 III IV V. quae ex scholiis ad bucolica et georgica spectantibus exscripsi Hageno dedi: ex Aeneidos commentis Parisinam partem contuli atque in adnotatione critica quid ad quemque versum in codice adscriptum esset seorsum indicavi. duabus maxime de causis id necessarium videbatur. primum enim Daniel e Servianis non nulla quia in hoc libro desunt tamquam aliena abiecit, deinde ei, a quibus post annum 1600 Serviani commentarii editi sunt, cum Danielini exemplaris rationes non perspexissent, aliquot locis Parisina et Fuldensia scholia, quamquam eadem sunt, quasi diversa tractaverunt. de tertii et eorum qui sequuntur librorum commentis nihil enotavi. nam cum pleniores codices, Floriacensem dico et Turonensem et Autissiodorensem, et Danieli et nobis praesto fuerint excerpta illa exiguam utilitatem habent, cum praesertim extrema libri pars neglegentissime scripta sit. falso autem in museo Rhenano l. l. hunc quoque codicem olim Fuldensis thesauri fuisse dixi. sed excusari posse videor. nam cum Daniel in edita praefatione ad priores duos Aeneidos libros Fuldensi se usum esse dixerit et omnia additamenta quinque vel sex fere exceptis ex Parisino petiverit, fieri non poterat quin in eum errorem inducerer; neque enim aut scriptos praefationis commentarios aut Fabricianum exemplar videram. in hoc Parisinum Daniel saepius commemoravit et ita quidem ut veterem suum codicem aut codicem 'S. G.' nominaret.

Parisinus 1750.

cum libri quos Daniel ipse contulit omnes in Francia scripti sint, id quoque monasterium sive capitulum cuius 'S. G.' ille patronus fuerit in Francia quaerendum esse opinor.

Ea autem quae ad primum et secundum Aeneidos librum in hoc codice adnotata sunt e vulgato commentario et Cassellani additamentis excerpta esse certum est, illud tamen dubitari posse video, is qui hoc commentariolum composuit utrum pleniore aliquo libro usus sit, in quo Serviana scholia cum additiciis coniuncta fuerint, an brevioris commentarii et additiciorum scholiorum libros peculiares habuerit. atque inveniuntur sane in Parisino quae ita comparata sint, ut non videantur ex ipso pleniore libro derivata esse. veluti si ea quae ad I 1 adscripta sunt cum Cassellano ad eum versum scholio comparaveris, non eadem in utroque libro ratione aliena cum Servianis conexa esse videbis. in Cassellano enim verba quae sunt *primo quod fuerint victricia ... viro* eo spectant, ut 'arma' non per metonymiam, sed proprie dicta esse ostendatur, in Parisino exponitur cur ab armis coeperit Vergilius. etiam aliis locis nova cum vulgatis diverso modo in Parisino et Cassellano coniuncta sunt. cf. I 2 (p. 8, 6) ubi *sane* C, *vero* P; I 4 (p. 11, 2) *sane* C *nam* P; II 140 (p. 242, 8) cum adnotatione critica. adde quod non nulla scholia quae Danielini commentarii auctor cum vulgatis coniunxit in Parisino seorsum collocata sunt. cf. I 6 (p. 12, 12); 11 (p. 16, 3); 233 (p. 88, 15); 259 (p. 96, 20); 491; II 110 (p. 236, 8); 159 (p. 246, 19). sunt etiam quae e Parisino commentario in Cassellanum translata esse dicas. Aen. I 3 enim in illo haec leguntur *Alto] mari. aliquando superiorem partem significat; namque mensurae nomen est altitudo*, quae ex Serviano scholio aut eo, ex quo hoc ipsum fluxerit, deprompta esse apparet. Cassellanus autem exhibet *altum tamen sciendum est quod et superiorem partem significat ut 'Maia genitum demittit ex alto' et inferiorem altitudinem significat n. m. n. e. a.* ad Aen. I 4 verba quae sunt *i. e. vi quam superi habent* Servianis videntur addita esse ut 'violentia deorum' illa quid sibi vellent intellegeretur. inde possis dicere derivata esse quae in Cassellano (p. 10, 10) habes *sed melius indicant vi quam superi habent.* II 72 (p. 228, 26) quod Parisinus habet *infensus proprie est ab inimico maior* facile credas e vulgatis orta esse quae sunt *infensus proprie est plus quam inimicus.* Cassellanus utraque habet. ne illud quidem omittendum est inveniri in Parisino quae in pleniore libro desint, veluti ad I 27 Paridis fabulam, 358 scholium ad 'Recludit', 456 scholium ad 'Ex ordine', II 127 scholium ad 'Prodere' adscriptum. I 77 (p. 43, 1) *et est infinitum* omittit Cassellanus. I 375 ad 'Forte'

adnotatio in Parisino plenior est quam in Cassellano. II 149 (p. 244, 11) verba quae sunt *dissertores fiunt et* Cassellanus omittit. cf. crit. adnotat. ad II 118. postremo moneo I 104 (p. 51, 1) eam esse inter hos libros discrepantiam, ut Cassellanus scholiastes de poetae sententia dubitare se dicat, Parisinus eam dubitationem tollat: illius enim haec verba sunt *et hoc de navi Aeneae an de omnibus dixit*, alterius haec *de omnibus navibus hoc dicitur, non Aeneae tantum.*

Sed universa Parisini commentarii ratio ea est ut e libro Cassellani simili eum excerptum esse veri sit similius. nam eundem plerumque quem in Cassellano, in Parisino locum habent additicia scholia. deinde eisdem saepius quam diversis coniunctionibus vulgatis aliena adnexa sunt. cf. p. 14, 16; 16, 15; 17, 3; 21, 4; 23, 13; 168, 6 al. denique non nullis locis eandem vel similem uterque codex ostendit scripturae depravationem. cf. adnot. crit. ad I 8 (p. 15, 6), 317 (p. 115, 21); 318 (p. 116, 5); II 40 (p. 222, 9); 54 (p. 224, 14); 61 (p. 226, 7 sqq.); 96 (p. 233, 19); 140 (p. 242, 11).

Videtur igitur hic commentarius ab homine compositus esse qui Vergilii carmina in scholis enarranda susceperat. ad eam rem quae utilia esse putabat e pleniore aliquo libro, qui non fuit Casselanus ipse, deprompsit. cum suo iudicio uteretur neque nesciret, ut videtur, non unius esse commentarium quem exscriberet, diversa scholia ubi aptum existimabat, aliter inter se coniunxit atque in libro quem ad manum habebat factum erat. solvit etiam aliena a Servianis ubi his illa utiliora esse iudicaret. denique addidit quaedam sive ex suo ingenio sive ex aliis libris. ut in scribendo eum multis compendiis usum esse credam errorum qui in Parisino libro inveniuntur et genere et multitudine adducor.

Transeo ad eos codices describendos e quibus Daniel pleniorem Floriacensis. ad Aeneidos libros III—XII commentarium edidit. praestantissimus eorum est Floriacensis, qui a C. G. Muellero (anal. Bern. part. III p. 11 sq. et progr. gymnasii Rudolphopolitani anni 1847 praef.) et a Thomasio (essai sur Servius p. 96 sqq., revue critique a. 1879 p. 286 sq., supplém. sur le Parisinus 7929 p. I sqq. et XVIII sq.) accurate descriptus est. conferantur etiam quae Ribbeckius (prol. p. 229) et Hagenus (schol. Bern. p. 689, catal. cod. Bern. p. 237) de eo dixerunt. scriptus est liber saeculo nono vel decimo ineunte in membranis formae quadratae maioris. mediae paginarum partes Vergilii carmina habent, ut viceni quaterni versus in singulis paginis sint, margines scholia. atque ad bucolia et georgica Bernensis

qui vocatur commentarius adscriptus est, ad primum et secundum Aeneidis librum nihil est adnotatum, tertii et eorum qui sequuntur librorum margines is commentarius occupavit, quem Daniel primus edidit. in exemplari ex quo hic liber exscriptus est Vergilii carmina et scholia eodem ordine videntur disposita fuisse. quid? quod scholia eadem ni fallor ratione per margines distributa fuerunt. saepius enim, in tertio maxime et quarto libro, quamquam in altero margine satis spatii ad scribendum relictum esset, alterum totum impletum litterasque quantum fieri poterat et minutas et contractas esse videmus. Vergilii verba et scholia ab eodem, ut videtur, scripta sunt. paucis tantum locis alia manus, priore non multo recentior, adnotationes quarum exigua vel nulla utilitas est, adiecit. correcturae paucae inveniuntur eaeque a prima plerumque manu factae. lemmatum initia grandiusculis litteris indicata sunt. monasterii Sancti Benedicti Floriacensis librum olim fuisse duobus versibus in folii $2^b$ margine inferiore scriptis, quos Muellerus anal. l. l. et Hagenus in catalogo ediderunt et Danielis testimonio constat, cuius in bibliothecam multi Floriacenses codices venerunt. cf. Hagen catal. praef. p. XI. Danielis iussu ut videtur codex in duas partes distractus est. alteram, in 152 foliis[1]) bucolica georgica Aeneidis libros quinque priores complectentem, quae nunc in Bernensi bibliotheca adservatur et numerum 172 habet, ipse retinuit, alteram sedecim habentem quaterniones, in quibus reliqui Aeneidis libri scripti sunt, Petro Pithoeo misit.[2]) postea haec codicis pars in Colbertinam, tum in regiam bibliothecam inlata et numero 7929 insignita est, quem etiam nunc habet. in Bernensis primo folio Daniel, Petrus Pithoeus in primo et extremo Parisini (in margine inferiore) nomen suum scripsit.[3]) Bernensis codicis decem quaterniones qui ad Aeneidem pertinent prioribus decem Latinarum litterarum (A—K) notati sunt, hos excipiunt Parisini tredecim quaterniones L—Z litteris signati, reliqui tres non sunt numerati. illius tria folia extrema umore corrupta sunt, ut in paginis rectis ea quae in dextris,

1) membranarum numerum secundum Hagenum dedi, sed cf. Thomas supplém. p. XVIII. ceterum fortasse codex olim alia ratione in duas partes divisus erat cf. Thomas l. l. p. II adn. 1. 2) cf. Daniel praef. 'Floriacensi' (scil. usus est is qui Servium edendum curavit, i. e. Daniel) 'in aliquot locos Georgicon et Aeneidos, si bene meminit, quia is desideratur et fortasse an uspiam sepositus ab amico, in cuius manum depositus fuerat'. 3) Thomasius in Parisini primo folio sub eo loco, in quo Pithoei nomen scriptum est, rasuram esse vidit: fortasse Danielis nomen ibi olim fuit: is enim in scholiis ipsis non nulla correxit et adscripsit. in Bernensi scriptorum in scholiis laudatorum nomina in inferiore margine iteravit.

in versis quae in sinistris marginibus scripta erant hodie legi non possint. praeterea ultimi folii dimidia pars rescissa est, ut desinat codex V 851 et scholio ad eum versum adscripto. Parisinus prima membrana orbatus est, incipit enim ab Aen. VI 14[1]); item tres extremae interierunt; ea enim quae ab antiqua manu scripta sunt desinunt Aen. XII 819. unum folium additum est quod versus duodequinquaginta qui sequuntur a recentiore manu scriptos continet. ne Danielis quidem aetate codex integer fuit: nam quae ille a versu 819 vulgato commentario addidit e Turonensi petita sunt. ceterum Parisinum anno 1857, Bernensem anno 1876 excussi. quae de forma et habitu eorum in meum usum adnotaveram supplevi e Thomasii commentationibus; is enim primus vidit Parisinum alteram esse Floriacensis codicis partem. Bernensem ante me contulit Hagenus meus qui quae exscripserat mecum communicavit. e coniecturis quae dum codicem conferebat ei in mentem venerunt, quas excerptis adiecit, eas nomine auctoris addito commemoravi quas ipsum commemoraturum esse putabam.

Cum Parisinum 7929 Floriacensis monasterii olim fuisse constet, non iam dubitari potest quin Bernensis 167 Danielis Autissiodorensis sit. scriptus est liber saeculo decimo in 214 membranis. folia $6^b$—$20^a$ bucolica, fol. $20^b$—$33^b$ georgica, fol. $34^a$—$214^b$ Aeneidis I—XII 771 habent. bucolicis et georgicis Bernensis commentarius in marginibus additus est. quae in primo et secundo Aeneidis libro in marginibus et inter versus adscripta inveniuntur aut a Servio petita aut ab homine medii aevi profecta sunt: e Fuldensi commentario nihil depromptum esse vidi. contra inde a tertio libro scholia a Daniele e Floriacensi edita adsunt. sed Hagenus observavit ut in bucolicis et georgicis ita in Aeneidis III—V libris ea tantum scholia hoc codice contineri quae in sinistro cuiusque paginae Bernensis 172 margine scripta essent, atque eandem rationem inter Autissiodorensis et Parisini 7929 scholia intercedere Thomasius vidit. inde sequi dixeris ex ipso Floriacensi Autissiodorensem descriptum esse, atque in Aeneidis libris III—V tanta sane est inter utriusque codicis scripturas similitudo, ut de ea re non videatur dubitari posse. Hagenus tamen cum in bucolicorum et georgicorum scholiis maiores discrepantias animadvertisset ex eodem archetypo utrumque librum fluxisse statuit. ipse eius testimonia non protuli nisi in locis gravius corruptis aut ubi quae in sinistro

Autissiodorensis.

1) Pithoeus fol. $1^a$ marg. inf. haec adnotavit 'Desunt quaterniones X et folium unum undecimi.

Floriacensis margine scripta erant evanuerunt. praeterea Serviani in Aeneidem commentarii praefationem, quae fol. 4ª legitur contuli. addo in scholiis huius codicis Iricas glossas haud paucas inveniri aut in ipso contextu aut supra versus adscriptas: quas Hagenus schol. Bern. p. 691 sq. collectas edidit. ceterum liber ab Hageno l. l. p. 689 sqq. et catal. cod. Bern. p. 234 sq. accuratissime descriptus est. Daniel se eo in omnem Aeneidem usum esse in praefatione narravit.

Turonensis. Restat Turonensis de quo accuratius dicam. adhibuit eum Daniel ad ea quae e Floriacensi exscripserat emendanda. continet codex in CCXIX membranis formae quadratae Vergilii carmina (praeter Aen. XII 919—952) nono saeculo scripta, quibus decimo, ut videtur, saeculo plures homines in marginibus et inter versus scholia adscripserunt. extremae marginum partes, maxime a folio CCXII (Aen. XII 435) umore corruptae sunt: quod damnum qui membraneis segmentis adglutinatis sarcire conati sunt aliquam scholiorum partem occultaverunt. quae ad bucolica et georgica adscripta sunt Hageno relinquo: Aeneidem quattuor vel quinque homines adnotaverunt, quos facile intellegitur non esse in librariorum numero habendos. ex his unus non solum manu sed etiam satis frequenti Tironianarum quae vocantur notarum usu a ceteris facile dignoscitur. inspexi quae ab eo adnotata sunt atque satis multa descripsi et depinxi, sed in commentario critico nihil fere eorum commemoravi: notarum enim interpretatio non adeo succedebat, ut omnia explicarentur. illud tamen videor affirmare posse, pleniore commentario illum hominem non esse usum, contra Serviana scholia ab eo saepe adhibita esse et ita quidem, ut satis libere inmutarentur.[1]) reliqua quae ille adscripsit tam exiguae

1) exempli causa Serviana quaedam ab illo inmutata infra scripsi. notarum locis puncta posui. ad Aen. III 96 igitur haec adnotata sunt 'Tractum est . de historia Duo fratres . qui cum coepissent inter se de regno contendere audierunt ex oraculo quod ille esset regnaturus qui postquam venirent ad suam terram primum oscularetur matrem. quod unus intellexit alter non sed cum . ad terram suam venissent ille qui intellexit simulato casu cecidit in terram et osculatus est eam et . accepit . alter vero matrem suam osculatus est putans . . . . . dictum fuisse'. ad III 128 'Nauticus clamor id est celeuma Celeuma . . . navale ut vineale quia nautae ortantur se invicem navigantes Celeusis graece ortatio . celeuma Fit autem celeuma . anapestico metro unde et anapesticus est iste versus . in fine . anapestum qui . ex duabus brevibus et longa ita proavos, que peta, mus'. ad III 420 'Scylla secundum fabulam puella fuit . cum venisset ad fontem quendam veneno infectum cecidit in eum et pube tenus in diversa monstra versa est quae non ferens suam turpitudinem proiecit se in mare et ibi locus periculosissimus facta'. ad III 636 'Quod hic

dignitatis sunt, ut non videantur ex antiquo commentario deprompta esse.[1]) ceteri tribus maxime subsidiis in codice adnotando usi sunt: Tiberii Donati commentis per totam Aeneidem, inde a tertio libro eis scholiis quae Daniel primus edidit, denique paucis locis Servii commentario. quae a Donato et Servio petiverunt non curavi nisi cum Danielinis scholiis coniuncta erant. item inutilia singulorum verborum vel locutionum interpretamenta plerumque omisi quippe quae homines illi ex suis ingeniis addidisse videantur. perpauca quae e Fulgentii, Macrobii, Isidori libris exscripserunt edidi.[2]) ceterum neque opus videbatur quae ab his scripta sunt in critica adnotatione inter se discernere neque omnibus locis suum cuique tribui poterat. nam ut eius manus qui novissime omnium, ut videtur, inde a quarto libro non nulla pleniorum librorum scholia in marginibus, non inter versus adscripsit, a reliquis differt, ita inter hos ipsos non ea est litterarum et scribendi consuetudinis dissimilitudo, ut a quo quodque scholium scriptum sit semper certo dignosci possit. in schedis meis quoad fieri poterat diversas manus distinxi.

Cum librum anno 1876 in Bernensi bibliotheca tractare coepissem sperabam ea quae de plenioris commentarii origine et compositione invenisse videbar eius auctoritate egregie confirmatum iri. additicia enim scholia plerumque sine Servianis scripta eisque non nullis locis aperte tamquam aliena opposita esse videbam.[3])

---

dicitur de polifemo fabulosum est Veritas tamen habet polifemum prudentissimum fuisse quem ulixes sua astutia superavit Vnum autem oculum dicitur habuisse in fronte propter prudentiam quam habebat nam sedes prudentiae in cerebro dicitur esse'. 1) cf. ad Aen. III 125 'Naxon insula est libero consecrata olivis habundans unde et bacata dicitur bachę . . fructus olivarum' et 'Donisa . est insulae viridis autem dicitur propter olivas virides . . . . . species olivarum viridis'. ad III 282 'Nudi palestram exercebant . . vestiti . impedirentur et facilius deicerentur Vngebantur ceromate Ceroma autem est unguentum ex oleo quo membra athletarum ungebantur'. 2) cf. adnot. crit. ad III 66, 212; V 458. quae codd. Isidori ecclesiae Toletanae ad orig. IV 7, 34 addiderunt (cf. Peter histor. Roman. rell. p. 5) in Turonensi ad Aen. VII 803 sic adscripta sunt 'quidam uolscos tradunt appellatos a uolsco antifatelis trigonis filio. fabius colchis profectos corrupto nomine uoscos appellatos ait'.

3) cf. adnot. crit. ad Aen. III 537, 552. IV 521, 694. V 30. ad XI 741 haec in Turonensi adnotata sunt: 'praeter historiam illam quam de Caesare hoc loco memorat Servius aliam etiam invenimus ex qua similitudinem sumpsit Virgilius. Varro enim cum de suo cognomine disputaret ait' e. q. s. ad XII 118 'communes dii praeter hoc quod Servius intellegit possunt accipi quos communiter invocaturi erant. aut 'communibus' amicitiae et foederis'. aliis locis siquid e breviore commentario adscriptum est id aperte Servio tribuitur, veluti V 458 'hyppallage est ut Servius dicit', VI 437 'Servius dicit quod Homerus narrat' e. q. s.

itaque codicem ex quo Turonensis fluxisset antequam Danielina scholia cum Servianis coniuncta essent scriptum esse opinabar. quam opinionem etsi Turonensibus et Floriacensibus scholiis accuratius inter se comparatis abieci[1]), illud tamen non dubito, quin is liber quo Turonenses interpretes usi sint Floriacensi non uno nomine praestantior fuerit. haud pauca enim in eis scholiis quae Daniel ex hoc edidit, e Turonensi quem non ea qua debebat ille diligentia contulit, a me et emendata et suppleta sunt. cf. p. 479, 15; 488, 2 et 5; 504, 3; 563, 25; 564, 16; 575, 18.[2]) scholium ad Aen. III 293 adscriptum, quod in Floriacensi ut verba quae sunt *posita est autem . . . crescat* Servianis adnecterentur mutilatum est, Turonensis integrum exhibet. cf. adnot. crit. ad III 47, 113, 151, 561, 644; IV 215; V 43. in scholio ad Aen. III 60 (p. 347, 1) Turonensem qui *hoc est unus animus* e. q. s. exhibet, sequi et ante ea verba lemma iterare debui. IV 200 (p. 499, 22) verba *ut dicimus quotidie in officio esse* quae Burmannus vidit a christiano homine addita esse in Turonensi omissa sunt. IV 564 *hoc . . . praedicabat* e Turonensis testimonio ad ea verba adscripsi ad quae pertinent. in sexti quoque et eorum qui sequuntur librorum commentariis ex hoc libro Floriacensis et errores corrigi et hiatus expleri poterunt. qua in re exempli causa commemoro Serviano ad septimum librum commentario Danielem ex uno Turonensi satis multa adiecisse neque tamen omnia edidisse quae eius propria sunt, veluti haec quae ad VII 684 'dives Anagnia' adscripta sunt: *legitur et deves a quibusdam eo quod in devio sit posita. in quibus est probus.* quod autem Turonenses interpretes vulgata et Danielina scholia ita plerumque tractaverunt quasi non ab eodem scripta essent id duplici ratione explicari potest. possis enim dicere breviori libro cui Servii nomen inscriptum viderent fidem habentes omnia quae in eo non legerentur aliorum esse sibi persuasisse. at

1) inveniuntur enim adnotationes quae cum ex Servianis et additiciis scholiis compositae sint e pleniore libro Floriacensis simili videntur petitae esse. cf. adnot. crit. ad Aen. III 1, 54, 60, 61, 67*, 89*, 157, 171, 174, 206*, 244, 246*, 249, 286, 628* al. moneo tamen Serviana quae his locis Turonenses interpretes receperint paucissimis verbis omnia contineri. accedit quod hae adnotationes praeter eas quas asterisco notavi ita comparatae sunt, ut Servius ipse ex eis sua deprompsisse videri possit. 2) his locis, quibus Turonensi verae scripturae servatae sunt, alios addo quibus eidem qui in Floriacensi errores inveniuntur: p. 334, 6 *beluas marinas*; p. 337, 23 *uaccas*; p. 347, 19 *celere*; p. 391, 1 *navis*. aliquot locis Turonenses ea quae in exemplari quo utebantur corrupta esse videbant omiserunt, veluti p. 344, 31 *altera . . . ipsum*, p. 372, 16 *et deli quasi labini*, p. 491, 6 *suspensionis*.

cum non solum a Servianis Floriacensia separaverint sed etiam non nullis locis quibus haec ipsa ex diversis scholiis composita sunt singulas partes recte inter se discreverint[1]), veri non videtur dissimile aut exemplar eos habuisse in quo inter diversa scholia distinctum esset aut certe aetate eorum de plenioris commentarii origine et ratione testimonium aliquod extitisse[2]), ut non dubitarent quin dissuentes quae ab illius commentarii auctore contexta essent genuinam scholiorum formam recuperarent. sed utut haec res se habet illud constat, si quis scholia Danielino commentario comprehensa dissolvere animum induxerit ei illos qui Turonensem adnotaverunt duces et auctores esse posse. quamquam vituperandum est quod non nullas plenioris exemplaris scripturas aut sine idonea causa mutaverunt[3]) aut etiam corruperunt.[4])

Praeter hos libros quibus Daniel ad suum exemplar adornandum usus est duo commemorandi sunt, Ambrosianus S. 83 part. sup. et Parisinus 7930. ille chartaceus est saeculi XVI. et inter commenta quaedam ad mathematicas disciplinas pertinentia 'excerpta ex schedis Servii ineditis' continet. sunt autem ex Floriacensi et Turonensi ad Aen. III et IV scholia quaedam quibus de antiquitatibus populi Romani agitur exscripta et ita disposita, ut quae 'de augurali disciplina, de sacris, de nuptiis, de funeribus et exequiis, de aliis rebus diversi generis, de iure pontificio et ceremoniis flaminis dialis' in commentariis illis adnotata essent colligerentur. accedunt 'fragmenta veterum e Servii schedis', quae ex Parisino 1750 ad primum et secundum, e Floriacensi et Turonensi ad reliquos Aeneidis libros deprompta sunt. quo tempore codex scriptus sit inde cognoscitur quod neque Fuldensis liber, quem Daniel circiter anno 1597 a Scioppio conlatum accepit, adhibitus est et coniecturae quaedam receptae sunt quas Petrus Pithoeus et Iosephus Scaliger ediderant.[5]) omnino is qui codicem exaravit emendandis eis quae e Danielis copiis petiverat operam dedit. Ambrosianus.

Parisinus 7930 saeculo undecimo in membranis scriptus Ver- Parisinus 7930.

1) cf. adnotat. crit. ad III 246 (p. 385, 1), ubi *hoc est . . . id est nobis* Turonensis omittit; III 279 (p. 390, 18 et 22); III 537 (p. 433, 15); IV 152 (p. 491, 5); IV 176 (p. 494, 16 sqq.); IV 185 (p. 496, 12); IV 263 (p. 513, 24 sqq.); IV 327 (p. 522, 9). 2) si ex illo scholio quod p. XV adnot. 1 adscripsi recte concluditur Aelii Donati commentarium apud Turonenses extitisse, eo comparato intellectum esse conicias quae esset plenioris commentarii ratio et compositio. 3) cf. adnot. crit. ad III 53 (p. 345, 20), 108 (p. 361, 9), 178 (p. 375, 27), 279 (p. 391, 3). 4) cf. adnot. crit. ad. III 3 (p. 334, 2 et 8), 108 (p. 361, 7), 125 (p. 366, 5), 183 (p. 376, 13), 246 (p. 385, 3). 5) cf. Aen. IV 103 (p. 482, 16); Aen. IV 244 (p. 509, 8).

gilii carmina cum scholiis habet. inspexi codicem Parisiis, sed festinanter. itaque fugit me quod Thomasius vidit (cf. essai p. 118 sqq.) inter scholia ad Aeneidis libros III—V adscripta satis multa esse Danielina. quae ratio inter hunc codicem et Floriacensem intercedat cum Thomasius de scripturis illius nihil fere testatus sit, iudicare non possum. quamquam quod ad Aen. III 40 Vergilianae scripturae discrepantiam quandam commemoratam esse dicit id ita interpretor, ut idem laudari putem quod in Floriacensis margine inveni, *auditus* pro *auditur*: cuius scripturae in ipso commentario non fit mentio. cf. adnot. crit. ad l. l. quoniam Floriacensis et Turonensis testimonia nunc plene edita sunt spero codicem a Thomasio cum his comparatum iri, ut intellegatur utrum proprias virtutes habeat an ex ipso Floriacensi fluxerit.

De eius qui pleniorem commentarium composuit subsidiis, aetate, patria.

Vt paucis complectar quid his quae adhuc exposui ad plenioris commentarii originem ac memoriam rectius cognoscendam profecisse videar, eorum sententia reicienda est qui genuinum Servii commentarium deperditum, Danielinum autem eius similiorem esse sibi persuaserunt, quam vulgatum. deinde cum eadem per totum commentarium ratione eisdemque artificiis Serviana et aliena inter se conexa sint, non diversis temporibus et gradatim quasi, sed ab uno homine vel certe unius hominis consilio ea res videtur confecta esse.[1]) qui quibus subsidiis usus esse videretur supra significavi. atque a commentatoribus Danielina scholia pleraque petita esse cum ex se intellegitur tum satis certis exemplis probatum est. item dubitari vix potest quin plenioris commentarii auctori et is liber quem Macrobius exscripsit et Isidori origines ad manum fuerint. praeter hos libros fabularum volumen aliquod, quod non iam extat, ad augendum Servianum commentarium ab illo adhibitum esse probabile est. denique inter ea quae pleniorum librorum propria sunt inveniuntur quae ex antiquis glossariis possint transcripta

1) neque tamen infitior etiam confecto pleniori commentario a librariis paulo doctioribus pauca quaedam addi potuisse aut Serviano exemplari, quo plenioris commentarii auctor uteretur, aliquot locis aliena adscripta fuisse, ut breviores libri in marginibus aut etiam in contextu quaedam habent quae non sunt Servii. — Thomasius p. 79, p. 107 sqq. Lemovicensia et Cassellana et Floriacensia scholia ab eodem collecta esse negavit. at dissimilitudines quae sunt sane inter Lemovicensem et Cassellanum Floriacensemque commentarium ipse concedet alia ratione explicandas esse. nam quod in bucolicorum commentis saepius aliorum sententiae laudatae sunt quam in Aeneide id inde repetendum quod de illis intellegendis magis differebant inter se veterum interpretum iudicia. antiquitatum autem et religionum Romanarum ut in Aeneide enarranda plus rationis haberetur quam in bucolicis et georgicis propter argumenti diversitatem factum est.

esse, veluti additamenta non nulla cum glossis comparavi quas Hildebrandus e Sangermanensi libro excerptas in glossarii Parisini commentario edidit. cf. quae de glossarum libro Vsenerus mus. Rhen. XXIV p. 382 sqq. et Loewius prodrom. p. 222 sqq. dixerunt. ceterum illum qui Danielinum commentarium composuit uberiores auctorum suorum expositiones in brevius contrahere non dubitasse et sermonis habitu et Macrobii libro comparato ostenditur. in Servianis quoque multa ille mutavit aut ut aliena commode adderentur, (cf. p. X) aut quia quid Servius voluisset non intellexerat, aut nulla alia causa nisi corrigendi libidine impulsus.[1]) Servianum autem exemplar quo usus est ut haud paucis locis vulgatis codicibus emendatius fuit[2]), ita aliis eadem menda ostendit quibus illi inquinati sunt.[3])

Quo tempore vixerit is qui pleniorem commentarium composuit non potest sine dubitatione dici, quamquam constat Isidoro eum aliquanto inferiorem fuisse: ex originum libris enim satis multa deprompsit atque unum locum, qui in vulgatis libris corruptus est, emendavit. cf. p. XLIII. a christiano homine ea quae Aen. IV 200 (p. 499, 23), IV 301 (p. 518, 4) Servianis addita sunt profecta esse Burmannus vidit. haec quoque quae Aen. VIII 670 in uno Floriacensi extant *quo modo enim piis iura redderet qui in se impius fuit* haud scio an christianum sensum ostendant. denique ex plenioribus libris exempli causa quaedam adscribo quibus de veterum Romanorum institutis et religionibus atque etiam sermone tamquam de abolitis atque peregrinis rebus agitur. Aen. I 179 (p. 72, 4) *flamines autem farinam fermentatam contingere non licebat.* I 183 (p. 73, 21) *fiebat hoc autem et signi gratia*, quamquam apud Servium paulo ante de eodem more haec habes *quia navigantum est.* I 219 (p. 84, 10) *post nomen enim defuncti vocatum tertio dicebatur vale vale vale.* cf. Serv. ad Aen. II 789 et XI 97. Aen. IV 167 Servianis quae sunt *unde hodieque et faces praelucent et aqua petita de puro fonte interest nuptiis* in Floriacensi addita sunt *de qua nubentibus solebant pedes lavari.* Aen IV 207 (p. 501, 9) *libatur* ex-

1) cf. Aen. I 3 (p. 9, 15 et 20); 29 (p. 24, 11); 145 p. 62, 15 sqq.); 188 (p. 75, 12); 226 (p. 86, 16); II 32 (p. 220, 23); 134; 703 (p. 321, 20); VIII 128 (*in actiis* vel *in oetiis* Serviani libri exhibent, *in untiquitatis libris* Floriacensis. 2) cf. IV 38 (p. 468, 24); 57 (p. 472, 18); 65 (p. 475, 25); 132 (p. 486, 23); 146 (p. 490, 4). 3) cf. I 191 (p. 76, 1) *locus* pro *lucus* BK et CP exhibent; in his *qui frondes habet* e coniectura addita sunt; II 486 (p. 293, 22); IV 207 (p. 501, 13) *lacubus* pro *loculis* e coniectura ni fallor Floriacensis; V 28.

hibent Serviani libri, *libabatur* Floriacensis. Aen. I 4 (p. 11, 1) pro *ponimus* et *formamus*, quae sunt breviorum librorum scripturae, *posita sunt* et *formata* praebet Cassellanus. in eodem I 26 (p. 22, 22) *utitur* pro *utimur* legitur. V 822 (p. 651, 17) *apud nos* Servii codices habent *apud Latinos* Cassellanus. fortasse illa quoque huc pertinent quae ad Aen. X 314 'latus haurit apertum' in Floriacensi adnotata sunt *quidam italicam elocutionem putant: cum enim a latere quis aliquem adortus gladio occidit 'hausit illum' dicunt:* nisi Italorum sermo hoc scholio cum urbano comparatur.

De loco quo plenior commentarius compositus est etsi nihil habeo quod adfirmare possim, res tamen quasdam commemorabo quae dubito an ad eam quaestionem pertineant. atque cum omnes fere Danielini libri in Francia inventi sint, ibi Serviana commenta suppleta et aucta esse conieceris. sed cum neque in Turonensi neque in Floriacensi aut Autissiodorensi e pleniore in primum et secundum Aeneidis librum commentario quidquam adscriptum sit, is aut numquam aut perbreve tempus in Francia fuisse videtur. inde recte ni fallor colligitur eum quoque librum, unde illi qui hodie Bernenses sunt fluxerint, aliunde ad Francos adportatum esse. cuius libri hanc fuisse opinor rationem, ut bucolicorum et georgicorum margines Bernensem qui vocatur commentarium haberent, Aeneidis libri duo priores scholiis carerent, ad reliquos plenior commentarius adscriptus esset. ex hoc quae ad bucolica et georgica pertinuerunt, quorum reliquiae Lemovicensi codice continentur, seorsum scripta erant[1]), quia Vergiliani illius exemplaris margines Bernensia scholia occupaverant: Fuldensia autem sive Cassellana commenta propter amplitudinem non videbantur apte ipsi primo et secundo libro adscribi. Bernensis autem commentarii auctor his quae ad georg. II 115 'pictosque Gelonos' adnotavit *quos* (scil. Pictos) *alii dicunt Cruithnec diu sed false* subtiliorem quandam celticarum rerum scientiam ostendit. (cf. quae Mommsenus de his verbis mus. Rhen. XVI p. 447 sq. dixit.) cum Bernensibus scholiis Iunii Filargirii bucolicorum explanatio de qua mus. Rhen. XV p. 119 sqq. dixi cognatione quadam continetur: quam in Britannia ex antiquis commentariis excerptam esse his probatur quae scholio ad buc. III 90 spectanti addita sunt *ut Adananus dicit.*[2]) id enim nomen apud Britannos in usu

1) sed ipsa quoque in Vergiliani libri marginibus olim scripta fuisse his probatur quae georg. I 19 in Lemovicensi leguntur 'cuius uxor cyntinia puerum trip GEORGIC tolemum pepererat'. nimirum cum scholio in superiore margine posito indicem paginae imperitus librarius exscripsit. 2) quod ut in Autissiodorensi ita in hac explanatione iricae glossae satis multae inveniuntur

fuisse Beda testis est, qui in libello de sanctis locis (II p. 442 Giles) Arculphum Galliarum episcopum itinere in orientis regiones facto tempestatis vi ad Britanniam delatum ibique Adamnanum presbyterum quae vidisset docuisse narrat. adde quod ea aetate qua pleniorem commentarium ortum esse conieci in nulla fere Europae parte antiquarum litterarum studia vehementius colebantur quam in Britannia, quo septimo maxime saeculo et doctissimos homines a Romanis episcopis missos et ingentem librorum numerum congestum esse constat. (cf. Beda vita Benedicti abbatis IV p. 364, 366, 378, 386 Giles. Ebert Literatur des Mittelalters im Abendland I p. 585 et 601). denique si modo plenioris commentarii exemplar illud archetypum peregre in Franciam adportatum esse recte suspicatus sum, quod altera eaque maior eius pars etiam decimo saeculo apud Turonenses fuit, altera ad Fuldenses delata ibique descripta est, fieri vix potest quin ea res Alcuini, Turonensis abbatis, et Rhabani Mauri, qui nono saeculo ineunte eius disciplina usus est, memoriam afferat. Alcuinum autem nono octavi saeculi decennio diutius in patria moratum esse notum est. haec sunt quibus adducor ut in Britannia pleniorem commentarium compositum esse coniciam.

---

Quoniam exposui qua ratione Danielinus commentarius compositus sit et quae subsidia ad eam rem videantur adhibita esse, sequitur ut de ipsius Servii rebus et de libris quibus Serviani commentarii memoria propagata est paulo accuratius disseram.

De Servii nominibus, aetate, patria, libris.

Atque ut primum quaeramus nomina quae grammatico tribui solent quam auctoritatem habeant, ab aequalibus hominibus ille videtur simpliciter Servius vocatus esse: Macrobius enim Sat. I 2 15 quo loco eos quos Vettium Praetextatum convenisse fingit, commemorat, atque ita quidem ut nominibus addat cognomina, *hos* inquit *Servius inter grammaticos doctorem recens professus, iuxta doctrina mirabilis et amabilis verecundia, terram intuens et velut latenti similis sequebatur*. Mediceo autem et Leidensi Iuvenalis codicibus haec subscripta sunt *Legi ego Niceus Romae apud Servium magistrum et emendavi.*[1]) cf. Iahnius praef. edit. min. p. 7. item Priscianus qui

ei rei non multum tribuo: nam non Britanniarum tantum sed Galliae, Germaniae, Helvetiae, Italiae monasteria a Scoticis monachis frequentata esse constat. ceterum in Floriacensi quoque sub verbis quibusdam quae ex latinis corrupta videntur fortasse iricae glossae latent. cf. p. 387, 25 *et pepe* 404, 10 *byopator*, p. 550, 22 *iures et*, p. 563, 17 *detri*. 1) magistri titulus Servio tribuitur eis quae in Parisino 7530 (saec. VIII) commentario in Donatum sub-

centum fere annis post Servium vixit, ubicumque eum commemoravit hoc uno nomine usus est. Vergiliani autem commentarii codices saeculis IX X XI exarati 'Servii grammatici' nomine inscripti sunt atque de centum metris libellum, si libris manu scriptis fides est, 'Clarissimo Albino' misit 'Servius grammaticus'. quo tempore nomine nescio qua causa corrupto Sergius appellari coeptus sit grammaticus non possum dicere: Lucani enim commenta ab Vsenero edita, in quibus Sergius Vergilii commentator laudatur, quo tempore orta sint incertum est. sed Bobiensem librum, qui nunc est Vindobonensis 16, quo Sergio tribuuntur de littera commenta (IV p. 475 K.), septimo saeculo vel octavo ineunte scriptum esse viri docti dicunt, atque Parisinum 7530, in quo commentario in Donatum haec inscripta sunt 'Incipit pars Sergii' octavo saeculo tribuit Keilius. denique qui inter Vergiliani commentarii codices vetustissimus putatur, Bernensis 363, corruptam nominis formam in titulo exhibet.

Honorati cognomen primum, quod sciam, in libelli de finalibus inscriptione nomini additum est: haec enim Bobiensis et Frisingensis (saec. X) memoria 'Servius honoratus aquilino salutem'; ipsi autem commentationi (IV p. 449, 6 K.) in Bobiensi 'de finalibus Honorati grammatici', in Frisingensi 'incipit de finalibus litteris Honorati grammatici' praepositum est. Marii vel Mauri praenomen in codicibus de centum metris libelli maxime invenitur. cf. quae Keilius tom. IV praef. p. XLVI collegit, et quae ad Consentii artem V p. 339, 22 adnotavit. adde quod Emmeramo codice (saec. X) liber de finalibus Servio Mario Honorato tribuitur. inter libros quibus Vergiliani commentarii continentur primus, quantum scio, Leidensis bibl. publ. 5 saeculi XII. Marii Servii nomina ostendit: Maurum Servium Honoratum vel Servium Honoratum grammaticum dici non inveni nisi in libris saeculo XV. scriptis.[1])

His quae protuli testimoniis probari videtur in Vergilii carmina commentarios a Servio ipso gentili nomine grammatici titulo ad-

scripta sunt 'Commentarium in arte Donati priorem explicuit magister Servius', et inscriptione capitis de partibus orationis IV p. 487, 22 K. qualis in Santeniano libro est, et his quae in [Sergii] explan. in Don. p. 496, 26 K. leguntur 'haec sunt quae Donatus in prima parte artium tractavit. haec magister Servius extrinsecus dictavit'. denique Pseudo-Acro ad Hor. sat. I 9, 76 'sic Servius, magister urbis, exposuit'. 1) Publii praenomen quod duobus Parisinis libris saeculo XV. scriptis Servio tribuitur (cf. Thomas essai p. 26, 134 adnot. 2, p. 317 sq.) a Vergilio in commentatorem translatum est. in codice bibliothecae Stae Genovefae Parisiensis Y 1 1 saec. XV. modo Maurus modo Marius Servius Honoratus grammaticus nominatus est.

iecto inscriptos, reliqua nomina e librorum ad grammaticam artem spectantium inscriptionibus in recentiores codices arcessita esse. ceterum ut Honorati cognomen Servii aetate usitatissimum fuisse constat ita ne Mauri quidem vel Marii praenomen quidquam offensionis habere eorum nomina docent quorum libros sexto volumine Keilius complexus est. addo ab Ammiano Marcellino XX 4, 18; XXV 1, 2; XXXI 10, 21 Maurum quendam nomine commemorari.

In aetate Servii definienda Andreae Bosii ratio probanda est, qui (de pontificatu max. imper. Rom. IV 4) a Macrobii temporibus proficiscendum esse docuit. neque enim dubitari potest quin Servius quem Macrobius non nullis Saturnaliorum locis loquentem fecerit ab eo cuius in Vergilium commentarii extent non sit diversus.[1]) in Macrobii igitur et eorum quorum sermones ille referre se simulat tempora Servii aetas incidit. qui homines quibus annis nati quibus mortui sint etsi non est certis testimoniis proditum, illud tamen constat plerosque eorum medio fere quarto saeculo lucem aspexisse, decessisse circiter vicesimo insequentis saeculi anno[2]). qui hac ratione inventi sunt Servianae aetatis termini eidem argumentis quibusdam e Vergiliano commentario petitis confirmantur.[3]) nam inter scriptores a Servio laudatos (cf. ad Aen. X 272 et 388) est Rufius Festus Avienus qui anno 372 pro consule in Achaia fuit. ad Aen. III 80 quod Servius adnotavit etiam sua aetate impera-

1) cf. Sat. I 24, 20 'Avienus: non adsumam mihi, ait, ut unam aliquam de Virgilianis virtutibus audeam praedicare, sed audiendo quaecumque dicetis siquid vel de his mihi videbitur vel iamdudum legenti adnotandum visum est oportunius proferam: modo memineritis a Servio nostro exigendum ut quicquid obscurum videbitur quasi litteratorum omnium longe maximus palam faciat'. VI 6, 1 'sed nunc dicat volo Servius quae in Virgilio notaverit ab ipso figurata, non a veteribus accepta, vel ausu poetico nove quidem sed decenter usurpata. cotidie enim Romanae indoli enarrando eundem vatem necesse est habeat huius adnotationis scientiam promptiorem'. 2) Macrobium ipsum etiam annum CCCCXXII vidisse probabiliter coniecerunt viri docti. cf. quaest. Serv. p. 50. Vettium Praetextatum anno CCCLXXXV mortuum esse O. Iahnius act. soc. Lips. a. 1851 p. 338 sqq. docuit. Symmachum Eugenius Morin (étude sur la vie et sur les écrits de Symmaque Paris 1847 p. 4 et 79) anno CCCXL natum, anno CCCCX supremum diem obiisse statuit, a quo Teuffelius (litt. Lat. hist. § 399 adnot. 3) ita dissentit ut, illum a. CCCL natum, a. CCCCXX mortuum esse dicat. de Nicomachi Flaviani aetate cf. Teuffelius l. l. § 402 adnot. 1. Symmachi epistolam VIII 59 Servio inscriptam esse moneo. cf. epist. I 1 et Serv. ad Aen. VII 662. 3) quod quaest. Serv. p. 50 Servium Macrobii aequalem natu minorem fuisse dixi id hodie ipse abicio. etenim quod Macrobius Serviano commentario non est usus inde non sequitur Saturnalia ante commentarium edita esse. cf. quae supra de fontibus Macrobii dicta sunt. accedit quod neque quo anno Saturnalia scripta sint constat neque iudicari potest in eorum quos inter se colloquentes fecit rebus ad libri sui rationes adaptandis quam licentiam sibi concessam esse putaverit Macrobius.

tores pontifices dictos esse, Mommsenus (Roem. Staatsr. II[1] p. 1021 adnot. 4) eum morem ad annum 375 mansisse docuit, quo anno Gratianus imperator factus pontificis nomen repudiavit. quamquam nolo ex ea re de ipsius commentarii tempore coniecturam fieri: potest enim grammaticus quod iuvenis more receptum esse viderat parum accurate ad inferiorem aetatem transtulisse. nam commentarium aliquot annis post scriptum esse haud scio an his ostendatur quae ad Aen. VII 604 'sive Getis inferre manu lacrimabile bellum' adscripta sunt *Getarum fera gens etiam apud maiores fuit:* quae, cum Gothos illa aetate Getas a non nullis dictos esse constet, ad Italica Alarici bella pertinere non sine aliqua probabilitate conicere videor. ceterum haud paucis locis Servius veterum Romanorum mores et instituta et caerimonias ita commemoravit, ut ea sua etiam aetate observari diceret[1]), sed nihil inde concludi posse apparet nisi ante veterum consuetudines et religiones plane abolitas illum vixisse.[2]) ne illud quidem ad commentarii tempus cognoscendum quidquam utilitatis habet quod Servius de locutionibus quibusdam et dicendi aut scribendi legibus ita locutus est quasi suae aetatis propriae essent: cuius generis scholia eo plerumque spectant ut quid optimorum scriptorum usu receptum et grammaticorum doctrina probatum sit doceatur.[3]) contra in ipsius Servii sermone quaedam inveniuntur quae, quantum scio, nisi a Macrobio et quinti, ut videtur, saeculi scriptoribus non sunt usurpata. veluti quod Servius ut deesse aliquid significaret saepius dixit 'minus esse', idem apud Macrobium (Sat. I 4, 5) legitur. plusquamperfectum tempus pro perfecto vel imperfecto positum, quod in personati Asconii commentis Madvigio offensioni fuit, Aen. I 698 (p. 196, 10) et III 64 (p. 348, 10), quos locos exempli causa commemoro, habes. Tricerberi nomen, quo Zinkius[4]) praeter Fulgentium et Vaticanos mythographos ullum Latinum scriptorem usum esse negavit, Aen. I 133 ex Lipsiensi et Monacensi restitui. his quae Servius Aen. I 180 posuit *merita personarum*. quibuscum conferri possunt Aen. I 76 *meritis* (i. e. honoribus) *appellare*, similia sunt quae Forcellinius s. v. 'meritum' e codice Theodosiano VIII 5, 2 impp. Arcad. et Honor. protulit 'merita negotiorum'. alia quae viri docti praeter

1) cf. exempli gratia Aen. IV 167; V 113, 562; VIII 721; georg. III, 24.

2) a Christi doctrina quin Servius alienus fuerit non potest dubitari. cf. Aen. I 79. 3) cf. I 14, 144, 147, 506, 527; II 275 al. — quod Aen. I 480 grammaticus dixit pepli nomine sua aetate multos abuti, eius rei exempla in lexicis proferuntur ex libro de trig. tyr. (XXII) et ex Ausonii Mosella (v. 419).

4) in commentatione de Fulgentio mythologo p. 40, adnot. 4.

consuetudinem vel etiam vitiose a Servio dicta esse putaverunt cum superioris aetatis scriptoribus ei communia sunt. nam quod Aen. V 370 pro 'cum Hector occisus esset' dixit *cum habuisset Hector occidi*, similia apud Tertullianum inveniuntur. (cf. Oehleri indicem s. v. habere.) Aen. II 601 (p. 307, 13), III 521 al. comparativum pro *quam* particula *a* praepositio sequitur. (cf. comment. in Donatum p. 407, 27 sqq. K.) eiusdem structurae exempla Kuehnerus (ausführl. Gramm. d. lat. Spr. II p. 361) ex Caelii Aureliani de acutis morbis libro profert. de indicativo modo in obliquis interrogationibus posito (p. 15, 9 sq. et p. 92, 4) vide quae Draegerus (hist. Synt. § 464) exposuit. idem (§ 379 sq.) exempla collegit e quibus intellegeretur quo tempore *quod* et *quia* coniunctiones infinitae sententiae locum tenere coepissent.

Vbi natus sit Servius non est memoriae proditum neque quidquam inveni unde de ea re coniectura fieret, sed iam ab ineunte aetate Romae domicilium habuisse videtur. Macrobius enim adulescentem eum et colloquio Saturnaliorum libris descripto interfuisse finxit et Vergilii carmina in urbanis scholis enarrasse commemorat. adde quod Niceus ille Romae apud Servium Iuvenalis libros se legisse testatur et quod ea quae de centum metris libello ad Albinum Servius praefatus est ita comparata sunt, ut in eadem qua ille urbe, id est Romae, grammaticus habitasse videatur. denique in Vergilianis commentariis non nulla inveniuntur quibus in ipsa urbe eos scriptos esse probetur. cf. Aen. III 444 *aut signis, id est quibusdam notis, ut in obelisco Romae videmus.* Aen. VIII 98 *Palatinum vidit: nec situm praesentem considerare debemus. tunc enim nullis obstantibus aedificiis et Tiberi per lupercal, ut diximus, fluente facile mons poterat videri Palatinus.* 271 *ingens enim est ara Herculis, sicut videmus hodieque.* 361 *Romanum forum est ubi nunc rostra sunt.* 646 *cui* (i. e. Cloeliae) *data est statua equestris quam in sacra via hodieque conspicimus.*[1]) georg. III 29 *Augustus victor totius Aegypti ... multa de navali certamine sustulit rostra, quibus conflatis quattuor effecit columnas, quae postea a Domitiano in Capitolio sunt locatae, quas hodieque conspicimus ... nam rostratas C. Duilius posuit victis Poenis navali certamine, e quibus unam in rostris, alteram ante circum videmus a parte ianuarum.*

De grammaticis Servii libris, de quibus Henricus Keilius in

1) Dionysii Halicarnassei testimonium, qui antiqu. Rom. V 34 Cloeliae statuam sua aetate non iam extare dicit, Plinii (hist. nat. XXXIV 13 § 28 sq.) et Senecae (ad Marc. de consol. XVI, 2) auctoritate refutatur.

quarti voluminis praefatione p. XLI sqq. plenissime disputavit, nihil dico nisi inter commentarium in artem Donati a Keilio IV p. 405—448 editum et multa Vergiliani commentarii scholia tantam esse similitudinem, ut ab eodem homine utrumque librum scriptum esse certum sit. cf. comment. in art. Don. p. 405, 2 et Serv. ad Aen. V 705; p. 406, 1 et Aen. XII, 486; p. 407, 5 et georg. II 169; p. 407, 30 et Aen. I 96; p. 407, 34 et Aen. VIII 127; p. 409, 10 et Aen. VIII 77; p. 409, 20 et Aen. II 610, X 590; p. 411, 1 et Aen. I 95; p. 411, 20 et Aen. I 318, X 235, XII 97; p. 412, 20 et Aen. I 713, buc. VIII 71; p. 414, 33 et Aen. V 310; p. 416, 1 et Aen. I 2; p. 416, 9 et Aen. I 346, 224; IV p. 416, 22 (cf. p. 428, 18) et Aen. IV 341, V 19; p. 417, 23 et Aen. I 121; p. 417, 35 et Aen. III 14, VIII 195; p. 418, 1 et Aen. I 4, 26; p. 418, 33 et Aen. III 427, georg. III 55; p. 419, 5 et Aen. I 24; p. 419, 16 et Aen. VII 289, XI 262; 419, 30 et Aen. I 176 (cf. Pompeii comment. p. 275, 11); p. 420, 12 et Aen. I 750; p. 425, 14 et Aen. II 16. etiam longius prosequi hanc similitudinem non videtur opus esse, praesertim cum Thomasius (essai p. 212 sq.) satis multa eius exempla collegerit.

Studiis in Vergilianorum carminum interpretatione positis Servius et apud aequales suos et apud posteros eximiam auctoritatem consecutus est. testis est Macrobius qui doctrinam grammatici non uno Saturnaliorum loco cum maxima admiratione laudavit, testes sunt inferioris aetatis scriptores quos e commentariis eius multa in suum usum convertisse ostendi. quod autem doctissimi quidam viri aut Macrobium de Servii doctrina adsentatorie magis quam vere iudicasse aut vulgatum commentarium nihil nisi exile Serviani summarium esse censuerunt, nolo ita excusare Macrobium, ut exaggeranda Servii virtute eum aut urbanitatis laudem captasse aut sermonibus a se expositis plus splendoris addere voluisse dicam, ac ne illud quidem commemoro quod supra ostendere conatus sum, ab homine in scholastica eruditione versato in adulescentium usum breviorem commentarium scriptum esse; quod si quis verum esse concesserit is non negabit fieri potuisse, ut Servius multa quae eis quorum utilitatem maxime spectaret parum prodesse viderentur consulto omitteret. nam multum abest ut reconditae doctrinae laudem Servio vindicare velim. sed si modo causas neglegentiae illius qua de fide commentariorum detrahi dixi, recte explicavi, cum e memoria plerumque Servius scripserit, fieri non potest quin multarum rerum atque artium compendiosam illam quidem neque satis certam, sed promptam scientiam ei tribuamus, quam aetate illa, qua

optimarum litterarum studia magis magisque evanuerunt, pluris aestimatam esse constat quam paucarum plenam et subtilem cognitionem.[1]) adde quod Servius etsi superiorum commenta non neglexit, tamen non temere eorum auctoritatem secutus est, sed suo iudicio usus quae illi dixerunt si perversa videbantur refutavit, sin probabilia, ad suas rationes accommodata recepit. nobis quidem inter illius aetatis scriptores eorum opera utilior fuisse videtur qui Macrobii more superiorum libros fideliter exscribentes antiquae doctrinae memoriam servaverunt, neque tamen illos a suis contemptos esse putandum est, qui suorum temporum rationi ac voluntati obtemperaverunt et ipsi sapere ausi sunt. denique ne id omittam quod summum videtur, in grammatica arte, quae proprie dicitur, cui Vergiliani quoque commentarii magna pars data est, Servius ne a Donato quidem, eo cui plurimum auctoritatis illa aetate tributum esse constat, superatur. poetarum autem latinorum sermonem quam probe cognitum habuerit non solum scholiis ad eam rem spectantibus ostenditur, sed etiam versus illi testes sunt, quibus de centum metris praecepta inlustravit, quos ab ipso inventos esse Lucianus Muellerus (annal. philol. vol. 93 p. 563 sq.) ostendit. quae cum ita sint, modo Macrobium ex suae aetatis rationibus iudicasse concedas, in ipso breviore commentario inveniri dices quae iure ille laudavisse videatur.

Quo factum sit ut medii aevi homines Servianum commentarium magni haberent atque saepe describendum curarent, cum rationes eius supra expositae sint, non est quod hoc loco multis verbis explicetur, hoc unum addendum est, non videri futurum fuisse ut ceterorum commentarii prae Serviano neglegerentur, nisi quae in illis ad popularem ut ita dicam Vergilianorum carminum interpretationem pertinerent Servius ipse in suum usum convertisset. nam ut mittam quae supra (p. V) de pleniorum librorum supplementis dixi, inter Veronensia scholia haud pauca Servianis similia sunt. a nullo autem superiorum commentatorum plura Servius petivit quam ab Aelio Donato, quem ipse saepius quam ceteros commemoravit atque ita quidem plerumque, ut sententias eius refutaret. adscripsi supra (p. XV) Turonensis codicis scholium quo Aen. I 179 Donati interpretationem a Servio impugnari ostenditur. Mommsenus[2]) haec Pauli (hist. Langobardorum II 23) verba *certum est tamen Liguriam partem Venetiae Emiliam quoque Flaminiamque veteres*

De Servii auctoribus.

1) nimis severe de vulgato commentario iudicavit Ribbeckius praef. p. XIV.
2) Wattenbach neues Archiv V p. 55 Anm. 1.

*historiographos Galliam cisalpinam appellare. inde est quod Donatus grammaticus in expositione Vergilii Mantuam in Gallia esse dixit* cum Servii scholio ad Aen. X 201 adscripto *quia origo Mantuanorum et a Tuscis venit, qui in Mantua regnabant, et a Venetis: nam in Venetia posita est quae et Gallia cisalpina dicitur* comparanda esse docuit. quod Servius ad Aen. III 686 adnotavit *antiqui 'ni' pro 'ne' ponebant* Donato vindicatur Prisciani testimonio (XV 2, II p. 61, 20 H.) quod hoc est *quod etiam Donatus in commento Aeneidos affirmat dicens 'ni pro ne sic veteres'*. in Monacensi codice qui olim Frisingensis fuit non nullis scholiis[1]) *dox̃* vel *doñ* vel *d̃* notulam in margine adpictam esse vidi, quae haud scio an eo consilio addita sit ut in Donati commentario idem inveniri significaretur. inter ea autem quae Donatus in Terentiano commentario oblata occasione de Vergilianis quibusdam versibus interpretandis dixit et Servianas eorundem versuum expositiones magna est similitudo. ut exempla proferam, ex Donati in Andriam et eunuchum commentariis haec cum Servianis scholiis conferantur: I 1, 50 et Aen. XII 296; I 1, 75 et Aen. VI 138; II 1, 10 et Aen. X 411; II 1, 28 et Aen. I 70; II 6, 26 et Aen. XI 361; III 1, 2 et Aen. IV 401; III 2, 7 et Aen. VIII 187; III 3, 1 et Aen. II 3; III 5, 3 et Aen. XI 339; IV 2, 16 et Aen. I 646; IV 3, 11 et Aen. XII 120; IV 4, 19 et Aen. II 64; V 4, 31 et Aen. I 149; V 4, 34 et Aen. VI 733; V 4, 37 et Aen. VI 238. eun. I 1, 1 et A. IV 534; I 2, 9 et A. IV 93; III 1, 58 et A. IV 1; III 2, 3 et A. I 256; III 5, 7 et georg. I 387; III 5, 46 et A. XI, 1; III 5, 48 et A. II 67; IV 2, 4 et A. VI 332; IV 4, 21 et A. III 31; IV 7, 2 et A. VII 614; V 2, 8 et A. VIII 155; V 2, 41 et A. I 567; V 6, 12 et A. I 549; V 8, 49 et A. VII 47. denique moneo ea quae de vita Vergilii Servius Aeneidos commentario praemisit, quae propter narrationis exilitatem merito a viris doctis vituperata sunt, e pleniore Donati vita, quam is in initio bucolicorum commentarii edidit, excerpta videri. nam praeter Copam inter minora Vergilii carmina commemoratam et praeter versus illos qui e secundo libro a Tucca et Vario sublati esse feruntur[2]), nihil habes apud Servium quod non possit a

1) georg. I 336 'ideo autem hoc dicit . . . gelidos'. Aen. I 241, 295, 475 'multi hoc loco distingunt . . . esset', 614 'pleonasmos . . . hausi' (cf. Donati ars p. 395, 3 K.), 643, 651 'Hymenaeus autem ut alii dicunt' e. q. s.; II 234 'non est iteratio . . . nudata', 293, 311, 437 'merito . . . praedae'. III 211. ad extrema Serviani ad buc. II 31 scholii verba in Bernensis 363 margine haec adscripta sunt 'pan ergo in plurali numero inventus ut dõ et sergius dicunt'.

2) Donatus hos versus aut non cognovisse aut certe non pro Vergilianis

Donato petitum esse. ceterum Serviana vita non est plene servata, interciderunt enim quae de morte poetae et de carminum ordine exposita erant:[1]) quorum cum in eis qui hodie extant codicibus nec vola nec vestigium appareat, videtur Servianus commentarius non ita multo postquam editus est, eam iacturam fecisse. causa damni inde fortasse repetenda est quod, cum ea etiam quae inde a p. 2, 10 huius exemplaris leguntur ad ipsam Aeneidem pertineant, rebus illis interpositis continuitas expositionis turbari videbatur. his quae proposui Donati commentarios Servium diligenter legisse et haud pauca ex eis adsumpsisse probatum esse puto. secundum Donatum cum Vrbani sententiae a Servio saepissime commemoratae sint, ex Vrbani quoque commentario in Servianum satis multa translata esse facile conieceris. reliquam de Servii auctoribus quaestionem non tango: quae quam difficilis sit quamque lubrica ex illis quae supra de neglegentia grammatici dixi apparet. hoc unum addo ex latinis scriptoribus neminem videri aptiorem fuisse qui Servio compendiariam illam multarum rerum scientiam suppeditaret quam Suetonium Tranquillum, a quo antiquorum doctrinam ad inferioris aetatis studia adcommodatam esse Reifferscheidius non uno Suetonianarum quaestionum loco ostendit.

Serviani commentarii permulti hodie extant libri manu scripti, ut vel eos quos ipse examinaverim omnes commemorare longum sit. itaque hos tantum quos ad recensendum commentarium adhibui paulo accuratius describam atque qua ratione eis usus sim exponam, e reliquis eos nominabo qui aliqua de causa memorabiles videntur. De Serviani commentarii libris manu scriptis.

Eorum igitur qui mihi praesto fuerunt codicum antiquissimus est Bernensis 363, in 197 membranis formae quadratae a scotico monacho scriptus saeculo nono.[2]) nam qui octavo saeculo eum

habuisse videtur: nam cum quattuor versus quos in Aeneidos initio a Tucca et Vario deletos esse Servius quoque testatus est, commemoraverit, illos omisit. ea re confirmatur, ni fallor, quod Ribbeckius prol. p. 92 sqq. suspicari se dixit, a sciolo nescio quo acuminis ostentandi causa hos versus suppositos esse. quae ad Aen. II 566 in uno Cassellano adnotata sunt plenioris commentarii auctor e Servii praefatione petivisse videtur: ut ab uno Servio memoria versuum illorum servata sit.

1) cf. Servii praef. bucolicorum 'et dicit Donatus, quod etiam in poetae memoravimus vita, in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum esse Virgilium'.

2) Hagenus catal. cod. Bern. p. 347 sqq. codicem accurate descripsit et quae eo continentur indicavit. idem carmina quae fol. 194 sqq. extant in libro cui inscripsit 'carmina medii aevi maximam partem inedita' p. 1 sqq. publici iuris fecit. a scotico homine codicem exaratum esse et iricis glossis ostenditur et his versibus qui carminis septimi ap. Hagenum sunt 22 et 23:

exaratum esse dixerunt cum carmina Hlothario imperatori et Tadoni Mediolanensium episcopo inscripta tum illa neglexerunt quae Serviano ad Aen. I 39 (p. 28, 1 sqq.) scholio ab eodem qui Servii verba scripsit in margine adposita sunt *contra goddiscalcum*: scilicet Gotteschalcum monachum, qui medio fere nono saeculo de praedestinatione et libero arbitrio ab ecclesiae doctrina abhorrentia protulit, grammatici sententia refelli posse putavit librarius. hic igitur codex fol. 2—138 Servii in bucolica, georgica, Aeneidis libros sex priores et septimi v. 1—16 (*gemitus irascentum leonum sera sub nocte quasi eo*) commentarios exhibet, quibus haec inscripta sunt *Incipit expositio Sergii grammatici in bocolicon et in libros georgicon atque aeneadum.* quamquam liber et neglegenter scriptus est et Servii scholia valde decurtata praebet, tamen, ne antiquissimum testem neglexisse arguerer et ut exemplum Serviani commentarii in brevius contracti exhiberetur, ad primum Aeneidis librum eius testimonia adscripsi.

Ad Bernensis aetatem proxime accedit Caroliruhensis 186, qui ipse quoque in membranis formae quadratae nono saeculo scriptus est. Reichenaviensis monasterii eum olim fuisse duabus inscriptionibus probatur, quae in primae paginae margine inveniuntur: altera, satis antiqua, haec est *liber augie maioris*, altera, recentior multo, haec *Monasterii Augiae Divitis.* habet codex sexaginta quattuor folia, e quibus 1—41 ad georgica pertinent, quae hoc loco non curo: reliquis in Aen. I 4 (*circa troianos nescientes quod sacram dicebant veteres*) usque ad v. 338 (*hi qui de chalcide venerant ciuitate euboice*) commentarius continetur, ab uno homine scriptus, nisi quod septemdecim paginae 83 versus ab exercitato librario exarati sunt, fortasse ut is cui reliqua describenda essent exemplum haberet quod imitaretur. singula scholia . .,. ; signis interpositis inter se distincta sunt. correxit codicem homo librario fere aequalis: nam nisi paucis locis non vidi a recentiore manu priorem scripturam emendatam esse. quamquam librarius officio suo non est diligenter functus et multa mendose scripsit, magni tamen est hic liber aestimandus, quippe cuius exemplar ei libro simillimum fuisse videatur e quo plenioris commentarii auctor Serviana petivit. cf. adnot. crit. ad pag. 19, 17: 20, 2; 21, 4; 23, 11; 24, 1; 26, 4; 29, 3; 63, 14; 69, 6. ceterum folia non nulla umore corrupta sunt, ut quae in inferioribus partibus scripta erant partim evanuerint.

Collige Scottigenas, speculator, collige sophos,
Te legat Omnipotens: collige Scottigenas.

ipse de hoc libro copiosius dixi in programmate Numburgensi anni 1856.

E libris decimi saeculi hoc loco commemorandi sunt Lipsiensis, Caroliruhensis 116, Reginensis 1674, Laurentianus bibl. sanctae crucis plut. XXII, 1, Sangallenses 861 et 862.

Atque Lipsiensis rep. I n. 36$^b$ (olim rep. B. n. 18) in 272 membranis formae quadratae, sed maioris mensurae scriptus est. bucolicorum commentario qui fol. 1$^a$—29$^a$ continetur haec inscripta sunt INCIPIT EXPLANATIO SERVII GRAM IN BVCOLIC ET GEORGICON. fol. 29$^b$ et fol. 30 quaedam de variis poematum generibus, de heroici versus caesuris, de nominibus rerum quartae declinationis et participiis praeteriti temporis (ex Prisciani partit. XII vers. Aen. p. 463, 18 K.), de georg. I 220 sqq. nullo ordine scripta extant. quae ad georgicon versus pertinent suo tempore Hagenus edet. fol. 31$^a$—72$^b$ georgicorum commentarium habent cui subscriptum est EXPLICIT LIBER QVARTVS. AMEN: OTRIRF. D. sed duae litterae extremae inductae sunt, ut lectio incerta sit. fol. 73$^a$ INCIPIT LIBER PRIMVS AENEIDOS IN EXPONENDIS AVCTORIBVS HAEC CONSIDERANDA SVNT e. q. s. Aeneidis commentario fol. 272$^a$ subscriptum est EXPLICIT EXPOSICIO SERVII GRAMATICI IN BVCOLICON ET L . . . GEORGICON ATQVE AENEADVM. a pluribus librariis, qui tamen simili scribendi genere usi sunt, codex exaratus est. lemmata maiusculis plerumque litteris illi scripserunt. undecimo saeculo prior scriptura a duobus, ut videtur, hominibus correcta est: alter, cuius litterae breviores sunt et graciliores, et in contextu non nulla mutavit, et in margine argumenta scholiorum adnotationesque quasdam, quibus Servii verba explicarentur, adiecit; alter e libro Frisingensis simili et in margine et supra versum permultas scripturas invexit. in critico commentario non putavi horum correctorum manus inter se discernendas esse, nam quae alterius sunt Frisingensis similitudine facile dignoscuntur. accedit quod unius vel paucarum litterarum mutationes utri tribuendae sint saepe incertum est. praeterea manu satis recenti leviores quosdam librariorum errores sublatos esse vidi. codicem in Germania scriptum aut certe undecimo et insequenti saeculo in Germaniae aliquo monasterio adservatum esse glossae quaedam ad bucolicorum et georgicorum commentarios in marginibus adscriptae ostendunt, quibus latinae voces germanicis adpositis explicantur. veluti ad buc. II 51 haec adnotata sunt *cidea genus pome quod teutonici dicunt quodiena*[1]) *seue persici*, ad buc. IV 62 (fol. 13$^b$) *absinthium est erba amara satis quae theodisce uocatur uuerimoda*, ad

1) huius vocis lectio incerta est. nam pro *ic* litteris adnotavi legi posse *et* vel *ec* vel *ae*.

georg. III 384 (fol. 52^b) *LEXIVA aqua calida cū cinere mixta quod nos dicimus loūga.* in argumentis autem illis et adnotationibus quas modo commemoravi si quid memorabile videbatur in critico commentario edidi: quaedam ex eo genere quae ad bucolica et georgica pertinent hoc loco adscribam. fol. 19^b haec in margine leguntur *quae in sexta egloga necessaria sunt. Quae differentia sit inter timidum et timentem. opiniones philosophorum de rerum origine. Quid sint sintheta. cuius generis athomi. fabula promethei. de graecis uocatiuis. quare ruminatio dicatur. et quae in praesenti cernis. similiter et in aliis considerandum est quid necessarium sit.* fol. 55^a (georg. II 453) *Caries cariei. furfur est proprie lignorum per terebramina a uermibus consumptorum. inde cariosum uiciosum. t furfuratum terebratumue et carie consumptum.* fol. 59^b (georg. III 71) ut intellegeretur quos Servius 'occupatos' diceret haec adnotata sunt *id est eorum qui occupati sunt ut comites et ceteri potentes. seu minoris quique dignitatis.* fol. 87^b (georg. IV 41) *pilas dicit rotundas formas quasdam ex glutine factas id est bitumine ex quibus reseruatis alucarium rimas linunt. ac postea fauos his super ducentes componunt.* illud quoque videtur commemorandum esse, cum nomina scriptorum a Servio laudatorum in marginibus codicum adscribi solita sint, in Lipsiensi pro ipsis nominibus signa quaedam posita esse.[1]) denique moneo in bucolicorum praefationes quaedam ex Bernensibus scholiis recepta esse.

Caroliruhensis 116, qui olim Reichenaviensis monasterii fuit, diligentissime scriptus, commentarios in omnia Vergilii carmina continet. quae bucolicorum commentario inscripta erant maximam partem evanuerunt, ut nihil hodie legi possit nisi INCIPIVNT EXPOSITIONES. in reliquorum librorum inscriptionibus aut subscriptionibus Servii nomen non invenitur. infelici quodam casu factum est ut hunc librum extare tum demum audirem, cum eos codices quibus uti decreveram contulissem atque criticum commentarium in tres priores Aeneidis libros composuissem. inspexi tamen codicem neque ante eum plene excutiendi consilium abieci quam praeter ea quae ex libris ad illud tempus conlatis enotaveram nihil fere novi in eo inveniri intellexi: ad alteram Aeneidis commentarii partem recensendam eum adhibebo. ceterum non nullis locis quid codex exhiberet Alfredus Holderus humanissime me docuit.

Reginensis 1674 Servii in Aeneidos libros VI—XII commentarium in 130 membranis formae quadratae, sed maioris mensurae,

1) ⊖ Horatius, ⊖–⊖ Persius, Ɏ Terentius, ⩚ Iuvenalis, Λ Livius, Δ Donatus, ⋌ Sallustius, G Cicero, ⊣ Lucretius, ꟼ Lucanus, ⍓ Plinius.

scriptum continet. singulae paginae undetricenos versus habent. primi versus sexti et duodecimi libri commentarii et lemmata maiusculis litteris exarata sunt. leviores librariorum errores — nam non ab uno codex scriptus est — homo eis fere aequalis sustulit. olim liber Petri Danielis fuit, qui in inferiore extremae paginae margine haec scripsit *ex libb. Petri Danielis Aurelianensis* 1564. idem graeca, quae quidem librarii omiserant, in margine supplevit et non nullis locis discrepantes scripturas e 'cod. v. ms.' vel e 'cod. impr.' adiecit, et nomina scriptorum a Servio laudatorum repetivit. Daniele mortuo codex in Dionysii Petavii tum in Christinae Suecorum reginae bibliothecam translatus est. contuli eum Romae a. 1857.

Laurentianus bibliothecae Sanctae Crucis plut. XXII cod. 1. membranis 181 formae maximae sed ad quadratam accedentis constat et commentarios ad omnes Vergilii libros habet. in initio duo folia saeculo decimo tertio suppleta sunt, unde repetendum videtur quod Honorati cognomen Servio in titulo libri datum est. in Francia codicem scriptum esse his ostenditur quae in extremo folio leguntur *Alexander episcopus seruus seruorum dei dilecto fratri . . . dei gratia parisiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.* contuli cum hoc codice commentarium in quartum et quintum Aeneidis librum Florentiae anno 1857.

Sangallenses 861 et 862 et membranarum forma, quae est quadrata minoris mensurae, et scripturae diligentia, et versuum in singulis paginis exaratorum numero tam similes sunt inter se, ut dubitari non possit quin pro uno libro habendi sint. continetur his codicibus, quorum prior 158, alter 184 foliis constat, commentarius in Aeneidos libros VI—XII, cui inscriptum est INCIPIT EXPOSITIO SERVII DE SEXTO LIBRO AENEIDOS. lemmata maiusculis litteris scripta sunt. Servii commentarium sequitur vita Vergilii quae Donato tribuitur, quam ex hoc maxime codice emendatam Hagenus cum scholiis Bernensibus edidit. idem totum codicem anno 1865 contulit et quae exscripserat mihi transmisit.

Vndecimo saeculo ex eis quibus ego usus sum libris scripti sunt Hamburgensis et Monacensis is qui olim Frisingensis fuit. ille igitur, bibliothecae urbicae Hamburgensis 52, folia 250 habet eius formae cuius Laurentianum esse dixi. singulae paginae trifariam divisae sunt ita ut media pars paulo latior Vergilii verba habeat, in marginibus scholia scripta sint. fol. 1$^a$ haec continentur: *Carmen ouidii nasonis tetrasticon* '*qualis bucolicis . . . lege carmina nostra*'. *Incipit carmen octauiani caesaris de uirgilio* '*Ergone supremis . . . relegatur ametur*'. fol. 1$^b$ extr. sequitur primae eclogae

praefatio e Bernensi commentario exscripta. fol. 2ª lin. 14 incipit Servii praefatio bucolicorum eaque in media paginae parte collocata. fol. 3ª incipiunt bucolica ipsa cum commentario, quae pertinent usque ad fol. 17ª dimidiatum, cuius paginae pars reliqua Bernense ad georg. I 1 scholium habet. fol. 17ᵇ medio continetur *Carmen tetrasticon ouidii nasonis* '*quid faciat laetas segetes . . . foedere* (sic) *reddi*' et primi georgicorum libri initium cui inscriptum est *Liber georgicon I incipit*, margines occupavit Servii commentarius cuius hic est titulus INCIPIT LIBER PRIMVS EXPLANATIONVM GEORGICON. fol. 18 — fol. 54ᵇ georgica cum Servii commentario extant, quamquam tres extremi ipsius quarti libri versus fol. 56ª scripti sunt, quos in eadem pagina excipiunt hi versus '*Nocte pluit tota . . . uellera fertis oues*' (cf. Reifferscheidii comment. crit. in Donati vit. p. 66 sq.), tum *uersus ouidii nasonis super XII liber* '*Primus habet lybicam . . . nece finem* et *uersus ouidii in primo libro* '*Aeneas primo libiae . . . parabat:* in extrema pagina INCIPIT LIBER I AENEIDOS. fol. 54 et 55, quae ex his quae modo indicavi post addita esse apparet, leguntur quae mythographus primus fab. 135 de Dardano et de origine Troianorum exposuit, sed ea valde inmutata. sequuntur quae ab eodem de erroribus Aeneae et rebus ab eo in Italia gestis narrata sunt. haec excipiunt Servii in Aeneidem praefatio et commentarius in Aen. I 1—5, nam extrema fol. 55ᵇ verba sunt lemma scholii ad v. 6 adscripti *inferretque deos.* pertinet Aeneis cum commentario ad fol. 222ᵇ. fol. 223 — fol. 250 Ovidii ex Ponto libri I 1, 1 ad III 2, 67 scripti sunt.

De aetate codicis discrepant inter se doctorum virorum iudicia. nam eam partem qua Ovidii carmina illa continentur, quam eodem quo Vergiliana tempore scriptam esse certum est, Nicolaus Heinsius in praefatione commentarii in libros ex Ponto et Rudolfus Merkelius (exempl. Teubneriani tom. III praef. p. IV) nono saeculo tribuerunt, Ritschelius in Korniani exemplaris praefatione p. XI ad duodecimum retulit. Henrico Keilio qui codicem quo tempore ab Hamburgensibus missus apud Merkelium erat, inspexit et quaedam ex eo exscripsit, quae mihi amicissime dono dedit, saeculi decimi scriptura esse videbatur. atque Vergilii et Ovidii carmina possunt videri eo saeculo scripta esse, sed cum Serviana scribendi genus insequenti saeculo receptum magis ostendant, hoc ipso codicem exaratum esse dixerim. in Francia eum scriptum esse Nicolai Heinsii testimonio constat, qui l. l. Gallicum eum vocat et Claudii Sarravii, viri amplissimi, fuisse dicit. confirmatur quod Heinsius testatus est magna similitudine quae inter Hamburgensis et Laurentiani libri

scripturas invenitur, quem librum e Gallia in Italiam translatum videri supra dixi. fortasse doctiores ex his quae scholio ad georg. I 88 (fol. 18[b] extr.) addita sunt *et tot intali uuisa medardi* quo in monasterio aut ipse liber aut eius archetypus scriptus sit investigabunt. qua in re illud dolendum est quod ex inscriptione quadam, quae cum duo folia libri tuendi causa praefixa sint in alterius pagina versa ab homine saeculi decimi quinti posita est, verbum extremum quid sibi velit non potest cognosci[1]): reliqua quae sunt *liber ouidii bucollicorum et est capituli* facile leguntur.

Servianus commentarius ex bono exemplari a pluribus librariis satis diligenter in margines huius codicis transcriptus est. inter versus Vergilii breviora scholia inveniuntur, quae plerumque e Servianis excerpta sunt, perpaucis locis cum Danielinis consentiunt, veluti Aen. I 20 *olim*] *aliquando*, II 65 *accipe*] *i. e. audi o dido*, II 196 *coactis*] *uix expressis*, VIII 252 *consuetudine sua usus est ut quando contra naturam aliquid infert praedicat unde credatur.*

Eodem quo Hamburgensis saeculo scriptus est Monacensis 6394. is olim fuit Frisingensis 194. habet 193 folia formae binariae, sed minoris mensurae. in singulis paginis plerumque quadrageni quaterni versus sunt. commentarius in bucolica non est integer: interiit enim maior pars praefationis (ad verba quae sunt *carmina tantum nostra valent* e. q. s.) et scholia ad ecl. III 75 — IX 67. accedit quod folia in quibus commentarii reliquiae extant disiecta sunt. in georgica commentarius plene servatus est, sed ea folia quae praefationem et scholia ad I 1—47 habent suo loco mota et post fol. 3. perperam inserta sunt. inscriptum est commentario INCIPIT LIBER I GEORGICON, subscriptum (fol. 40[a]) EXPLICIT LIBER IIII. Aeneidis commentarius incipit fol. 40[b] (INCIPIT LIBER ·I· AENEIDOS), exit fol. 193[b] *Vtere sorte tua*] *interfice hostem tuum.* plures librarios in codice scribendo eodem tempore occupatos fuisse cum scripturae dissimilitudine tum ea re ostenditur quod paginae quaedam, etsi nihil e Serviano commentario omissum est, partim vacuae relictae et litterae ut res postulabat modo diductae modo contractae sunt. homo duodecimi aut decimi tertii saeculi non nullis locis argumenta scholiorum in margine paucis comprehendit et adnotationes quasdam adiecit, quas si aliqua de causa utile videbatur in critico commentario commemoravi. corrigendo codici plures operam dederunt, quorum scripturas *m* signo addito discrevi.

---

1) dubitari potest utrum *cidg.* an *eidg.* an aliud quid legendum sit: nam praeter extremam nulla littera certa est.

Duodecimi saeculi est codex Monacensis 18059, olim Tegernseensis 59, ex 233 membranis formae maximae constans, quarum 162 priores Servii commentarium, reliquae Donati vitam et Octaviani qui feruntur versus, Vergilii bucolica, georgica, Aeneidem, Moretum, Maecenatem, Priapeia, Copam habent. inscripta sunt commentario INCIPIT EXPOSITIO SERVII GRAMMATICI IN BVCOLICON ET IN LIBRVM GEORGICON ATQVE AENEADVM. quae ipsi librarii scripserunt, nam non ab uno codex exaratus est, cum Lipsiensi et Hamburgensi plerumque consentiunt, is qui ea correxit aut ipso Frisingensi aut libro eius simili usus est. contuli cum hoc codice particulas quasdam in primum Aeneidis librum commentarii, secundi et tertii libri commentarium totum. — ipsis Vergilii carminibus inter versus glossae et interpretationes paucissimis verbis comprehensae, in marginibus ampliora scholia adscripta sunt. inter glossas haud paucas inveniri moneo germanicas. scholia autem eo maxime consilio examinavi ne quid neglegeretur quod ad Servianum aut ad Danielinum commentarium emendandum utile esset. atque partem eorum e Servii, partem e Tiberii Donati copiis derivatam esse cognovi. sed aliorum etiam interpretum commenta videtur is qui hoc commentariolum composuit in suum usum convertisse, veluti quod Aen. I 27 Servius multos verba quae sunt 'spretaeque iniuria formae' ad Antigonam, Laomedontis filiam, retulisse dicit, ea fabula plene atque eisdem fere verbis, quibus mythographus I fab. 179 utitur, narrata est. in secundo quoque libro (ad v. 15, 21, 27, 79) fabulas de equo Troiano, de Tene, de Doriensium itinere, de Sinone[1]) ita expositas esse vidi, ut a doctis auctoribus sua petivisse videatur

1) *ad v.* 15 'aractinus dicit fuisse in longitudine pedes . C. et in latitudine pedes. b eius ad caudam et genua mobilia fuisse tradidit'. *ad. v.* 21 'gignus neptuni filius ex prodea filios habuit tenidem et dunetem. hi habuerunt nouercam polipham. quae cum tenidem inceste amaret et obstruptum non posset intendere ultro apud patrem illum criminata est. ille teniden arca inclusit et sororem quae sequebatur sponte fratrem in mare abiecit. neptunus autem opem innocentibus attulit et ad insulam quae leo caprix uocatur appulit easque tenidos nominavit'. (*cf. Pausan.* X 14, 1 *sqq.*). *ad. v.* 27 'dorix neptuni et emerlippis filius a quo dorici nominantur. hi primum inter alia subiecta (*leg.* sub Oeta) monte domicilia habuerunt postea moniciora culta (*leg.* moniti oraculo) apollinis pilopensibus transierunt ibique iectis (*fort.* uictis *vel* subiectis) pilopensibus manserunt'. *ad v.* 79 'his sionis (*leg.* hic Aesimi) filius ulixi et sanguine et manibus iunctus ciprum insulam missus ut adonem fluuium (*leg.* filium) euriti regis sidonorum ad bellum troiae duceret et inpediente uenerē quae adonē diligebat ad eurū filiothelei fluuiū (*fort.* ad Eurypylum Telephi filium *cf. Dict. Cret.* II 5) uenit a quo uulneratus est et (*fort.* ut) sine glā (= gloria) esset. graecis dolum instruentibus se obtulit qui troianos mendatus infalleret'.

scholiastes. quod cum ita sit dignam puto esse hanc codicis partem quae diligentius excutiatur: quod negotium facile patiar ab alio occupari. denique commemoro fol. 162[b] praefationem Aeneidis extare medio aevo compositam[1]), cuius exemplum in Turonensi quoque codice inveni, sed id in brevius contractum.

Quae ratio inter codices a me conlatos intercedat ut paucis exponam, is qui pleniorem commentarium composuit Serviana ex perbono exemplari petivit, qua re factum est ut Danielini libri etsi vulgata scholia valde inmutata exhibeant, haud paucis tamen locis id quod Servii esse videtur soli ostendant. (cf. p. LXVII) inter vulgatos codices Bernensis 363 et Frisingensis, quibus Lipsiensis et Tegernseensis correctores addo, a reliquis saepe dissentiunt: pertinet tamen ea dissensio ad verba magis quam ad res, vel ut aliter dicam, eaedem res non eisdem in utroque librorum genere verbis expositae sunt. veluti p. 13, 28 collocata est *BM* est posita *KLH*;

1) haec est ea praefatio: 'In exponendis libris autenticis .VII. periochae id est circumstantiae sunt requirendae quae ut graeco utamur eloquio s̄ s̄ (*leg.* septem sunt) ΤΙC. ΤΙ. ΔΙΑΤΙ. ΠΟC. ΠΟΥ. ΠΟΠΕ. ΠΑΤΕΝ. ut haec ipsa ore latino absoluamus quis. quid. cur. quomodo. ubi. quando. unde. Ergo ad illud quod interrogatur. ΤΙC. id est quis respondetur. prosopa. id est persona auctoris. ut quis scripsit? Virgilius. uidelicet uirgilii et maiae filius. dictus a uirgula populi. quae sicut in uita eius legitur. cum eo nato in loco puerperii eius secundum morem prouinciae depacta fuisset. breui ita conualuit. ut multo ante satas populos quam celerrime ex crescendo adaequauerit. Cetera de uita eius quae hoc loco dicenda sunt. quia in expositore eius seruio leguntur. et in bucolicis succincte iam praelibata sunt. quia plurimum habent uerbositatis et parum utilitatis praetermittimus. Secunda periocha est ΤΙ. id est quid ad quam interrogationem redditur ΕΚΤΙΑ id est res quae titulo ipsius operis declaratur. Scripsit enim libros aeneidū. qui titulus a feminino patronomico formatur. ab aenea enim femininum patronomicum est. eneis sicut a theseo theseis. inde libri eneidum non ut falso quidam codices habent aeneidorum. Tertia periocha est ΔΙΑΤΙ. id est cur. respondetur . et . pragma . id est causa quare scripserit. quia uidelicet laudare uolebat augustum. cuius multa beneficia fuerat consecutus. describere etiam gesta romanorum. nam siquis diligenter inspiciat. omnes pene romanas historias. in hoc opere licet breviter commemoratas inueniet. maxime in libro .VII. (*sic*) inferni et in aspidiopia. id est in scuti factura. Vnde apud antiquos gesta populi romani iste liber uocabatur. Quarta periocha est ΠΟC. id est quomodo? ad quod redditur tropus. id est modus. Modi autem locutionum tres sunt. humilis medioeris et grandiloquus. quos uirgilius in suo opere tenuit. humilem in bucolicis. mediocrem in georgicis. grandiloquum in aeneidis. Quinta periocha est ΠΟΥ. id est ubi respondetur topos uel locus. ut ubi scripsit? partim cremonae partim neapoli. partim rome. Sexta periocha est pope. id est quando. ad quam interrogationem respondetur chronos. id est tempus. Fuit autem iste tempore augusti octauiani. sub ipsa tempora dominicae incarnationis. Septima periocha est. paten. id est unde. ad quod respondetur. yle. id est materies. ut unde scripsit. de excidio uidelicet troiae et de erroribus aeneae quos passus est donec ueniret ad italiam'.

15, 23 liberauit *BM* sustulit *rell.*; 18, 20 dicitur *BM*, scribitur *rell.*; 19, 19 potestatem *BM* facultatem *rell.*; 22, 23 in quo pro uenere paris alexander contra iunonem mineruamque iudicauit *BM* nota fabula paridem pro uenere contra iunonem mineruamque iudicasse *rell.*; 24, 1 quae ioui bibere ministrabat *BM*, *om. rell.*; 29, 3 quod *BM* nam *rell.*; 29, 8 noxia enim est culpa id est peccatum noxa uero poena *BM* et hoc interest inter noxam et noxiam quod noxia culpa est noxa autem poena *rell.*; 30, 22 unde cauendum est *BM* cauendum ergo est *rell.*; 32, 20 autem *BM* tamen *rell.*; 33, 9 intellegendum est *BM* intellegamus *rell.*; 33, 10 dicuntur *BM* uocantur *rell.*; 33, 20 ennius *BM* legerat apud Ennium *rell.*; 39, 5 deiecerunt *BM* praecipitauerunt *rell.*; *ibid.* qui liberum patrem dormientem de litore sustulerunt *BM* namque hoc habet fabula dormientem in litore liberum patrem puerum nautas abstulisse *rell.*; 40, 20 iuxta salustium qui ait ita *BM* ut salustius *rell.*; 42, 16 fuisse narrantur *BM* fuerunt *rell.*; 42, 19 meritorum *BM* maioris *rell.*; 46, 7 retinere *BM* tenere *rell.*; 48, 25 superatum *BM* percussum *rell.*; 50, 26 uerius *BM* melius *rell.*; 53, 12 uadi pedibus potest *BM* possumus uadere *rell.*; 58, 20 ut *BM* quod et *rell.*; 59, 2 item alibi *BM* similiter *rell.*; 69, 8 feriendo procudamus *B* feriendo producamus *M* feriamus *rell.*; 69, 12 esse uideatur *BM* est *rell.*; 90, 15 troianum bellum *M* troianorum periculum *rell.*; 91, 22 tanta ui (tanta uis est *B*) ut etiam resonaret uicinus mons sicut superius *BM* tanta ui exit in mare ut etiam resonet uicinus mons et sic dictum est sicut superius *rell.*; p. 101, 17 amnis *B* Anien *rell.*; 124, 21 quod cum ille permisisset corium in tenuissimas corrigias sectum *BM* itaque corium in fila propemodum sectum *rell.* ex his exemplis quae sit discrepantiae illius ratio intellegitur. atque ut ad res perspicue et plane exponendas nihil plerumque interest utrius librorum generis testimonia recipiantur, ita alia videntur in Monacensi (19, 19; 53, 12; 124, 21) alia in reliquis libris aptioribus verbis expressa esse. tamen in hac re quae ad formam ac speciem scholiorum pertinet non putavi e diversis libris promiscue depromendum esse quod cuique loco maxime adcommodatum videretur — quis enim praestet aptissimum quidque ab ipso grammatico profectum esse — sed hanc legem mihi statui ut eius generis auctoritatem constanter sequerer quod interpolatorum studiis minus fere adfectum esset quam alterum. atque mihi quidem Monacensis et Bernensis memoria longius ab ipsius Servii manu abesse videtur quam Lipsiensis et similes libri. primum enim illis codicibus scripturae non nullae cum Danielinis communes sunt, qua re fieri non potest quin interpolationis

suspicio moveatur. cf. aduot. crit. ad 13, 28; 15, 13; 18, 20; 33, 10. I 96 (p. 48, 25) Servius, memor fortasse Iuvenalis versus qui est sat. XV 66, *percussum* scripsit. pro eo plenioris commentarii auctor, quia ipsum illum versum adiecerat *superatum* posuit: idem *BM* exhibent. I 104 (p. 50, 26) non possunt Servii esse quae in *BMl* extant *vel quod verius est re vera remi:* immo *verius* illud e plenioribus libris arcessitum est qui *vel quod verius est remi* habent. accedit quod inveniuntur quae ex Isidori atque mythographorum libris in *BM* translata esse prope certum sit. veluti 69, 8 *feriamus* scripturam Servianam esse Priscianus ostendit, *feriendo producamus* Isidorus posuit. p. 101, 17 quod Bernensis habet *amnis* a mythographo I petitum esse apparet qui fab. 30 Servii narratione in brevius contracta haec scripsit *tum ut quidam dicunt Iliam sibi amnis fecit uxorem.* illa quoque quae p. 124, 21 *BM* codicum propria sunt e mythographi I fabula 215 derivata esse dixerim, praesertim cum is aut Servii scholio satis libere usus sit aut alium librum exscripserit. denique inter Monacensis et similium librorum scripturas quas supra exempli causa commemoravi quaedam ita comparatae sunt ut non debeant pro Servianis haberi. nam qui I 76 (p. 42, 19) *meritorum* posuit apud Servium *meritis* quid sibi velit non videtur intellexisse. neque quisquam p. 90, 15 *troianorum periculum* inferioris aetatis homini, *troianum bellum* Servio tribuet. verba igitur Servii in eius generis libris cuius Monacensis est magis adulterata esse vidimus quam in reliquis. neque tamen propter eam rem Monacensis omnino spernendus est: qui cum locos non nullos in ceteris quos ego quidem contuli libris corruptos ita exhibeat ut ab ipso grammatico videntur profecti esse (cf. p. 157, 5 et p. 645, 3), illi qui nescio qua de causa sermonem Servianum ea cuius exempla supra scripsi ratione transformandum suscepit non potest non bonum exemplar praesto fuisse. atque quoniam Bernensis et Monacensis cum Danielinis libris cognatione quadam continentur et Bernensis a scotico monacho exaratus est, haud scio an ea Serviani commentarii ut ita dicam recensio quam *BM* libri praebent ad Scotorum studia revocanda sit. inter eorum autem codicum quos praeter pleniores et Monacensem adhibui testimonia non ea est dissimilitudo, ut exemplaria e quibus illi derivati sunt non possint ad eundem archetypum referri, quem in Francia olim fuisse conicio.

E reliquis Serviani commentarii codicibus qui quidem mihi innotuerunt hi videntur commemorandi esse. Harleianus 2782 saeculi noni, 181 membranas formae maximae habet. fol. $1^a$ — fol. $28^a$

commentarius in georgica continetur INCIPIT LIBER PRIMVS EXPLANATIONVM GEORGICON *Virgilius in operibus suis diuersos secutus est poetas. homerum in aeneade quem licet longo interuallo secutus est tamen . . . scriptarum rerum exsecutus est titulum.* EXPLICIT LIBER QVARTVS . INCIPIT LIBER PRIMVS AENEIDOS. *In exponendis auctoribus haec consideranda sunt* . . . fol. 164ᵇ *naturae lege poterat sic homerus* EXPLICIT EXPOSITIO SERVII GRAMMATICI IN BVCOLICON ET LIBRIS GEORGICON ATQVE AENEADVM. fol. 165ᵃ praefatio Aeneidos iterum scripta est; extrema codicis verba *sub sensu in bucolicis constringere quae per iuniperos uult figurate intellegi* ad buc. X 76 sq. pertinent. cf. schol. Bern. ad buc. X 75 sq. debentur haec quae de codice dixi Francisci Ruehlii liberalitati qui a Friderico Scholio rogatus codicem anno 1875 inspexit.

Parisinus 7959 saeculi noni vel ineuntis decimi, olim Colbertinus, in 252 membranis formae quadratae Servii commentarios in bucolica georgica Aeneidem continet. inscripta sunt libro IHS INCIPIT EXPOSITIO SERVII GRAMATICI IN BOCOLICON, subscripta COMMENTARIORVM SERVII GRAMMATICI IN AENEIDOS VIRGILII LIBER DVODECIMVS EXPLICITVS FELICITER VTENTI PAX. ex singulorum librorum titulis exempli causa hos commemoro qui sunt noni et decimi, ipsi quoque maiusculis litteris scripti *Commentariorum Servii grammatici in Aeneidos liber octauus finit incipit eiusdem nonus* et *Commentariorum Servii grammatici in Aeneidis uirgilii liber nonus finit incipit liber decimus.* codex eius generis est, cuius Laurentianus (bibl. sanct. cruc. plut. XXII, 1) et Hamburgensis et similes sunt. contuli cum eo bucolicorum et georgicorum commentarium totum. cum Aeneidis commentarii librum primum conferre coepissem (v. 1—40), codicem ut levioribus illis librariorum erroribus quibus critici commentarii moleste onerantur magis quam alios illius aetatis libros carere vidi, ita praeter paucas quas in praefatione Aeneidis exhibui scripturas nihil memorabile praebere inveni. tum aliis locis eum inspexi. atque in quarto et quinto libro eum Laurentiano illo eum ad litteram fere consentire, inde a sexto libro Reginensi et Lipsiensi simillimum esse cognovi. quare omisi codicis conferendi laborem, ita tamen ut eum redintegrare constituerem nisi in patria eiusdem ordinis atque dignitatis libros reperissem. quam spem non ad irritum cecidisse vehementer laetor. haec narranda esse putavi quia mus. Rhen. XIV p. 536, quo loco de vulgatis libris disserui, ad emendandos Servii commentarios hunc Parisinum in primis utilem esse parum apte dixi: nimirum scripturae illam diligentiam qua eum insignem esse non nego nimium admirabar. illud unum

addo, in septimo et iis qui ad undecimum sequuntur libris pauca pleniorum librorum scholia in marginibus ab alia manu adscripta esse. Thomasius essai p. 179 sqq. codicem accurate descripsit. idem de reliquis Servii codicibus qui quidem in Parisinis bibliothecis adservantur l. l. p. 303 sqq. diligentissime disputavit, ac ne eos quidem neglexit quos in aliis Galliae bibliothecis extare audivit, inter quos (cf. supplément p. XXVIII) Bononiensem (Boulogne-sur-mer) membr. fol. saec. X integritate praestare dicit.

Inter Vaticanos et Laurentianos libros qui praeter illos de quibus supra dixi memorabiles sunt ad bucolicorum atque georgicorum commentarios maxime spectant, veluti Vat. 3317, Regin. 1495, Laur. plut. 45 cod. 14[1]) (cf. mus. Rhen. XIV p. 542, XV p. 119). hoc loco unum Palatinum 1646 membranaceum saec. XI nomino, quia commentario contra morem inscriptum est COMMENTVM SERVII GRAMMATICI SVPER e. q. s. et quia Aen. I 1 (p. 5, 13) altera manus supra versum scripsit id quod verum est *inania*, cum prior exhibeat *in hanc*.

Leidenses Servii codices quamquam a me non sunt adhibiti tamen videntur hoc loco commemorandi esse, quia Burmannus scripturis eorum a Nicolao Heinsio enotatis usus est. antiquissimus eorum est ms. lat. bibl. publ. 52 membr. fol. saec. IX. continentur eo commentarii ad Aen. V 93 *DEPASTA altaria nona senam supra ait libauitque dapes sed hoc dicit* usque ad Aen. XI 262 *ut thyestes cum meropa fratris.* quinti libri commentario haec maiusculis litteris subscripta sunt *Explicit liber quintus expositionum Servii grammatici in librum quintum Aeneidum incipit liber sextus feliciter.* noni libri commentarius totus deest, e decimo libro perierunt ea quae ad v. 191—778 adscripta erant. quae ex hoc codice Heinsius excerpserat V littera signavit Burmannus, qui ad Aen. V 93 haec adnotavit '*tam diu cuncta aris super posita f. c.* R. et V. cuius codicis hinc iterum varietates Heinsius notavit'. cf. ad Aen. X 191 'deerant hic paginae aliquot in V ad v. 774', ad Aen. XI 262 '*Meropa* V qui codex hinc deficit'. — ms. lat. bibl. publ. 14 fol. saec. X olim Iani Rutgersii, continet in 51 membranis Servii 'commenta' in bucolica georgica Aen. I 1—93 *nam incubare proprie dicitur per*

1) habet hic codex post Filargirii explanationes et brevem georgicorum expositionem Servii commentarios quibus haec inscripta et subscripta sunt 'Incpt exp Servii grammatici in bucolicon et in libris georgicon atque aeneadum' et 'explicit expositio Servii grammatici in bucolicon et in libris georgicon atque aeneadum'.

*nim rem alienam tenere.* ex hoc codice videntur petita esse quae V nota signata Burmannus ad bucolicorum georgicorum Aeneidis primi libri ineuntis commentarios adscripsit. nam vix potest casu factum esse ut ab eis fere verbis quae Rutgersiani libri extrema sunt V codicis in Burmanni adparatu commemoratio desinat. — Vossianus 25 membr. fol. saec. XI habet Vergilii carmina quibus Servii commentarii in marginibus additi sunt. inscriptum est maiusculis litteris *Commentum Servii in bucolicis P. Virgilii Maronis incipit feliciter*, subscriptum *Commentum Servii grammatici in bucolica georgica Heneida* (sic) *Publii Maronis explicitum feliciter.* in charta libro praefixa haec scripta inveni 'Servium hunc contulit Heinsius et notavit littera V et notavit L littera', sed 'Heinsius . . . L littera' verba post deleta sunt. Thomasius hunc codicem a Burmanno Vos. i. e. Vossianum appellari vidit. — ms. lat. bibl. publ. 5 membr. fol. saec. XII. fol. 1—65 Vergilii carmina, fol. 66—173 Servii in Aeneidem, bucolica, georg. I—III 474 commentarii. inscriptio *Marii Servii grammatici incipit liber primus in Aeneidem*, subscriptio *Marii Servii grammatici in Aeneidem Publii Virgilii Maronis liber duodecimus explicit.* fol. 1. haec leguntur 'Servium hunc contulit Nicol. Heinsius et notavit littera V. L.'

Regius (R.) Burmanni membr. fol. saec. XI vel XII, Vergilii carmina cum Servii commentis continens, hodie in Parisina bibliotheca est, supplém. lat. 165, 3. cf. mus. Rhen. XIV p. 539.

Daventriensis codex, de quo nuper (a. 1871) I. I. Cornelissen libello qui inscribitur 'Codicis Daventriensis vetustissimi Servii commentarios continentis brevis descriptio' accurate disputavit, membranaceus est saeculi XI. ex eo quae vir ille doctus enotavit et p. 9 sqq. edidit cum Frisingensis scripturis ita consentire vidi, ut explenda ea conlatione supersederi posse putaverim.

Metensis bibliothecae codex 292 membranaceus saec. X catalogue des mss. des départements V p. 125 a Quicheratio descriptus est. Aeneidis commentarius ab his verbis incipit (I 4) *Memorem iunonis ob iram*] *constat multa in auctoribus inveniri*, desinit XII 474 *Peruolat*] *per magnas sedes uolat nam more suo uerbo dedit detractam nomini praepositionem. Vacuis*] *magnis ut uacua atria lustrat sau.* quae vir doctissimus e commentario ad vv. 4—27 a Stephaniani exemplaris scriptura discrepantia enotavit huic libro cum Caroliruhensi 186 scripturas quasdam communes esse ostendunt.[1]) qua

1) p. 12, 18 ad *persona* addit *sed ad locum*, p. 17, 2 *de* omittit, p. 20, 2 *et tria*, p. 91, 12 *intellege* exhibet.

in re ne illud quidem neglegendum est quod Aeneidis praefatio et ad v. 1—3 commentarius in utroque libro desunt.

Denique duos Guelferbytanos codices commemoro, quibus Albertus Lion ad suum Servii exemplar adornandum, tum Bodius ad mythographorum verba emendanda usus est. prior, (7, 10. ms. Aug. 815) ut Bodii verbis utar, est 'membranaceus, forma maxima, saec. XIII[1]), foliis 152 versuum 52 duplici ordine singulis paginis splendidissime exaratorum. deficit in verbis ad Aen. XII 164 *ita dicemus unas bigas unas*'. georgicorum commentario Philargyrii quae feruntur scholia adiuncta sunt (cf. mus. Rhen. XV p. 135). in Aeneidis commentario quae huius codicis propria sunt eorum non nulla, quaestiones plerumque, ex Gottingensi exemplari in adnotationem criticam transcripsi. alter Guelferbytanus (44, 23 ms. Aug. 816) chartaceus est saec. XV, forma maxima, foliis 257. tribus foliis postremis Bodius vitam Vergilii contineri docet his verbis desinentem *multis versibus admiramus.*

Restat ut de illis Serviani commentarii supplementis dicam quae paucis exceptis[2]) nisi in codicibus quibusdam saeculo quinto decimo in Italia scriptis non inveniuntur. libri autem quos eius generis esse cognovi hi sunt: Bononiensis bibliothecae S. Salvatoris 90 chart. fol. (cf. mus. Rhen. XIV p. 548); Ottobonianus 1290 chart. fol.; Dresdensis bibliothecae regiae D. 136 chart. fol. (cf. Ebert Gesch. u. Beschreib. der kön. Biblioth. zu Dresd. p. 271 et Wagner in Zimmermann allgem. Schulzeit. 1830 n. 24); Parisinus 7965 chart. fol. (cf. mus. Rhen. XIV p. 548 et Thomas essai p. 26—30); Parisinus 16237 (fond de la Sorbonne 513) membr. fol.; Parisinus bibliothecae S. Genofevae Y b. 1 membr. fol.; Parisinus biblioth. de l'arsenal 899 membr. fol.; Parisinus bibliothecae Mazarinianae L. 24 membr. fol. ex huius generis libris duo anni 1470 aut 1471, ut putatur, exemplaria fluxerunt, quorum alterum Christophorus Valdarfer Ratisbonensis Venetiis, alterum Vdalricus Gallus Romae imprimendum curavit. cf. Thomas p. 333 et Heyne edit. Vergil. elench. tom. IV p. 642 sqq. ed. IV. inter eos qui saeculo sexto decimo Servium ediderunt Georgius Fabricius

De Italorum saec. XV. supplementis.

1) Lion dubitari posse dicit utrum decimo tertio an decimo quarto saeculo codex scriptus sit. 2) cf. adnot. crit. ad p. 23, 11. Aen. I 151 (p. 64, 18) quae ex Monacensi, quocum ei qui Lipsiensem et Cassellanum correxerunt consentiunt, exscripsi eadem Fabricius edidit. idem Aen. II 199 (p. 253, 3) ea exhibet quae in Lipsiensi supra versum addita sunt *frequentavit m.* cum Guelferbytano primo quoque italicis libris quaedam communia sunt. cf. adnot. crit. ad p. 125, 3 et 410, 2 et quae supra p. XLVII adn. 1 dixi.

librorum illorum supplementa plenissime exhibuit: a me ea quae ad Aeneidis libros I—V pertinent ad Dresdensem codicem recognita sunt, inde a sexto libro Parisinum 7965, quem anno 1857 inspexi, ad eam rem adhibebo. quibus codicibus cum non omnia quae Itali addiderunt contineantur, pauca quaedam ex Fabriciano exemplari exscribenda erant.[1])

Haec autem supplementa, quae a Masvicio Burmanno Lione inter ipsa grammatici verba recepta sunt, cum non putarem eodem quo pleniorum librorum scholia loco habenda esse, in criticum commentarium ablegavi: nam cum ipsa quoque a Servio aliena sint[2]), tum non solum propter librorum quibus continentur tempora sed etiam propter causas in ipsorum ratione positas pleraque quinto decimo saeculo videntur composita esse. quo in genere illud primum commemoro quod in Italorum eius aetatis studia maxime convenit, latinis vocabulis saepe graeca adposita esse, neque id eo consilio factum videri, ut illa quid sibi vellent his comparatis ostenderetur, sed ut graeci sermonis scientia oblata occasione propagaretur. cf. adnot. crit. ad p. 31, 6; 32, 1 et 17; 37, 27; 38, 2; 46, 11; 72, 14. eodem pertinet quod haud paucis Vergilii versibus Graecorum poetarum, Homeri in primis, similes loci plene adscripti sunt (cf. p. 50, 19; 58, 13; 66, 2; 77, 17; 112, 16; 589, 19; 629, 3 sqq.): quod a Servii consuetudine abhorret, qui quamquam ad Vergilii artem inlustrandam non numquam graeca exempla commemorat, verba ipsa non solet proferre (cf. p. 10, 4; 18, 18; 24, 18; 47, 15: 49, 27; 52, 29; 85, 3.) etiam in latinorum scriptorum exemplis laudandis alia est Servii, alia Italorum illorum ratio: ille enim, ut supra dixi, quibus ex libris ea deprompta essent plerumque non indicavit, Itali in ea re multo diligentiores fuerunt. cf. p. 53, 26 *Sallustius in Iugurthino*; p. 81, 14 *Horatius in epodo*; p. 109, 10 *Ovidius in primo metamorphoseon*: p. 420, 20 *Cicero lib. de divinatione.* accedit quod Itali e libris a Servio neglectis exempla petiverunt: qui cum e

---

1) cf. Thomas essai p. 32 'Ces additions, par le fait même de leur origine n'ont pas d'étendue arrêtée, et se trouvent en proportions inégales dans les manuscrits. Les éditions ont suivi ceux qui en contenaient le plus grand nombre; mais nous ne les avons pas toutes, et je trouve ici dans le Paris. 7965 et dans le ms. de Sainte Geneviève (georg. I 489 et III 148) et aussi dans le Paris. 16237 (Aen. VIII 28, 32, 44) des notes et des rapprochements qui ne sont pas dans les editions'. 2) cavendum est ne eius generis additamentis, cuius sunt quae ad p. 9, 22; 10, 24; 13, 8; 24, 10; 26, 4; 39, 21; 46, 3 adscripsi, nimium tribuatur: quibus etsi non nego Serviana scholia non inepte suppleri eorumque intellectum faciliorem reddi, tamen omissis eis et oratio plena est et quid voluerit grammaticus intellegitur.

Thebaide Statii satis multa laudaverit, Achilleidis loci qui in editis exemplaribus extant e Dresdensi et similibus libris derivati sunt (Aen. I 73, VI 57). Ovidii versus paucos Servius commemoravit eosque ex metamorphoseon libris petitos, Itali multo plura ex eius carminibus exscripserunt atque ad fastorum quoque et epistolarum ex Ponto libros provocaverunt. denique moneo in italicis libris si quid ex litteris saeculo quinto decimo non iam extantibus citatum sit, eandem memoriam ab antiquioribus grammaticis servatam esse. cf. adnot. crit. ad p. 163, 5; 434, 13; 605, 18. de Ennii verbis ad Aen. VII 568 prolatis, quae in Parisino 7965 non inveni, vide Vahleni adnotationem criticam ad ann. XVII, 2 p. 63. ne Cornelii Nepotis quidem de duabus Carthaginis urbis partibus testimonium, quod ad Aen. I 368 (p. 125, 3) ex 'eo libro qui vita illustrium inscribitur' et Guelferbytanus primus et italici codices exhibent, ex hoc ipso libro petitum esse puto, quippe quem 'de viris illustribus' inscribi constet (cf. Charis. p. 220, 12; 141, 13 et 24; Gell. XI 8, 5). etiam aliis locis antiquorum scriptorum verba in suum usum converterunt Itali, veluti quae ad Aen. III 443 adnotaverunt *unde adhuc qui inspirari solent fatuari dicuntur* Iustini sunt (XLIII 1, 8), Aen. IV 146 Melae liber (II 1), Aen. I 174, II 469 al. Servii commentarius (ad Aen. I 312 et buc. VIII 29) exscriptus est. ceterum Thomas essai p. 9—33 quae in Aeneidis commentariis italicorum librorum propria sunt collegit et de rationibus harum additionum scite disputavit.

De impressis Servii exemplaribus.

Ex impressis Serviani commentarii exemplaribus, quorum elenchos Heynius (vol. IV p. 636 sqq. ed. IV) et Thomas (essai p. 331 sqq.) confecerunt, ea tantum quibus ipse usus sum commemorabo. eorum antiquissimum est Roberti Stephani, Parisiis a. 1532 editum. cuius ut magna olim esset apud doctos viros auctoritas, haud scio an illis effectum sit quae Stephanus in praefatione affirmavit, antiquorum codicum fide fretum se multa quae temere addita viderentur detraxisse, multa immutavisse, non nulla addidisse. neque dubitari potest quin satis boni codices ei praesto fuerint. nam etsi in ipsius Servii verbis haud paucas scripturas habet quae a meorum librorum testimoniis dissentiant, Italorum tamen supplementa delevit[1]) et non nulla pleniorum codicum additamenta recepit[2]), ut suspicari possis ad id exemplar quo ille maxime usus sit, idem pertinere quod de altera Cassellani parte (lib. III—VI) supra

1) errat Thomas qui p. 338 italico libro Stephanum usum esse dicit.
2) cf. adnot. crit. ad Aen. III 122, 136, 152, 231 et multos quinti libri locos quos enumerare longum est.

dixi. e Georgii Fabricii recensione Servii commenta quinquies edita sunt. mihi anni 1575 exemplar ad manum fuit. quod eam editionem quae anno 1613 a Ludovico Lucio curata est adhibere non potui, aegre ferendum esse video; nam quae Aen. III 14, 15, 63 Masvicio a me tributa sunt Thomas (p. 16) monuit ad Lucium referenda fuisse. qui cum Danielina quoque scholia ediderit, fortasse in his ipsis emendandis non nulla invenit quorum ego Masvicium auctorem esse dixi. de Petri Danielis exemplari quod Parisiis a. 1600 apud Sebastianum Nivellium prodiit supra satis dictum est. ex eo prope totum pendet illud quod a Cornelio Schrevelio curatum Abrahamus Commelinus anno 1646 Lugduni Batavorum edidit; cuius quae propria sunt Claudio Salmasio maximam partem debentur.[1]) superiore saeculo Serviani commentarii a Pancratio Masvicio Leovardiae a. 1717 et a Petro Burmanno Amstelaedami a. 1746 editi sunt. ille Theodori Ryckii schedis usus est quibus cum aliorum codicum tum Regii et Daventriensis, quos supra commemoravi, scripturae et doctorum quorundam virorum, veluti Scaligeri et Salmasii, emendationes continebantur. praeterea Vdalrici Galli exemplar et Genevensis editio (cf. Thomas p. 343 extr.) a docto homine aliquot locis emendata ei ad manum fuerunt (cf. praef. p. 3). Burmannï codices supra descripti sunt, item duo Guelferbytani, quos primus adhibuit Albertus Lion, cuius exemplar a. 1826 Gottingae publici iuris factum est.

De novae editionis conformatione.

Finem facio praefandi de conformatione et habitu novae editionis pauca dicens. ut ab indicis ratione comprobanda incipiam, quid ipse Servius libro suo inscripserit, cum magna sit codicum manu scriptorum de ea re discrepantia, despero investigari posse. accedit quod illa inscriptio quam in antiquissimis quibusque libris maxime frequentatam esse videmus *Servii grammatici expositio in bucolicon et in libris georgicon atque aeneadum* non solum propter *libris* ablativum atque *Aeneadum* illud suspecta est, verum etiam quia Servium alio ordine carmina Vergilii interpretatum esse constat: ut eum titulum tum inventum esse suspicer cum commentariorum ordo ad Vergiliana carmina adaptatus esset. expositionis autem (vel explanationis) nomine ut scholia comprehenderentur ipsius Servii auctoritate potest effectum esse, quippe qui haec in Aeneidis praefatione scripserit (p. 1, 1) *in exponendis auctoribus haec consi-*

1) cf. praef. p. 2 'nec aliam ob causam praestantissimas quasque editiones expressimus, ut in Servio Parisiensem editionem P. Danielis, quam nobis mutuo dederat nobilissimus atque incomparabilis vir Claudius Salmasius multis a se locis propria manu emendatam: quae sic correcta textui inseruimus'.

*deranda sunt: poetae vita . . . explanatio* et (p. 5, 5) *sola superest explanatio, quae in sequenti expositione probabitur.* itaque cum hac in re librorum memoriae nihil tribuendum esse cognovissem, nolui a superiorum editorum consuetudine recedere, cum praesertim his Prisciani testimoniis eam defendi viderem, VI 72 (I p. 256, 14 H.) *Servius in commentario tertii libri Vergiliani* et X 23 (I p. 515, 23 H.) *Servius in commentario Aeneidos*, quibus inde aliquantum ponderis adfertur quod altero loco dubitari non potest, quin verba Servii non e memoria prolata sed ex exemplari aliquo adscripta sint. praeterea moneo Parisini 7959 subscriptione eundem titulum commendari: cui quod addidi *qui feruntur* id ad Danielina scholia cum vulgatis coniuncta pertinere ex eis quae supra exposui facile intellegitur.

In textu qui vocatur Serviana scholia antiqua quam technici dicunt litteratura, ἀδέσποτα illa quae Daniel primus edidit inclinatis litteris impressa sunt. quae e coniectura addita sunt rotundis, quae abicienda videbantur quadratis uncis includenda curavi. idem signum lemmatis a me suppletis adposui. ubi transpositione usus sum ipsa verba transposita ab initio et in fine asterisco signavi, verborum ordine quem libri praebent infra indicato.

Adnotatio ita instituta est, ut prior pars locos scriptorum a Servio ceterisque scholiastis laudatorum habeat, nisi quod a libro secundo versibus ex Aeneide citatis eorumque scriptorum, quorum unus liber extat, locis numeri in ipso contextu adpositi sunt. eodem loco adscripsi et inferioris aetatis scriptorum quorundam verba, quae quidem e Vergilianis scholiis derivata sunt, et si quid inveneram quod ad indagandos scholiastarum auctores utile esse videretur. in grammaticis autem rebus ne modum excederet similitudinum commemoratio plerumque eos tantum libros respexi qui ipsius Servii sunt. in critico commentario ad ea quae Daniel primum edidit librorum discrepantia integra videbatur adscribenda esse. nam ut nihil dicam de rerum his scholiis expositarum praestantia, pleniores codices neque a Daniele ea quae nunc postulatur cura tractati neque a quoquam eorum qui post eum Serviana commenta ediderunt inspecti sunt. contra in vulgato commentario eam rationem secutus sum, ut nisi in scriptorum exemplis iisque locis quibus memorabiles res explicatae essent, non plene exhiberem codicum manu scriptorum dissensionem, sed leviores librariorum errores omitterem. ea res nihil dubitationis habere visa est. nam cum ab eis qui olim Serviani commentarii exemplaria curaverunt boni libri adhibiti sunt, tum mihi plures eique non ex eodem archetypo derivati ad manum fuerunt, ut alius ex alio facile emendari posset. graviores librorum

discrepantias omnes commemoratas esse et in ipsis libris conferendis omnia me exscripsisse quae ab exemplaribus quibus uterer diversa essent consulto moneo.

Veronensia in Aeneidem scholia alteri volumini, quo Serviana in Aen. lib. VI—XII commenta edentur, addam. Hermanni Hageni opera eis qui in bucolica et georgica extant commentariis recensendis continebitur.

Restat ut eis viris egregiis qui in hoc opere perficiendo mihi adfuerunt gratias agam quam maximas. Atque Fridericus Schoellius non solum in plagulis corrigendis lubentissime me adiuvit, sed etiam quae inter corrigendum ipsi in mentem venerant continuo mecum communicans et dubitationem movens siquid parum recte administrasse videbar optime de hoc libro meritus est. Martinus Langius ea quae docti Itali saec. XV Servii scholiis addiderunt e Dresdensi codice meum in usum diligentissime exscripsit. codicibus autem procurandis transmittendisque sibi me devinxerunt Gulielmus Brambachius et Alfredus Holderus Caroliruhenses, Carolus Halmius Monacensis, M. Islerus Hamburgensis, Ioannes Schubartius Cassellanus, Carolus Zangemeisterus Heidelbergensis. subsidiis horum virorum liberalitate paratis si docti homines ita me usum esse iudicaverint ut ad veterum Vergilii interpretum reliquias via ac ratione tractandas aditum patefactum esse censeant, uberem laboris fructum retulisse mihi videbor.

Scr. Heidelbergae mense Decembri a. MDCCCLXXX.

**Georgius Thilo.**

## SVBSIDIORVM CONSPECTVS.

### I. plenioris commentarii codices.

*C* cod. olim conventus Fuldensis, nunc bibl. Cassellanae ms. poet. fol. 6 (Aen. I et II)
*C*² huius codicis vetus corrector, *C*³ corrector saec. XV. *C** signo eae Danielini exemplaris scripturae notatae sunt, quae cum in appendice nihil discrepantiae adscriptum sit Cassellani fuisse videntur.
*P* cod. bibl. nat. Paris. 1750 (Aen. I et II)
*F* cod. olim conventus Floriacensis (Aen. III—XII), nunc a) bibl. Bern. 172 (Aen. III—V) b) bibl. nat. Paris. 7929 (Aen. VI—XII)
*G* cod. olim Antissiodorensis, nunc Bernensis 167 (Aen. III—XII)
*T* cod. olim Turonensis, nunc Bernensis 165 (Aen. III—XII)
*Ambros.* cod. bibl. Ambrosianae S. 83 part. sup. (Aen. III et IV)

### II. Serviani commentarii codices.

*B* cod. bibl. Bern. 363 (Aen. I)
*K* cod. bibl. Caroliruhensis 186 (Aen. I 4—338)
*C* cod. Cassellani ea pars quae ad Aen. III—VI pertinet
*L* cod. bibl. Lipsiensis rep. I n. 36ᵇ (Aen. I—XII)
*l* huius codicis correctores
*A* cod. bibl. Caroliruhensis 116 (Aen. VI—XII)
*R* cod. Reginensis 1674 (Aen. VI—XII)
*N* cod. Laurentianus bibl. Sanctae Crucis plut. XXII cod. 1 (Aen. IV et V)
*n* huius codicis corrector
*S* codd. bibl. Sangallensis 861 et 862 (Aen. VI—XII)
*H* cod. bibl. Hamburgensis 52 (Aen. I—XII)
*h* huius codicis corrector
*M* cod. bibl. Monacensis 6394, olim Frisingensis 194 (Aen. I—XII)
*m* huius codicis corrector.
*E* cod. bibl. Monacensis 18059, olim Tegernseensis 59 (Aen. II et III)
*e* huius codicis corrector
*D* signum adposui Italorum supplementis quae Aen. I—V e cod. bibl. reg. Dresdensis D. 136, Aen. VI—XII e cod. bibl. nat. Paris. 7965 petita sunt

## III. exemplaria impressa

*Stephanus* ex. Roberti Stephani a. 1532
*Fabricius* ex. Georgii Fabricii a. 1575
*Daniel* ex. Petri Danielis a. 1600
*Commelinus* ex. Abrahami Commelini a. 1646
*Masvicius* ex. Pancratii Masvicii a. 1717
*Burmannus* ex. Petri Burmanni a. 1746
*Lion* ex. Alberti Lion a. 1826

scripturas aut omnibus aut plerisque impressis exemplaribus communes *vulgo* receptas dixi, raro eis $\varphi$ signum adieci.

# SERVII GRAMMATICI
# IN VERGILII AENEIDOS LIBRVM PRIMVM
# COMMENTARIVS.

---

In exponendis auctoribus haec consideranda sunt: poetae vita, titulus operis, qualitas carminis, scribentis intentio, numerus librorum, ordo librorum, explanatio. Vergilii haec vita est. patre Vergilio matre Magia fuit; civis Mantuanus, quae civitas est Venetiae. diversis in locis operam litteris dedit; nam et Cremonae et Mediolani et Neapoli studuit. adeo autem verecundissimus fuit, ut ex moribus cognomen acceperit; nam dictus est Parthenias. omni vita probatus uno tantum morbo laborabat; nam inpatiens libidinis fuit. primum ab hoc distichon factum est in Ballistam latronem

Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus:
nocte die tutum carpe viator iter.

scripsit etiam septem sive octo libros hos: Cirin Aetnam Culicem Priapeia Catalepton Epigrammata Copam Diras. postea ortis bellis

---

1 In exponendis . . . vita *om. B* ‖ actoribus *G* ‖ uita poetae *E* ‖ 2 scribendi intentio *G* ‖ 3 Vergilii] uirgilii *libri. semel moneo ubicumque poeta nominetur antiquam me nominis formam posuisse quam pleniores libri, ut generatim loquar, aut plerumque aut non minus saepe quam recentiorem praebent. Serviani libri excepto Karoliruhensi prope constanter* Virgilius *exhibent.* ‖ est *om. M* ‖ ortus fuit (est *Lion*) patre *exemplaria impressa* ‖ Vergilio] figulo *Paris. 7959 fortasse recte,* uirgilio *reliqui* ‖ 4 matre uero *G, sed* uero *supr. vers.* ‖ magia *GH*: maia *B Paris. ME* ma-ia *L* ‖ fuit natus *le* ‖ ciues *G* ‖ 5 mediolanii *L* ‖ 7 acceperit *Paris.*: acciperet *reliqui* ‖ panthenias *G, sed prior* n *e corr.* ‖ 8 unum *B*
o uel ũ
una *G* ‖ morbo *B* uitio *E* ‖ laborat *LH* (*corr. l*) ‖ primum ab hoc disticon factum est *Paris. HMEl*: primum ab illo hoc disticon factum est *B* primum disticon in balistam latronem composuit *G* primum a disticon caepit quod factum est *L* primum a Virgilio hoc distichon factum est *exemplaria impressa* ‖ 9 ballistam *M*: balistam *reliqui* ‖ 10 ballista *M*: balista *reliqui* ‖ 11 di *L* (die *l*) ‖ 12 hocto *L* cirina etnam *BLH Paris.* crina etnam *G* cirina ethnam *M* cinna ethnam *E*
ta c
(at cirina *e in marg.*) ‖ 13 priapeaia *H* ‖ calepton *Paris.* catelepton *V Burmanni* catalectum *G* catalecton *reliqui. cf. post Bergkium mus. rhen. t.* XX
et
*p.* 291 *R. Ungerus ann. phil. t.* CXIII *p.* 429 *sqq.* ‖ epigrammatam *GH* ‖ co-
et et egto de rosa
pam diras *G* (*quae supra versum sunt alia manus addidisse videtur*)

civilibus inter Antonium et Augustum, Augustus victor Cremonensium agros, quia pro Antonio senserant, dedit militibus suis. qui cum non sufficerent, his addidit agros Mantuanos, sublatos non propter civium culpam, sed propter vicinitatem Cremonensium: unde ipse in bucolicis Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae. amissis ergo agris Romam venit et usus patrocinio Pollionis et Maecenatis solus agrum quem amiserat meruit. tunc ei proposuit Pollio ut carmen bucolicum scriberet, quod eum constat triennio scripsisse et emendasse. item proposuit Maecenas Georgica, quae scripsit emendavitque septem annis. postea ab Augusto Aeneidem propositam scripsit annis undecim, sed nec emendavit nec edidit: unde eam moriens praecepit incendi. Augustus vero, ne tantum opus periret, Tuccam et Varium hac lege iussit emendare, ut superflua demerent, nihil adderent tamen: unde et semiplenos eius invenimus versiculos, ut hic cursus fuit, et aliquos detractos, ut in principio; nam ab armis non coepit, sed sic

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
carmen, et egressus silvis vicina coegi
ut quamvis avido parerent arva colono,
gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis
arma virumque cano

et in secundo hos versus constat esse detractos

(II 566) aut ignibus aegra dedere.
iamque adeo super unus eram, cum limina Vestae

---

5 in bucolicis] IX 28 ‖ 15 hic] A. I 534

---

1 ciuilibus bellis *E* ‖ cremonensiam *H* ‖ 2 quia] qui *M* quia *E* ‖ 3 mantuanis *B* mantuanas *H* ‖ 4 ciuilium *B* ‖ 5 bocolicis *B* bucholicis *L* ‖ ue *L E* | misere *H* ‖ 7 maecenatius *H* ‖ meruit] meruit adipisci, *sed* adipisci *supra versum G* recipere meruit *E* ‖ 8 bocolicum *B* bucholicon *L* ‖ 10 septem] VI uel VII *B* UII. *L*, *sed altera* U *litterae pars attrita est.* ‖ annis *om. H* ‖ 11 praepositam *H M* prepositam *L*, *sed* e *ex corr. ut videtur.* ‖ 12 nec edidit *Paris.* nec ·/· scripsit edidit *B* nec uel cecinit edidit *M*: nec cecinit *G* ne/// ecinit *L* (nec cecinit *fuisse videtur*) necceidit *H* nec at edidit cecinit *E* ‖ 13 nectandum *G* ‖ tucam *H* (*corr. h*) ‖ Varium *scripsi*: uarrum *H* uarum *reliqui* ‖ 14 ut] et (v *supra*) *Paris.* ‖ tamen] tum *G* ‖ et semi et plenos *G* ‖ 15 ut] et *G* (*corr. m. sec.*) ‖ cursus *Paris.*: currus *reliqui* ‖ 16 ut *om. Paris.* (*add. m. sec.*) ‖ sic *om. G* ‖ 17 modolatus *L* (*corr. l*) ‖ 18 egrussus *H* ‖ 19 colore *H* ‖ 20 martis incipit aeneis arma uirumque cano troiae *B* 21 cano troiae *M E* ‖ ARMA VIRVMQVE CANO ET IN SECVNDO LIBRO ALIQVOS VERSVS POSVERAT quos constat esse detractos. quos inuenimus cum peruenerimus ad locum de quo detracti sunt *C* ‖ 24 iamque adeo . . . ferebar *ad Aen.* II 566 praebet *C*, *sed malui eius scripturas hoc loco proponere.* ‖ s///per (v *supra*) *H* (*duae vel tres litterae erasae sunt,* v *superscr. m. sec.*) ‖ uestae *C M E*: uastae *B L* (uaestae *l*) uaste *G Paris. H*

servantem et tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio; dant clara incendia lucem
erranti passimque oculos per cuncta ferenti.
illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros
et Danaum poenam et deserti coniugis iras
praemetuens, Troiae et patriae communis erinys,
abdiderat sese atque aris invisa sedebat.
exarsere ignes animo; subit ira cadentem
ulcisci patriam et sceleratas sumere poenas.
'scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenas
aspiciet, partoque ibit regina triumpho,
coniugiumque domumque patres natosque videbit,
Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris?
occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium totiens sudarit sanguine litus?
non ita. namque etsi nullum memorabile nomen
feminea in poena est, habet haec victoria laudem:
extinxisse nefas tamen et sumpsisse merentis
laudabor poenas, animumque explesse iuvabit
† ultricis famam et cineres satiasse meorum.'
talia iactabam et furiata mente ferebar,
cum mihi se non ante alias

* * *

1 tracitam *G* tacitãç *H* ‖ secretam *C* secreta *om. M* (*supr. vers. add. m*) ‖ inse delatantem *B* latententem *G* ‖ 2 tindaridam *B* ‖ claram *Ribbeckius proleg. crit. p.* 93 ‖ 3 cunta *L* ‖ ferent *B* ‖ 4 illa in *M* ‖ pergã *H* (pergama *h*) ‖ theucros *Paris. h* theucros et *L* theacros *H* ‖ 5 daum *H* (danaum *h*) ‖ poenas *C* paenam *E* poenas Danaum *vulgo* ‖ conguis *M* ‖ iram *L* ‖ 6 permetuens *B* ‖ patria *H* ‖ connunis *L* ‖ erinis *BM* erimus *C* (erynys $C^2$) erymis *G* erynis *Paris. LH* ‖ 7 ediderat *Paris.* ‖ sese] sesex *C* esse *G* ‖ aris] argis *C* ‖ sedebant *L* ‖ 8 ignes *CM*: igni *B* ignis *GLHE* ‖ animos *C* ‖ subita ira $C^2$ ‖ 9 celeratas *M* seratas *E* (sceleratas *e*) sceleratae *Valesius* ‖ 10 h//ec *L* haeo *H* ‖ spartaminę columnis *C* ‖ incolomis *BGHE* ‖ micenas *CGL* ‖ 11 aspiciat *L* ‖ parto quiebit *B* ‖ regina] regnata *C*, *sed alterum* a *videtur addidisse* $C^2$ ‖ triumfo *B* ‖ 12 *v.* 579 *seclusit Wagnerus* ‖ domunque *L* domum *M* ‖ 13 ilia dum *BCM* ‖ frigiis *libri, nisi quod* frigas *G* ‖ 14 priamus troia *CE*: troia manus *B* priamo ut troia *Paris.* propriã ut troico *G* pro priam. troia *L* (*post* m *una littera evanuit, o fuisse videtur. ' utrum a prima an ab alia manu supra* m *posita sit dignosci non potest. ceterum* a *quoque in* priam *attrita est*) /// priamo aut troico *H* (pro *videtur erasum esse*) propriã ut troia *M* ‖ asserit *G* ‖ 15 dardanum *L* (dardanium *l*) ‖ toties *B* tociens *L* ‖ sudarit $C^2$: sudarat *B* sudaret *CGLHME* undarit *Heinsius* ‖ litas *B* ‖ 16 nanque *B* ‖ nullam *Paris.* ‖ 17 femina *L* (e *ead. m. superscr.*) ‖ habet haec] nec habet *exemplaria impressa* ‖ 18 extinexisse *CG Paris. H* extinxise *M* ‖ et] ut *Paris.* ‖ sumsisse *BG* ‖ merenti *B* merentes *C* ‖ 20 ultricis famam *BG Paris. LHME* ultricis famae *C* ultricis flammae *vulgo, nisi quod* ultricis flammam *Stephanus.* ultricique manu cineres *coni. F. Schoellius* ‖ cineres *BC*: cineris *G Paris. HME* c.ne..s s.t.asse morum *L* ‖ 21 ferebar] loquebatur *C* ferebam *Paris.* ‖ 22 *lacunam indicavi. cf. prolegomena. expleta est lacuna*

titulus est Aeneis, derivativum nomen ab Aenea, ut a Theseo Theseis. sic Iuvenalis v e x a t u s t o t i e n s r a u c i T h e s e i d e C o d r i. qualitas carminis patet; nam est metrum heroicum et actus mixtus, ubi et poeta loquitur et alios inducit loquentes. est autem heroicum quod constat ex divinis humanisque personis, continens vera cum fictis; nam Aeneam ad Italiam venisse manifestum est, Venerem vero locutam cum Iove missumve Mercurium constat esse conpositum. est autem stilus grandiloquus, qui constat alto sermone magnisque sententiis. scimus enim tria esse genera dicendi, humile medium grandiloquum. intentio Vergilii haec est, Homerum imitari et Augustum laudare a parentibus; namque est filius Atiae, quae nata est de Iulia, sorore Caesaris, Iulius autem Caesar ab Iulo Aeneae originem ducit, ut confirmat ipse Vergilius a m a g n o d e m i s s u m n o m e n I u l o. de numero librorum nulla hic quaestio est, licet in aliis inveniatur auctoribus; nam Plautum alii dicunt unam et viginti fabulas scripsisse, alii quadraginta, alii centum. ordo quoque manifestus est, licet quidam superflue dicant secundum primum esse, tertium secundum, et primum tertium, ideo quia primo Ilium concidit, post erravit Aeneas, inde ad Didonis regna pervenit, nescientes hanc esse artem poeticam, ut a mediis incipientes per

---

2 Iuvenalis] sat. I 2 ‖ 12 Iulius autem . . . nomen Iulo] exscr. Isid. orig. IX 3, 13 ‖ 13 Vergilius] A. I 288

---

*in libris recentioribus, veluti Dresdensi hoc modo* Periit autem Tarenti, in Apuliae ciuitate. nam dum Metapontum cupit uidere, ualetudinem ex solis ardore contraxit. sepultus est autem Neapoli: in cuius tumulo ab ipso compositum est tale distichon: Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc Parthenope. cecini pascua rura duces. ‖ 1 Titulus carminis est Aeneis . . . constat esse compositum *habet P* ‖ est *om. B* ‖ aeneidis *C* ‖ diriuatiuum *LH* ‖ ab Aenea] aehaenea *G* ‖ 2 sic *om. C* ‖ rauci] rau *G* aut *L*, *sed eadem manus* rauci *superser.* ‖ 3 ut actus *B* ‖ 5 cum fictis] confictis *L* ‖ 6 aeneam *CL* aenean *reliqui. semel moneo librarios in hac forma scribenda parum sibi constitisse, et* Aeneam *ubique me scripturum esse librorum testimoniis non additis.* ‖ 8 grandilocus *GL* ‖ 9 scimus enim *e. q. s.*] tria genera dicendi sunt quae hic continentur, humile medium grandiloquum. et haec ars in laudem Augusti facta est, incipiens a genealogia illius. ordo autem manifestus est, licet quidam dicunt secundum primum esse . . . tempus omittat. tribus modis omnis auctoritas poetica constat, praefatione inuocatione narratione, uelut hic habentur praefatio 'arma uirum', inuocatio 'musa mihi', narratio 'urbs antiqua fuit'. *P* ‖ esse *om. C* ‖ humile *ex* humili *C* ‖ 10 medium] id *G* ‖ grandiloqium *B* grandiloqum *C* ‖ *post* intentio *duae vel tres litterae erasae sunt in C* ‖ 11 Atiae *C*: atiae *B*, *sed inter* a *et* t e *vel* ſ *superscripta,* satiae *GLH*, *nisi quod* ſ *erasa in H*, atiae (c) *Paris.* actiae *M* actiae *E* ‖ quae nata] qui natus *C*, *sed* qui *mutatum in* que *et* us *litterae erasae* ‖ 13 Aeneae] aeneae filio *BG*, *sed* filio *ab alia manu additum videtur in G* et aenea *C* enee/// *H* (*duae litterae erasae sunt*) ‖ originem *om. H* ‖ 14 dimissum *B Paris. H* missum *E* ‖ 15 uiginti et unam fabulas *B Paris. G M* uiginti et unam fabulam *LHE* fabulas scripsisse XXI *C* ‖ 17 manifestum *L* (*corr. l*) ‖ 18 primo] primum *L* ‖ 19 condidit *G* cecidit *E* (concidit *e*) ‖ postea *B* ‖ erauit *G* ‖ 20 arte *H*

narrationem prima reddamus et non numquam futura praeoccupemus, ut per vaticinationem: quod etiam Horatius sic praecepit in arte poetica ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici, pleraque differat et praesens in tempus omittat: unde constat perite fecisse Vergilium. sola superest explanatio, quae in sequenti expositione probabitur. haec quantum ad Aeneidem pertinet dixisse sufficiat, nam bucolicorum et georgicorum alia ratio est. sciendum praeterea est quod, sicut nunc dicturi thema proponimus, ita veteres incipiebant carmen a titulo carminis sui, ut puta arma virumque cano, Lucanus Bella per Emathios, Statius Fraternas acies alternaque regna.

1. ARMA multi varie disserunt cur ab armis Vergilius coeperit, omnes tamen inania sentire manifestum est, cum eum constet aliunde sumpsisse principium, sicut in praemissa eius vita monstratum est. per 'arma' autem bellum significat, et est tropus metonymia. nam arma quibus in bello utimur pro bello posuit, sicut toga qua in pace utimur pro pace ponitur, ut Cicero cedant arma togae, id est bellum paci. *alii ideo 'arma' hoc loco proprie

---

2 Horatius] a. p. 43 sq. ‖ 10 Lucanus] I 1 ‖ Statius] Theb. I 1 ‖ 17 Cicero] de off. I 22, 77

---

1 enarrationem *E* ‖ 2 ut *L* ‖ per vaticinationem] per anticipationem *superscr. m* ‖ quod] quam *C* ‖ praecoepit *B* praecepit *ex* praecipit *C* praecipit *GE* ‖
bi
3 poctica dicens *Paris. E* ‖ ut iam nunc dicat *om. C* ‖ 5 et sola $C^2$ ‖ 6 probatur *C* ‖ 7 suffitiat *L* ‖ nam . . . ratio est *om. C, in marg. add.* $C^2$ ‖ bocolicorum *B*
turi thema
8 praeterea] praeterecce *G* ‖ dic////////////// *C* (turi thema *superscr.* $C^2$) ‖ 9 carmina titulo *C* ‖ articulo *G* attitulo *M* ‖ sui *supr. vers. m* ‖ ut putae *C* ut pote *ME* ‖ 10 hemathios plus quam ciuilia bella *B* ‖ 12 *ad v.* 1 Arma uirum et rt] hic requiritur cur ab armis Virgilius coeperit. alii per arma bellum significasse dicunt per metonymiam (metonomiam); nam arma quibus . . . bellum paci. per sua enim arma ad regalem honorem peruenit, ideo arma proposuit uiro; sed tribus modis arma proposuit uiro, id est primo quod fuerant uictricia, secundo quod diuina, tertio quod prope semper armis uirum subiungit, ut 'arma uirum' et 'arma acri facienda uiro'. Qui primus] primus non ante quem nemo, sed post quem nullus, uel hic 'primus' princeps uel optimus. Ab oris] speciem pro genere posuit. *P* ‖ 13 inania sentire *C*, *quod corrupit* $C^2$ aui *litteris radendo obscuratis superscribens* hoc *et inserens* s *inter* a *et* s, *unde* in hoc
n
assentire *exhibere Fuldensem testari potuit Scioppius:* in hac assentire *B* in hanc sentire *LH* (in hanc assentire *l*) assentire in hanc *M* ‖ 14 narratione *C* (eius uita $C^2$) ‖ monstratum est] qua causa et illi ab eo primi positi quatuor
materie dictatus
uersus detracti sunt . scilicet ut causa operis obtineret principium *add. l in marg., Masvicius primus edidit.* ‖ 15 per . . . significat] intellegamus tamen per arma bellum eum significasse *C* ‖ metonymia *H*: metonomiae *C* (*sed* no *litterae in rasura scriptae sunt et* e *altera a manu sec. addita*) metonimia *L* metonomya *M* ‖ 17 cedent *L* ‖ 18 alii . . . viro *huc transposui, post* venerit (*p.* 6 *lin.* 12) *hab. C*

*dicta accipiunt, primo quod fuerint victricia, secundo quod divina, tertio quod prope semper armis virum subiungit, ut arma virumque ferens et arma acri facienda viro**. ARMA VIRVMQVE figura usitata est ut non eo ordine respondeamus quo proposuimus; nam prius de erroribus Aeneae dicit, post de bello. hac autem figura etiam in prosa utimur. sic Cicero in Verrinis nam sine ullo sumptu nostro coriis, tunicis frumentoque suppeditato maximos exercitus nostros vestivit, aluit, armavit. *non nulli autem hyperbaton putant, ut sit sensus talis 'arma virumque cano, genus unde Latinum Albanique patres atque altae moenia Romae', mox illa revoces 'Troiae qui primus ab oris'; sic enim causa operis declaratur, cur cogentibus fatis in Latium venerit. et est poeticum principium professivum 'arma virumque cano', invocativum 'Musa mihi causas memora', narrativum 'urbs antiqua fuit'. et professivum quattuor modis sumpsit: a duce 'arma virumque cano', ab itinere 'Troiae qui primus ab oris', a bello 'multa quoque et bello passus', a generis successu 'genus unde Latinum'.* VIRVM quem non dicit, sed circumstantiis ostendit Aeneam. *et bene addidit post 'arma' 'virum', quia arma possunt et aliarum artium instrumenta dici, ut Cerealiaque arma.* CANO polysemus sermo est. tria enim significat: aliquando laudo, ut regemque canebant; aliquando divino, ut ipsa canas oro; aliquando canto, ut in hoc loco. nam proprie canto significat, quia cantanda sunt carmina. TROIAE Troia regio est Asiae, Ilium civitas Troiae; plerumque tamen usurpant poetae et pro civitate vel regionem vel provinciam ponunt, ut Iuvenalis et flammis Asiam ferroque cadentem. *Probus ait Troiam Graios et Aiax non debere per unam i scribi.* QVI PRIMVS quaerunt multi, cur Aeneam primum ad Italiam venisse dixerit, cum paulo post dicat Antenorem

---

2 arma virumque] A. XI 747 ‖ 3 arma] A. VIII 441 ‖ 6 in Verrinis] act. sec. II 2, 5 ‖ 18 quia arma e. q. s.] Prisc. part. XII vers. Aen. p. 461, 26 K. ‖ 19 Cerealiaque] A. I 177 ‖ 21 regemque] A. VII 698 ‖ ipsa] A. VI 76 ‖ 23 Troia . . . Troiae] Isid. orig. XIV 5, 21 ‖ 25 Iuvenalis] sat. X 266 ‖ 26 Probus ait e. q. s.] Diom. p. 428, 10 K. Prisc. part. XII. vers. Aen. p. 467, 16 K. cf. Steup de Probis p. 180.

---

3 facienda $C^2$: faenda $C^1$ ‖ et arma nirumque $C$ (Arma nirumque $C^2$) ‖ 4 non] post *H* ‖ 5 dixit *M* ‖ bellum *C* (de bello $C^2$) ‖ 6 sic . . . armavit *om. B* ‖ singulo *C* (sine ullo $C^2$) ‖ sumpto *H* ‖ 7 coriis *C*: comis *L* cariis *M* copiis $C^2 l m$ coriis tunicis *om. H, sed spatio relicto et* r̄ *post* nostro *addito* ‖ subpeditato *LHM* ‖ 8 albit *H* ‖ 9 yperbaton *C* ‖ 13 innocatiuum *C, sed* uum *in ras.* $C^2$ ‖ 17 VIRVM autem *C* ‖ 21 aliquando . . . canebant *om. C, cuius in margine cum argumentum scholii hoc ordine indicatum sit* cano polysemus sermo significat dinino laudo cano, *Bergkius verba illa post* oro *collocavit.* ‖ 22 in *om. C* 24 ciuitas est *H* ‖ troiae *C* (infra troiam $C^2$): asiae *BLHM* ‖ 26 cadentem] id est troiam uel ilium *add. B*

ante adventum Aeneae fundasse civitatem. constat quidem, sed habita temporum ratione peritissime Vergilius dixit. namque illo tempore, quo Aeneas ad Italiam venit, finis erat Italiae usque ad Rubiconem fluvium: cuius rei meminit Lucanus et Gallica certus limes ab Ausoniis disterminat arva colonis. unde apparet Antenorem non ad Italiam venisse, sed ad Galliam cisalpinam, in qua Venetia est. postea vero promotis usque ad Alpes Italiae finibus, novitas creavit errorem. plerique tamen quaestionem hanc volunt ex sequentibus solvi, ut videatur ob hoc addidisse Vergilius 'ad Lavina litora', ne significaret Antenorem. melior tamen est superior expositio. *PRIMVS [ergo] non ante quem nemo, sed post quem nullus, (ut) tuque o, cui prima furentem fundit equum magno tellus percussa tridenti et hic mihi responsum primus dedit. vel laudative 'primus', ut primam qui legibus urbem fundabit, Curibus parvis. AB ORIS speciem pro genere; nam oras terras generaliter debemus accipere. sane praepositionem mutavit, nam 'ex oris' melius potuit dicere.*

2. ITALIAM ars quidem hoc exigit, ut nominibus provinciarum praepositiones addamus, civitatum numquam. tamen plerumque perverso ordine lectum est; nam ecce hoc loco detraxit provinciae praepositionem dicens 'Italiam venit' *pro ad Italiam venit.* Tullius in Verrinis ea die Verres ad Messanam venit pro Messanam venit. sane sciendum est usurpari ab auctoribus, ut vel addant vel detrahant praepositiones; namque ait Vergilius silvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti pro in silvis. ut ergo illic detraxit loco

4 Lucanus] I 215 ‖ 11 PRIMVS ergo e. q. s.] cf. Aur. Vict. d. or. g. R. 1 ‖ 12 tuque] georg. I 12 ‖ 13 hic] buc. I 44 ‖ 14 primam] A. VI 810 ‖ 18 ars quidem e. q. s.] [Sergii] explan. in Don. p. 511, 28 K. ‖ 22 in Verrinis] memoria videtur Servium fefellisse. Mergnetus certe in lex. orat. Tull. 'ad Messanam' non enotavit. ‖ 24 Vergilius] A. XI 686

2 perite *C* ‖ 7 promotis (u *supra* i) *B* ‖ finis *B* ‖ 9 uirgilum *C* uirgilium *C²l* ‖ 12 tuque o] quae *C* ‖ cui] cum *C* ‖ frementem *libri Vergiliani* ‖ fidit equm *C* ‖ 13 is *C* (hic *C²*) ‖ laudatiue *C²*: audatiue *C* ‖ 18 *ad v.* 2 Italiam] ars exigit . . . ordine legitur, ut est hic 'Italiam uenit' pro 'ad Italiam'. Tullius autem ea . . . pro messanam. sed hic scema utuntur. dicta autem Italia ab Italo rege Siculorum, qui profectus est a Sicilia et Italiam suo nomine appellauit, ut ille alibi 'ueteresque Sicani'. in hoc uero nomine i contra naturam producitur. Fato profugus] fato . . . uenit. profugus uagus, id est porro fugatus ab alio, qui et extorris dicitur. Lauiniaque uenit litora] haec ciuitas . . . inuenta a Latino post fratris mortem, postea Lauinium a Lauinia uxore Aeneae. ergo Lauina dicendum non Lauinia, quod post aduentum Aeneae dictum est Lauinium. *P* ‖ ars] mos *B* ‖ quidem *om. C* ‖ 19 plerumque hoc *CP* ‖ 21 Tullius . . . venit] tullius dicit messanam uenit pro ad messanam venit *B* ‖ 22 pro Messanam venit *om. L* (pro mesanam *add. l*) ‖ 23 venit] Messana autem civitas est *primus addidit Mascicius* ‖ 25 ut *om. B* ‖ illo *HC²*

praepositionem, sic hic provinciae. et est figura. Italia autem pars Europae est. Italus enim rex Siculorum profectus de Sicilia venit ad loca, quae sunt iuxta Tiberim, et ex nomine suo appellavit Italiam. ibi autem habitasse Siculos ubi est Laurolavinium, manifestum est, sicut ipse alio loco dicit S i c u l i v e t e r e s q u e S i c a n i et g e n t e s v e n e r e S i c a n a e s a e p i u s. *sane 'Italiam' i contra naturam producta est, cum sit natura brevis.* FATO PROFVGVS 'fato' ad utrumque pertinet, et quod fugit, et quod ad Italiam venit. et bene addidit 'fato', ne videatur aut causa criminis patriam deseruisse, aut novi imperii cupiditate. profugus autem proprie dicitur qui procul a sedibus suis vagatur, quasi porro fugatus. multi tamen ita definiunt, ut profugos eos dicant qui exclusi necessitate de suis sedibus adhuc vagantur, et simul atque invenerint sedes, non dicantur profugi, sed exules. sed utrumque falsum est. nam et profugus lectus est qui iam sedes locavit, ut in Lucano p r o f u g i q u e a g e n t e v e t u s t a G a l l o r u m C e l t a e m i s c e n t e s n o m e n H i b e r i s, et exul qui adhuc vagatur, ut in Sallustio q u i n u l l o c e r t o e x i l i o v a g a b a n t u r: adeo exilium est ipsa vagatio. *quidam hic 'profugus' participium volunt. sane non otiose fato profugum dicit Aeneam, verum ex disciplina Etruscorum. est enim in libro qui inscribitur litterae iuris Etruriae scriptum vocibus Tagae, e u m q u i g e n u s a p e r i u r i s d u c e r e t, f a t o e x t o r r e m e t p r o f u g u m e s s e d e b e r e. porro a Laomedonte periuro genus ducit Aeneas, siquidem alibi ait s a t i s i a m p r i d e m s a n g u i n e n o s t r o L a o m e d o n t e a e l u i m u s p e r i u r i a T r o i a e.* LAVINAQVE VENIT LITORA haec civitas tria habuit nomina. nam primum Lavinum dicta est a Lavino, Latini fratre; postea Laurentum a lauro inventa a Latino, dum adepto imperio post fratris mortem civitatem augeret; postea Lavinium a Lavinia, uxore Aeneae. ergo 'Lavina' legendum est, non 'Lavinia', quia post adventum Aeneae Lavinium nomen accepit, et aut Lavinum debuit

---

5 Siculi] A. VII 795 'Rutuli veteresque Sicani' || 6 gentes] A. VIII 328 10 profugus . . . fugatus] exscr. Isid. orig. X 215. cf. comm. Luc. VI 421 || 15 in Lucano] IV 9 || 17 in Sallustio] hist. fragm. III 73 Kritz. || 23 satis] georg. I 501

---

1 sicut *B* || 2 enim] autem *C* || 3 tiberim *C*: tyberim *B L H M* || 7 breuis $C^2$: beuis *C* || PROFVGVS fatum *B M* || 8 utrumque] uirum *B* || 12 difiniunt *H* || 13 non iam dicantur *M* $C^3$ || 15 lectum *C* || 17 sallustio *C*: salustio *B L H M*. *quotiens Sallustius nominatur eadem plerumque scripturae discrepantia occurrit, ut pleniores libri* l *geminatam, simplicem reliqui exhibeant.* || 20 etruscorum $C^2$: etuscorum *C* || 21 litterae *Bergkius*: terrae *C* || iuris] † (*id est* '*uel*') ruris *superscr.* $C^3$ || tage *C* || eum] cum *C* || 26 primum] prius *C* || 27 lauretum *H* Laurolavinium *coni. Rubino Beitr. z. Vorgesch. It. p.* 99 *et* 101. *cf. Serv. ad Aen.* VII 59 *et* 678 || 28 lauinum (i *superscr.*) *L* || Lavinia] lauina $\hat{B}$ || 29 legenda *H*

dicere, sicut dixit, aut Laurentum. quamvis quidam superfluo esse prolepsin velint. *sane bene addidit 'Lavina', ut ostenderet ad quam partem Italiae venisset Aeneas, quia et multi alii eo tempore ad Italiam venerant, ut Capys, qui Capuam, Polites, qui Politorium condiderunt.*

3. LITORA Laurolavinium constat octo milibus a mari remotam. nec nos debet fallere quia dixit 'Lavina litora'. litus enim dicitur terra quoque mari vicina, sicut ipse Vergilius in quarto cui litus arandum, cum per naturam litus arari non possit. ergo scire debemus, litus posse et terram dici. *Fabius Maximus annalium primo tum Aeneas aegre patiebatur in eum devenisse agrum, macerrimum litorosissimumque.* MVLTVM ILLE 'mult-ille' conlisio est. et 'ille' hoc loco abundat; est enim interposita particula propter metri necessitatem, *ut stet versus:* nam si detrahas 'ille', stat sensus; 'qui primus' enim ad omnia possumus trahere. sic alio loco nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. est autem archaismos. *aut certe 'ille', quia haec particula more antiquo aut nobilitati aut magnitudini dabatur, ut ac velut ille canum et saucius ille.* ET TERRIS IACTATVS fatigatus est enim apud Thraciam monstro illo, quod e tumulo Polydori sanguis emanavit, apud Cretam pestilentia, apud Strophadas insulas Harpyiis, tempestate vero et in primo et in tertio. iactamur autem in mari fluctibus, fatigamur in terris. et bene duorum elementorum mala uno sermone conplexus est. ET ALTO modo mari, *quia navigans Scyllam et Polyphemum effugit, perditus etiam est Orontes, amissus*

---

1 quamvis . . . velint] Hyginus ap. Gell. X 16, 6. Diom. p. 443, 21 sqq. K. || 7 litus . . . vicina] Isid. orig. XIV 8, 41. (cf. Serv. ad Aen. III 389) comm. Luc. VII 134 || 8 in quarto] 212 || 10 Fabius Maximus] hist. Rom. rell. ed. Peter p. 114 || 16 nunc] A. V 457 || 18 ac velut] A. X 707 || 19 saucius ille] A. XII 5 22 iactamur . . . terris] exscr. Isid. diff. verb. 305

---

1 superflue *CM* superfluos *H* || 2 prolempsin *BM* prolempsim *reliqui* | lauinia *C*, *sed altera* i *erasa est.* || 4 plytes *C* polytes *C*[2] || polytorium *C* 6 *ad c.* 3 Litora iactatus] fluctibus fatigatus. Alto] mari. aliquaudo superiorem partem (par̃) significat; namque mensurae nomen est altitudo. *P* || miliaribus *C*[3]*l* || 7 lauinia *C* (lauina *C*[2]) || 10 et terra dici posse *C* || et *om.* *LH* || 12 litoriosissimumque *C* || multille *om.* *BC* multi ille *M* || 13 conlisio est et *om.* *C* (collisio est *supr. vers. add.* *C*[3]) || 14 ut stet versus *Fabricius quoque habet* | 15 sensus sed non stat uersus *D* || qui primus enim] sane qui primus *C* || 17 arcaismos *B* sarchasmos *L* (*prima* s *erasa*) arcaismo *H* carismos *M* (arcaismos *m*) || certe] idem *add.* *C.* *fortasse* aut certe ideo || 19 est *om.* *L* || enim] autem *LM* || 20 illo . . . emanavit] illo de polydoro *C ut videtur, nam de radendo obscuratum est.* illo quod e tumulo polydori sanguis emanauit *C*[3] 21 apud strofadas insulas arpyis apud cretam pestilentia *C* || harpes *B* harpigis *L* harpiis *H* arpyis *M* || 22 in tertio et proprie locutus est nam iactamur *D* 23 duñ *C*, *sed* ũ *in ras.* *C*[3]. duorum *fuisse videtur.* || 24 complexus est *L*: completos *B* conclusit *C* conplexus *H* complexus *M* || mari modo *C*

*Palinurus et Misenus.* altum tamen sciendum est quod et superiorem, *ut Maia genitum demittit ex alto* et inferiorem altitudinem significat; namque mensurae nomen est altitudo.

4. VI SVPERVM violentia deorum, secundum Homerum, qui dicit a Iunone rogatos esse deos in odium Troianorum: quod et Vergilius tetigit dicens vos quoque Pergameae iam fas est parcere genti, dique deaeque omnes. latenter autem defendit hac ratione Troianos, quod non suo merito eos insequebantur numina, sed Iunonis inpulsu. *multi 'vi superum' posse accipi dicunt Irim Aeolum Iuturnam Iunonem, sed melius iudicant, vi quam superi habent.* SAEVAE cum a iuvando dicta sit Iuno, quaerunt multi, cur eam dixerit saevam, et putant temporale esse epitheton, quasi saeva circa Troianos, nescientes quod saevam dicebant veteres magnam. sic Ennius induta fuit saeva stola. item Vergilius cum ubique pium inducat Aeneam, ait maternis saevus in armis Aeneas, id est magnus. MEMOREM IVNONIS OB IRAM constat multa in auctoribus inveniri per contrarium significantia: pro activis passiva, ut pictis bellantur Amazones armis; pro passivis activa, ut populatque ingentem farris acervum. et haec varietas vel potius contrarietas invenitur etiam in aliis partibus orationis, ut sit adverbium pro adverbio, ut est hoc tunc ignipotens caelo descendit ab alto pro huc; et in participio, ut et qua vectus Abas pro qua vehebatur; et in nomine, ut 'memorem Iunonis ob iram' non quae meminerat, sed quae in memoria erat. de his

---

1 altum . . . significat] Isid. diff. verb. 14 ‖ 2 Maia] A. I 297 ‖ 6 vos] A. VI 63 ‖ 14 Ennius] trag. rel. 391 ap. Ribb. ed. II, 430 ap. Vahl. ‖ 15 maternis] A. XII 107 ‖ 18 pictis] A. XI 660 ‖ 19 populatque] georg. I 185 ‖ 21 hoc] A. VIII 423 ‖ 22 et qua] A. I 121

---

1 tamen *om. M* ‖ 4 *ad c.* 4 Vi superum] uiolentia deorum; non suo merito, sed Iunonis inpulsu. id est ui quam (qua) superi habent. Memorem Iunonis ob iram] multa inueniuntur in auctoribus contraria, ueluti pro actiuis passiua, ut 'pictis bellantur amazones (amazonides) armis', pro passiuis actiua, ut 'populatque ingentem farris aceruum'. aliquando in aliis partibus contigit: aduerbium pro aduerbio, ut est 'hoc (ad hoc) tunc ignipotens caelo descendit (discendit) ab alto' pro huc (huic), et in nomine, ut 'memorem Iunonis ob iram' non quae meminerat, sed quae in memoria erat. nam 'memorem' est uerbi significatio, cum nunc sit nomen. *P* ‖ 7 diique *BCLH* ‖ 8 troianos nescientes *C* ‖ insequuntur *C* ‖ 9 multi *ex* multa *C* ‖ 13 saeuae *C, sed altera e erasa* ‖ circa Troianos] *ab his verbis incipit K* ‖ 14 sic *om. B* ut *C* ‖ stola] id est magna *supr. vers. add.* $C^2$ ‖ 17 significata *C* (significantia $C^3$) ‖ 18 armis pro bellant *B* ‖ 19 aceruum pro populatur *B* ‖ 20 contrarias *C* (*corr.* $C^2$) ‖ et inuenitur *C, unde* est haec varietas vel potius contrarietas, et invenitur *Bergkius* 21 tum *BKH* ‖ pater ignipotens *KL* ‖ 22 discendit *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 24 sed quia *C* erat] nam ira non meminit *add. D et m. rec. in M* memor enim dicitur qui aliquando obliuiscitur. memoria quoque est quae sine intermissione in mente tenetur *add.* $C^3$ *in marg.* (memor q. e. qui s. i. i. m. tenet *scribendum esse censet Bergkius*)

autem haec tantum quae lecta sunt ponimus nec ad eorum exemplum alia formamus. *sane memor apud veteres non tantum dicebatur ὁ μεμνημένος, sed etiam ὁ μνήμων. et hoc per confusionem verbi et nominis; nam 'memorem' est verbi significatio, cum non sit nomen.*

5. MVLTA QVOQVE ET BELLO PASSVS *hoc ad posteriores sex pertinet libros. sane* duas coniunctiones separatas naturaliter nemo coniungit. sed hoc plerumque a poetis causa metri fit. ergo hic una vacat, sicut alio loco d i x i t q u e  e t  p r o e l i a  v o c e  d i r e m i t. *Sallustius t y r a n n u m q u e  e t  C i n n a m.* BELLO PASSVS contra Turnum. DVM CONDERET VRBEM tres hic sunt significationes. aut enim Troiam dicit, quam ut primum in Italiam venit, fecit Aeneas, de qua ait c a s t r o r u m  i n  m o r e m  p i n n i s  a t q u e  a g g e r e  c i n g i t et alio loco Mercurius n e c  t e  T r o i a  c a p i t — Troiam autem dici quam primum fecit Aeneas, et Livius in primo et Cato in originibus testantur — dum enim haec fieret, ab agrestibus propter vulneratum cervum regium mota sunt bella: aut Laurolavinium, et significat 'dum' donec; tam diu enim dimicavit quam diu ad tempus faciendae civitatis veniret, id est donec Turnus occumberet: aut Romam, et est sensus dummodo conderet urbem. [aut Troiam aut Laurolavinium aut Romam significat].

6. INFERRETQVE DEOS LATIO Latium duplex est, unum a Ti-

9 dixitque] A. V 467 ‖ 10 Sallustius] hist. fragm. inc. 52 Kritz. ‖ 13 castrorum] A. VII 159 ‖ 14 nec te] A. IX 641 ‖ 15 Livius] I 1, 5 ‖ Cato] orig. rel. I 8 ap. Iord. I 4 ap. Pet.

---

1 ponimus] posita sunt *C* ‖ exemplum *KC*: exempla *BLHM* nec ad eorum similitudinem alia exempla formamus *Guelferb. I* ‖ 2 formata *C* ‖ 3 ΟΜΝΗΜΕΝΟϹ *C* ‖ 4 non *scripsi:* nunc *C. cf. quae C ad v.* 20 *de* arces *habet* ‖ 6 *ad v.* 5 Multa quoque et bello passus] hoc ad posteriores septem pertinet libros. Dum conderet urbem] id est troiam. bella ab agrestibus habuerunt causa cerui. *P* 7 duas enim *L* ‖ 8 hoc *om. L* ‖ 9 dirimit *BH* ‖ 10 cinuam *C* ‖ contra Turnum] quod contra turnum gessit *BMl* contra turnum scilicet *C* ‖ 11 sunt *om. C* (*suppl.* $C^3$) ‖ 12 uenit in italiam $BC^3$ in Italiam *om. KC* ‖ 13 de qua ait . . . fecit Aeneas *om. C* (*in marg. inf. add.* $C^3$) ‖ in modum $C^3$ ‖ pennis *B* ‖ 14 alio loco] alibi dicit *B* ‖ Mercurius] *immo* Apollo ‖ netto *K* nocte *H* ‖ dicit $BKLHC^3$ (*quamquam in L incertum est an* t *addiderit m. sec.*) dici/// *M* ‖ 15 et Livius . . . testantur *om. B* ‖ *post* originibus *tres vel quattuor litterae erasae sunt in C.* hoc *fuisse Bergkius coniecit. sed* tes *vel* tres *litterae a correctore deletae sunt.* 11—16 *fortasse Servius scripsit* aut enim Troiam dicit, quam ut primum in Italiam venit fecit Aeneas, ut et Livius in primo et Cato in originibus testantur, de qua ait . . . capit; dum enim haec ‖ fierent *C* ‖ propter] ob *BCM* 17 regium cerunm *CM* ‖ 18 dum] tum *M* ‖ 19 donec] dum *H* ‖ 20 Romam significat *D* ‖ dummodo *Cl*: dum modo dum *BKLH* (*prioris* dum *litterae* um *eranuerunt in K*) modo dum $MC^3$ ‖ conderet . . . significat *om. C* (*in marg. add.* $C^3$) ‖ 22 *ad v.* 6 Inferretque deos Latio] Latium dictum est quod illic Saturnus latuerit. Latio] autem hoc est in Latium . . . pro in caelum. Deos] penates uel suam genituram (genituriam). Genus unde Latinum] contrarium est quod ducit (dicit) Latinos ab Aenea. sed hos post aduentum Aeneae scimus Phrygibus iunctos

beri usque ad Fundos, aliud inde usque ad Vulturnum. denique ipse dixit veteresque Latini ideo quia scit esse etiam novos, id est a Fundis usque ad Vulturnum. Latium autem dictum est, quod illic Saturnus latuerit. *Saufeius Latium dictum ait, quod ibi latuerant incolae, qui quoniam in cavis montium vel occultis caventes sibi a feris beluis vel a valentioribus vel a tempestatibus habitaverint Cascei vocati sunt, quos posteri Aborigines cognominarunt, quoniam † aliis ortos esse recognoscebant. ex quibus Latinos etiam dictos.* INFERRETQVE DEOS LATIO hoc est in Latium. et est figura usitata apud Vergilium. quod enim per accusativum cum praepositione dicimus ille per dativum ponit sine praepositione, sicut alibi it clamor caelo pro in caelum. *'deos' vero utrum penates, ut talibus attonitus visis et voce deorum, an se et Ascanium et posteros suos, de quibus dictum est dis genite et geniture deos?* GENVS VNDE LATINVM si iam fuerunt Latini et iam Latium dicebatur, contrarium est quod dicit ab Aenea Latinos originem ducere. prima est iucunda absolutio, ut 'unde' non referas ad personam, sed ad locum; namque 'unde' adverbium est de loco, non de ductu a persona. tamen Cato in originibus hoc dicit, cuius auctoritatem Sallustius sequitur in bello Catilinae, primo Italiam tenuisse quosdam qui appellabantur Aborigines. hos postea adventu Aeneae Phrygibus iunctos Latinos uno nomine nuncupatos. ergo descendunt Latini non tantum a Troianis, sed etiam ab Aboriginibus. est autem vera expositio haec. novimus quod

2 veteresque Latini] Servium memoria fefellit. cf. A. V 598. VII 795. XI 603 ‖ 11 it] A. V 451 ‖ 12 talibus] A. III 172 ‖ 14 dis] A. IX 639 ‖ 19 Cato] orig. rel. I 5 et ap. Iord. et ap. Pet. ‖ Sallustius] Cat. 6, 1 sq.

Latinos uno nomine nuncupatos. nam (nā enī) uicti uictorum . . . conciliare nomen Latinum etiam Troianis inposuit. *P* ‖ 1 uolturnum *M* ‖ denique . . . Vulturnum *om. KL* (*in marg. add. l*) ‖ 2 dixit deos ueteresque *H* ‖ 4 Saturnus latuerit] fugiens filii arma *add. lm* ‖ 6 balendioribus *C* (*corr. C*²) ‖ cascei *C*: Cassei *Scioppius e Fuldensi enotavit* Casci *Masvicius et Burmannus. cf. Niebuhrius Röm. Gesch.* I² *p.* 79 ‖ 7 quō aliis ortos esse recognoscebant *C* quoniam ab illis se ortos esse recognoscebant *Niebuhrius l. l. p.* 78, *cui assentitur Rubino Beitr. z. Vorgesch. It. p.* 44, quom ab iis ortos esse se cognoscebant *Bergkius. possis et* quoniam ab iis ortos esse se recognoscebant, *nisi forte praestat hoc reponere* quod non ab aliis ortos esse recognoscebant. *cf. ad Aen.* VIII 328 ‖ 8 *fortasse* ductos ‖ INFERRETQVE DEOS *om. C* DEOS *om. LH* ‖ 9 LATIO autem *C* ‖ 11 sine] in *K* ‖ clamor in caelo *C* (in *del. corrector*) ‖ 12 pro ad caelum *C*³ ‖ 13 uisus *C* ‖ anfetascanium *C* (*corr. C*²) ‖ 14 deos *ex* dius *C* ‖ 15 fuerant *C* ‖ et *om. libri, nisi quod 7 supr. vers. add. C*² *vel C*³. *itaque haud scio an* iam fuerunt Latini *expellenda sint, cum praesertim* erant *pro* fuerunt *exspectetur* ‖ 16 dixit *K* 18 est *om. K* ‖ namque . . . a persona *dubito num Servii sint.* ‖ de ductu *scripsi:* diductu *C* (deductio *C*² deductiō *C*³) deductio *reliqui* ‖ persona] sed ad locum *add. K* sed a loco *add. C*³ personis *L* ‖ 20 primum italiam appellantur aborigines *C* primum italos quosdam qui apellantur aborigines *C*³ ‖ 21 abellabantur *K* ‖ 24 ab *om. libri praeter l*

victi victorum nomen accipiunt. potuit ergo victore Aenea perire nomen Latinum. sed volens sibi favorem Latii conciliare nomen Latinum non solum illis non sustulit, sed etiam Troianis inposuit. merito ergo illi tribuit quod in ipso fuerat ut posset perire. unde et ipse inducit in duodecimo libro rogantem Iunonem, ne pereat nomen Latinum. item in execratione Didonis legimus nec cum se sub leges pacis iniquae tradiderit; iniqua enim pax est in qua nomen amittit ille qui vicit. *sed veteres 'unde' etiam ad personam adplicabant, ita ut ad omne genus, ad omnem numerum iungerent, ut hoc loco 'genus unde Latinum' masculino generi et numero singulari iunxit, alibi* (*ad*) *genus femininum et numerum pluralem refert, ut nymphae, Laurentes nymphae, genus amnibus unde est, sicut 'hinc' particulam, cum sit loci adverbium, Terentius vetuste ad personam transtulit sed eccum Syrum incedere video: hinc iam scibo quid siet.*

7. ALBANIQVE PATRES Albam ab Ascanio conditam constat, sed a quo incertum est, utrum a Creusae an a Laviniae filio: de qua re etiam Livius dubitat. hanc autem cum evertisset Tullus Hostilius, omnes nobiles familias Romam transtulit. et sciendum bene hunc ordinem *semper* servare Vergilium, ut ante dicat Latium, inde Albam, post Romam. quod et hoc loco fecit et in quinto libro, ut priscos docuit celebrare Latinos et deinde Albani docuere suos, nunc maxima porro accepit Roma et patrium servavit honorem. item in septimo libro mos erat Hesperio in Latio quem protinus urbes Albanae coluere sacrum, nunc maxima rerum Roma colit. ATQVE ALTAE MOENIA ROMAE aut propter gloriam, aut propter aedificia ingentia, aut quia in montibus est posita.

---

6 nec cum] A. IV 618 ‖ 12 nymphae] A. VIII 71 ‖ 13 Terentius] adelph. III 3, 7 'set eccum Syrum ire video: iam hinc scibo ubi siet'. ‖ 19 et sciendum e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 8, 14 ‖ 21 in quinto libro] 598 sqq. ‖ 24 in septimo libro] 601

---

4 possit *C* ‖ non perire *B* ‖ 6 execratione *C*: exsecrationem *K* exacrationem *L* execrationem *HM* ‖ 7 lege *BM* ‖ 8 uincit *C* uicit reseruat uictus *D* 11 iunexit *C, sed* c *post erasa* ‖ 12 refert ut *scripsi*: referret *C* cf. *ad Aen.* VIII 71 ‖ 13 sicut $C^2$: sicu *C* ‖ cum sit loci adverbium *scripsi*: sumpsit loco aduerbii////// *C* (aduerbium *fuisse videtur*) ‖ terentius uetuste *C* terentius cum uetuste $C^2$ ‖ 14 transtulit *scripsi*: transtulerit *C* ‖ etcum *C* ‖ incendere *C* ‖ hin$^{c}$ *C* (c *ab eadem manu*) ‖ 15 quid *C* ‖ 16 *ad v.* 7 Albanique patres] Alba ab Ascanio condita est. Alta moenia Romae] propter gloriam. *P* ‖ 17 an lauiniae *BHM* ‖ 18 tullus *KC*: tullius *BLHM*$C^3$ ‖ 19 ostius *L* (ostilius *l*) ‖ sed sciendum *BCM* ‖ 22 ut *om. BM* ‖ et deinde *om. K* ‖ 23 nunc] hinc *libri Vergiliani* ‖ 24 item . . . colit *om. K* ‖ 27 aut propter gloriam *om. LH* (*suppl. l*) ‖ 28 est posita *KLH*: conlocata est *C* collocata est *BM*$C^2$

8. MVSA MIHI CAVSAS MEMORA '*mihi*' *longa hic, alibi brevis, ut mihique haec edissere vera roganti.* *sane* in tres partes dividunt poetae carmen suum: proponunt invocant narrant. plerumque tamen duas res faciunt et ipsam propositionem miscent invocationi, quod in utroque opere Homerus fecit; namque hoc melius est. Lucanus tamen ipsum ordinem invertit; primo enim proposuit, inde narravit, postea invocavit, ut est nec si te pectore vates accipio. sane observandum est, ut non in omnibus carminibus numen aliquod invocetur, nisi cum aliquid ultra humanam possibilitatem requirimus. hinc in arte poetica Horatius nec deus intersit nisi dignus vindice nodus inciderit. bene ergo invocat Vergilius, non enim poterat per se iram numinis nosse. item in nono libro nisi adderet Iuno vires animumque ministrat, quis crederet Turnum evasisse de castris? †*et hic* MVSA *non addidit* *μῆνιν ἄειδε θεά. sed 'musa mihi causas memora' pro adesto, ut memores. sane musas multi novem, multi septem dixerunt. his Numa aediculam aeneam brevem fecerat, quam postea de caelo tactam et in aede Honoris et Virtutis conlocatam Fulvius Nobilior in aedem Herculis transtulit, unde aedes Herculis et Musarum appellatur. has alii virgines perhibent; nam ideo et porcam eis sacrificari aiunt, quod multum pariat. alii eis etiam filios dant, Orpheum Linum sirenas. alii has octo, ut Athenis visuntur, alii quattuor dicunt, alias Boeotias, alias Atthidas, alias Siculas. has musas Siculus Epicharmus non*

---

2 mihique] A. II 149 ‖ 7 nec si] Luc. I 63 ‖ 10 Horatius] a. p. 191 12 in nono libro] 761

---

1 *ad v.* 8 Musa mihi causas memora] in tres partes poetae diuidunt carmen suum: proponunt inuocant narrant. sed aliquando propositionem miscent inuocationi, quod in utroque hoc opere Homerus fecit. sed dicit (dicit non) obseruandum esse (est), ut non in omnibus numen aliquod inuocetur, nisi cum aliquid ultra humanam possibilitatem requirimus. sane musas multi VIIII. multi VIII. multi VII. dixerunt . . . appellatur. Quo numine laeso] 'quo' in quo . . . est regina diuum. ideo dubitat quod eius laeserit numen, ut alibi (alii) de odio Iunonis dubitat. *P* ‖ 4 res] *fortasse* partes ‖ 5 melius est, ut in Odyssea *ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα πολύτροπον* et in Iliade *μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληιαδέω Ἀχιλῆος D* ‖ 6 invertit *Bergkius*: uertit *libri* pervertit *vulgo* ‖ deinde *KMl* ‖ 7 accipiam *Lucani exemplaria* ‖ 8 carminibus *om. K* ‖ 9 humanam] naturam *add. M* (*del. m.*) ‖ 10 requiramus *B* ‖ 11 digno uindice nodo *B* ‖ 12 per se ipsum *L* ‖ 13 ministrat *KCM*: ministret *BLHC*[3] ‖ 14 *fortasse* et hic *seclusis* MVSA non addidit quam, ut *μῆνιν ἄειδε θεά.* et musa. *e. q. s.* ‖ ΛΑΙΝΙΝ δiδε ΘΕΛ *C*, *sed* ΙΝΙΝ δiδε *in lacuna C*[2] ‖ 15 et *scripsi*: sed *C* ‖ 16 his num aeddicula moneam *P* ‖ aedeulam *C* (aediculam *C*[2]) ‖ 17 eneam *C*[2]: eam *C* ‖ caelo *C*[2]*P*: cae *C* ‖ tactam *ex* dactam *C* ‖ 18 aede *PC*[2]: aeide *C* ‖ in aedem *PC*[2]: aedem *C* 19 transtulit. Vnde aedes herculis *supr. vers. C*[2] ‖ transtulis *P* ‖ aedis *P* 21 filios *C*[2]: filius *C* ‖ 22 uisuntur *C*[2]: uissuntur *C* ‖ alii *C*[2]: ali *C* ‖ alia booetias *C* alias boetias *C*[2] ‖ 23 Atthidas *Bergkius*: addidas *C* attidas *C*[2] ‖ Siculus] siculas *C* ‖ non musas *C* non multas *Scioppius e Fuldensi enotavit*

*musas, sed ὁμονοούσας dicit.* QVO NVMINE LAESO 'quo' in quo, in qua causa. et est septimus casus et communis elocutio; dicimus enim 'quo te laesi'. est et alia expositio. namque Iuno multa habet numina: est Curitis, quae utitur curru et hasta, ut est hic illius arma, hic currus fuit; est Lucina, quae partibus praeest, ut Iuno Lucina fer opem; est regina, ut quae divum incedo regina; sunt et alia eius numina. merito ergo dubitat quod eius laeserit numen Aeneas. alii tamen dicunt separandum esse, ut de odio Iunonis non dubitet, quaerat autem quod aliud numen est laesum. QVO NVMINE LAESO ideo trahitur in ambiguitatem et requirit in quo Iunonis numen laesit Aeneas, quia in ipsum certa non erant odia, sed in gentem propter causas paulo post dicendas. *alii 'numen' voluntatem accipiunt. 'laeso' autem dicendo ipso verbo ostendit, etiamsi fuisset, levissimam culpam fuisse; non enim dixit 'violato' aut 'iniuriam passo'.*

9. *QVIDVE DOLENS bene philosophice dubitavit. dicunt enim quidam ad deos nihil pertinere.* VOLVERE CASVS id est casibus volvi. et est figura hypallage, quae fit quotienscumque per contrarium verba intelleguntur. sic alibi dare classibus austros, cum ventis naves demus, non navibus ventos. item animumque labantem inpulit, hoc est inpellendo fecit labantem.

10. INSIGNEM PIETATE VIRVM quia patrem et deos penates de Troia sustulit. et hic ostendit merito se invocasse musam. nam si iustus est Aeneas, cur odio deorum laborat?

11. TANTAENE ANIMIS CAELESTIBVS IRAE hic iam non de qualitate iracundiae, sed de quantitate quaerit; nimia etenim ira est

3 namque Iuno e. q. s.] cf. Macrob. Sat. I 17, 4 ‖ 4 hic] A. I 16 ‖ 6 Iuno] Ter. Andr. III 1, 15 ‖ quae] A. I 46 ‖ 19 dare] A. III 61 ‖ 20 animumque] A. IV 22

---

1 ὁμονοούσας *Bergkius*: omonousas *C* ὁμοῦ οὔσας *Hermannus opusc.* II *p.* 298 ‖ QVO . . . in quo] quo id est in quo numine laeso *B* ‖ NOMINE *KC* (*corr. C*[2]) ‖ quo dixit in quo *C* ‖ 2 in qua causa] qua causa *K* in causa *C* (qua *suppl. C*[2]) ‖ 4 curitis *Cm*: curretis *BL* curetis *KMC*[3] cu retis *H* ‖ curri *K* ‖ 5 partubus *BMl* ‖ 6 lucidona *C* (lucina *C*[2]) lucidōna *P* ‖ 7 nomina *C* ‖ 8 laeserat *L* Aeneas *om. BCM* ‖ 9 nomen *BL* (*corr. l*) ‖ 10 et QVO *C* (*sed* et *erasum*) ‖ NOMINE *K* ‖ LAESO *om. BCM* ‖ ideo . . . dicendas *haud scio an omisso lemmate et* autem *post* ideo *addito post* laesi (*lin.* 3) *collocanda sint.* ‖ ambiguitate *K* ‖ 12 casus *L* (*corr. l*) ‖ 13 laeso *scripsi*: laesit *C* ‖ 16 *ad v.* 9 Quidue. tot noluere casus] id est casibus uolui . . . naues demus. *P* ‖ 17 *fortasse* pertinere dolorem ‖ uoluit *BH* 18 ypallage *libri, ut plerumque* ‖ 20 labentem *CH* (*corr. C*[2]) ‖ 21 labentem *BH* 22 quia] qui *H* ‖ de Troia] de troiae incendio *C* ‖ 23 sustulit] liberauit *BCM* alibi liberauit sustulit *H* at liberauit *superscr. l* ‖ 24 laborabat *C* ‖ 25 *ad v.* 11 Impulerit. tantaene (tantaue)] quasi exclamatio est mirantis cum ex ipsa narratione sententiam trahentes . . . ubi sunt furiae. *P* ‖ TANTAENE] Tantę/////ne *C*, *sed* ę *ex* e *C*[2] *vel C*[3], *alteram* e *in ras. C*[3] ‖ iam] etiam *L* ‖ 26 etenim *in ras. C*[2]

quae pietatis non habet considerationem. et hoc quidem secundum Stoicos dicit, [sed miratur, cur tantum] nam Epicurei dicunt deos humana penitus non curare. 'tantaene' quasi exclamatio est mirantis, *cum ex ipsa narratione sententiam trahentes nostram personam interponimus, ut 'tanton' placuit concurrere motu. non nulli 'tantaene' legunt, ut interrogatio sit potius quam exclamatio.* ANIMIS CAELESTIBVS dis superis, nam apud inferos constat esse iracundiam, ubi sunt Furiae. *'animis' vero* τοῖς θυμοῖς.

12. VRBS ANTIQVA FVIT urbs dicta ab orbe, quod antiquae civitates in orbem fiebant; vel ab urvo, parte aratri, quo muri designabantur. et 'antiqua' autem et 'fuit' bene dixit, namque et ante septuaginta annos urbis Romae condita erat, et eam deleverat Scipio Aemilianus. quae autem nunc est postea a Romanis est condita: unde antiquam accipe et ad conparationem istius quae nunc est, et Roma antiquiorem. *alii 'antiqua' nobilis, 'fuit' autem pro 'erat' accipiunt.* TYRII TENVERE COLONI deest 'quam', *vel ut alii volunt 'hanc':* amant namque antiqui per epexegesin dicere quod nos interposito pronomine exprimimus. item est locus

---

5 tanton] A. XII 503 ‖ 9 urbs . . . designabatur] exscr. Isid. or. XV 2, 3 12 et eam . . . condita] exscr. Isid. or. XV 1, 30 ‖ 18 est locus] A. I 530

---

2 sed miratur cur tantum *seclusi. fortasse Servius scripsit* et hic quidem secundum Stoicos dicit irasci Iunonem. *cf. ad Aen.* I 227. *ceterum cum* tantam *pro* tantum *praebeat C,* tanta *scripsit Bergkius* ‖ 3 curare] curaret *B* creare et *C* (curare $C^3$) ‖ tantaene *BKLHMC*$^3$ tantaen *C* Tantaen' *Bergkius, neque dubium est, quin auctor eorum quae in C et P Servianis addita sunt* tantaen' *apud Vergilium legi voluerit; sed Servio ipsi* tantaene *placuisse videtur.* ‖ 5 nonnulli $C^2$: nonnul *C* ‖ tantaene $C^2$: tantaen *C* ‖ 6 exclamatio] responsio musae uel deae *primus addidit Daniel, quae nescio unde petita sint* ‖ 7 CAELESTIBVS autem *C* ‖ superis qui omnibus perturbationibus carere consueuerunt *Fabricius*

† megera
8 ubi sunt furiae *KCL*: ubi et erinis et allecto † cimera est *B* ubi sunt furiae
et irae
aliter et erini et allecto † cemera est *H* ubi et ///// sunt furiae et erynis et
at megera
allecto ut cimera est *M* (et irae *et* at megera *m*) ubi sunt furiae et irae, Erinnys, Alecto et Megaera *Fabricius* ‖ OIMOIC *C* ‖ 9 *ad v.* 12 Urbs antiqua] urbs ab orbe uel ab urbo parte aratri. 'antiqua' in comparatione Romae, nam ante Romam conditam LX annis constructa est. ut alii 'antiqua' nobilis. Fuit] pro erat (uerat). Tyrii tenuere coloni] deest 'quam'; namque antiqui per efexegesin dicere . . . Carthaginem condiderunt. colonia est coetus (caetus) . . . munitum. alii colonia pars ciuium aut publico eius populi unde profectus est consilio. hae colonia est quod consensu publico non secessione sunt condite. *P* ‖ dicta est *C* ‖ 10 urbo *BCL* (*sed* bo *in ras. l*) urbe *KH* uri *M* a curua *Guelferb. I* id est curuatura quae est in aratro *superscr. l* ‖ 11 namque et ante *om. H* ‖ 12 sexaginta *C* (septuaginta $C^3$) LX. *M* ‖ 13 scipio aemilianus *C* (*sed an litterae erasae*) emilius scipio *BH* aemilius scipio *KM* emelius scipio *L* Scipio Aemilius *ante* Aemilianus *e Fuldensi enotavit Scioppius* ‖ 14 et *ante* ad *et ante* Roma *om. B* ‖ 15 Roma] roma /// *C* romã $C^3$ † romam *superscr. l* antiquior est *B* ‖ 17 effexiesin *M* efexegesin *reliqui, ut plerumque* ‖ dicere] indicare *LH* (at dicere *superscr. l*) ‖ 18 item] sic alibi *C* ut alibi *P*

Hesperiam Grai cognomine dicunt deest 'quem'. 'coloni' autem dicuntur cultores advenae, et hos de Tyro constat venisse qui Carthaginem condiderunt. *sane veteres colonias ita definiunt: colonia est coetus eorum hominum qui universi deducti sunt in locum certum aedificiis munitum, quem certo iure obtinerent. alii: colonia est quae graece ἀποικία vocatur; dicta autem est a colendo; est autem pars civium aut sociorum missa, ubi rem publicam habeant ex consensu suae civitatis, aut publico eius populi unde profecta est consilio. hae autem coloniae sunt quae ex consensu publico, non ex secessione sunt conditae.*

13. ITALIAM CONTRA constat tria latera habere Italiam, superi maris, inferi, Alpium: unde tollendi erroris causa adiecit 'contra Tiberina ostia', quae in infero mari sunt. * *aut certe* [*ideo*] *'Italiam contra' quasi de aemula dictum accipiamus, ut non tantum situ quantum et animis contra.* * *Ostiam vero ideo veteres consecratam esse voluerunt, sicut Tiberim, ut si quid bello navali ageretur, id auspicato fieret ex maritima et effata urbe, ut ubique coniunctum auspici, ut Tiberis, cum colonia esset.* LONGE valde. Sallustius longe alia mihi mens est patres conscripti. *aut certe 'maxime' vel 'praecipue', ut sit Carthago praecipue posita contra Tiberina ostia. Cicero pro Rabirio et cum universo populo Romano, tum vero equestri ordini longe carissimus. 'Tiberina' autem pro Tiberis posuit. quidam sane ita volunt iungi, non 'longe ostia', sed 'longe dives', id est valde dives.*

14. DIVES OPVM modo tantum dives dicimus, antiqui adiungebant cuius rei, ut dives equum, dives pictai vestis et auri iungentes tantum genetivo casui. STVDIISQVE ASPERRIMA BELLI causam ostendit mirabilem, dicens hos esse et bellicosos et divites, cum otiosa semper sit opulentia. iure ergo hanc diligit Iuno

---

1 coloni . . . advenae] exscr. Isid. or. IX 4, 36. cf. gloss. Sangerm. ap. Hildebr. p. 60 ‖ 18 Sallustius] Cat. 52, 2 ‖ 19 aut certe . . . praecipue] Charis. p. 203, 17 K. ‖ 21 Cicero pro Rabirio] p. 656 Halm. ‖ 25 modo . . . casui] Don. ad Ter. eun. II 2, 43 ‖ 26 dives] A. IX 26

---

1 hesperiam *C*: hisperium *P* italiam *BKLHC*[3] italiae *M*. *vix dubito quin Servius memoria falsus* Italiam *scripserit* ‖ 2 de *om.* *K* ‖ nenire *K* ‖ 4 colonia *C*[2]: coloni *C* ‖ 6 παϱοικία *C*[2] ‖ 7 puplicam *C* ‖ 8 puplico *C* ‖ 9 quae . . . sunt *om. C, in marg. sup. suppl. C*[2] ‖ 11 *ad v.* 13 Kartago contra tiuerina id est ostia quae in infero mari est set non tamen contransitu quantum et animis. *P* ‖ 12 inferi] maris *supr. vers. add. C*[2] ‖ causa/// *L* ‖ 13 aut certe . . . contra *huc transposui, post* esset (*lin.* 18) *hab. C* ‖ 18 LONGE] porro *primus addidit Commelinus nescio unde petitum* ‖ Sallustius *KC* salustius *reliqui* ‖ 19 mihi alia *M* ‖ menes. τ. c. p. *K* c. p. *LH quoque* ‖ 21 rabrio *C* ‖ 22 ordine *C* 25 *ad v.* 14 Ostia diues opum] modo tantum . . . genitiuo. Studiis] bene 'studiis', non studio . . . Romanum. *P* ‖ 27 casui *om. KC* ‖ 28 *prius* et *om. KLH*

et vult orbis regna sortiri. *quae res odia eius in Troianos exagitat. et bene* 'studiis', non 'studio', quia ter rebellavit contra populum Romanum.

15. FERTVR dicitur. et ingenti arte Vergilius, ne in rebus fabulosis aperte utatur poetarum licentia, quasi opinionem sequitur et per transitum poetico utitur more. *vel certe 'fertur' creditur.* MAGIS *pro valde.*

16. POSTHABITA non contempta, sed in secundis habita; namque in superiore versu dixit 'magis', ut etiam originali loco servetur adfectio. SAMO sic Iuvenalis et Samia genetrix quae delectatur harena. *COLVISSE SAMO deest 'etiam', ut esset 'posthabita etiam Samo'. 'coluisse' autem, quia veteres colere dicebant etiam cum maior minorem diligeret, ut ille colit terras. Plautus in Poenulo Iuppiter qui genus colis alisque hominum.* HIC ILLIVS ARMA figura creberrima adverbium pro adverbio posuit, praesentis loci pro absentis; debuit enim dicere 'illic'. ARMA instructam armis Iunonem in alio loco ipse testatur, ut ferro accincta vocat.

17. CVRRVS aut vere currum quo secundum Homerum in bello utitur, aut thensam significat, qua deorum simulacra portantur. thensa autem cum aspiratione scribitur ἀπὸ τοῦ θείου, id est a re divina. *aut certe illud 'currus' quod ait ductos alta ad donaria currus. habere enim Iunonem currus certum est. sic autem esse etiam in sacris Tiburtibus constat, ubi sic precantur Iuno curitis tuo curru clipeoque tuere meos curiae vernulas. sane* HIC ILLIVS ARMA, HIC CVRRVS FVIT quotienscumque nomina pluralis et

---

9 ut etiam . . . adfectio] Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 261 ‖ 10 Iuvenalis] sat. XVI 6 ‖ 12 coluisse autem e. q. s.] Don. ad Ter. adelph. III 2, 54 et V 8, 4 ‖ 13 ille] buc. III 61 ‖ in Poenulo] V 4, 14 ‖ 17 ferro] A. II 614 ‖ 19 aut thensam . . . divina] Pseudo-Ascon. p. 200, 7 Or. ‖ 21 ductos] georg. III 533

---

1 sortiri] et bene belli dixit *add. l in marg.* ‖ 2 bene *C²*: be *C* ‖ terrabellauit *BK* tertio reuelabat *C* (rebellabat *C²*) tertio rebellauit *P* ‖ 4 uirgilius utitur *KLH*, *nisi quod* uergilius *K* ‖ 8 *ad v.* 16 Posthabita] non contempta; namque in superiore versu . . . adfectio. Coluisse] dicitur cum maior minorem diligit, ut 'ille colit terras'. Hic illius arma] figura creberrima . . . dicere 'illic'. arma. *P* ‖ 9 loco originali *BCMP*, *nisi quod* originalis *B* originali C ‖ 10 SAMO . . . Samo] COLVISSE SAMO deest etiam ut esset posthabita etiam samo ut iuuenalis et samia genetrix quae delectatur harena *C*, *sed* samo ut *in ras.* *C²* ‖ 14 aliisque *C* ‖ 15 celeberrima *B* ‖ 16 illic] sicut habemus in superioribus *add. MC³ in marg.* ‖ dicitur *L* (at ipse testatur *superscr. l*) ‖ 18 *ad v.* 17 Hic fuit] pro fuerat. Gentibus] pro gentium, datiuum pro genitiuo. *P* ‖ uere bene *C* ‖ belo *K* caelo *Fabricius* ‖ 20 scribitur] dicitur *BCM* (scribitur *superscr. m*) ‖ ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΕΟΥ *B* ait. ΟΤΟΥ ΘΕΙΟΣ *K* ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΥΕΙΝ *C* ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΕΟΣ *L* ΑΠΟ ΤΟΥ ΕΙΟΥ *H* ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΙΟΥ *M* ‖ 21 dultos *C* ‖ 23 curritis *C* ‖ 24 meus *C* ‖ uernulus sane. Hic *C* (*alia manus post* uernulus *interpunxit*) sanos *coni. Prellerus Röm. Mythol. p.* 248

singularis numeri conectuntur, respondemus viciniori, ut ecce hoc loco currui, non armis respondit. eadem et in diversis generibus est observatio, ut magis vicino, sive masculinum sit sive femininum respondeamus, ut puta 'vir et mulier magna ad me venit'. si autem plurali numero velimus uti, ad masculinum transeamus necesse est, ut 'vir et mulier magni ad me venerunt'. *sane 'fuit' pro fuerat.* GENTIBVS *pro gentium, dativum pro genetivo.*

18. SIQVA 'qua' vacat et est ornatus causa positum, ut 'que' 'tandem' 'gentium' 'locorum' et reliqua, ut dixitque et proelia voce diremit. IAM TVM ex quo constituta est a Tyriis colonis. TENDITQVE FOVETQVE figurate dixit. non *enim* iam regnum fovet, sed tendit et fovet, ut regnum esse possit. *et bene 'tendit', tamquam contra verum, 'fovet' autem tamquam inbecillam adversus Troianorum conatus.* PROGENIEM *vel Romanos, vel ut quidam volunt Scipionem, qui Carthaginem diruit.*

19. DVCI ductum iri. infinitivi modi a passivo tempus praesens pro futuro posuit, verbum pro verbo, ut supra ostensum est.

20. AVDIERAT a Iove aut a Fatis. non enim omnia numina habent divinandi facultatem; denique ne ipse quidem Apollo sua sponte divinat, ut est quae Phoebo pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo praedixit. et perite 'audierat'; in Ennio enim inducitur Iuppiter promittens Romanis excidium Carthaginis. AVDIERAT] *bene audierat quasi de incertis rebus, ut et timeret et speraret omnia pro sua voluntate posse mutari.* TYRIAS ARCES Carthaginem dicit, quam Tyrii condiderunt. *'arces' autem ab eo quod est arceo dictae, quia inde hostes arcentur, id est prohibentur; et arcus, genus teli, quod huius ministerio sagittae arceant hostem. sane per con-*

---

9 dixitque] A. V. 467 ‖ 20 quae] A. III 251 ‖ 21 in Ennio] ann. rel. VIII 14 Vahl. ‖ 25 arces . . . hostem] Varro d. l. l. V 151. Prisc. part. XII vers. Aen. p. 498 K. Isid. orig. XV 2, 32 et XVIII 9, 5. diff. verb. 9

---

1 connectentur *L* ‖ 3 masculinum] masculi nomen *K* ‖ 4 ut pote *B* ‖ 6 uiri et mulieres *C* ‖ 8 *ad v.* 18 Si qua] 'qua' uacat . . . constituta est a Tyriis colonis. Fouet] tamquam inbecillam. Progeniem] Romanos. *P* ‖ positum . . . reliqua *om. B* ‖ quae genetiuum locorum terrarum *C sed* enetiuum *in ras.* $C^{2}$ (qua tandem gentium locorum $C^{3}$) quae genitiuum locorum terrarum *P* ‖ que] qua *L* ‖ 10 IAM TVM . . . colonis *om. BM* ‖ constitit ut *LH* (constituta *l*) ‖ 11 dixit *om. LH* ‖ 13 verum] uetitum *aut* fatum *coni. Burmannus. fortasse* Venerem ‖ 16 *ad v.* 19 Duci] infinitiui modi uerbum a (a *om.*) passiuo tempus praesens pro futuro, uerbum pro uerbo. *P* ‖ dictum ri *C* dictum iri $C^{2}$ ‖ a *om. C* (*add.* $C^{2}$) ‖ 17 posuit et *KLH* ‖ ut supra ostensum est *om. KC* (*suppl.* $C^{3}$) ‖ 18 *ad v.* 20 Audierat] aut a Iove (Audio sat noue) aut a fatis. non enim omnia habent diuinandi facultatem numina. Tyrias arces] Carthaginem dicit. arces dictae ab eo quod est arceo, quod inde hostes arcentur, hoc est prohibentur (prohibemus). Olim] aliquando et tria tempora significat. *P* ‖ 19 potestatem $BMC^{3}$ ‖ nec $C^{3}$ ‖ 23 Ergo bene *C*

*fusionem verbi et nominis dictum est; nam 'arces' est verbum, arceo arces, cum non sit nomen.* OLIM quandoque. et tria tempora significat: praeteritum, ut olim arbos, nunc artificis manus aere decoro inclusit patribusque dedit gestare Latinis; praesens, ut tumidis quod fluctibus olim tunditur; futurum, ut nunc olim quocumque dabunt se tempore vires.

21. HINC POPVLVM LATE REGEM a Romanis. laudat autem eorum imperium dicendo 'populum regem'. *LATE REGEM pro late regnaturum, nomen pro participio. quidam hoc δημοκρατικῶς intellegunt. et 'hinc populum late regem belloque superbum venturum excidio Libyae sic volvere parcas' in Probi adpuncti sunt et adnotatum hi duo si eximantur, nihilo minus sensus integer erit. sed Vergilius amat aliud agens exire in laudes populi Romani.* SVPERBVM nobilem, ut ceciditque superbum Ilium. *BELLOQVE SVPERBVM] id est eminentem, gloriosum.*

22. *VENTVRVM futurum, ut idem venturos tollemus in astra nepotes.* VENTVRVM EXCIDIO ad excidium. nota figura. LIBYAE Carthaginis. et provinciam pro civitate posuit. dicta autem Libya vel quod inde libs flat, hoc est africus, vel ut Varro ait, quasi *ΛΙΠΙΥΛΑ*, id est egens pluviae. sic Sallustius caelo terraque penuria aquarum. VOLVERE PARCAS *aut* a filo traxit 'volvere' *aut a libro;* una enim loquitur, altera scribit, alia fila deducit. et

---

3 olim] A. XII 210 ‖ 5 tumidis] A. V 125 'quod tumidis submersum tunditur olim fluctibus' ‖ 6 nunc olim] A. IV 627 ‖ 14 ceciditque] A. III 2 ‖ 16 idem] A. III 158 ‖ 18 dicta . . . africus] exscr. Isid. orig. XIV 5, 1 ‖ 20 Sallustius] Iug. 17, 5 ‖ 22 una . . . deducit] exscr. mythogr. III 6, 23

---

2 nunc quandoque *M* ‖ et tria *KC:* tria *B* tria enim *LHMC*³ ‖ 7 *ad v.* 21 Hinc] scilicet a Romanis. Late regem] pro late regnaturum, pro participio. Superbum] nobilem gloriosum, ut 'ceciditque (te adit) superbum Ilium'. *P* scilicet a romanis et romanos laudat eorum imperium *C* (aut *superscr. post* laudat *C*³) ‖ a Romanis . . . regem *om. L* (*in marg. add. l*) ‖ et LATE *C* ‖ 9 δημοκρατικῶς *F. Schoellius:* democratias *C* ‖ 11 in Probi his duobus versibus obeli appuncti sunt *Steupius de Probis p.* 90 ‖ adnotatum *coni. Scioppius de arte critica p.* 4 *ed. Amstelod. a.* 1662: adnotandum *C* ‖ 12 hi *C* (i *eadem ut videtur manus superscr.*) ‖ eximantur *quod Scioppius et l. l. et in appendice editionis Danielinae Fuldensem exhibere testatus est tamquam probabilem coniecturam recepi:* examinantur *C* omittantur *Bergkius, cui non recte* ex *in codice ex correctura additum videbatur. fortasse* eliminentur ‖ 15 eminentem *scripsi:* eminens *C cf. schol. Veron.* ‖ 16 *ad v.* 22 Venturum] futurum. Excidio] ad excidium nota figura. Libyae] Carthaginis. prouinciam pro ciuitate posuit. dicta autem Libya . . . egens pluuiae. Parcas] parcae dictae quod minime parcant, quarum nomina sunt haec: Clotho Lachesis Atropos. *P* ‖ VENTVRVM *om. C* VENTVRVM . . . figura *om. K* ‖ 17 Libies *H* ‖ 19 libs *K:* lyps *B* lib s *C* lybs *LM* libis *HPC*² ‖ 20 ΛΙΠΙΥΙΑ *C:* ΛΙΠΙΟΥ *B* ΑΙΥΙΥΙΑ *K* ΑΙΠΙΥΙΑ *L* (ΛΥΠΕΙΛ *l*) ΠΙΠΙΥΙΛ *H* ΛΠΤΙΥΙΛ *P* ΑΙΠΙΥΙ *M* λιπυία τοῦ ὕειν *vulgo* ‖ id est *om C* ‖ sic] ut *B* unde et *M* ‖ paenuria *CL* poenuria *H* ‖ 22 scripsit *K* ‖ alia] tertia *mythogr. et φ*

dictae sunt parcae κατὰ ἀντίφρασιν, quod nulli parcant, sicut lucus a non lucendo, bellum a nulla re bella. *nomina parcarum Clotho Lachesis Atropos.*

23. ID METVENS *bis idem. archaismos. sane* de futuro timor est, odium de praeteritis. metuebat ergo Carthagini, odium autem habebat propter causas sequentes. et est de utroque exemplum conveniunt quibus aut odium crudele tyranni aut metus acer erat. VETERIS BELLI quantum ad Vergilium pertinet, antiqui; si ad Iunonem referas, diu *id est per decennium* gesti. tunc autem ad personam referendum est, cum ipsa loquitur; quod si nulla persona sit, ad poetam refertur. nunc ergo 'veteris' ex persona poetae intellegendum. sic ipse in alio loco mirantur dona Aeneae, mirantur Iulum flagrantesque dei vultus partem ad se rettulit, partem ad Tyrios, qui deum *eum* esse nesciebant. SATVRNIA antonomasia est, non epitheton; quae fit quotiens pro proprio nomine ponitur quod potest esse cum proprio nomine et epitheton dici. *'Saturnia' autem nomen quasi ad crudelitatem aptum posuit; Vergilius enim ubicumque Iovi vel Iunoni Saturni nomen adiungit, causas eis crudelitatis adnectit, ut nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis. et alibi es germana Iovis Saturnique altera proles: irarum tantos volvis sub pectore fluctus.*

24. PRIMA atqui Hercules prior contra Troianos pugnavit: unde modo 'prima' princeps accipienda est. nam poeta plerumque significationem nominum dat participiis, vel contra, ut volventibus annis, significat enim volubilibus. hac licentia et in hoc no-

1 dictae . . . parcant] exscr. Isid. orig. VIII 11, 93. mythogr. I 110 et III 6, 23 ‖ 6 conveniunt] A. I 361 ‖ 12 mirantur] A. I 709 ‖ 19 nec Saturnius] A. IV 372 ‖ 20 es germana] A. XII 830 ‖ 24 volventibus] A. I 234

1 parcae *om. BKM* ‖ per antifrasin *BMC*$^3$*l* catanfrasin *K* cata antifrasin *CLH* ‖ 4 *ad v.* 23 Id metuens] bis idem. archaismos. sane de futuro timor est, studium de praeteritis. metuebat Carthagini. Saturnia] antonomasia est . . . epitheton dici. *P* ‖ bis idem. archaismos sane *expunxit C*$^3$ *ut videtur.* bis idem *nescio an ad v.* 25 *aut v.* 27, archaismos *ad* excidio *pertineat* ‖ METVENS] timens *add. B* id timens *add. HMC*$^3$*φ* hoc est excidium Carthaginis *quae Masvicius primus post* timens *inseruit nescio unde petita sint* de futuro *KC:* de futuro enim *BLHMC*$^3$*φ* ‖ timor est odium] timore studium *C* (*corr. C*$^3$ *ut videtur*) ‖ timor est] timorem *L* (f. habuit *superscr. l*) ‖ 9 tunc autem] tunc *K* sane tunc *C* ‖ 11 ergo] uero *L* ‖ 12 intellege *K* intellegendum est *LC*$^3$ ‖ 13 partim *et* 14 partym *L* ‖ 17 credulitatem *C* ‖ 18 iunonis *C* (*sed* s *erasa*) ‖ 22 *ad* 24 Prima] atqui . . . accipienda est. alii 'prima' simpliciter, postea enim alii dii interesse coeperunt; alii dea q^si^ tês (alii de aqua *Daniel* aliaeque deae *Heinsius Burmanno teste.*) proprie 'prima' inter primos. ad Troiam] ad et apud . . . Iuno. Caris Argis] illic enim . . . non Argos. *P* 23 accipiendum *BMC*$^3$*l*

mine usus est, ut primam pro principe poneret. *PRIMA inter primos: alii pro olim: alii 'prima' simpliciter, postea enim alii dii interesse coeperunt; alii 'prima' non ordine, sed voluntate. aliter primusque Machaon; ibi enim in primis intellegitur.* AD TROIAM 'ad' et 'apud' accusativae sunt praepositiones, sed 'apud' semper in loco significat, 'ad' et in loco et ad locum, ut ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est, et Cicero decem fiscos ad senatorem quendam relictos, item ad Marcum Laecam te habitare velle dixisti. CARIS ARGIS illic enim eam coli omnibus notum est. Argos autem in numero singulari generis neutri est, ut Horatius aptum dicet equis Argos ditesque Mycenas, in plurali numero masculini, ut hi Argi. ceterum derivatio nominis Argivos facit, non Argos.

25. *NECDVM ETIAM adverbium temporis. quis ante hunc?* CAVSAE IRARVM nunc de praeteritis loquitur. *non nulli tamen † pro causa et dolore dictum accipiunt. SAEVI autem DOLORES quod saevire faciant.*

26. ALTA MENTE REPOSTVM secreta, recondita. 'repostum' autem syncope est; unam enim de medio syllabam tulit. sed cum omnes sermones aut integri sint aut pathos habeant, hi qui pathos habent ita ut lecti sunt debent poni: quod etiam Maro fecit, nam repostos et porgite de Ennio transtulit: integris autem et ipsis utimur et eorum exemplo aliis.

27. IVDICIVM PARIDIS nota fabula *est de malo aureo*, Paridem

---

4 primusque] A. II 263 ‖ 5 ad et apud . . . dixisti] Serv. comm. in Don. p. 419, 4 sqq. K. cf. 442, 11 et 517, 16 ‖ 6 ad quem] A. I 64 ‖ 7 Cicero] in Verr. act. I 8, 22 ‖ 8 ad Marcum] in Catil. I 8, 19 ‖ 10 Argos autem . . . hi Argi] Prob. cath. p. 22, 13 K. ‖ 11 Horatius] carm. I 7, 9 ‖ 21 repostos] A. VI 655 | porgite] A. VIII 274 ‖ Ennio] incert. libr. rel. XXVII ap. Vahl.

---

1 PRIMA] *ante hanc vocem* dii *vel* du *ut videtur in cod. erasum est* ‖ 5 et ad *K* ‖ 6 ut] in loco, ut *φ* ‖ 7 fycos *C* fyscos $C^2$ ‖ 8 item . . . dixisti *om. B* | laecam *K:* laecum *C* (laeccam $C^3$) leccam *LHM* ‖ te] hic *C* te *superser.* $C^3$ | 9 velle *om. H* ‖ enim *om. L* ‖ 10 autem *om. KLH* ‖ ut Horatius dicit aptum equis argis (v superscr.) *B* ‖ 11 dicit *CMI* ‖ ditesque Mycenas *om. BCM* ‖ 12 numero] vero *φ* ‖ 13 argiuus *et* argus *B* ‖ 14 *ad v.* 25 Necdum etiam] aduerbium temporis. quis (qs) ante hunc? *P* ‖ NECTVM *C* NECDVM $C^2$ ‖ quis ante hunc *C* quasi ante hac $C^2$ quod significat ante hunc *Daniel* qs *compendium non recte interpretatus* | 15 pro 'causae irarum et dolorum' *Schoellius* ‖ 17 *ad v.* 26 Alta mente] secreto reconditum. 'repostum' autem syncope est. sed cum omnes sermones . . . et ipsis utitur. *P* ‖ secreto *C* (secreta $C^3$) ‖ 20 facit *BM* ‖ namque *CM* | 21 repostos *CH:* repostus *BKLMh* repostum *P* ‖ porgit *P* ‖ hennio *P* | 22 utitur *CP* (utimur $C^3$) ‖ 23 *ad v.* 27 Iudicium Paridis] nota fabula est de malo aureo quod coniecit (conicit) Discordia inter Iunonem et Mineruam et Venerem in domu Pelei quando consecrauerunt (consecruerunt) nuptias illius conubiumque dii. illa non admissa (demisa) introire iactauit malum in quo scriptum erat 'hoc est donum deae pulcherrimae'. illis litigantibus (ligantibus) inter se Iuppiter eas misit ad Paridem. iudicaturus ille de forma earum (earum qui)

pro Venere contra Iunonem Minervamque iudicasse *de forma. et bene 'iudicium Paridis', non favor, ne re vera videatur offensa. sic enim agit poeta, ut et Iuno causas irascendi habeat, et tamen in Aenea nulla sit culpa.* SPRETAEQVE INIVRIA FORMAE epexegesis est, hoc enim fuit iudicium Paridis: ut 'que' particula vacet, sicut illo loco d i x i t q u e  e t  p r o e l i a  v o c e  d i r e m i t. licet multi separent dicentes aliud esse; numquam enim coniunctio ponitur nisi inter duas res. et 'spretae formae' referunt ad Antigonam, Laomedontis filiam, quam a Iunone propter formae adrogantiam in ciconiam constat esse conversam.

28. ET GENVS INVISVM propter Dardanum Electrae paelicis filium. RAPTI stuprati, ut est r a p t a  G a r a m a n t i d e  n y m p h a. item e t  r a p t a s  s i n e  m o r e  S a b i n a s. *vel certe quod ad caelum raptus sit a Iove per aquilam, ut s u b l i m e m  p e d i b u s  r a p u i t  I o v i s  a r m i g e r  u n c i s.* GANYMEDIS HONORES Troi, regis Troianorum, filii. 'honores' autem dixit vel propter ministerium poculorum,

---

6 dixitque] A. V 467 ‖ 8 Antigonam e. q. s.] exscr. mythogr. II 69 ‖ 12 rapta] A. IV 198 ‖ 13 et raptas] A. VIII 635 ‖ 14 sublimem] A. V 255 16 honores . . . filia] mythogr. II 198. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 548

---

Venerem procellere in forma indicavit his duabus et reliquis. qua ex causa Iunonis iras commouit (cognouit) in Troianos (trianos). sed hoc dicunt quod Paris in somno uidit. Spretaeque iniuria formae] epexegesis est . . . constat esse conuersam. *P* ‖ nota . . . iudicasse] in quo pro uenere paris alexander contra iunonem mineruamque indicauit *BM* ‖ 5 enim] autem *C* ‖ que autem particula uacat *P* ////// autem particula uacat *C* (*rasurae* ut que *superser. et* autem *expunxit* $C^3$ ‖ 6 multi] non nulli *BM* ‖ 8 formae . . . formae *om. B* antigonam *CP:* antigonem *KLHM* ‖ 11 *ad v.* 28 Et genus inuisum] propter Dardanum Electrae pellicis filium, quae et uxor Iouis (iunonis) fuit. Rapti] stuprati, id est corrupti, ut est . . . Sabinas. uel certe quod ad caelum raptus sit a Ioue per aquilam, quae Iouis armiger dicitur. Ganymedis honores] Troi . . . ministerium poculorum remota Hebe (ab), filia Iunonis, uel quod inter sidera collocatus aquarii nomen accepit. et non ob hoc tantum irascitur Iuno, sed quod uiolatus sit, ut diuinos honores consequeretur. *P* ‖ propter dardanum electrae paelicis filium *KC, nisi quod* uel propter iudicium paridis quod omnibus notum est *add. C, quae* $C^3$ *ut videtur expunxit:* propter dardanum ectriplicis (electrae *superscr.*) filiae atlantis filium a quo origo troiana deducitur *B* propter dardanum electrae filiae atlantis filium a quo origo troiana deducitur *LH, nisi quod post* electrae *add.* uel *H,* pelicis *superser. l.* propter dardanum electrae paelicis filiae athlantis filium a quo originem troiani ducunt *M*$C^3$, *nisi quod* a quo origo troiana (l *superscr.*) deducitur $C^3$ propter dardanum electrae paelicis filium. electra pelex fuit iunonis (iouis *D*) ex qua dardanus natus est, a quo Troiani originem ducunt *Karolirhensis CXVI et D* ‖ 12 ut est *BCH:* alibi et *KM* ut alibi et *L* ‖ 13 item *om. BCM* ‖ et *om. KH* ‖ Sabinas] uel rapta raptoris mortem uel nuptius aptet *add. C.* nuptias *pro* nuptius $C^2$ optat *pro* aptet *coni. Bergkius. non recepi haec verba, quae ex declamationum argumentis desumpta esse intellexit Burmannus* ‖ 15 Troi *libri, nisi quod* troii *L. cf. adnot. crit. ad Aen.* III 108 *et* V 252: Troili *mythographi et Guelferb. I* Trois *ς*

quod exhibuit diis remota Hebe, Iunonis filia, vel quod inter sidera conlocatus aquarii nomen accepit. *ergo irascitur Iuno quod non ob hoc tantum raptus sit, ut pocula ministraret, sed quod ideo violatus sit, ut divinos honores consequeretur. aut 'honores' propter formam, ut et laetos oculis adflarat honores. sane hic Ganymedes Latine Catamitus dicitur, licet Theodotius, qui Iliacas res perscripsit, hunc fuisse Belin Chaldaeum dicat et Laomedonti praedixisse, tunc perituram et civitatem et regnum Troianum, cum de monte Metios sponte fuisset saxum elapsum: quod cum evenisset, postea Ilium esse dirutam.*

29. HIS ACCENSA SVPER 'his super' aut de his, aut super metum Carthaginis his quoque accensa.

30. *TROAS bona oeconomia ostendit, totum genus Troianorum invisum fuisse Iunoni, quia inlaturus est Minervam ob unius hominis delictum etiam eos quos amaverat perdidisse.* RELLIQVIAS ut stet versus geminavit l, nam in prosa reliquias dicimus. *'relliquias' autem 'Danaum' dupliciter et a Troianis et a Graecis dici possunt, ut et nostro sequitur de vulnere sanguis.* ATQVE INMITIS ACHILLI bene secundum Homerum segregat duces a populo. sic Aeneas in secundo post omnium casum Priami separavit interitum, ut forsitan et Priami fuerint quae fata requiras. inmitem autem dixit etiam circa extinctum crudelem. *et ideo intulit Achillem praecipue, quod Aeneas cum Achille congressus sit et ut in quinto ait Neptuni beneficio liberatus.* ACHILLI propter ὁμοιοτέλευτον detraxit s litteram, quae plerumque pro sibilo habetur non solum necessitatis, sed etiam euphoniae causa, *nam alibi ipse ait nec equis adspirat Achillis.* ut Sallustius a principio urbis ad bellum

---

5 et laetos] A. I 591 ‖ 14 ut stet . . . dicimus] Serv. comm. in Don. p. 444, 10 K. ‖ 17 et nostro] A. XII 51 ‖ 20 forsitan] A. II 506 ‖ 22 in quinto] 803 25 nec equis] A. XII 352 ‖ 26 Sallustius] hist. fragm. I 7 Kritz.

---

1 quod exhibuit diis remota Hebe Iunonis filia *Bergkius:* remota hebe iunonis filia quod exhibuit diis *KC*, *nisi quod* dis *K* ad quod habitus est remota hebe iunonis filia quae ioui bibere ministrabat *BMC*$^1$*L*, *nisi quod* adhibitus *ML* ad quod habitus est remota hebe iunonis filia quod exhibuit diis *LH*, *nisi quod* exiit dis *H* ‖ 5 occulis *C* ‖ genimedes *C* ganimedes *C*$^2$ ‖ 6 perscrip sit *C* ‖ 7 dicat *C*$^2$ *vel* *C*$^3$: dicunt *C* ‖ laomedontis *C* ‖ 8 meotios *C*$^2$ ‖ 9 dirutam *C*$^2$: direptum *C* ‖ 11 Carthaginis] quam de Carthagine habeat *C*, *sed* quam *in* quem *mutavit* *C*$^2$, habeat *in* habuit *C*$^3$ ‖ 12 *ad v.* 30 Troas] bona oeconomia ostendit totum genus Troianorum inuisum fuisse Iunoni, non sicut illud 'unius ob noxam'. Relliquias] ut stet uersus geminauit l. Achilli] propter oemoeoteleuton detraxit s literam eufoniae causa. *P* ‖ bona *om.* *C* ‖ dequonomia *C* ‖ 13 ob *C*$^2$: e *C* ‖ 16 dannum *C* ‖ 18 segregauit *B* ‖ 20 requiris *M* ‖ Inmitem autem dixit qui in Patrocli ultionem et circa extinctum Hectorem crudelis fuit *Fabricius* ‖ 21 crudelem *expunxit et* hectorem *superscr.* *C*$^3$ ‖ 22 et *scripsi:* Aut *C* ‖ 23 beneficio *C*$^2$: benescio *C* ‖ sane achilli *C* ‖ omoeoteleuton *BKCH* omoenteleuton *L* omoeteleuton *M* ‖ 24 s *om.* *B* ‖ 26 nam a *C*$^2$ ‖ ad bellum *om.* *M*

Persi Macedonicum. detrahitur autem tertiae declinationis genetivo. *sane apud Sigeum Achillis statua fuisse dicitur, quae in lanna, id est in extima auris parte elenchum more feminco habuerit. hic apud Cretam insulam pemptus vocatus est, ut veteres auctores tradunt.*

31. *ARCEBAT prohibebat. significat autem et 'continet'. Ennius qui fulmine claro omnia per sonitus arcet, id est continet.*

32. *ACTI FATIS] nulla Iunonis invidia est.* ACTI FATIS si odio Iunonis fatigabantur, quo modo dicit 'acti fatis'? sed hoc ipsum Iunonis odium fatale est. laborat enim Vergilius nihil Troianorum meritis, sed omnia fatis adscribere. est et alter sensus; nam fatum voluntatem legimus, ut fatis Iunonis iniquae, id est voluntate, ut hic intellegamus, agebantur fatis Iunonis, id est voluntate. *vel 'fatis' pro malis, ut nate Iliacis exercite fatis.* MARIA OMNIA CIRCVM in fine accentum ponimus contra morem Latinum: sed corruptio hoc facit; namque praepositio postposita corrupta est sine dubio.

33. MOLIS difficultatis. *in sequentibus proprie miratur molem Aeneas.* ROMANAM CONDERE GENTEM latenter ostendit hinc odium Iunonis Aeneam pertulisse, quod Romanae gentis auctor extabat.

34. VIX hoc loco mox significat vel statim. E CONSPECTV ut adhuc de Sicilia possent videri. *et ut Homerus omisit initia belli Troiani, sic hic non ab initio coepit erroris.*

35. LAETI vel alacres et veloces, ut est et laetus eois Eurus

---

5 Ennius] ann. rel. 532 Vahl. ‖ 11 fatis] A. VIII 292 ‖ 13 nate] A. III 182 ‖ 17 miratur A. I 421 ‖ 20 VIX . . . statim] Don. ad Ter. hec. III 1, 16. Non. p. 421 M. ‖ 21 et ut Homerus . . . erroris] cf. Macrob. Sat. V 2, 8 sqq. ‖ 23 et laetus] A. II 417

---

1 persae *C* ‖ macedoniacum *K* macedonium cum *C* (macedonicum $C^3$) madonicum *L* (*corr. l*) mecedonicum *M* ‖ autem s $C^3$ ‖ 2 sigaeum *C* ‖ lanna *C cf. Arnob. adv. nat.* II 42, *ubi 'lannas' e Parisino restituit Reifferscheidius:* ima *e Fuldensi enotavit Scioppius, quod ne Bergkius quidem correxit* ‖ 3 in existima *C* ‖ 5 *ad v.* 31 Arcebat] prohibebat. aliquando significat . . . id est continet. *P* ‖ Ennius] *cf. Lachmannus ad Lucr.* IV 128 ‖ 7 *ad v.* 32 Acti fatis] si odio Iunonis quo modo 'acti fatis'? sed hoc ipsum Iunonis odium fatale est. alter sensus . . . iniquae. uel fatis pro malis . . . sine dubio. *P* ‖ si fatis nulla Iunonis inuidia est *e Fuldensi Scioppius* ‖ 8 fatigabantur *om. BCM* (*add.* $C^3$ *m*) ‖ dicit *om. BCMH* (*add.* $C^3$) ‖ 11 legimus enim fatum uoluntatem *C*

v

id est uoluntate . . . id est uoluntate *om. C* (*add.* $C^3$) ‖ 15 correptio *BM* 17 *ad v.* 33 Molis] difficultatis in sequentibus. Romanam condere gentem] latenter . . . existebat. *P* ‖ 19 existabat *C* existaebat $C^2$ *ut videtur* ex////tabat *L* (*duae litterae erasae sunt*) ‖ 20 *ad v.* 34 Vix] hoc loco mox. E conspectu] ut adhuc de Sicilia possint uideri. *P* ‖ significat uel statim *om. K* ‖ 21 possint *KL* 23 *ad v.* 35 Laeti] alacres uel ueloces . . . equis. Salis] maris . . . non soliti lusere sales. aliquando urbanitatem significamus. et istud nomen masculini generis est. *P* ‖ VELA alacres *KLH* ‖ uel ueloces *C*

equis, item et virgea laetus pabula, id est festinus, cum intentione; vel re vera laeti, quamquam incongruum sit post Anchisae mortem. sed et interitus senum minus doletur, et 'magis laetos' intellegendum est, ut sit causa maior iracundiae. sic enim et in septimo Iuno irascitur, ubi laetum Aenean Siculo prospexit ab usque Pachyno. *vel 'laeti' πρόθυμοι, ut omnisque iuventus laeta.* SALIS maris secundum Homerum. salem autem quo utimur singulari numero tantum dicimus; cum iocos significamus pluralem tantum ponimus numerum, ut Lucanus non soliti lusere sales. aliquando autem etiam urbanitatem per singularem numerum significamus, ut Terentius qui habet salem, quod in te est, id est quae res in te est, masculini enim generis est, non neutri: et neutra triptota sunt, nec ab hoc accusativo nominativus esse potest 'hoc salem'.

36. *SVB PECTORE pro in pectore.* VVLNVS de praeterito dolorem dixit, de futuro metum, ad utrumque 'vulnus' rettulit.

37. HAEC SECVM subaudimus locuta est, deest enim. et hoc fictum est, ut superius diximus. unde enim hoc sciret poeta? bene autem inpatientiam doloris ostendit detrahendo ei solatia, ut in quarto solam inducit Didonem en quid ago? *HAEC SECVM] *quia vehementior adfectus est sine conscio, ut et casum insontis mecum indignabar amici et crudelia secum fata Lyci. e contrario qui-*

---

1 et virgea] georg. III 320 ‖ 4 in septimo] 288 ‖ 6 omnisque] A. II 394 7 salem autem e. q. s.] [Sergii] explan. in Don. p. 542, 12 K. ‖ 9 Lucanus] II 368 ‖ 11 Terentius] eun. III 1, 10 ‖ 20 en quid] A. IV 534 ‖ 21 et casum] A. II 93 ‖ 22 crudelia] A. I 221 ‖ quicum] A. XI 822

---

1 item *om. BM* ‖ equis uel festinantes ut et uirgea laetus pabula et alibi et armari pubem portisque moueri laetus in arma iube id est festinus *C* ‖ et cum *Hl* ‖ et cum omni intentione *M* ‖ 2 laetus *C* ‖ 4 ut sit Iunoni *D* ‖ causa *om. B* ‖ maior *KC:* maioris *BLHM* ‖ iracundiae] iunonis *supra vers. add. C³m* ‖ 5 septimo Iuno *scripsi:* septimo libro *BKCLH* septimo *M* ‖ 6 pachino *libri* ‖ ΠΡΟΘΜΥΝΟϹ *C an* προθύμως? ‖ 7 laeta] libet *C* ‖ Homerum qui inquit *εἰς ἅλα δῖαν D* ‖ 8 ioca *B* ‖ 9 ut Lucanus] secundum lucanum qui ait *M* soliti *ex* solidi *C* ‖ lusere] risere *M* ‖ 10 autem *om. BCM* ‖ per . . . significamus] singulari numero dicimus *C* ‖ 11 ut *om. B* sicut *M* ‖ Terentius *om. KLH (add. l)* ‖ quod] qui *man. rec. in C* ‖ 12 et] nam *C* ‖ 13 nec ob hoc ab accusatiuo nominatiuus esse potest salem *B* ‖ 14 salem] AERE RVEBANT id est mouebant eruebant uerrebant. Nam hic ruebant actiuum est. Alibi neutrale ut ruit alto a culmine troia *add. l in marg. inf.* ‖ 15 *ad v.* 36 Sub pectore] pro in pectore. *P* ‖ dolorem] ut seuique dolores *add. lm* ‖ 16 metum] ut id metuens *add. lm* ‖ vulnus] latus *M (corr. m)* ‖ rettulit *om. BCM (add. m)* 17 *ad v.* 37 Haec secum] subaudimus locuta est. et hoc finxit poeta. Mene] ne non uacat, significat autem ergo . . . deserere. *P* ‖ 18 supra *LH* ‖ dictum est *CLM* (ut superius diximus *l*) ‖ 19 solatia quia uehementior adfectus (affectus *C²*) est sine conscio (consilio *C²*) ut . . . lyci et in quarto solam inducit didonem en quid ago e contrario quicum partiri curas *C*

*cum partiri curas.** MENE 'ne' non vacat, significat enim ergo et est coniunctio rationalis. INCEPTO DESISTERE tolerabilius enim est non inchoare, quam incepta deserere, *ut Terentius verum si incipias, neque pertendas naviter. et 'mene' sic habet emphasin. ut ast ego, quae divum incedo regina.* VICTAM sic et in septimo vincor ab Aenea. *se victam pronuntiat velut victam. alii iratam tradunt.*

38. NEC POSSE ITALIA detraxit more suo praepositionem provinciae; non enim dixit 'de Italia', sed 'Italia'. *TEVCRORVM quia Teucer et Scamandrus Creta profecti Troiam venerunt. facta ascensione hospitio a Dardano accepti de advenis cives facti, quia Batiam, Teucri filiam, Dardanus sibi iunxit et populares suos socero cognomines fecit. AVERTERE id est in perpetuum. REGEM hoc est, quia † nihil amisit, rex est. et mire Aeneam noluit nominare. honorantur enim minores a maioribus si suo nomine fuerint nominati, ut Aeole, namque tibi. contra contumelia est si maiores a minoribus suo nomine nominantur, ut Iunonis gravis ira. et pacem te poscimus omnes Turne. et bene 'regem' invidiose; non enim dixit Troianos, sed unum hominem Troianum.*

39. QVIPPE VETOR FATIS re vera, inquit, fata me prohibent. ergo Iuno ignorat vim fatorum. sed hoc non possumus dicere, quia superius lectum est si qua fata sinant et audierat. hoc ergo

---

3 Terentius] eun. I 1, 6 ‖ 5 ast ego] A. I 46 ‖ in septimo] 310 ‖ 14 honorantur e. q. s.] Don. in Ter. adelph. V 6, 3 et 6, Phorm. V 9, 58 ‖ 15 Aeole] A. I 65 ‖ 17 Iunonis] A. V 781 ‖ pacem] A. XI 362

---

1 ne *om.* *C* (*add.* *C*²) ‖ enim] autem *C* ‖ 3 ut] et *C* ‖ 4 incipies *et* pertendes *vel* perficies *Terentiani libri* ‖ 5 quae p. i. r. *C* ‖ VICTAM . . . sed Italia *scripsi:* NEC POSSE ITALIA TEVCRORVM AVERTERE REGEM detraxit prouincia more suo praepositionem *B* NEC POSSE ITALIA sic et in septimo uincor ab aenea et detraxit more suo prouinciae praepositionem non enim dixit de italia sed italia *KLH, nisi quod* ab italia *post* ITALIA *add. l* VICTAM ut in septimo uincor ab aenea et (se *C*²) uictum (uictam *C*²) pronuntiat uelut uictum (uictam *C*²) alii iratum (iratam *C*²) tradunt. NEC POSSE ITALIA id est ab italia et detraxit prouinciae more suo praepositionem *C* (id est ab italia *erasis* teucrorum auertere regem sic et in VII. uincor ab aenea *add.* *C*³. *idem* non enim dixit . . . italia *post* praepositionem *addidit*) N. P. I. T. A. R. sic et in septimo uincor ab aenea et detraxit prouinciae suo more praepositionem *M* (non enim . . . italia *add.* *m*) ‖ 6 alii iratam tradunt *secludenda videntur. vel ad* Iuno *vel ad* haec secum *in antiquo aliquo Vergilii exemplari* irata *adscriptum fuisse suspicor* ‖ 8 *ad v.* 38 Teucrorum] quia Teucer et Scamandrus Creta profecti sunt. quos hospitio accepit Dardanus de aduenisque ciues facti sunt, Batiamque (abatiamque) Teucri filiam Dardanus sibi iunxit. *P* ‖ 12 soceros *C* ‖ 13 quia *supra vers.* *C*² ‖ nihil] *fortasse* Anchisen *vel* Anchisam *possis et* quia *neglecto* Anchisa amisso *cf. Aen.* III 710 ‖ 17 pac *C* pace *C*² 20 *ad v.* 39 quippe uetor fatis] prohibeor. Pallasne] Minerua, quae Pallas ideo dicta quia (quae) Pallantem gigantem occidit. Ne] coniunctio expletiua. an aliter? Classem] ad inuidiam . . . dicat. *P* ‖ inquid *KCL* (inquit *c*)

est. omnis res hominum aut ex nostra voluntate descendit, ut puta sedere surgere; aut ex fati necessitate, ut nasci mori; aut ex deorum voluntate, ut navigare vel honoribus frui. nunc de navigatione agitur; et bene invidiose, quasi etiam huius rei potestatem ei possint fata detrahere. est et alter sensus latens, ut speret se reginam contra exulum fata posse aliquid, si Minervae numen inferius valuit contra fata victorum. PALLASNE Minerva ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ, id est ab hastae concussione; vel quod Pallantem gigantem occiderit. *sane opportune hic Aiacis naufragium ad exemplum adfert, cum de naufragio Aeneae cogitat. et cum bellum meditatur, belli exemplum adfert Mars perdere gentem inmanem Lapithum valuit. 'ne' autem coniunctio expletiva videtur. an aliter?* EXVRERE *exuri dicitur de quo nihil superest, ut quid memorem exustas Erycino in litore classes?* CLASSEM ad invidiam posuit, ut pro una navi classem dicat. sic Venus navibus infandum amissis, cum Orontes solus perisset. aut re vera unam navem significat, ut Horatius me vel extremos Numidarum in agros classe releget. classis enim dicta est ἀπὸ τῶν κάλων, id est a lignis, unde et calones dicuntur qui ligna militibus portant, et καλοπόδια.

40. ARGIVVM *quasi et illud contra fata. et 'Argivum' pro Argivorum; videtur autem specie accusativi singularis pro genetivo plurali usus. et bene 'Argivum' quasi quos ipsa Iuno amat, ut supra pro caris gesserat Argis.* POTVIT ad illud refertur quod superius dixit 'nec posse'. *et invidiose potentiam Minervae exaggerat, quae uno tempore et exurere potuit et submergere.*

---

2 aut ex fati . . . mori] Isid. diff. verb. 219 || 7 Minerva . . . occiderit] exscr. Isid. orig. VIII 75 || 11 Mars] A. VII 304 13 exuri . . . superest] Isid. orig. X 91 || quid] A X 36 || 15 navibus] A. I 251 || 17 Horatius] carm. III 11, 47 || 18 classis . . . portant] exscr. Isid. orig. XIX 1, 15. cf. XIX 34, 2

---

1 omnes *BCLM* (omnis *c*) || descendunt *L* descendi *M* descendere *m* ut pote *B* || 2 ut puta nasci *MC*³ || 5 latens sensus *BCM* || regina *C*, *sed* na *in ras.* *C*² || 6 minerua *BMl* || 7 αηο τογ παλλιν το αορυ *B* αχο τογ ημεγχ το αορε *K* αηο τογ πα^λιν το δερυ *C* αηο τογ ηαιχ το α ρυ *L* (παλλιν *l*) αηο υιταλιχ το λορυ *H* αηο τογ παλλιχ το αορι *M* || 8 giganta occidit *KC* (gigantem *C*³) || 9 oportune *C* || 10 affert *C*² || cogitet *C* (a *eadem ut videtur manus superscr.*) || 11 affert *C*² || 13 memorem] repetam *libri Vergiliani* || 16 orontis *BKLH* *fortasse* Orontis solius || 17 me . . . Numidarum *om.* *B* || extremus *C* || 18 αηο ταη καλων *K* αηο τογ καλοχ *L* αηο των καλοχ *M* || 19 dicuntur] dicti *BM*, *om.* *C* || calopodia *BC* καλοχοαα *K* καλοιτολιλ *H* || 20 *ad v.* 40 Arginum] quasi et illud contra fata. et Arginum pro Arginorum. videtur accusatini singularis species pro genitino plurali. *P* || 23 refertur] referri *P* refert *K* || 24 nec posse italia *C* || 25 et ut *C*

41. VNIVS OB NOXAM in istis sermonibus unius illius ipsius naturaliter media producitur syllaba, sed cum opus est corripitur hac excusatione: nam quotiens vocalem longam vocalis sequitur, ei vires detrahit, ut est insulae Ionio in magno et sub Ilio alto. et ob hoc mutant accentum; in Latino enim sermone cum paenultima corripitur, antepaenultima habet accentum, ut hoc loco 'unius ob noxam' et contra navibus infandum amissis unius ob iram prodimur. NOXAM pro 'noxiam'. et hoc interest inter noxam et noxiam, quod noxia culpa est, noxa autem poena. *quidam noxa quae nocuit, noxia id quod nocitum accipiunt. sane latenter tangit historiam; dicitur enim Minerva in tantum ob vitiatam Cassandram in templo suo solius Aiacis poena non fuisse contenta, ut postea per oraculum de eius regno quotannis unam nobilem puellam iusserit Ilium sibi ad sacrificium mitti, et quod est amplius, de ea tribu, de qua Aiax fuerat, sicut Annaeus Placidus refert.* FVRIAS amorem, ut in bucolicis seu quicumque furor. *alii sic accipiunt, quasi illum in furore deliquisse dicat, Troianos scientes.* OILI Oilei. et non vacat; nam et duo Aiaces fuerunt, et ambo furuerunt, sed ira *armorum* Telamonius, hic amore, *qui Cassandram in templo Minervae capto Ilio stupravit.* et est graeca figura, si dicamus 'Aeneas Anchisae' et subaudiamus filius. hac autem figura utimur circa patres et circa maritos tantum, ut Vergilius Deiphobe Glauci, id est filia, et Hectoris Andromache, id est uxor. *sane hic Aiax, Oilei filius a multis historicis Graecis tertiam manum dicitur post tergum habuisse*

---

4 insulae] A. III 211 ‖ sub] A. V 261 ‖ 7 navibus] A. I 251 ‖ 15 in bucolicis] X 38 ‖ 22 Deiphobe] A. VI 36 ‖ 23 Hectoris] A. III 319

---

1 *ad v.* 41 Unius ob noxam] in istis sermonibus . . . corripitur. nam quotiens uocalem longam uocalis sequitur ei uires detrahit (trahit), et ob hoc mutant accentum . . . accentum. Noxam] pro noxiam (noxam). culpa noxa poena. quidam . . . accipiunt. historia autem est: dicitur . . . sicut Ennius refert. Furias] amorem . . . scientes. Oilei] Oilei non uacat. nam et duo Aiaces fuerunt. sed unus iram habuit, qui Cassandram stuprauit in templo Mineruae, hic amorem (amorem *om.*). et est graeca figura . . . sane hic Aiax Oilei filius. *P* ‖ 2 corripitur] producitur *C* ‖ 3 nam] quod *B M l* ‖ ei *K C l:* superiori *B L H* $C^3$, *om. M* ‖ 4 uires detrahit *K C M l:* detrahitur res *B* res deitur *L* res detrahitur *H* ‖ 5 paen//eultima *K* ‖ 6 corripitur antepaenultima *om. C* (*suppl.* $C^3$) ‖ antepaenaeultima *K* ‖ 7 NOXAM autem *C* ‖ et hoc interest . . . poena] *sic K L H, nisi quod* id est peccatum *post* culpa est *supr. vers. add. l* et noxiam quod noxia culpa est noxa poena *C* noxia enim est culpa id est peccatum noxa uero poena *B M* $C^3$, *nisi quod* enim *pro* uero $C^3$ ‖ 11 uitiatam $C^2$: itiatam *C* ‖ 13 quodannis *P* ‖ 14 amplius] maius *P* ‖ de qua aiax *P* $C^2$: aiax *C* ‖ 15 anneus placidus *C:* ennius *P* Ennius latius *Burmannus* ‖ 16 sic accipiunt *om. P* ‖ 17 OILI *C:* OLEI *B* OLI *K* AIACIS OLEI *L* (OILEI *l*) OLLI *H* OILEI *M* $C^3$ ‖ olei *B L* ‖ et *om. B L M* et *C* ‖ uacat e *C* ‖ 18 et *ante* duo *om. L H M* ‖ 20 figura τῆς πτώσεως *Fabricius* ‖ 22 et *om. K L H* ‖ 24 maltis *C* (*corr. man. rec.*) ‖ tergum post *C*

*quod ideo dicitur fictum, quia sic celeriter utebatur in proelio manibus, ut tertiam habere putaretur.*

42. IPSA bene ipsa; dulcis enim est propria manu quaesita vindicta: unde plus dolet Iuno alienis se viribus niti, ut Aeoli vel inferorum, sicut ipsa flectere si nequeo superos, Acheronta movebo. RAPIDVM velocem, ut est cum rapidus sol nondum hiemem contingit equis, iam praeterit aestas item rapidive potentia solis. *[sed] cum Varro divinarum quinto quattuor diis fulmina adsignet, inter quos et Minervae, quaeritur, cur Minerva Iovis fulmen miserit. antiqui Iovis solius putaverunt esse fulmen, nec id unum esse, ut testantur Etrusci libri de fulguratura, in quibus duodecim genera fulminum scripta sunt, ita ut est Iovis Iunonis Minervae, sic quoque aliorum: nam de Iunonis fulmine Accius ait praefervido fulgore ardor iniectus Iunonis dextra ingenti incidit. quare tum non posuit Minervam misisse fulmen suum? sed multi dicunt, habere quidem Minervam ut Iovem et Iunonem fulmen, sed non tantum valere, ut vindictam suam possit implere, nisi usa esset Iovis fulmine: unde merito queritur Iuno, Minervam, cum de numero minorum sit qui fulmen habent, usam tamen Iovis fulmine.* IACVLATA in libris Etruscorum lectum est iactus fulminum manubias dici et certa esse numina possidentia fulminum iactus, ut Iovem Vulcanum Minervam. cavendum ergo est, ne aliis hoc numinibus demus. *et 'iaculata' pro iaculans, participium passivum pro activo.* E NVBIBVS secundum physicos qui dicunt conlisione nubium fulmen creari. *et indignatur Iuno, quod, cum nubes suae sint, pariter eis Minerva ac Iovis fulmine usa sit, cum sibi neutrum prosit.*

43. DISIECITQVE *quidam volunt fulminum genera quattuor esse:*

---

5 flectere] A. VII 312 ‖ 6 cum rapidus] georg. II 321 ‖ 7 rapidive] georg. I 92 ‖ 8 cum Varro . . . Minervae] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 258 ‖ 13 Accius] trag. Rom. rel. rec. Ribb. p. 220 ed. II. ‖ 23 secundum physicos e. q. s.] Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 258

---

1 prelio *C* ‖ 3 *ad v.* 42 Ipsa iaculata] pro iaculans. participium passiuum pro actiuo posuit. e nubibus. *P* ‖ bene ipsa *om. KC* (*add.* $C^3$) ‖ quaesita] quae ipsa *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 4 uti *M* (niti *m*) ‖ vel] ut *KC* (uel $C^3$) ‖ 8 diuinarum III *Merkelius praef. in Ovid. fast. p. CXV* ‖ novem diis *G. Schmeisser quaest. de Etrusca disciplina part. p.* 17 *coll. Plin. nat. hist.* II 138 ‖ 9 assignet $C^2$ ‖ minaeruae *C* ‖ 13 praefervido Fulgore ardor Iunonis dextra iniectus ingenti incidit *Bergkius qui Attii Clutemestrae haec verba tribuit* fúlguri praeféruido Árdor iniectús Iunonis déxtera ingenti íncidit *Ribbeckius* ‖ 14 quare tum non *scripsi:* quare tum *C* quare non *Commelinus* ‖ 18 queritur $C^2$ *vel* $C^3$: quaeritur *C* ‖ 20 est rusticorum lectum *BKH, nisi quod* et *K* ‖ manibus *B* mannuias *K* ‖ ut Iovem . . . ne aliis hoc] inter quae etiam minerua est sicut supra dictum est cauendum ergo ne confusione hoc aliis *C* (ut ionem uulcanum mineruam unde cauendum est ne hec aliis $C^3$) ‖ Vulcanum] Iunonem *Masvicius* ‖ 22 unde cauendum est *BM* ‖ 27 *ad v.* 43 Disiecitque] fulminum genera quattuor sunt: unum quod dicit dissi-

*unum quod dicitur dissiciens idemque fragosum, alterum transfigens, tertium corripiens, quartum infigens: quas omnes species more suo in unius fulguris descriptione attigit dicens primum 'disiecitque rates', secundum 'illum expirantem transfixo pectore', tertium 'turbine corripuit', quartum 'scopuloque infixit acuto'.* RATES abusive naves; nam proprie rates sunt conexae invicem trabes. *Varro ad Ciceronem ratis dicta navis longa propter remos, quod hi supra aquam sublati dextra et sinistra duas rates efficere videntur. ratis enim, unde hoc translatum, ubi plures mali aut trabes iuncti aqua ducuntur. hinc naviculae cum remis ratariae dicuntur.*

44. ILLVM auctorem scilicet criminis. EXPIRANTEM FLAMMAS non animam dicit 'flammas', sed cum anima fulminis flammas vomentem. et ut superius pleno nomini adiecit 'opum', id est dives opum, sic hic verbo; cum enim plenum sit 'expirantem', addidit 'flammas', ut alio loco 'animas', ut confixi expirant animas. *alii 'expirantem' anhelantem accipiunt. Probus et 'tempore' legit, ut ipse liquefacto tempora plumbo. sed qui legunt 'pectore' de Accio translatum adfirmant, qui ait in Clytemestra de Aiace in pectore fulmen inchoatum flammam ostentabat Iovis. qui 'tempore' legunt de topica historia tractum dicunt; nam Ardeae in templo Castoris et Pollucis in laeva intrantibus post forem Capaneos pictus est fulmen per utraque tempora traiectus. et singulare nomen pro plurali. totius autem Italiae curiosissimum fuisse Vergilium multifariam apparet.*

45. TVRBINE volubilitate ventorum. SCOPVLO saxo eminenti.

---

5 RATES . . . trabes] exscr. Isid. orig. XIX 1, 9 || 6 Varro ad Ciceronem] d. l. l. VII 23 || 13 dives] A. I 14 || 15 confixi] A. XI 883 || 17 liquefacto] A. IX 585 || 18 in Clytemestra] trag. Rom. rel. rec. Ribb. p. 140 ed. II || 24 TVRBINE volubilitate ventorum] exscr. Isid. or. XIII 11, 19 || SCOPVLO . . . σκεπάζειν] exscr. Isid. or. XVI 3, 2

---

ciens . . . infigens. quos (*sic*) omnes attigit dicens . . . trabes. Varro . . . dicuntur. *P* || 1 idemque fragosum alterum transfigens *om. C* (*suppl. in marg. inf.* $C^2$) || 3 fulguris *P:* fulgoris *C* || 6 rates quae σχεδίαι graece dictae sunt *D* || 7 rates *C cf. Neue Formenl. d. lat. Spr.* I² *p.* 184 || nanes *C* || hii *C* || 8 sublati] sublicam *P* || rates enim *P* || 9 unde hoc translatum *om. P* || nel trabes sunt iuncti *P* aut asseres [iuncti] *Varro* || 10 ratariae *scripsi:* ratiamae *C* ratiame *P* ratiariae *Burmannus cf. Gell.* X 25, 5 *Isid. or.* XIX 1, 9 || 11 *ad v.* 44 Illum] auctorem scilicet criminis. Expirantem flammas] cum anima fulminis flammas uomentem. alii 'expirantem' anhelantem accipiunt. *P* || 12 dicit flammas *om. L* (*add. l*) || flammas *om. C* (*add.* $C^3$) || 13 opum id est *om. C* || 14 huic uerbo *B* || 15 animas ut *H:* animimas *K* animas///// *L*, *om. BCM* || expirat *K* || 16 anhelantem $PC^2$: hanelantem *C* || Probus 'e tempore' legit *Steupius de Probis pag.* 101 || 18 actio *C* || clytemerra *C* || in *del. Ribbeckius* || 19 incohatum *Ribbeckius* || 20 typica $C^2$ || 23 apparet $C^2$: apparat *C* || 24 *ad v.* 45 Turbine] uolubilitate uentorum (uerborum). Scopulo] saxo . . . dictus. Infixit] Cornutus ait 'inflixit' uerius, ut sit uehementius. *P*

'scopulus' autem aut a speculando dictus est, aut a tegimento navium, *ἀπο τοῦ σκεπάζειν*. contigerunt autem ista circa Caphereum montem Euboeae. *INFIXIT Cornutus ait 'inflixit' verius, quod sit vehementius.*

46. AST EGO nunc conparat singula. et ne leve esset quod dixerat 'ego', addidit 'deorum regina'; sic Sallustius vos autem, hoc est populus Romanus. *DIVVM autem pro divorum, sicut 'Argivum'.* INCEDO incedere proprie est nobilium personarum, *hoc est cum aliqua dignitate ambulare, ut regina ad templum forma pulcherrima Dido incessit et aut iaculo incedit melior, Sallustius sed incedunt per ora vestra magnifici.*

47. ET SOROR ET CONIVNX physici Iovem aetherem, id est ignem volunt intellegi, Iunonem vero aërem, et quoniam tenuitate haec elementa paria sunt, dixerunt esse germana. sed quoniam Iuno, hoc est aër subiectus est igni, id est Iovi, iure superposito elemento mariti traditum nomen est. Iovem autem a iuvando dixerunt; nulla enim res sic fovet omnia, quemadmodum calor. TOT ANNOS licenter in istis elocutionibus et accusativo et ablativo utimur. dicimus enim et 'tota nocte legi' et 'totam noctem legi'. honestior tamen elocutio est per accusativum. *sane 'tot annos' continuationem significat, 'tot annis' autem intervallum.*

48. ET QVISQVAM non Troianorum, sed omnium generaliter. *IVNONIS autem pro 'meum', nomen pro pronomine.*

49. PRAETEREA postea, ut praeterea vidit, nec portitor

---

6 Sallustius] Iug. 31, 20 ‖ 9 regina] A. I 496 ‖ 10 aut iaculo] A. V 68 Sallustius] Iug. 31, 10 ‖ 12 physici . . . calor] exscr. mythogr. III 3, 1 ‖ 16 Iovem autem . . . calor] exscr. mythogr. II 2 ‖ 19 honestior tamen . . . accusativum] Don. ad Ter. eun. V 8, 49 ‖ 20 sane . . . significat] Don. ad Ter. hec. III 4, 7 ‖ 24 praeterea] georg. IV 502

---

1 dictus est. nam *σκόπελος ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν D* ‖ 2 ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΕΠΑΖΙΝ *B* ΑΠΟ ΤΟΥ CΚΗΙΝ *K* ΑΠΟ ΤΟΥCΚΕΠΙΝ *C* ΑΠΟ ΤΟ CΚΕΠΑΖΙΝ *L* ΑΙΤΟ ΤΟ CΚΕΠΑΖΙΝ *H* ΑΠΟ ΤΟ ΟΚΕΠΖΙΝ *M ἀπὸ τοῦ σκέπειν Isidorus* ‖ contigerunt . . . Euboeae *om. C* (*add. C*[3]) ‖ 5 *ad v.* 46 Diuum] pro diuorum. Incedo] incedere . . . regina ad templum. *P* ‖ 8 proprium *BM* ‖ 12 *ad v.* 47 Iouisque et soror et coniunx] physici Iouem aetherem . . . quomodo calor. Tot annos] pro tot annis, sed ut honestior (onestior) elocutio fiat. *P* ‖ et aetherem *HM* ‖ 13 vero *om. P* ‖ aerem] uerem *P* ‖ 14 esse] ergo *M* ‖ germanam *P* ‖ quoniam] quia *L* ‖ 15 id est Iovi *om. P* Iovi *om. C* ‖ pposito *P* ‖ 16 est] ioui *add. CP* ‖ ab adiuuando *B* ‖ 17 enim] autem *H* ‖ calor unde et Ζεὺς Iuppiter *ἀπὸ τοῦ ζεῖν* a feruore dicitur. *D* ‖ 18 et accusatiuo utimur et datiuo et ablatiuo *B* et accusatiuo utimur et ablatiuo *M* ‖ 19 et totam noctem legi *om. L* (et totam noctem *add. l*) ‖ 20 tamen] autem *BM* ‖ 22 *ad v.* 48 Bella et quisquam] generaliter dicit omnium hominum. *P* ‖ ET *C*: AVT *BKLH* HAVT *M* ‖ omnium] omnigenorum *M*, *sed altera* o *e correctura* ‖ 23 pro pronomine *C*[2]: pronomine *C* ‖ 24 *ad v.* 49 Praeterea] postea . . . portitor Orci. Supplex] ostendit non solum non sibi supplicandum . . . futuram. breuiter utrumque dixit . . . redduntur. *P* ‖ ut praeterea] *in his verbis*

Orci amplius obiectam passus transire paludem. SVPPLEX *breviter utrumque dixit; aut enim suscipiuntur vota precibus, aut honore redduntur. et ostendere vult, non solum non sibi supplicandum, sed nec simplici veneratione dignam futuram.*

50. TALIA FLAMMATO quod superius intermiserat nunc reddidit. nam dixerat superius 'haec secum' et modo ait 'volutans', id est cogitans. *multi sane 'talia volutans' talia revolutans accipiunt.*

51. NIMBORVM nimbi nunc ventos significant, plerumque nubes vel pluvias: ergo prout locus fuerit intellegamus. proprie tamen nimbi vocantur repentinae et praecipites pluviae; nam pluvias dicimus lentas et iuges. *et figurate 'patriam, loca'; unum enim varietas ipsa significat.* LOCA FETA nunc plena, ut alio loco feta armis. sciendum est autem fetam dici et gravidam et partu liberatam, ut fecerat et viridi fetam Mavortis in antro; enixam autem eam fuisse lac, quod pueris praebebatur, ostendit. item fetam gravidam illo loco ostendit, non insueta graves temptabunt pabula fetas. ergo quia feta medius sermo est, bene hoc loco epitheto discrevit, dicens 'graues fetas', ut bonum facinus et malum facinus dicimus, bonum venenum et malum venenum. AVSTRIS figura est celebrata apud Vergilium: et est species pro genere. legerat apud Ennium furentibus ventis, sed quasi asperum fugit et posuit 'austris' pro ventis.

52. AEOLIAM VENIT novem insulae, quae sunt post fretum Siciliae, appellantur Aeoliae ab Aeolo rege, Hippotae filio, licet

---

9 proprie . . . iuges] exscr. Isid. or. XIII 10, 3 ‖ 12 feta] A. II 238 ‖ 14 fecerat] A. VIII 630 ‖ 16 non insueta] ecl. I 49 ‖ 20 apud Ennium] ann. rel. 581 ap. Vahl. ‖ 23 novem insulae . . . retinere] exscr. Isid. or. XIV 6, 37. mythogr. II 52 et III 4, 10

---

*desinit Casselluni quaternio primus, secundus qui continebat commentarium usque ad v.* 135 ideo ait quia Iuppiter *interiit, ut ad Scioppii collationem refugiendum sit.* ‖ 5 *ad v.* 50 Talia flammato] quod . . . ait secum uolutans, id est cogitans *P* 7 talis revolutans *C* ‖ 8 *ad v.* 51 Nimborum] nimbos nunc uentos significat . . . antro. enixam eam fuisse dicit. item fetam grauidam, ut est . . . fetas. Austris] species pro genere. *P* ‖ 9 intellegendum est *BMl* ‖ proprie tamen] nam proprie *P* 10 dicuntur *BCM* ‖ nam pluvias] pluuias uero *P* ‖ nocamus *BCM* ‖ 12 ut alibi *B* ueluti est *P* ‖ 15 item . . . pabula fetas *om. H* ‖ 16 in illo loco *BM* 17 ergo . . . fetas *om. L* (*in marg. add. l*) ‖ epitheto *K*: epitheton *BLHM* epitheta duo *C* ‖ 18 et *om. K* ‖ 19 dicimus *om. K* ‖ et bonum *BC*HM* ‖ et *om. K* ‖ 20 genere] et genus pro specie *add. B* ‖ legerat apud Ennium] ennius *BM* ‖ 21 et . . . ventis *om. K.* ‖ 23 *ad v.* 52 Aeoliam] pro in Aeoliam. nouem autem insulae quae sunt circa fretum Siciliae appellantur Aeoliae ab Aeolo rege, licet propria nomina habeant. Varro autem dicit hunc insularum regem fuisse, ex quarum nebulis . . . ut superius 'hic illius arma'. Vasto antro] physica . . . ueteres ponebant, et etiam pro magno. Clodius commentariorum 'uasta inania magna'. *P* ‖ VENIT ut Italiam fato *C* ‖ nouem autem *C* ‖ circa fretum *C* prope fretum *Cluverius Sicil. ant.* II 14 *p.* 412 ‖ 24 appellabantur *K* appellantur Aeoliae *om. L* (*add. l*) ‖ Hippotae filio *om. KC*

habeant et propria nomina. unde et Vergilius ait Aeoliam Liparen. poetae quidem fingunt hunc regem esse ventorum, sed ut Varro dicit, rex fuit insularum, ex quarum nebulis et fumo Vulcaniae insulae praedicens futura flabra ventorum inperitis visus est ventos sua potestate retinere. AEOLIAM VENIT *in Aeoliam. detraxit (praepositionem), *ut Italiam fato. Aeolus Hippotae sive Iovis sive Neptuni filius. qui cum immineret bellum, quo Tyrrhenus, Lipari frater, Peloponnesum vastare proposuisset, missus ab Agamemnone, ut freta tueretur, pervenit ad Liparum, qui supra dictas insulas regebat imperio, factaque amicitia Cyanam filiam eius in matrimonium sumpsit et Strongulam insulam in qua maneret accepit.** HIC illic, ut superius hic currus fuit. VASTO ANTRO physica ratione hoc fingit poeta. naturale enim est ut loca concava plena sint ventis. *sane 'vasto' pro desolato veteres ponebant. Ennius Iphigenia quae nunc abs te viduae et vastae virgines sunt. ponebant et pro magno. Clodius commentariorum vasta: inania magna.*

53. LVCTANTES elaborantes egredi *vel inter se saevientes.* SONORAS graves sonis, et est tempestatis epitheton. ordo autem talis est, Aeolus ventos et tempestates sonoras vasto antro premit. *quidam 'sonoras' semper strepentes tradunt, ut fluminibusque sonoris; nam sonorum est quidquid sine intermissione sonum servat, sonans vero quod ad tempus auditur. male autem quidam accipiunt 'sonoras' pro sonantes, cum sit proprium 'sonoras', ut θάλασσά τε ἠχήεσσα. aliud est enim ἠχοῦσα, id est sonans.*

54. AC VINCLIS ET CARCERE FRENAT translatio est per poeticam licentiam facta. carcer autem est undecumque prohibemur

1 Aeoliam] A. VIII 416 ‖ 12 hic] A. I 17 ‖ 14 Iphigenia] p. 43 Ribb. ed. II, p. 124 Vahl. ‖ 20 quidam . . . auditur] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 658 fluminibusque] A. XII 139 ‖ 23 θάλασσα] Hom. Il. I 157 ‖ 26 carcer . . . plurali] exscr. Isid. or. V 27, 13 et XVIII 32. cf. Varro d. l. l. V 151 et 153

2 uentorum hippotae siue iouis siue neptuni filium . . . in qua maneret accepit. uarro autem dicit hunc insularum regem fuisse ex quarum *C* ‖ 3 ut *om. K* ‖ 4 imperitis *mythogr. II:* ab inperitis *vel* ab imperitis *libri et Isidorus* ab imperitis creditus est *mythogr. III* ‖ 5 retinere. AEOLIAM VENIT Aeoliam detraxit *C* ‖ Aeolus siue H. s. I. s. N. filius . . . Varro autem dicit *Daniel in marg. exemplaris Basileensis* ‖ 7 tyrrenus lypari *C* ‖ 8 peloponnessum *C* ‖ 9 lyparum *C* ‖ 11 ut superius *om. K* ‖ 12 hic illius arma hic currus fuit *C** ‖ ratione] narratione *H* ‖ 17 *ad v.* 53 Luctantes] elaborantes egredi uel inter se saeuientes (uenientes). Sonoras] graues sonis . . . quod ad tempus auditur. *P* ‖ et laborantes *B* laborantes *L* ‖ 18 graues sonis *K C* H*: grauisonis *B* grauisonas *L* graui sonas *M* ‖ 21 sonorum *C*: sonor *P* ‖ 23 *θαλλασσα τεηχισσα C* ‖ 24 *ηχογκα C* ‖ id est sonans *scripsi:* et sonantes *C* sonans *Masvicius* ‖ 25 *ad v.* 54 Ac vinclis et carcere frenat] translatio est per poeticam licentiam facta. locus enim in quo seruantur noxii carcer dicitur, dictus quasi arcer ab arcendo, undecumque prohibemur exire, et numero singulari tantum declinatur, unde autem erumpunt . . . tradunt. *P*

exire, dictus quasi arcer ab arcendo. locum autem, in quo servantur noxii, carcerem dicimus numero tantum singulari; unde vero erumpunt quadrigae, carceres dicimus numero tantum plurali, licet plerumque usurpet poeta, ut est ruuntque effusi carcere currus. *alii vinclis carceris tradunt, ut quam ferro excisam crebrisque bipennibus instant.*

55. ILLI INDIGNANTES hic aperte ostendit, quid sit 'luctantes'. MAGNO CVM MVRMVRE MONTIS non circum montis claustra, sed cum magno montis murmure fremebant. et est maior sensus: sic fremebant, ut etiam antra possent sonare. *CVM MVRMVRE MONTIS] sic dixit Pacuvius murmur maris, quia ventos murmur sequitur, ut ipse alibi magno misceri murmure pontum.*

56. *CIRCVM FREMVNT quidam hoc loco 'fremunt' id est imperia recusant intellegunt, ut apud Cassium in annalium secundo ne quis regnum occuparet, si plebs nostra fremere imperia coepisset, id est recusare. ita et hic ostendit ventos imperia recusantes. non numquam 'fremere' velle significat, ut arma amens fremit, arma toro tectisque requirit.* CELSA ARCE secundum quod superius diximus. venti enim melius deprehenduntur ex alto. SEDET non otiatur, sed curat; apud antiquos enim 'sedet' considerat significabat, ut alio loco ait Turnus sacrata valle sedebat.

57. MOLLITQVE ANIMOS id est ventos ἀπὸ τῶν ἀνέμων, ut ipse alibi quantum ignes animaeque valent et Horatius inpellunt animae lintea Thraciae. 'mollit' autem ideo dixit, ut per

---

4 ruuntque] A. V 145 || 5 quam] A. II 627 || 11 Pacuvius] p. 133 Ribb. ed. II || 12 magno] A. I 124 || 14 apud Cassium] histor. Rom. rell. rec. H. Peter p. 103 || 17 arma] A. VII 460 || 19 SEDET . . . significabat] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 104 || 21 Turnus] A. IX 4 || 23 quantum] A. VIII 403 || Horatius] carm. IV 12, 2

---

1 are[c]fa *K* || 2 vero *om. KH* || 3 erumpunt] emittuntur *BM Isidorus* (at erumpunt *superscr. m*) ei emittuntur *H* || licet . . . est] et plerumque usurpat poeta ut *B* || 5 quam] cum *libri Vergiliani* || 7 *ad v.* 55 Illi indignantes] hic aperte ostendit, quid sit 'luctantes'. Magno cum murmure montis] fremebant, quod uentos murmur sequitur, nam et murmur maris dicitur. *P* || INDIGNANTES *usque ad* recipiat adiectionem *v.* 96 *desunt in Hamburgensi cuius vices sustinebit Tegernseensis* || 8 non] nam *L* || 9 et . . . fremebant *om. BM* (*add. m*) || 10 antro *KL* (antra *l*) || 13 *ad* 56 Circum fremunt] . . . coepisset. non numquam etiam fremere . . . fremit. Celsa arce] uenti enim . . . curat, 'sedet' enim apud antiquos . . . ualle sedebat. *P* || quidam] alii *P* || 14 intelligunt hoc est imperia recusant *P* || cossium *C* casium *P* || in annalibus *P* || 15 imperia fremere *P* 18 secundum . . . diximus *om. B* || 20 curat est enim curantis et solliciti sedere apud antiquos *C* || 21 alio loco ait] *om. BM* est *P* || secreta *BE* secrata *M* 22 *ad v.* 57 Mollitque animos] id est uentos, ut ipse 'quantum ignes animaeque ualent'. 'mollit' autem mitigat significat. *P* || ipse *om. BK* || 23 et] item *KE* (et *e*) || 24 litea *L* linthea *M* || traciae *BM* tharsihe *L* (thraciae *l*)

transitum ostenderet, vitia naturae nulla ratione mutari, sed mitigari aliquatenus posse.

58. MARIA AC TERRAS CAELVMQVE PROFVNDVM atqui quattuor elementa sunt, terra aqua aër aether. sed hoc loco rite praetermisit aetherem, quia venti non turbant superiora, ut ait Lucanus pacem summa tenent, sed aut terras aut maria aut aërem. nam caelum hoc loco pro aëre posuit, ut Lucretius in hoc caelo qui dicitur aër. *'profundum' autem et sublime dicitur [et profundum mare], ut 'supremum' (et) altum pro supreme Iuppiter, (et) postremum *. potest et ad maria et ad terras referri. quidam 'profundum' in profundum accipiunt, alii pro funditus. et sicut hic 'profundum' in altitudinem, sic alibi fastigia de infima parte forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras.*

59. FERANT auferant; et est aphaeresis. RAPIDI veloces, ut supra. VERRANTQVE verrere est trahere, a rete, quod verriculum dicitur. est autem principalitas verbi verro verris, praeteritum versi, unde et fit participium versus, hinc alibi et versa pulvis inscribitur hasta, id est tracta.

60. SPELVNCIS ATRIS *vel tenebrosis, vel magnis.*

61. ID METVENS timens. ergo Iuppiter timet, non sibi, sed elementis, ne turbentur eruptione ventorum, ut si bellorum tempore dicas virum fortem timere, non sibi, sed liberis suis. *HOC METVENS*] **providens cavens**. MOLEMQVE ET MONTES id est molem montis. et est figura, ut una res in duas dividatur, metri causa interposita coniunctione, ut alio loco pateris libamus et auro, id est pateris aureis.

---

5 Lucanus] II 273 || 7 Lucretius] IV 134 Lachm. || 8 profundum e. q. s.] cf. Non. 460, 19 et 388, 8 M. || 9 pro] Ter. adelph. II 1, 42 || 12 forsitan] georg. II 288 || 16 versi] Prisc. X 7, 42 || 17 et versa] A. I 478 || 25 pateris] georg. II 192

---

1 vitia] uti *K* et uitia *C* || 3 *ad* 58 Profundum] et sublime dicitur et mare profundum, ut supremum altum. *P* (*pro his* Profundum de sublime dicit, et mare profundum ut summum, ultimum *Daniel*) || 4 aqua] mare *B L M E* || recte *M E* || 7 caelo] aelo *K* caeco *M* || 8 'profundum . . . postremum *] *sic locum constituit F. Schoellius. fortasse intercidit* supremum honorem (*A.* XI 61). *cf. Non. p.* 388 || 14 *ad r.* 59 Ferant] auferant . . . ueloces. Verrantque] uerrere . . . id est tracta. *P* || 15 uericulum *K* euerriculum *C* P* || 16 verris] is it *B* uerris uerrit *M* uerrit *E* || 17 unde et fit *K*: unde fit *B M* unde fit et *L* inde fit *E* unde est *C* P* || alibi] uergilius *K* uirgilius *P* alibi uirgilius *E* || 18 tracta] sed archaismos nam nostra omnis uis in animo et corpore sita est *add. C* P, quae huc non pertinent.* || 20 *ad r.* 61 Hoc metuens] Iuppiter non sibi sed elementis ., ne turbentur eruptione uentorum. Molemque et montes] id est molem mmontis . . id est pateris aureis. *P* || HOC METVENS prouidens cauens aut timens *C* || id est timens *M E* || 22 libris *K* || 24 figura] ·· endiadiin ·/· id ipsum *add. l* endiadin *add. me* || ut] cum *C* P* || diuidat *M*

62. FOEDERE modo lege, alias pace, quae fit inter dimicantes. foedus autem dictum vel a fetialibus, id est sacerdotibus per quos fiunt foedera, vel a porca foede, hoc est lapidibus occisa, ut ipse et caesa iungebant foedera porca.

63. ET PREMERE ET LAXAS SCIRET DARE IVSSVS HABENAS permansit in translatione, *ut vinclis et carcere frenat.* 'iussus' autem ob hoc posuit, quia suo nihil facit imperio. nam tolle hoc, et maior est omnibus diis, si ad eius voluntatem possunt elementa confundi: ut ipse Aeolus mihi iussa capessere fas est. simul ventorum ostenditur vis, quibus parum fuerat montem superponi, nisi et regem acciperent, qui ipse quoque alieno pareret imperio. *ET PREMERE E. L. S. D. I. H.*] **alioquin Iunoni obsequi non posset.* *alii 'iussus' ita intellegunt, non cum iuberetur eum hoc facere, sed ita administrare, ut etiam iussus erat, secundum desiderium temporum.*

64. AD apud quem, ut supra.

65. AEOLE rhetoricum est in omni petitione haec observare, ut possit praestare qui petitur, ut sit possibilitas, ut sit res iusta quae petitur, ut habeat modum petitio, ut sequatur remuneratio. et sciendum est secundum hunc ordinem omnes petitiones formare Vergilium, ut in hoc loco possibilitas est 'et mulcere dedit fluctus et tollere vento'. iusta petitio est 'gens inimica mihi'; omne enim quod contra inimicos petimus iustum est. modus petitionis est 'et dissice corpora ponto'. remuneratio 'sunt mihi bis septem praestanti c. n.' AEOLE INCVTE VIM VENTIS ordo ipse est. et est figura parenthesis. inter parenthesin et ellipsin hoc interest, quod parenthesis est quotiens remota de medio sententia integer sermo perdurat; plenum namque est 'Aeole incute vim ventis'. item

---

1 alias pace . . . foedera porca] exscr. Isid. or. XVIII 1, 11 || 4 et caesa] A. VIII 641 || 6 vinclis] A. I 54 || 9 mihi] A. I 77

---

1 *ad v.* 62 Foedere] modo lege . . . foecialibus qui olim foedales dicebantur id est sacerdotes, per quos . . . porca. *P* || modo] id est *K* || quae fit] querit *K* 2 fectialibus *B* fi$^{ci}$alibus *K* fecialibus *reliqui* || foecialibus qui olim foedales dicebantur id est sacerdotes per quos *C** || 7 ab hoc *M* || 8 dis *KM* || 11 et *om. L* || imperio. alii iussus ita intellegunt. non cum iuberetur tunc hoc faceret alioquin iunoni obsequi non posset, sed ita administrare . . . temporum *C* 13 eum hoc facere *scripsi* || 15 *ad v.* 64 Ad] apud quem *P* || pro apud *BLME* 16 *ad* 65 Diuum pater atque hominum rex] Iuppiter . . . ut pater Aeneas. *P* rethoricum enim est *M* rethoricum est enim *E* || 17 praestari quod petitur *Stephanus et Fabricius* || 18 petitur] ut sit petitio iusta nec plus aut minus quam debeat petat *add. C* id est *add. ME*, *fortasse recte* || 20 nam possibilitas *MEl* || 21 uentos *E* || inmica est mihi *K* || 24 ipse *om. BM* (*add. m*) || et est] dicitur autem *K et fortasse L*, et est *certe in ras. novem fere litterarum l* 25 parenthesin] quam *K* || illipsin *K* eclipsin *LE* elipsin *M* || et hoc *K* 27 perdurat. sic a Graeco dicta quod interponatur id est *παρεντίθεται D*

Aeneas rapidum ad naves praemittit Achatem. ellipsis autem est quotiens remotis interpositis deest aliquid, ut est quos ego — post mihi non simili poena; deest enim 'adfligam'. AEOLE] *sane antiqui quotiens a minoribus beneficium petebant, a nomine incipiebant, et erat honoratius si nomen ipsius ante praeferrent.* DIVVM PATER ATQVE HOMINVM REX *Iuppiter. et* periphrasis est, id est circumlocutio. *'pater' autem a Vergilio ad eminentiam ponitur, ut pater Aeneas et pater Appenninus.*

66. ET MVLCERE DEDIT FLVCTVS ET TOLLERE VENTO aliud pendet ex alio; nam qui potest mulcere, potest et tollere, id est erigere in tempestatem. *'mulcere' autem delenire. hinc mulsum quod dulcedine animos nostros permulceat. alii 'mulcere' mitigare, mollire vel fovere.*

67. GENS sermo hic et nationem significat et familiam, sed nunc ad utrumque potest referri. nam aut ad familiam Aeneae aut ad Troianam gentem refertur. *TYRRHENVM] Tyrrhenus cum fratre Lydo regnum ea indulgentia tenuit, ut ingens frequentia populi his contingeret: quae causa summam rerum fecit inopiam, nullo patriam relinquente aut volente peregrinari, quia tanta bonitas erat in regibus. consilium igitur habuerunt, ut partiti turbam, quam alere non poterant, alternis diebus abstinerent a cibis lusibusque vacaretur. atque hac lascivia excogitaverunt talorum tesserarumque iactus pilaeque lusum et tibiae modulationem et concentum symphoniae tubarumque, quibus avocati cives facilius tolerarent ieiunium. novissime tamen quia vincebat necessitas nec ulla consilia famem relevarent, sortiti sunt, uter ex fratribus cum parte populi abiret in quas sors terras dedisset. cum Tyrrhenus*

---

1 Aeneas] A. I 643 ‖ 2 quos ego] A. I 135 ‖ 4 sane antiqui . . . praeferrent] Don. ad Ter. ad. V 6, 3 et 6 ‖ 8 pater Appeninus] A. XII 703 ‖ 14 GENS . . . referri] Isid. diff. v. 270 ‖ 16 Tyrrhenus e. q. s.] Herod. I 94. Dion. Hal. a. R. I 27

1 achaten *BME* ‖ eclipsis *LME* ‖ autem *om. K* ‖ 2 est *om. L* ‖ aliquid ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν *D* ‖ 6 perifrasis est id est circumlocutio *BC* PM, nisi quod* est perifrasis *C* P* circumlocutio id est perifrasis *KLE, nisi quod* circumlocutio est *L* ‖ circumlocutio πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε *Fabricius* ‖ 7 a *om. C** 9 *ad v.* 66 Et mulcere dedit fluctus et tollere nento] aliud . . . tollere. mulcere autem delinire (declinare) . . . fouere. *P* ‖ 14 *ad v.* 67 Gens] natio. Mihi nanigat] id est in meum dolorem. Tyrrhenum] a Tyrrheno quodam, qui summersus erat in mari quod Tusciam alluit, cuius filius Tuscus fuit, a quo Tuscia. Sorte (forte) autem recessit Tyrrhenus a fratre suo Lydo: quaerens alienam terram dimisit suam regnumque fratri. sed praeuenit submersio illius, enasit nero filius eius, habitauit in Tuscia. *P* ‖ 16 TYRRHENVM tyrrhenum mare dictum est nel quod tusciam adluit id est tyrrheniam. tyrrhenus enim . . . quae ab eo nomen accepit. nel certe a tyrrhenis *C* ‖ Tyrrhenus . . . accepit *habet margo exemplaris Basileensis Danielis manu scripta* ‖ 17 his populi *Daniel* ‖ 21 uacaretur *Daniel:* bacarentur *C* uacarent *Commelinus* baccharentur *Lion* ‖ 23 avocati *Munckerus ad Hyg. fab.* 274: aduocati *C et Daniel* ‖ 24 novissimi *Daniel* 26 cum Tyrrhenus] et Tyrrhenus *Daniel*

*sorte iussus discederet. in mari quod Tyrrhenum ab eo vocatur periit. cuius filius Tuscus cum populo evasit in regionem Tusciam, quae ab eo nomen accepit.* TYRRHENVM Tyrrhenum mare dictum est vel quod Tusciam adluit, id est Tyrrheniam, vel *certe* a Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare praecipitaverunt. namque hoc habet fabula, dormientem in litore Liberum patrem puerum nautas abstulisse Tyrrhenos. qui cum esset experrectus in navi, quo duceretur rogavit; responderunt illi, quo vellet. Liber ait ad Naxum insulam sibi sacratam. at coeperunt alio vela deflectere, quam ob rem iratum numen tigres sibi sacratas iussit videri, quo terrore se illi in fluctus dedere praecipites. *alii dicunt, quod stuprum Libero patri inferre temptaverint ac propterea hoc pertulerint.* *MIHI NAVIGAT id est in meum dolorem.* NAVIGAT AEQVOR figura Graeca est; nos enim dicimus per aequor navigat. similiter etiam alio loco t e r r a m, m a r e, s i d e r a i u r o, cum latinitas exigat, ut addatur praepositio *per*. et non vacat quod 'Tyrrhenum' addidit; videtur enim dicere, iam eis Italiam esse vicinam.

68. ILIVM IN ITALIAM PORTANS id est res Ilienses. et invidiose dicit Ilium, quasi ipsam cernat civitatem, cum Troianos aspexerit. *et bene 'Ilium', hoc est quam fata stare noluerint.* VICTOSQVE PENATES *a Graecis.* tacite occurrit quaestioni: portat quidem deos, sed victos, hoc est contemnendos, *ne facere contra invictos nollet.*

69. INCVTE VIM VENTIS duplex sensus est: 'incute' enim si inice significat, 'ventis' dativus est casus, *hoc est, parva est eorum, etiam tu eis da magnam vim;* si autem 'fac', septimus casus est, et erit sensus: fac vim Troianis per ventos, *hoc est, per ventos vim in Troianos incute. Ennius d i c t i s R o m a n i s i n c u t i t i r a m.* SVB-

3 Tyrrhenum mare . . . praecipitaverunt] exscr. Isid. orig. XIII 16, 7 ‖ 5 namque hoc habet fabula e. q. s.] exscr. mythogr. I 122, II 171 ‖ 14 terram] A. XII 197 ‖ 27 Ennius] annal. rel. 582 Vahl.

---

1 sorte *om. Daniel* ‖ 5 praecipitaverunt] deiecerunt *BM* ‖ namque . . . Tyrrhenos] qui liberum patrem dormientem de litore sustulerunt *BM* ‖ 7 esset experrectus *KC*:* esset expergefactus *L mythogr. II, sed* gefactus *in ras. l* euigilasset *BMEl* ‖ quo ducerent illum *E* ‖ interrogauit *C* mythogr. I* ignorauit *M* ‖ 8 responderunt illi] illi dixerunt *BM* ‖ quo nolueris *KL* (uellet *l*) *mythogr. II* ‖ ad *om. KL* (*add. l*) ‖ 9 at *C:* et *KL* ‖ at . . . quam ob rem] sed cum alio uela deflecterent *BME, nisi quod* alio loco *B* ‖ 10 iussit uideri *KCL:* uisibus eorum obiecit *BMEl mythogr. I et II* ‖ in fluctus *om. KC* ‖ 11 dedere praecipites] praecipites dantes mari nomen dederunt *C* ‖ 13 AEQVOR τὴν θάλασσαν πλέει *D* ‖ 18 *ad v.* 68 Ilium] quasi . . . aspexerit. Victosque penates] a Graecis. *P* ‖ 21 PENATES ne timeat Aeolus penates laedere *D* ‖ et deos *L* 22 hoc est *BMl:* et *KLE* id est *C* ‖ 23 *ad v.* 69 Incute uim uentis] id est inice. Ventis] datiuus est. *P* ‖ 27 incutit *Commelinus:* inculit *C*

MERSASQVE OBRVE PVPPES ordo est (inversus) in sensu; ante enim est ut obruantur fluctibus, et sic submerguntur. tota autem Iunonis petitio in sequentibus explanatur. *SVBMERSASQVE OBRVE P.*] **id est obrue, ut submergas.** 

70. *AVT AGE DIVERSOS hoc est disperge illos per diversa, ne ad Italiam veniant; duobus enim generibus deletur exercitus, aut internecione aut dispersione. ET DISSICE CORPORA hic mutavit coniunctionem, nam dicendum erat 'aut dissice corpora'.* CORPORA PONTO tam virorum quam navium, ut ipse alio loco cum de navibus loqueretur et toto descendit corpore pestis. sciendum sane est artem hanc esse petitionis, ut minora inpetrare cupientes maiora poscamus: quod etiam nunc Iuno facit. scit namque se fatis obstare non posse, sed hoc agit, ut eos arceat ab Italia.

71. SVNT MIHI BIS SEPTEM non sine ratione Iuno nymphas dicitur sua potestate retinere; ipsa est enim aër, de quo nubes creantur, ut est atque in nubem cogitur aër. ex nubibus aquae, quas nymphas esse non dubium est. ideo autem nympham Aeolo pollicetur, quia ventorum rex est, qui aquae motu creantur. bene ergo ei iungitur origo ventorum. sane notant Vergilium critici, quia marito promittit uxorem: quod excusat regia licentia, ut Sallustius denas alii alii plures habent, sed reges eo amplius. *vel certe quod ex priore coniuge inprobos filios Aeolus habuerit, vel quod haec quam promittit inmortalis est. alii volunt Iunonem per iram oblitam, Aeolum uxorem et filios habere; quod exinde adserunt, quia Aeolus ad haec nihil ei responderit. et bene Iuno sic pollicetur, quasi Aeolo beneficium ante non concesserit. econtra Aeolus non ad praesens, sed ad praeteritum respondit 'tu mihi quodcumque hoc regni est'.* PRAESTANTI CORPORE NYMPHAE bene etiam istas laudat, ut maior sit in Deiopea pulchritudinis gloria. laudabilius enim est superare laudatos, ut ipse ad maiorem Aeneae gloriam laudat et Turnum.

---

6 duobus . . . dispersione] Isid. orig. XVIII 2, 7 ‖ 9 et toto] A. V 683 10 sciendum . . . poscamus] Don. ad Ter. Andr. II 1, 28. Serv. Lup. ep. 58 p. 111 ed. Bal. ‖ 14 non sine ratione e. q. s.] exscr. mythogr. III 4, 10 ‖ 16 atque] A. V 20 ‖ 20 Sallustius] Iug. 80, 6

---

1 est inversus *F. Schoellius:* est *libri* deest *ego coniceceram.* ordo est in sensu confusus *exemplaria impressa* ‖ 2 submerguntur *scripsi:* submergantur *libri* ‖ submergantur id est obrue ut submergas *C* ‖ 5 *ad v.* 70 Aut age diuersos] hoc est disperge illos per diuersa, ne ad Italiam ueniant. Et disiece corpora] tam uirorum quam nauium, nam dicendum erat 'aut disiece corpora'. *P* 14 *ad v.* 71 Sunt mihi bis septem] non sine . . . non dubium est. Praestanti corpore nymphae] bene . . . gloria. 'praestanti' autem 'corpore' . . . pro genitiuo. *P* ‖ 20 ut Sallustius] iuxta salustium qui ait ita *BM*, *nisi quod* ita ait *M* iuxta salustium *E* ‖ 21 denas alii plures *K* ‖ 26 non concesserit *Commelinus:* concesserit *C*

harum autem quattuordecim nomina, ut quidam volunt, in Georgicis invenimus. *'praestanti' autem 'corpore' pro praestantis corporis, ablativum pro genetivo.*

72. QVARVM QVAE FORMA *dicimus et per se 'quarum quae pulcherrima', et plus ornavit inferendo 'forma pulcherrima'.*

73. CONVBIO IVNGAM *deest eam; et* conubium est ius legitimi matrimonii. et bene 'conubio iungam' dixit, ut hanc ab aliis segregaret, quae a regibus sine lege habentur. solent enim reges inter plures uni praecipuum dare nomen uxoris. et 'conubio' nu brevem posuit, cum naturaliter longa sit. nubo enim, unde habet originem, longa est. sed est tropus systole, qui fit quotienscumque longa corripitur syllaba propter metri necessitatem. ipse alio loco longam posuit, ut est Hectoris Andromache Pyrrhin conubia servas? item cuique loci leges dedimus, conubia nostra reppulit et per conubia nostra et Nomadumque petam conubia supplex. sciendum tamen est, quia plerumque in conpositione vel derivatione principalitatis natura corrumpitur. CONVBIO IVNGAM STABILI PROPRIAMQVE DICABO multa in unum contulit versum quae Iuno promittit; dicendo enim 'conubio' ostendit legitimam, dicendo 'stabili' longam promittit concordiam, id est quae divortio careat, dicendo 'propriam' adulterii removet suspitionem. quod autem adiecit 'dicabo' obsequentem eam fore demonstrat. in usu enim est ut dicamus, sacerdos dicatus est numini, hoc est ad obsequium datus est. *alii 'dicabo' dabo accipiunt. Terentius iam hanc operam tibi dico, id est do, sicuti ab eo quod est dico participium a passivo dictus facit, ut est Iunoni infernae dictus sacer, quamvis alibi lectum sit templis sibi ferre dicatis. 'propriam dicabo' autem deest 'tibi eam'. 'propriam' autem possumus vel firmam*

---

13 Hectoris] A. III 319 ‖ 14 cuique] A. IV 213 ‖ 15 per conubia] A. IV 316 ‖ Nomadumque] A. IV 535 ‖ 24 Terentius] Phorm. I 2, 12 ‖ 26 Iunoni] A. VI 138 27 templis] A. V 60

---

1 ut quidam volunt *om.* *K* ‖ 6 *ad v.* 73 Conubio iungam] deest eam. et conubium est ius legitimi matrimonii. et 'conubio' nu breuem posuit . . . quotiens longa corripitur metri causa. ipse alio loco longam posuit ut 'conubia nostra reppulit'. sciendum tamen quia . . . natura. Stabili] longam . . . ad obsequium latus est. alii 'dicabo' . . . 'propriam dicabo' autem deest 'eam'. *P* ‖ 10 inde *K* ut *P* ‖ 11 qui] que *K* ‖ 12 metri causa *C** ‖ necessitatem. Statius quoque corripuit 'connubialia pandunt antra sinus' *D* ‖ 13 ut est] ut haec *L* ‖ est . . . dedimus *om.* *K* ‖ 15 et . . . supplex *om.* *K* ‖ 17 vel derivatione *om.* *K* ‖ corripitur *B* corrupitur *K* ‖ 19 dicendo . . . legitimam *om.* *K* ‖ legimam *L* legitimum *E* *fortasse* legitimum matrimonium. ‖ 21 suspicionem *BE* ‖ 22 monstrabat *P* ‖ 23 est ut *om.* *P* ‖ 24 datus est] datos *K* datus est *L* datus est. ut ipē p͡r familias voveo: itaque totus cum dictione pronuntiandus est *D* ‖ iam *om.* *libri Terentiani* ‖ 25 sicuti . . . facit] *fortasse* sicuti do et est dico quod participium a passivo dictus facit *i. e. sicuti et dicere interdum idem significat quod dare.*

*vel perpetuam accipere, ut si proprium hoc fuerit. Terentius nihilne esse cuiquam proprium et quod voluptates eorum propriae sunt et da propriam, Thymbraee, domum.*

74. OMNES ANNOS *bene, quia dea est; non enim usque ad senectutem.* MERITIS praestitis, ut alibi nec te regina negabo promeritam, id est praestitisse. et alterum pendet ex altero; meritum enim non nisi ex praestantis descendit beneficio.

75. PVLCHRA PROLE] *bene postremum addidit propter quod matrimonium contrahitur, pulcherrimos filios. et mire hoc Iuno Lucina promittit, quasi non ob libidinem offerat.* PVLCHRA PROLE notanda figura; frequenter enim hac utitur. nam quod nos per genetivum singularem dicimus, antiqui per septimum dicebant, ut hoc loco 'parentem pulchra prole', id est pulchrae prolis. et simpliciter intellegendum est; errant namque qui dicunt ideo 'pulchra' dixisse propter Canacen et Macareum in se invicem turpissimos fratres. illi enim alterius Aeoli filii fuerunt.

76. AEOLVS HAEC subaudis 'dixit', quod ex posterioribus intellegitur, ut supra notavimus. REGINA inferioris personae reverentia est maiorem meritis appellare, non nomine; contra maioris est minorem nomine tantum vocare. qui ordo non nisi per indignationem corrumpitur, ut in duodecimo Sages in extremis rebus Turnum non regem vocat, ut ruitque inplorans nomine Turnum. et alibi de Aristaeo et te crudelem nomine dicit. OPTES *optare non tantum eligere significat, ut alibi optavitque locum regno, sed etiam velle, ut hoc loco 'quid optes' quid velis. Lucilius in VI. quid ipsum facere optes, id est velis. alii 'quid optes' quid petas. sane servavit ordinem: nam qui promittit statim a primo polliceri debet, post si qua vult addat, ut auditor expectatione non pendeat.*

1 si proprium] buc. VII 31 ‖ Terentius] Andr. IV 3, 1 'nihilne esse proprium cuiquam'. ‖ 2 quod voluptates] Ter. Andr. V 5, 4 ‖ 3 da propriam] A. III 85 ‖ 5 nec te] A. IV 334 ‖ 22 ruitque] A. XII 652 ‖ 23 et te] georg. IV 356 ‖ 24 optare . . . regno] Don. ad Ter. Andr. IV 5, 2. Isid. orig. IX 3, 11 ‖ optavitque] A. III 109 ‖ 25 Lucilius] VI 5 Mueller.

4 *ad* 74 Omnes annos] bene . . . id est praestitisse; meritum enim . . . descendit. *P* ‖ 5 nec te] numquam *Vergilius* ‖ 8 *ad v.* 75 Pulchra prole] mire hoc Iuno Lucina promittit, quasi non ob libidinem offerat. frequenter autem hac utitur figura; nam quod . . . id est pulchrae prolis. *P* ‖ PVLCHRA PROLE bene . . . offerat. notanda tamen figura *C* ‖ 12 septimum casum *P* ‖ 13 pulchra] pulchram *K* pulchrae prolis *L*, *sed* is *e corr.* ‖ 15 canacem *L* canacem *M* caiacen *E* ‖ machareum *B M* ‖ 16 filii fuisse narrantur *B M l* fuisse filii narrantur *E* ‖ 17 *ad v.* 76 Aeolus haec] deest dixit. Optes] optare hic uelle significat, alias elegere, ut est 'optauitque locum regno'. *P* ‖ subauditur *B E* deest *M C** ‖ 18 notandum est *B* notatum est *M E* ‖ 19 maioris] meritorum *B M* 21 ut . . . nomine dicit *om. K* ‖ 26 ipsum] me *add. Muellerus* ‖ 28 addere *malim*

77. EXPLORARE deliberare; superius namque multa poposcerat Iuno. hoc ergo dicit: tuum est deliberare, quid velis. *aut certe aperire vel pensare, quale sit desiderium. alii explorare Iovis animum; aut certe 'explorare' explanare; aut certe statuere, an aequum sit quod petis, tuus enim hic labor est.* MIHI IVSSA CAPESSERE FAS EST figura est litotes, quae fit quotienscumque minus dicimus et plus significamus per contrarium intellegentes, ut hoc loco non ait: licet mihi inplere quae praecipis, sed nefas est non inplere quae iusseris. item m u n e r a n e c s p e r n o, id est libenter accipio. *MIHI IVSSA CAPESSERE FAS EST] hoc secundum ea quae aliter dicuntur, aliter audiuntur dictum est.* **[nam] cum dicit non se posse (non) inplere quae Iuno praecipiat, nefas tamen putat [non] inplere praecepta.** *'mihi' sane ultima syllaba produci debet, quia hoc casu omnia vel nomina vel pronomina vel participia in ultima syllaba produci debent. 'capessere' autem est saepe capere.*

78. TV MIHI QVODCVMQVE HOC REGNI rediit ad physicam rationem. nam motus aëris, id est Iunonis, ventos creat, quibus Aeolus praeest. dicendo autem 'quodcumque' aut verecunde ait, ne videatur adrogans, aut latenter paene iocatur poeta; quis enim potest ventos, id est rem inanem tenere? *TV MIHI Q. H. R.] *hoc ad illud respondet 'namque tibi divum pater atque hominum rex'.** *QVODCVMQVE H. R.] *quia ipse rex sub alieno imperio est. 'quodcumque' ergo quod 'clauso ventorum carcere regno', nec in mea manu est nisi iusso ventos emittere.** IOVEMQVE CONCILIAS hysteroproteron in sensu.

---

9 munera] A. VII 261 ‖ 22 quia . . . emittere] cf. Don. ad Ter. hec. IV 4, 21 ‖ 23 clauso] cf. A. I 141

1 *ad v.* 77 Explorare] deliberare et est infinitum. alii explorare Iouis animum. Mihi iussa capessere fas est] figura est litotes . . . ut hoc loco. nam cum dicat non se posse implere (imple) quae Iuno praecipiat, nefas tamen putat non implere praecepta. item alibi 'munera nec sperno', id est libenter accipio. e contrario autem nefas mihi facere non iussa. Capessere] est saepe capere. *P* ‖ 5 MIHI IVSSA CAPESSERE FAS EST figura est litotes . . . ut hoc loco. nam cum dicit non se posse implere quae iuno praecipiat nefas tamen putat non implere praecepta. item alibi munera nec sperno id est libenter accipio. e contrario autem nefas mihi facere non iussa. hoc secundum ea quae aliter dicuntur aliter audiuntur dictum est. MIHI sane . . . produci debent. CAPESSERE autem est saepe capere *C ex his* e contrario . . . iussa *non recepi, quippe quae ad refellendam Servii sententiam videantur adscripta esse. cf. Tib. Donatus ad hunc vers. 'et quod ait "fas est", licebit facere, etiam si illicita iubeas fieri'. vide prolegomena.* ‖ 6 figura est *om. L* ‖ 16 *ad v.* 78 Tu mihi quodcumque hoc regni] nam motus . . . praeest. Iouemque concilias] hysteronproteron . . . antiqui. *P* ‖ TV MIHI QVODCVMQVE HOC REGNI hoc ad illud . . . rex et redit . . . arrogans aut quia . . . est aut latenter . . . tenere. quodcumque . . . emittere. *C* ‖ 18 aut *om. K* ‖ agit *B* agit *M* ‖ 23 ventorum *scripsi*: regnorum *C* ‖ 24 sensu est *L*

non enim Iuppiter conciliatur Aeolo, sed Aeolus Iovi, quasi superiori. conciliantur autem novi, reconciliantur antiqui.

79. TV DAS EPVLIS ACCVMBERE DIVVM hoc est, tu me deum facis. duplici enim ratione divinos honores meremur, dearum coniugio et convivio deorum. unde et in bucolicis nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. *sane 'epulis accumbere' secundum sui temporis consuetudinem dixit; nam olim sedentes vescebantur, sicut ipse meminit gramineoque viros locat ipse sedili et perpetuis soliti patres considere mensis. et apud Homerum sedentes dii epulantur.*

80. *NIMBORVMQVE nubium, ut et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.*

81. HAEC VBI DICTA et a Iunone et ab Aeolo. *et 'dicta' si nomen est, dedit, si participium, deest sunt. et 'haec ubi dicta' pro postquam, adverbium locale pro temporali.* CAVVM ordo est, conversa cuspide cavum montem in latus inpulit. et alibi in latus inque feri curvam compagibus alvum contorsit. *alii 'in latus' pro latus accipiunt. Ennius nam me gravis impetus Orci percutit in latus.* INPVLIT IN LATVS] quasi in rem quae facile cedit ictui.

82. AGMINE vel impetu vel multitudine. agmen enim polysemus sermo est. nam impetum significat, ut illi agmine certo Laocoonta petunt; multitudinem, ut vocat agmina saeva sororum. etiam incedentem exercitum 'agmen' vocamus.

83. *QVA DATA et in undecimo coeant in foedera dextrae qua*

5 in bucolicis] IV 63 ‖ 8 gramineoque] A. VIII 176 ‖ 9 perpetuis] A. VII 176 ‖ 11 et lunam] A. III 587 ‖ 16 in latus] A. II 51 ‖ 18 Ennius] annal. rel. p. 79 Vahl. ‖ 22 illi] A. II 212 ‖ 23 vocat] A. VI 572 ‖ 25 in undecimo] 292

3 *ad v.* 79 Tu das epulis accumbere diuum] hoc est me deum facis ... cubili est. Accumbere] iacere (iecere. *an* sedere?) more antiquo. *P* ‖ 5 inde *K* bucolicis legimus de augusto *ME* ‖ 7 sui *addidi* ‖ 11 *ad v.* 80 Nimborumque] nubium ... tenebat. *P* ‖ 13 *ad v.* 81 Haec ubi dicta] et a Iunone ... temporali. Impulit] quasi in rem quae facile cedit (dedit) ictui. *P* ‖ 14 sunt *om. P* ‖ et *scripsi:* uel *C*P* ‖ 15 uocale *P* ‖ 17 cumpagibus *KL* ‖ 19 pertudit *Vahlenus* ‖ INPVLIT IN LATVS] INPVLIT *recepi ex P*, IN LATVS *ex C, qui* et bene in latus *post Ennianum versum addit.* quasi ... ictui *lemmate omisso, id est post* contorsit *habent BKLME* ‖ 20 cedit] patet *E* (uel cedit *superscr. m. sec.*) ‖ 21 *ad v.* 82 Agmine] uel impetu uel multitudine, nam agmen polysemus sermo est. nam impetum significat, ut 'illi agmine certo Laocoonta petunt' et hoc 'uocat agmina saeua sororum'; nam non multitudinem significat, cum tres sint filiae Plutonis et Noctis, Alecto Tisiphone (thesipone) Megaera, (migaera) quae Parcae et Eumenides dicuntur, sed impetum. *P* ‖ 23 sororum] sed mirum cur agmina dixerit cum tres sint nisi forte etiam impetum voluit simul designare *add. C; quae non recepi, nam ad refellendum Servii praeceptum, non ad Vergilii verba enarranda pertinent.* ‖ 25 *ad v.* 83 Qua data] id est percussione. (peusio) Porta] omnis exitus uel introitus dicitur qua potest uel inportari uel

*datur. 'qua' ergo quoniam. et 'qua data' ad votum ventorum videtur rettulisse.* PORTA omnis exitus porta dicitur, quasi qua potest vel inportari vel exportari aliquid. *aut ideo 'porta', quia 'agmine' dixerat; nam porta proprie aut urbis aut castrorum est.* TVRBINE vi ventorum. et sciendum est, quod quando appellativum est 'turbinis' facit, sed si sit nomen proprium, 'Turbonis' facit, ut Horatius Turbonis in armis.

84. *INCVBVERE MARI tria dicit elementa turbata: 'terras turbine perflant', 'incubuere mari' et rursum 'intonuere poli'. his ergo enumeratis recte adiecit 'intentant omnia mortem'.*

85. EVRVSQVE NOTVSQVE cardinales quattuor venti sunt, de quibus nunc tres ponit, paulo post unum quem omiserat reddit, ut stridens aquilone procella. *VNA EVRVSQVE NOTVSQVE ET AFRICVS] bene modo hos tres ventos inferiores tantum nominavit, qui a sedibus imis mare commovent, Zephyrum et Aquilonem tacuit; Zephyrum, qui ad Italiam ducit, Aquilonem, qui desuper flat. ideo Homerus de eo* καὶ βορέης αἰθρηγενέτης, μέγα κῦμα κυλίνδων. *RVVNT autem modo eruunt.* PROCELLIS procella est vis venti cum pluvia, dicta procella ab eo, quod omnia percellat, *hoc est moveat.*

87. INSEQVITVR CLAMORQVE VIRVM quia praecesserat ventorum sonus, quem et ipsum clamorem possumus dicere. STRIDORQVE RVDENTVM proprie; nam in funibus stridor est. *'stridor' autem est sibilus. Pacuvius in Teucro armamentum stridor et rudentum sibilus.*

88. *ERIPIVNT S. N. Accius in Clytemestra deum regnator nocte caeca caelum e conspectu abstulit.*

2 omnis exitus . . . castrorum est] Isid. orig. XV 2, 22 ‖ 6 Horatius] sat. II 3, 310 ‖ 13 stridens] A. I 102 ‖ 17 καὶ βορέης] Hom. Od. V 296 ‖ 19 procella . . . percellat] exscr. Isid. orig. XIII 11, 22 ‖ 22 proprie . . . est] cf. Isid. or. XIX 4, 1 ‖ 23 in Teucro] trag. Rom. rel. rec. Ribb. p. 119 ed. II ‖ 25 in Clytemestra] trag. Rom. rel. rec. Ribb. p. 140 ed. II

exportari. Turbine] uentorum. et sciendum est, quod quando (quando *om.*) appellatiuum est, turbinis facit, si uero sit nomen proprium 'Turbonis in armis'. *P* ‖ 1 et *scripsi:* uel *C* ‖ 2 quasi *om. Bl* ‖ qua] uel quia *superscr. l* 5 quod quando] quidquid *K* ‖ 6 facit] facere *M* facere genitiuum *E* ‖ sit] *fortasse* fit ‖ 11 *ad v.* 85 Una Eurusque Notusque et Africus] bene hos modo tres uentos inferiores tantum nominauit, Zephyrum et Aquilonem tacuit: Zephyrum (Zephyrum *om.*) qui ad Italiam ducit, Aquilonem qui desuper flat. Procellis] procella dicta quod omnia percellat, id est moueat. *P* ‖ NOTHVSQVE *BLM* 12 reddidit *BLM* (reddit *l*) ‖ 14 modo hos *ego, ut* modo *sit 'hoc loco'*: hos modo *C*P* ‖ qui a sedibus imis mare *Masvicius:* quia sedibus maria iure *C* 17 RVVNT pro eruunt *M et l in marg.* ‖ 19 dicta procella *om. B* procella *om. ME* ‖ 20 *ad v.* 87 Insequitur] sequitur. Stridorque] proprie enim in funibus stridor est. stridor autem est sibilus. *P* ‖ 22 proprie nam *K:* proprie enim *BC*ME* propri//e enim *L*, *sed* enim *vocis* e *et* im *litterae e corr.* ‖ 25 *ad v.* 88 Eripiunt] id est abstollunt *P* ‖ Clytemnestra *C*

89. TEVCRORVM EX OCVLIS numquam enim totum caelum nubibus tegitur, sed illa pars, contra quam flaverint venti. quod autem dixit diem eripi, ad videntum oculos rettulit, non ad naturam. *TEVCRORVM E. O.*] * *bene 'Teucrorum', quibus tempestas inmissa erat.* * NOX INCVBAT nox dicta, quod oculis noceat. 'incubat' autem ideo dixit, quod alienum tempus invasit. nam incubare proprie dicitur per vim rem alienam velle tenere. *aut certe 'nox incubat', ut nihil intervalli esset inter tenebras et mare. aut tempestates, ut in georgicis ipse pater media nimborum in nocte corusca fulmina molitur dextra.*

90. POLI axes, id est extremae partes caeli. *duo enim sunt, notius et borius, a quibus totum caelum contonuisse significat.* AETHER aetherem hoc loco pro aëre posuit. nubes enim, unde et fulmina, aëris sunt, non aetheris: et frequenter Vergilius duo ista confundit.

91. INTENTANT minantur, *ingerunt.* OMNIA autem ad superiora rettulit.

92. EXTEMPLO ilico *statim.* et est augurum sermo. templum enim dicitur locus manu designatus in aëre, post quem factum ilico captantur auguria. AENEAE servavit τὸ πρέπον, ut Aeneam ultimum territum dicat. FRIGORE timore. et est reciproca translatio; nam et timor pro frigore et frigus pro timore ponitur, ut in Terentio uxorem tuam pavitare aiunt non timere, sed laborare frigoribus; utrumque enim in unum exitum cadit, sicut et de calore et de frigore urere dicimus, ut est aut Boreae penetrabile

5 nox . . . noceat] exscr. Isid. orig. V 31, 1 || 9 in georgicis] I 328 || 18 ilico . . . auguria] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Ach. II 89 || 23 Terentio] hec. III 1, 40 'uxorem Philumenam pavitare nescio quid dixerunt'. || 24 utrumque . . . adurat] cf. Don. ad Ter. eun. I 2, 4 || 25 aut Boreae] georg. I 93

1 *ad v.* 89 Caelumque diemque] non totum caelum . . . uenti. 'diem' autem 'eripi' ad uidentium oculos rettulit, non ad naturam. Nox incubat] ideo dixit quod alienum tempus inuasit. *P* || TEVCRORVM EX OCVLIS bene teucrorum quibus tempestas immissa erat numquam *C* || 2 nubilibus *K* || 3 nidente (v *superscr.*) *K* || rettulit] dixit *B* || naturam; nam dies adhuc erat. *D* || 7 retinere *BM* || 8 *fortasse* aut 'nox' tempestas || 11 *ad* 90 Intonuere poli] poli axes, id est extremae partes caeli. duo enim sunt . . . confundit. *P* || caeli, super quibus caelum uertitur, id est πολεῖται, unde et uertices latine, graece πόλοι dicuntur. *D* || 12 nothios et borios *C* P* || 16 *ad* 91 Intentant] minantur . . . rettulit. *P* || 18 *ad* 92 Extemplo] ilico statim . . . captantur auguria. Frigore] timore. et est reciproca translatio, nam unum pro altero poni potest. *P* || 19 auguris manu *Fabricius* || 20 seruat *L* (uel seruauit *superscr. l*) || to prepon *K* ΤΟ (N *superscr.*) ΠΡΕΠΟΝ *L* ΤΟΝ ΠΡΗΠΟΝ *E* ΤΙΟΝ ΠΡΗΠΟΝ i. e. rectus ordo uel dignitas *l in marg. inde fortasse vulgatum est* servavit dignitatem τὸ πρέπον. || 22 iratimor *L* (nam et timor *l*) || ut in Terentio . . . cadit *om. B* || pavitare] i. e. febricitare *superscr. l* || 25 ut est] uritur infelix Dido *add. Lion*

frigus adurat. *nam et Graeci* φρικτὰ *dicunt quae sunt timenda, ut Homerus* [δῶρα μὲν οὐκ ἔτ' ὀνοστά]. *Livius in Odyssia igitur demum Ulixi cor frixit prae pavore. reprehenditur sane hoc loco Vergilius, quod improprie hos versus Homeri transtulerit* καὶ τότ' Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ, ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. *nam 'solvuntur frigore membra' longe aliud est, quam* λύτο γούνατα: *et 'duplices tendens ad sidera palmas talia voce refert' molle, cum illud magis altum et heroicae personae* πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. *praeterea quis interdiu manus ad sidera tollit, aut quis ad caelum manum tendens non aliud precatur potius, quam dicit 'o terque quaterque beati'? et ille intra se, ne exaudiant socii et timidiores despondeant animo, hic vero vociferatur.*

93. INGEMIT non propter mortem ingemit, sequitur enim 'o terque quaterque beati', sed propter mortis genus. grave enim est secundum Homerum perire naufragio, quia anima ignea est et exstingui videtur in mari, id est elemento contrario. DVPLICES duas, secundum morem antiquum. nam duplices duos dicebant, ut hoc loco, et binos duos, et utrosque pro utrumque, ut Cicero binos habebam, iubeo promi utrosque. item Sallustius cum de duobus loqueretur hi utrique ad urbem imperatores erant. *PALMAS manus explicitas.*

94. *TALIA VOCE REFERT profert. 're' abundat. alibi 'refert' respondet, ut Anna refert. sic in consuetudine dicimus: ille mihi rettulit.*

O TERQVE QVATERQVE id est saepius; finitus numerus pro infinito. *et sic erupit in vocem cum dolore Homerus* τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο. *et hoc principium quidam acephalon dicunt, cum intellegi debeat, multa cum intra se cogitasse, postremo in haec erupisse.*

---

2 Homerus] Il. IX 164 || 4 Homeri] Od. V 406. cf. Macrob. Sat. V 3, 9 || 18 Cicero] in Verr. act. sec. IV 14, 32 || 19 Sallustius] Cat. 30, 4 21 PALMAS manus explicitas] cf. Isid. orig. XI 1, 69 || 23 Anna] A. IV 31 25 Homerus] Od. V 306

---

2 δῶρα μὲν οὐκ ἔτ' ὀνοστὰ (Il. IX 104) *quae huc non pertinere apparet, F. Schoellius coniecit ad 'munera nec sperno', quae verba Servius ad v. 77 laudat, adscripta fuisse et errore vel librarii alicuius vel eius qui Scioppii collationem Danielis Servio adaptabat huc delata esse.* || odissia *C* || 3 fixit *C* 5 ὀχθίσας *C* || 6 frigore soluta membra *C* || 7 ET DVPL. T. AD S. PALMAS .I. *C* 12 animos *malim* || 13 *ad v.* 93 Ingemit duplices] duas . . . dicebant. *P* 16 uideatur *K* || id est elemento contrario *om. K* || contrario, ut (VI 670) 'igneus est ollis uigor'. *D* || 17 duos dicebant *scripsi:* duas dicebant *libri* 22 *ad v.* 94 Talia uoce refert] profert. re habundat . . . pro infinito ponitur. *P* || 23 ut initio IV. Aeneid. *Daniel* || in consuetudine sic *C* || 24 VTERQVE *K* pro infinito ponitur *C* P* || infinito. Homeri est de Ulysse (*Od.* V 306) τρὶς μάκαρες . . . φέροντες *D*

95. QVIS et quis et quibus significat: secundum artem enim sic dicimus. ab eo enim quod est 'a qui' in 'bus' mittit, ab eo quod est 'a quo' in 'is' mittit, sed a tertia declinatione in usu sunt dativus et ablativus plurales, licet antiqui omnibus usi sint casibus. denique Cato in originibus ait si ques sunt populi. et declinavit 'ques quium', ut 'puppes puppium'. MOENIBVS ALTIS propter Pergama, quae altissima fuerunt, ex quibus omnia alta aedificia pergama vocantur, sicut Aeschylus dicit.

96. OPPETERE ore terram petere, id est mori. possumus autem sic uti hoc sermone, ut et per se plenus sit et recipiat adiectionem. ergo dicimus et oppetit et mortem oppetit, sicut et exspirat et animam exspirat. FORTISSIME GENTIS atqui in artibus legimus superlativum gradum non nisi genetivo plurali iungi. constat quidem, sed 'gens' nomen est enuntiatione singulare, intellectu plurale. bene ergo iunxit, in gente enim plures sunt, ut alibi ipse ditissimus agri Phoenicum; non enim unus est ager Phoenicum. item Sallustius Romani generis disertissimus. *aut superlativo pro comparativo usus videtur, quasi fortissimis comparandus, non ut vulgo creditur praeferendus.* sane quaeritur, cur Diomedem fortissimum dixerit, cum post Achillem et Aiacem ipse sit tertius, unde et Sallustius ait primum Graecorum Achillem. multi dicunt ideo fortissimum, quia iuxta Homerum et Venerem vulneravit et Martem. alii ad gentem referunt, quod Achilles Thessalus fuit, Aiax Graecus, Diomedes Danaus. multi ad excusationem Aeneae volunt fortissimum dictum, a quo eum constat esse percussum, *ut Iuvenalis vel quo Tydides percussit pondere coxam Aeneae.*

---

1 et quis e. q. s.] [Sergii] explan. in Don. p. 502, 10 K. cf. Don. ad Ter. adelph. II 3, 1 ‖ 5 in originibus] rel. I 1 et ap. Iord. et ap. Pet. ‖ 12 atqui in artibus e. q. s.] Serv. comm. in Don. p. 407, 29 et 431, 22 K. ‖ 16 ditissimus] A. I 343 ‖ 17 Sallustius] hist. fragm. I 2 Kritz. ‖ 21 Sallustius] hist. fragm. III 32 Kritz. ‖ 26 Iuvenalis] sat. XV 66

---

1 *ad v.* 95 Quis] autem et quïbus unum significant, secundum artem enim sic dicimus. ab eo quod est a quo in is mittit, sed a tertia declinatione . . . puppium. *P* ‖ QVIS . . . dicimus *KL*, *nisi quod* nificat *litterae evanuerunt in K*, significat *et* enim *deleta sunt in L:* quis et quibus secundum artem enim sic dicimus *B* QVIS quis et quibus unum significant secundum artem enim sic dicimus *C** QVIS quis et quibus secundum artem sic dicimus *ME* ‖ 3 in his *K* ‖ 5 ait . . . et *om. B* ‖ si ques] siq; *K* ‖ 6 pupes pupium *BK* ‖ 7 pergama id est muros *B* ‖ fuerant *L* ‖ aedificatia *K* ‖ 8 escylus *B* eschilus *L* aescilus *M* ‖ 9 *ad v.* 96 Oppetere] ore terram petere, id est mori. uel oppetit exspirat (et spirat) uel occumbit. Fortissime gentis] superlatiuus (superlatiuum) non nisi genitiuo plurali iungitur. sed gens enuntiatione singulare, intellectu plurale, ut alibi ipse . . . Phoenicum. quaeritur cur Diomeden . . . tertius. alii quod et Venerem . . . ut Iuuenalis dicit. *P* ‖ 11 morte *M* ‖ 13 gradum nominis *B* ‖ 15 plures] plurales *K* ‖ 17 item] ut *B* sic *Ml* ‖ 21 achillen *BM* ‖ 22 fortissimus *K* ‖ 25 percussum *KLH:* superatum *BMC* Pl*

97. TYDIDE vocativus Graecus est; si enim latine diceret, o Tydida debuit ponere. omnia enim patronymica quae in 'des' exeunt apud Latinos primae sunt declinationis, ut saevus ubi Aeacidae telo iacet Hector. *Tydides Diomedes, Tydei et Deiphyles, Adrasti filiae, filius, qui post captum Ilium ad Italiam venit, quod plenius in XI. libro habes. † eo tempore statua cum in templo Apollinis Delphici staret, vi quadam divina ad Corcyram migravit (et) visa est muros Corcyraeorum defendere: nam eius comminatione hostibus fugatis Corcyra bello exempta est.*

98. *NON POTVISSE quasi semper voluerit.* ANIMAM HANC quasi cum dolore 'animam hanc', ac si diceret *infelicem*, quae ad laborem nata est. EFFVNDERE secundum eos qui dicunt sanguinem esse animam, ut ipse alibi purpuream vomit ille animam. nam alio loco aliorum opinionem sequitur, qui dicunt spiritum esse animam, unde est atque in ventos vita recessit.

99. SAEVVS magnus, ut superius diximus. *vel fortis, vel bellicosus, ut est et saevum Aenean agnovit Turnus in armis. vel adversus hostes 'saevus', et est epitheton ad tempus; nam incongruum erat ab Aenea saevum Hectorem dici. aut 'saevus', quod adversum Antenorem et Aeneam et Helenum sentiens Helenam non permiserit reddi. (aut) ideo 'saevus' Hector, quia Aeneas pius. quod autem ait 'Aeacidae telo' vult ostendere feliciorem Hectorem, cui contigerit ab Achille perire, quod ipse optaverit ei congressus, sicut in V. Neptunus Veneri loquitur.* et bene elegit, cum quibus perisse debuerit; ipse enim et fortis est, et numinum proles: recte ergo his iungitur, in quibus talia fuerunt.

100. SARPEDON et in ultima possumus accentum ponere et in paenultima: nam Homerus et 'Sarpedonis' declinavit et 'Sarpedontis', unde et varius accentus est: 'Sarpedonis' enim antepaenultima

---

13 purpuream] A. IV 705 || 15 atque] A. IV 705 || 17 et saevum] A. XI 910

---

1 *ad v.* 97 Tydide] uocatiuus graecus ... declinationis sunt. *P* || 4 deipseles *C* || 7 et *addidi* || 10 *ad v.* 98 Non potuisse] quasi semper uoluerit. Effundere] secundum eos . . . animam. licet alios sequitur qui dicunt . . . recessit. *P* || 11 hanc dixit *HMl* || labores *LM* || 13 ut] et *BM* || 14 aliorum sequitur ille opinionem *L* || 15 ut est *PM* ut est in fine quarti libri *B* || 16 *ad v.* 99 Saeuus] magnus uel fortis . . . Turnus. Aeacidae] Achillis qui fuit filius Aeaci (aeacis). *P* dictum est *BHMl* || 20 elenam *C* || 21 aut *addidi* || 24 legit *C* || 25 certe *C* || 26 *ad v.* 100 Sarpedon] Iouis filius . . . sanguineo. huic autem nomini et in ultima syllaba et in peneultima possumus accentum ponere, nam Homerus et Sarpedonis et Sarpedontis (sarpedon) declinat, unde et uarius accentus est; nam si Sarpedonis dicas in antepeneultima erit, si Sarpedontis peneultima habebit. sed in hoc usurpauit, Sarpedonis (sarpedon his) enim debuit dicere, ut Memnon Memnonis. Simois] nomen . . . breuis est. et hic flumen Troiae est. Correpta] rapta. *P* || 27 Sarpedonis] sap[r]edionis *K* || 28 sarpedontis *K*

habet accentum, 'Sarpedontis' paenultima. sed 'Sarpedontis' usurpavit; naturalis enim declinatio est 'Sarpedon Sarpedonis', ut 'Memnon Memnonis, Sinon Sinonis'. si autem genetivum in 'dontis' miserit, a circumflexo venit, qui est in ultima syllaba nominativi, ut Demophῶn Demophῶntis, Laocῶn Laocῶntis. sic ergo et Sarpedῶn, Sarpedontis. est autem Sarpedon Iovis filius et Laodamiae, *ut alio loco quin occidit una Sarpedon mea progenies*, occisus a Patroclo, *Menoeti filio, armis Achillis induto. huius interitum Iuppiter prosecutus dicitur imbre sanguineo.* SIMOIS nomen hoc integrum ad nos transiit, unde suo est accentu proferendum. nam si esset latinum, in antepaenultima haberet accentum, quia secunda a fine brevis est. *sane bene fecisse videtur Simoentis mentionem, ut ibi videatur pati se optavisse, ubi genitus est, ut alibi tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?* SVB VNDIS et 'sub undis' legimus, et 'sub undas'. sed si 'sub undas', 'correpta' intellege, si 'sub undis', 'volvit'; varia ergo distinctio est. *CORREPTA rapta.*

101. FORTIA CORPORA hoc est virorum fortium corpora; nulla enim est in mortuis fortitudo.

102. TALIA IACTANTI inaniter loquenti, ut alibi atque inrita iurgia iactat et voces dum iactat inanes. AQVILONE ab Aquilone. *ecce hic reddit ventum quem transierat, et a generali tempestate ad speciem transit.*

103. ADVERSA contraria, quia ad Italiam navigantibus Aquilo contrarius est.

104. FRANGVNTVR REMI vel gubernacula, vel quod melius est re vera remi. antiqui enim velis remisque navigabant, ut validis

7 quin occidit] A. X 470 ‖ 13 tunc] A. I 617 ‖ 20 atque] A. X 95 'et inrita iurgia iactas'. ‖ 21 voces] A. X 322 'voces dum iactat inertes'. ‖ 27 validis] A. V 15

---

1 habet . . . paenultima *om.* *K* ‖ 2 enim] autem *BKCM* ‖ 5 Demophῶn Demophῶntis Laocῶn Laocῶntis *Schoellius de acc. l. l. p.* 213: demifoôn tis *B* demofoon demofoontis *KLHM* laucoôn tis *B*, *om.* *K*, laocoon lacoontis *L* laocon laocontis *H* laocoon laocoontis *M* ‖ sic *om.* *L* ‖ 6 et] *om.* *B* a *H* Sarpedῶν Sarpedontis *Schoellius:* sarpedon sarpedontis *libri, nisi quod* Sarpedon *om.* *B* ‖ 7 ut alioquin occidit *P* ‖ 8 menoetis *P* ‖ 12 Simoentis *scripsi:* Simois *C* ‖ 17 undis] undas *KL* (undis *l*) ‖ 18 *ad v.* 101 Fortia corpora] id est uirorum . . . fortitudo. *P* ‖ 19 fortitudo. et ex Homero tractum est (*Il.* XX 22 *sq.*) *καὶ Σιμόεις . . . γένος ἀνδρῶν* *D* ‖ 20 *ad v.* 102 Talia iactanti] inaniter loquenti. *P* ‖ 21 inanes] inertes *BM* at inertes *in marg. adscr.* *H* ‖ 24 *ad v.* 103 Aduersa] contraria . . . contrarius est. *P* ‖ ad italiam ab austro *B* ‖ 26 *ad v.* 104 Franguntur remi] uel gubernacula . . . nauigabant. et de omnibus nauibus hoc dicitur non Aeneae tantum. Tum proram auertit] alii 'prora' legi tradunt, ut sit 'auertit' pro auertitur . . . poni. sed haec uerba . . . praecipito praecipitor. *P* ‖ melius *KLH:* uerius *BC*PMl* ‖ 27 re vera *om.* *C*P* ut validis . . . ventos *om.* *K*

incumbere remis, obliquat sinus in ventos. *et hoc de navi Aeneae, an de omnibus dixit?* *TVM PRORAM AVERTIT alii 'prora' legi tradunt.* AVERTIT pro 'avertitur'. et est figura creberrima. potest namque pro activi verbi significatione passivum poni, ut est et pictis bellantur Amazones armis pro bellant. nec nos debet movere quod bellor non facit, natura enim hoc prohibuit. nam conpone hoc verbum, et invenitur activum, facit enim debello debellor. et contra pro passivi verbi significatione activum ponitur, ut est hoc 'avertit' pro avertitur, et insinuat pavor pro insinuatur, et nox umida caelo praecipitat pro praecipitatur. sed haec verba tantummodo pro se invicem ponuntur, quae et activa esse possunt et passiva, ut est averto avertor, praecipito praecipitor. ergo non possumus dicere quod quidam artigraphus, declinationes activi verbi et passivi pro se invicem poni. nam et neutralis verbi declinatio activa est et communis deponentisve passiva, et aliud est esse activum verbum, aliud habere activi verbi declinationem.

105. DAT LATVS inclinatur. CVMVLO altitudine. *CVMVLO] exuberante fluctu, cum cumulo.* PRAERVPTVS in altum levatus.

106. *HI pro illi vel alii, et bene dicticῶs.* *HIS pro illis vel aliis.* DEHISCENS valde hiscens. 'de' enim augentis est, ut in Terentio deamo te Syre.

107. APERIT ostendit, ut Sallustius caput aperire solitus, id est nudare, ostendere. *sic alibi visa aperire procul montes. sane aliter hic 'aperit', aliter 'ostium aperit'.* HARENIS et ab harenis et cum harenis, id est vel ab imo movebatur mare vel cum ipsis harenis, ut in tempestate solet.

108. TRIS Latinum est. genetivus enim pluralis quotiens in

5 et pictis] A. XI 660 ‖ 9 insinuat] A. II 229 ‖ 10 nox] A. II 8 ‖ 17 CVMVLO altitudine] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IX 344 ‖ 20 DEHISCENS . . . est] exser. Isid. or. X 76. cf. Don. ad Ter. eun. II 3, 40 ‖ in Terentio] heaut. IV 6, 21 ‖ 22 Sallustius] hist. fragm. V 16 Kritz. ‖ 23 visa] A. III 206

3 tradunt ut sit auertit *C** ‖ VERTIT *K* ‖ aduertitur *B* ‖ 6 nam conpone . . . avertit pro avertitur] uerbum componere et inuenitur ubi actiuum ponitur ut est auertit pro auertitur *C* ‖ 7 compositum *B* ‖ debello *om. LH* ‖ dellor *K* ‖ 11 verba *om. K* ‖ 15 activa . . . declinationem] acti aliud habere uerbi actiui declinationem *K* ‖ 17 *ad v.* 105 Dat latus] inclinatur. Cumulo] exuberante fluctu, id est altitudine cum cumulo. Praeruptus] in altum leuatus. *PC** ‖ 19 *ad v.* 106 Hi] pro illi. Dehiscens] ualde hiscens. de enim augentis est. *P* ‖ 20 DIHISCENS *K* ‖ 22 *ad v.* 107 Aperit] ostendit . . . ostendere. *P* ‖ capud *KLH* ‖ solutus *K* ‖ 27 *ad v.* 108 Tris latinum est . . . in is mittit, quotiens in um exit, in es mittit. Saxa latentia] propter tempestatem. haec autem saxa inter Africam Siciliam et Sardiniam et Italiam. ideo autem Itali . . . inierunt. alii Neptunias uocant, ut Claudius dixit. Torquet] iacit inmittit . . . currus. *P*

'ium' exit, accusativum pluralem in 'is' mittit, ut 'puppium puppis'; quotiens in 'um' exit, in 'es' mittit, ut 'patrum patres'.

SAXA LATENTIA *modo* propter tempestatem, *non ut quidam tradunt tranquillo mari; nam quemadmodum latent quae nomen habent?* haec autem saxa inter Africam, *Siciliam* et Sardiniam *et Italiam* sunt, quae saxa ob hoc Itali aras vocant, quod ibi Afri et Romani foedus inierunt et fines imperii sui illic esse voluerunt. unde et Dido l i t o r a l i t o r i b u s c o n t r a r i a, f l u c t i b u s u n d a s i n p r e c o r. quae arae a Sisenna p r o p i t i a e vocantur. *alii dicunt Graecos haec saxa βωμοὺς appellare. quidam insulam fuisse hunc locum tradunt, quae subito pessum ierit, cuius reliquias saxa haec exstare, in quibus aiunt Poenorum sacerdotes rem divinam facere solitos. has aras alii Neptunias vocant, sicut Claudius Quadrigarius I. annalium a p u d a r a s, q u a e v o c a b a n t u r N e p t u n i a e. Varro de ora maritima lib. I u t f a c i u n t h i, q u i a b S a r d i n i a S i c i l i a m a u t c o n t r a p e t u n t. n a m s i u t r a m q u e e x c o n s p e c t u a m i s e r u n t, s c i u n t p e r i c u l o s e s e n a v i g a r e a c v e r e n t u r i n p e l a g o l a t e n t e m i n s u l a m, q u e m l o c u m v o c a n t a r a s.* TORQVET *iacit, inmittit, ut t o r q u e t a q u o s a m h i e m e m. alibi 'torquet' deflectit, ut t o r q u e t m e d i o s n o x u m i d a c u r r u s. alibi regit et frenat, ut c u n c t a t u o q u i b e l l a p a t e r s u b n u m i n e t o r q u e s. alibi sustinet et fert a x e m u m e r o t o r q u e t s t e l l i s f u l g e n t i b u s a p t u m.*

109. SAXA VOCANT ITALI MEDIIS QVAE IN FLVCTIBVS ARAS ordo est, quae saxa in mediis fluctibus Itali aras vocant. *pro quibus hunc ordinem esse ait 'tris Notus abreptas mediis fluctibus in saxa latentia torquet'. alii 'mediis (quae) fluctibus aras' legunt, ut sit ordo 'saxa vocant Itali aras, quae mediis fluctibus', ut desit 'sunt'. Italos autem aliqui non qui in Italia nati sint, sed qui Latine loquantur accipiunt.*

110. DORSVM INMANE eminens, altum, secundum Homerum.

8 litora] A. IV 628 ‖ 9 Sisenna] hist. Rom. rel. rec. Peter p. 278 ‖ 13 Claudius Quadrigarius] hist. Rom. rel. rec. Peter p. 218 ‖ 18 TORQVET iacit e. q. s.] Non. p. 413, 27 M. ‖ torquet] A. IX 668 ‖ 19 torquet] A. V 738 ‖ 20 cuncta] A. XII 180 ‖ 21 axem] A. IV 482 'a. u. t. s. ardentibus a.'

3 non *scripsi:* uel *C* ‖ 6 ob id *L* ‖ 7 inierunt] iecerunt *K* ‖ 9 propriae *L* (propiciae *l*) ‖ dictae sunt propitiae *B* propiciae dicuntur *M* (at uocantur *superscr. m*) ‖ 10 βόμους *C* ‖ 11 ï cuius *C* ‖ 15 hii *C* ‖ 17 latentem *scripsi:* latente *C* ‖ 23 MEDIISQVE *KM* ‖ 24 fluctibus] latentia *add. L* ‖ pro quibus] Probus *coni. F. Schoellius, ego* alii dicunt *pro* ait *conieceram* ‖ 26 quae *addidit F. Schoellius. cf. Charis. p. 275, 16 K. 'cuius recta compositio est talis, tris notus abreptas in saxa torquet, quae saxa mediis fluctibus latentia Itali aras vocant'.* ‖ 29 *ad v.* 110 Dorsum immane] uel eminens, altum, uel eminens planities aut superficies durior. alii pro malo accipiunt propter naufragia . . . contrarium immane dicitur. de hoc loco non absurde ait . . . ut Sinnius tradidit. Mari summo] uel in summo uel in placido. *F*

*vel certe eminens planities aut superficies durior. aut sic ait hic poeta 'dorsum' de saxo, ut Homerus νῶτα θαλάσσης, sicut alibi ipse dorso dum pendet iniquo. quidam 'inmane' pro malo accipiunt positum propter naufragia, quae ibi solent fieri; nam 'manum' bonum dicunt, ergo quod bono contrarium inmane; non enim potest pro magno accipi, (ut) alibi posuitque inmania templa, quia non facile apparent haec saxa, nisi cum mare ventis movetur. 'dorsum' autem hoc loco non absurde ait, quia Graece arae ipsae ἵππου νῶτα dicuntur, ut Sinnius Capito tradidit, secundum Homerum.* MARI SVMMO vel in summo, vel in placido.

111. IN BREVIA ET SYRTES id est in brevia syrtium, quo modo molemque et montes. 'brevia' autem vadosa dicit, per quae possumus vadere. ET SYRTES syrtium sinus duo sunt pares natura, inpares magnitudine, ut Sallustius dicit.

112. *VADIS vada τὰ βραχέα. Varro de ora maritima libro I si ab aqua summa non alte est terra dicitur vadus. et multi sic legunt 'inliditque vadis atque aggere cingit harenae'.*

113. LYCIOS hi Troiae ad auxilium venerant, qui mortuo rege Pandaro Aeneam secuti sunt, unde et in secundo ait comitum adfluxisse novorum. FIDVM fidelem. utrumque nomen idem significat. *quamvis quidam velint fidum amicum, fidelem servum dici. et sic pronuntiandum, ut dolorem adferat talis socii amissio.*

114. IPSIVS ANTE OCVLOS ad maiorem dolorem: unde alibi quaeque ipse miserrima vidi, item qui nati coram me cernere letum fecisti. INGENS PONTVS magna pars ponti. et est tropus synecdoche. A VERTICE aut a puppi, quae vertex navis est, aut ab Aquilone, qui flat a mundi vertice, hoc est a septentrione, ut ipse alibi hic vertex nobis semper sublimis. *quidam 'verticem' hic procellam accipiunt.*

---

1 superficies durior . . . de saxo] cf. Isid. or. XI 1, 91 ‖ 3 dorso] A. X 303 ‖ 6 posuitque] A. VI 19 ‖ 12 molemque] A. I 61 ‖ vadosa . . . vadere] cf. Isid. or. XIII 18, 6 ‖ 14 Sallustius] Iug. 78, 2 'nam duo sunt sinus prope in extrema Africa inpares magnitudine pari natura'. ‖ 19 in secundo] 796 21 quamvis . . . dici] cf. Isid. diff. verb. 207 ‖ 24 quaeque] A. II 5 ‖ qui nati] A. II 538 ‖ 28 hic vertex] georg. I 242

---

6 ut *addidi* ‖ 10 uel placido *BK* ‖ 11 *ad v.* 111 In breuia et syrtes] id est . . . montes. 'breuia' autem dicit uadosa, per quae possumus uadere. *P* 13 possumus uadere *KCLH:* uadi pedibus potest *BM* pedibus uadi potest *l* 15 *scholium ad* VADIS *ante scholium ad* ET SYRTES *habet C* ‖ 18 *ad v.* 113 Lycios] hi Troiae . . . seruum dici. *P* ‖ conuenerant *B* ‖ 23 *ad v.* 114 Ingens pontus] unda, et est tropus synecdoche. A uertice] autem . . . septemtrione. *P* ‖ unde *om. K* ‖ 25 magna pars ponti] unda *C** ‖ 26 synecdoche ut Sallustius in Iugurthino (67) 'ubi signa et scuta erant praesidium hostium' per scuta intelligendum et cetera arma. ideo (*Aen.* IX 368) 'tercentum scutati omnes' pro armati. *D* ‖ A VERTICE autem *C** ‖ 27 ab aquilone uento *C* P*

115. IN PVPPIM *pro puppim: addidit praepositionem.* PRONVS *πρηνής. non nulli sane 'pronum' adverbialiter legunt.* MAGISTER Leucaspis, ut in sexto libro Leucaspim et Lyciae ductorem classis Orontem.

116. TER saepius, finitus numerus pro infinito. crebros enim fluctus facit Aquilo, ut Sallustius crebritate fluctuum ut Aquilone solet. *vel certe quod Graeci τρικυμίαν appellant, ut Sallustius triplici fluctu.* IBIDEM 'ibidem' et 'ubinam' multi dubitant ubi esse debeat accentus, quia 'ibi' et 'ubi' naturaliter breves sunt, sed ratione finalitatis plerumque producuntur in versu, nescientes hanc esse rationem, quia pronuntiationis causa contra usum Latinum syllabis ultimis, quibus particulae adiunguntur, accentus tribuitur, ut 'musaque' 'illene' 'huiusce'. sic ergo et 'ibidem'.

117. *TORQVET AGENS CIRCVM in gyrum circumagit.* VERTEX *vertex dicitur circumacta in se unda et quae quasi sorbere videatur: quod de Charybdi legitur atque imo barathri ter gurgite vastos sorbet in abruptum fluctus, de qua ait Sallustius Charybdis, mare verticosum.*

118. APPARENT aliud est 'parere' et aliud 'apparere'. 'parere' enim est oboedire, ut paret amor dictis, 'apparere' autem, videri, ut apparet liquido sublimis in aëre Nisus. et haec observatio diligenter custodiri debet, licet eam auctores metri causa plerumque corrumpant. RARI vel propter maris magnitudinem, vel quia una perierat navis. *vel 'rari' de multis, ut ostendat statim alios plures periisse. et quomodo 'apparent', si 'ponto nox incubat atra'? aut quia 'crebris micat ignibus aether', aut quia ante ipsius oculos hoc*

---

3 in sexto libro] 334 ‖ 6 Sallustius] hist. fragm. III 52 Kritz. ‖ 7 Sallustius] hist. fragm. IV 38 Kritz. ‖ 14 TORQVET . . . circumagit] Non. p. 413, 25 M. ‖ 16 atque imo] A. III 421 ‖ 17 Sallustius] hist. fragm. IV 37 Kritz. ‖ 19 aliud est e. q. s.] Isid. diff. verb. 31 ‖ 20 paret] A. I 689 ‖ 21 apparet] georg. I 404

---

1 *ad v.* 115 In puppim (pupim)] pro puppim (pupim); addidit praepositionem. Magister] Leucaspis. *P* ‖ 3 leucaspin *KH* ‖ Lyciae] frigiae *KH* litiae *LM* ‖ 4 oronten *K* ‖ 5 *ad v.* 116 Ter] saepius . . . solet. *P* ‖ 6 ut *om. K* ut . . . solet *om. B* ‖ ut aquilone solet *KL*: ut aquilo solet *C*PM* ut aquilone sonet *H et LR Vos. Burmanni* ‖ 7 τρικυμίαν *Commelinus:* triciniam *C* ‖ 10 producuntur] producunt *coni. Schoellius d. acc. l. l. p.* 136 ‖ versu] metro *L* ‖ 11 nuntiationis *K* ‖ 13 ibîdem *M* ‖ 14 *ad v.* 117 Torquet agens circum] in gyrum circumagit . . . uidetur. *P* ‖ 17 qua *scripsi:* quo *C* ‖ verticosum *scripsi:* uerticulosum *C* uorticosum *Kritzius* ‖ 19 *ad v.* 118 Apparent] uidentur. parere uero aliud significat, obedire. Rari] uel propter . . . perierat nauis. Nantes] prima uerbi positio . . . humilis expositio. tamen epitheto subleuat, nam addidit 'uasto'. *P* ‖ parare et aliud apparare perere *K* ‖ 20 apparare *K* ‖ 22 diligenter . . . plerumque *om. K* ‖ custodiri debet] obseruanda est *B* ‖ auctores] al auctoritas *superscr. l* ‖ causa] uel clausulae *add. B* ‖ 23 corrumpant] dirumpant *K* al corrumpat *superscr. l*

*evenit.* NANTES prima verbi positio est 'no nas nat', unde est nare per aestatem liquidam. prima syllaba naturaliter longa est, licet 'natare' 'na' brevis sit in eadem significatione. IN GVRGITE VASTO tapinosis est, id est rei magnae humilis expositio. prudenter tamen Vergilius humilitatem sermonis epitheto sublevat, ut hoc loco 'vasto' addidit. item cum de equo loqueretur ait cavernas ingentes.

119. ARMA VIRVM bene addidit 'virum', *id est virorum.* arma enim dicuntur cunctarum artium instrumenta, ut Cerealiaque arma, item colligere arma iubet et alio loco dicendum et quae sint duris agrestibus arma. TROIA differentia in hoc sermone est et in sensu et in syllabis. nam cum provinciam dicimus, *nam Troia provincia, Ilium ipsa civitas,* et principale est nomen, brevis est 'Tro.' quando autem non est principale et derivatio est, longa est 'Tro.', ut Troius Aeneas. GAZA Persicus sermo est et significat divitias, *unde Gaza urbs in Palaestina dicitur, quod in ea Cambyses rex Persarum cum Aegyptiis bellum inferret divitias suas condidit.* est autem generis feminini, ut et gaza laetus agresti. quo exemplo apparet quoque superfluo quaeri a multis, quemadmodum potuerit aurum natare, nescientibus gazas, id est opes, dici omne quod possidemus. *aut certe hyperbole tempestatis, ut etiam ponderosa ferri potuerint.* PER VNDAS 'per' quidam nolunt *

120. IAM VALIDAM zeugma est ab inferioribus 'vicit hiems'. quod fit et a superioribus et a medio, plerumque et ad utrumque respondet,

---

2 nare] georg. IV. 59 || 6 cavernas] A. II 19 || 8 arma . . . instrumenta] Isid. or. XVIII 5, 1 || 9 Cerealiaque] A. I 177 || 10 colligere] A. V 15 || dicendum] georg. I 160 || 15 Troius] A. I 596 || 16 unde Gaza . . . condidit] Isid. or. XV 1, 16. cf. comm. Luc. III 216 || 18 et gaza] A. V 40

---

5 prudentior *C* || epitheto *MC**: epitheton *BKH* epitheto,,, *L* || sublevat] sublenatum *B* || 8 *ad v.* 119 Arma uirum] bene addidit uirum, arma enim . . . cerialiaque arma. Troia] differentia . . . et breuis est 'Tro'. quando deriuatio longa est 'Tro' . . . laetus agresti. et non aurum et argentum sunt gazae, sed omnes opes. *P* || 9 cerialiaque *K* || 13 nomen] et disyllabum *add. Ml* || 14 et breuis *BHM* || non est principale et derivatio est] uel quando autem est possessiuum trisillabum est et longa est tro *superscr. m* est possessiuum ut hic trisyllabum est *superscr. l. simile aliquid in Cassellano quoque ab altero correctore* (*C*[3]) *in margine adscriptum fuisse conicio. testatur certe Scioppius post* nolunt (*lin.* 22) *codicem praebere* et troia possessiuum aiacesseseoin, *quae non recepi. ceterum* et derivatio est *non videntur Servii esse.* || 15 et longa *BM* 16 ridaestina *P* || 17 aegytis *P* || 19 quo exemplo . . . gazas] quaeritur tamen a multis quemadmodum potuit aurum natare nescientibus gaza *C* || 22 *post* nolunt *lacunam indicavi. fortasse* 'per' quidam volunt 'inter'. *cf. ad Aen.* IV 56 notant *coni. F. Schoellius* || 23 *ad v.* 120 Iam ualidam] zeugma est ab inferioribus 'uicit hiems', quod fit . . . quod si contingat, antiptosis fit, non regula, ut 'haeret pede pes' pro 'pedi'. *P* || zenuma *K* zeuma *BLM* || vicit hiems *om. K* || vicit] ut dicit *B*

ut Troiugena, interpres divum, qui numina Phoebi, qui tripodas, Clarii laurus, qui sidera sentis et volucrum linguas et praepetis omina pinnae. ecce hoc loco 'sentis' et ante dicta et sequentia concludit. ILIONEI antiptosis est, pro genetivo enim dativum posuit; nam constat huiusmodi Graeca nomina dativum singularem in ei diphthongum mittere, ut Orphei; nam illa solutio est cum Orphei separatim dicimus: nec modo 'Ilionei' possumus dicere adstrictum esse genetivum, ut ipse sit qui et dativus. quod si forte contingat, non regula mutatur, sed antiptosis fit, qua plerumque utuntur poetae, ut urbem quam statuo vestra est pro urbs, item haeret pede pes pro pedi.

121. VECTVS qua vehebatur significat. et pro praesenti participio, quod non habemus, praeteritum posuit. in Latino enim sermone a passivo verbo praesens participium non est, neque ab activo praeteritum. sed quod uno sermone explicare non possumus aut circumlocutione ostendimus, aut si hoc nolumus, participium pro participio ponimus, sed usurpative, ut hoc loco factum est. *ABAS Abantes aliquot tradunt: hic unus, Aeneae comes; alter quem in Troia Diomedes occidit; tertius est Argivus, cuius clipeum tertio libro Apollini consecrasse dicit Aeneam.*

122. VICIT HIEMS 'hiems' duas res significat: aut tempus aut vim venti, *per quam oritur tempestas.* ergo pro loco intellegendum est. *Accius unde estis nautae huc hieme delati. sic et Varro.* *LAXIS pro laxatis, nomen pro participio.*

123. IMBREM imber dicitur umor omnis, ut Lucretius ex igni terra atque anima nascuntur et imbri, id est umore. *IMBREM*]

---

1 Troiugena] A. III 359 || 10 urbem] A. I 573 || 11 haeret] A. X 361 || 12 VECTVS qua vehebatur e. q. s.] Serv. comm. in Don. p. 417, 23 K. || 19 tertio libro] 286 || 23 Accius] trag. Rom. rel. rec. Ribb. p. 223 ed. II || 25 Lucretius] I 715 'e. i. t. a. a. procrescere e. i.' cf. Isid. or. XIII 10, 4

---

2 clari *KH* || et volucrum . . . pinnae *addidi* || 4 conclusit *Ml* || 5 dat̃o inposuit *H* || constat enim *BM* || 6 diphthongum *om. K* || Orphei] unde protulit uirgilius orphi per conglutinationem duarum litterarum in unam. si enim ilionei genitiuus accipiatur corripitur i contra regulam *add. lm in marg.* || 7 est cum] at *C* || Orphei separatim *BC:* orphei *KLHPM* orphei dicimus separatim *l* || 8 possum *K* || adstrictum *H:* /strictum *L* strictum *BCM* adtrictum *K* || si *KP:* etsi *CLHM* || 12 *ad v.* 121 Vectus] qua uehebatur significat . . . aut circumlocutione ostendimus aut partem pro parte ponimus, sed usurpatiue. *P* 14 actiuo uerbo *H* || 19 cuius tertio libro clypeum *C* || 21 *ad v.* 122 Vicit hiems] hiems . . . oritur tempestas. Laxis] pro laxatis . . . participio. *P* || hiems *om. K* || 25 *ad v.* 123 Accipiunt imbrem] imber dicitur humor omnis, ueteres enim omnem aquam imbrem dicebant, ut Lucretius . . . id est humore. Fatiscunt (fatescunt)] abundanter aperiuntur . . . ab hiare. *P* (ueteres . . . dicebant *eodem quo P loco habet C**) || 26 id est umore *om. C*

**veteres enim omnem aquam imbrem dicebant. Ennius imbrem pro aqua marina ratibusque fremebat imber Neptuni.** FATISCVNT abundanter aperiuntur; 'fatim' enim abundanter dicimus, unde et adfatim, hiscere autem aperiri, *verbum frequentativum ab hiare.*

125. *EMISSAM HIEMEM hic apertius tempestatem declarat significari ex Graeco; nam et illi χειμῶνα tempestatem dicunt. et bene veteres nostri 'hiemem anni' dicebant, ne tempestas posset intellegi.* IMIS bene in imo voluit esse Neptunum, ut iam factam cognosceret tempestatem, non incipientem vetaret.

126. STAGNA stagnum dicitur aqua stans, sed nunc profunda maris significat ab eo, quod non nisi nimia tempestate turbantur. ergo 'stagna' et 'imis vadis refusa' aliud pendet ex alio, quia inmobilis aqua in imo maris tantummodo est, *quam tunc ab imo motu dicit esse turbatam.* *GRAVITER COMMOTVS opportune Neptunum ait commotum cum maria turbantur, quia plerumque poetae Neptunum pro mari ponunt.* ET ALTO PROSPICIENS aut e mari erigens caput, aut mari providens. *quidam 'alto' caelo accipiunt, quia ait 'iam caelum terramque'.*

127. PLACIDVM CAPVT quaerunt multi quemadmodum 'placidum *caput*', si 'graviter commotus'? quasi non possit fieri, ut irascatur ventis, propitius sit Troianis. uno autem epitheto more suo habitum futurae orationis ostendit, ut alibi uno sermone 'tum quassans caput'. *PLACIDVMQVE CAPVT*] **epitheta alia naturalia sunt, alia ad tempus. et 'placidum' ut naturale Neptuni est, ita 'graviter commotus' ad tempus ob factam tempestatem.**

128. *DISIECTAM AENEAE T. V. A. C. hic ostendit Aeolum omnia Iunonis praecepta conplesse. nam 'submersasque obrue puppes' in Orontis sociorumque eius interitu; 'aut age diversas et dissice corpora ponto' 'disiectam Aeneae toto videt aequore classem'.*

---

1 Ennius] ann. rel. p. 73 Vahl. || 2 FATISCVNT abundanter aperiuntur] cf. Luct. Plac. gloss. p. 48, 4 Deuerl. || 22 tum] A. VII 292

---

1 Ennius . . . Neptuni *huc transposui, post* imbri (*p.* 56, 26) *habet C* || 5 *ad v.* 125 Emissam hiemem] aperte hic declarat tempestatem significari ... dicunt. *P* 6 ΚΕΙΜΩΝΑ *C* ΚΙΜΩΝΑ *P* || 10 *ad v.* 126 Stagna] stagnum dicitur . . . pendet ex alio. Ex alto prospiciens] erigens caput. quidam 'alto' caelo accipiunt. *P* 12 pende *K* || 13 imi *H* || 19 *ad v.* 127 Placidum caput] quo modo placidum, si grauiter commotus? quasi non potuerit fieri, ut irasceretur (irascetur) uentis, propitius esset (esse) Troianis. epitheta enim alia naturalia sunt . . . ob factam tempestatem. uno autem epitheto habitum futurae orationis ostendit. *P* (epitheta enim . . . ob factam tempestatem *eodem quo P loco habet C**) || 20 potuerit *C** || irasceretur *C** || 21 sit] esse *C** || epitheton *KH* epitheton *L* || 22 uno] unc *L*, *inde* hoc *l* || tunc *KH* || 28 sociorumque *Masvicius:* sororumque *C*

129. CAELIQVE RVINA id est tonitribus, quorum sonus similis est ruinis.

130. NEC LATVERE DOLI FRATREM IVNONIS ET IRAE aut doli Iunonis, aut fratrem Iunonis. gemina ergo distinctio est. *FRATREM IVNONIS] quod et ipsa Saturni est filia.*

131. EVRVM AD SE ZEPHYRVMQVE VOCAT per hos omnes intellege; isti enim sunt cardinales. *'ad se' autem ἠθικῶς. cur tamen Zephyrus, qui ad Italiam ducit, quem poeta supra tacuit, nunc vocatur? ira in hoc Neptuni exprimitur, si etiam eum obiurgat, qui non adfuerit.*

132. GENERIS FIDVCIA VESTRI Astraeus enim unus de Titanibus, qui contra deos arma sumpserunt, cum Aurora concubuit, unde nati sunt venti secundum Hesiodum. et hoc loco fiduciam pro confidentia posuit, cum fiducia in bonis rebus sit, confidentia in malis.

133. IAM CAELVM TERRASQVE aut ordo est 'ausi estis sine meo numine tantas moles tollere et caelum terrasque turbare'? aut certe illud est, quod tria haec numina, licet divisa imperia teneant, videntur tamen invicem regni totius habere potestatem, sicut et ipsa elementa quae retinent physica inter se quadam ratione iunguntur. quod et ipsorum numinum sceptra significant. Iuppiter enim trifido utitur fulmine, Neptunus tridente, Pluto tricerbero. multi enim quaerunt, cur modo Neptunus de alienis conqueratur elementis. *aut certe 'terram' pro mari posuit, ab eo quod continet id quod continetur, quia ipse dicitur Ἐνοσίχθων et Ἐνοσίγαιος, id est movens terram. et caelum pro aëre; constat enim terram cum aqua in aëre libratam. MEO SINE NVMINE hoc est 'et laxas sciret dare iussus habenas'. NVMINE VENTI distingue 'numine', ut 'venti' convicium sit.*

---

11 Astraeus . . . Hesiodum] exscr. mythogr. II 51 || 13 et hoc loco . . . malis] exscr. Isid. diff. verb. 217. cf. Don. ad Ter. Andr. V 3, 5 || 16 aut certe illud est e. q. s.] exscr. mythogr. II 1

---

1 *ad v.* 129 *et* 130 Caelique ruina] id est tonitribus . . . est filia. *P* || RVINAM *B* || 4 ergo *om. L* || 6 *ad v.* 131 Eurum ad se Zephyrumque (zeferumque) uocat] pars pro toto. isti enim cardinales sunt. *P* || 7 ἠθικῶς *F. Schoellius:* et hic ait *C* 11 *ad v.* 132 Generis fiducia uestri] Astraeus unus . . . in malis sit. *P* || 13 Hesiodum (theog. 378 *sqq.*) *Ἀστραίῳ δ' Ἠὼς ἀνέμους τέκε καρτεροθύμους, ἀργέστην Ζέφυρον, Βορέην τ' αἰψηροκέλευθον καὶ Νότον, ἐν φιλότητι θεῷ θεὰ εὐνηθεῖσα Fabricius* || fiducia *KH* || 14 cum fiducia] confidentia *K* || rebus *om. KLH* || 15 IAM caelum rebus terras queordo est *K* || TERRAM *M* || 17 tenent *K* 19 retinent] tenent *malim* || iunguntur. sic in georgicis (I 258) temporibusque parem diuersis quattuor annum *C* || 20 quod et] ut *BM1, om. C* || ipsorum etiam *C* || 21 Neptunus tridente *post* tricerbero *vel* cerbero *habent BMC** || tricerbero *LM:* cerbero *KC*H mythogr.* II 1. cerebro *B cf. mythogr.* I 102 *et* 108

135. QVOS EGO deficit hoc loco sermo; et congrue, quasi irati et turbatae mentis, ut alibi me me, adsum. similiter incipit effari, mediaque in voce resistit. Terentius quem quidem ego si sensero, sed quid opus est verbis? his enim adfectibus tantum sermonis defectio congruit. *QVOS EGO] *subauditur 'ulciscar'. ergo ἀποσιώπησις est, hoc est, ut ad alium sensum transeat, ideo abruptum et pendentem reliquit. et necessarium post tale schema 'sed' coniunctionem sequi, ut quamquam o, sed.** SED MOTOS PRAESTAT prudenter agit; plus est enim innocentibus succurrere, quam nocentium delicta punire. PRAESTAT melius est, ut praestat Trinacrii metas lustrare Pachyni. et notandus sermo. nam et per se plenus est, et tam accusativo iungitur quam septimo. dicimus enim et 'praestat illum' et 'praestat illo'.

136. POST MIHI NON SIMILI POENA COMMISSA LVETIS aut 'non simili poena', id est non ea qua Troianos adfecistis, aut certe 'mihi non simili', id est vehementer irato. *POST MIHI N. S. P. C. L.] pro 'non inpune eritis posthac'; nunc enim nullam poenam sentiunt, nisi forte obiurgationis. *'commissa' autem hic pro peccatis.** LVETIS persolvetis. et hic sermo a pecunia descendit; antiquorum enim omnes poenae pecuniariae fuerunt.

137. MATVRATE FVGAM cum maturitate, id est cum tranquillitate discedite, quo modo dicimus 'matura iracundiam tuam', id est mitiga; perniciosum enim Troianis est, si maturent fugam, hoc est accelerent. *ergo 'fugam' hic tantum discessum accipiendum.*

---

1 deficit e. q. s.] cf. Don. ad Ter. eun. I 1, 20 et V 8, 20. Macrob. Sat. IV 6, 20 ‖ 2 me me] A. IX 425 ‖ incipit] A. IV 76 ‖ 3 Terentius] Andr. I 1, 137 ‖ 8 quamquam] A. V 195 ‖ 10 praestat] A. III 429 ‖ 21 cum maturitate e. q. s.] cf. Macrob. Sat. VI 8, 7 sqq. et Gell. X 11

---

1 *ad v.* 135 Quos ego] deficit hoc loco sermo. et congrue; nam qui irascitur turbatae mentis est. subauditur quos ego ulciscar . . . et pendentem reliquit (reliquid). Sed motos praestat] plus est enim innocentibus succurrere quam nocentium peccata punire. 'praestat' autem melius est. et notandus sermo . . . praestat illo. *P* (subauditur . . . reliquit *eodem loco quo P habet C** ‖ quasi . . . mentis] qui irascitur id est perturbatae mentis est *B* nam qui irascitur turbatae mentis est *C** quasi iratae et perturbatae mentis est *M* ‖ 2 ut alibi . . . resistit *om. C post* reliquit *addens* et necessario . . . quamquam o sed. ‖ me me] mem K mene *L* meine *H* ‖ similiter] item alibi *BMl* ‖ 4 his enim . . . congruit *om. C* ‖ 7 necessarium *scripsi:* necessario *C* ‖ 9 agit] ait *LH* ‖ 11 pachini *libri* ‖ 12 tam accusatiuo quam septimo casui iungitur *L* ‖ 12 *fortasse* tertio *et* 13 praestat illi. *cf. Serv. ad Aen.* XI 438 ‖ illo. commissa autem hic pro peccatis *C* ‖ 14 *ad v.* 136 Post mihi non simili poena] id est non ea qua Troianos affecistis. hoc enim simili poena luetis, quamuis nullam poenam sentiunt nisi forte obiurgatione. Luetis] persoluetis . . . pecuniariae fuerunt. *P* ‖ 15 non mihi *L* ‖ 16 id est non tam vehementer irato *Fabricius* ‖ irato aut pro non impune *C* ‖ 21 *ad v.* 137 Maturate fugam] cum maturitate . . . id est mitiga. *P* ‖ 23 mitigare *KL* (mitiga *l*)

138. SAEVVMQVE vel magnum *et potentem*, ut superius, vel vere saevum in ventos, quia minatur. *TRIDENTEM ideo tridens Neptuno adsignatur, quia mare a quibusdam dicitur tertia pars mundi, vel quia tria genera aquarum sunt, maris, fluminum, fluviorum, quibus omnibus Neptunum praeesse non nulli dicunt.*

139. SORTE ac si diceret potuisse se etiam caelum tenere, Aeolum vero beneficio etiam carceris regna meruisse, * *nec sine suo arbitrio posse quemquam in suo regno habere potestatem.* * *SED MIHI SORTE DATVM 'sorte' ideo ait, quia Iuppiter et Neptunus et Dis pater, Saturni et Opis filii, cum de mundi possessione certamen inissent, placuit ut imperium sorte dividerent: ita effectum est, ut caelum Iuppiter, maria Neptunus, Dis pater inferos sortirentur.* INMANIA aspera; 'manum' enim antiqui bonum dicebant, *sicut supra dictum est*, unde et 'mane' dicitur; quid enim melius? et per antiphrasin 'manes' inferi, quia non sint boni.

140. VESTRAS EVRE DOMOS irascentum est uti proprio nomine, ut Terentius e g o t e i n p i s t r i n u m D a v e d e d a m. aut quasi contra principem tempestatis irascitur, quem primum constat egressum, *quia supra 'una Eurusque Notusque ruunt'*. quod autem dixit 'saxa inmania, vestras domos' de Pseudulo Plauti tractum est, ubi ait n i s i f o r t e c a r c e r e m a l i q u a n d o e f f r e g i s t i s v e s t r a m d o m u m. *et figurate 'saxa, domos'; vario enim significatu idem ostenditur.* *IACTET pro glorietur, sicut in georgicis* n u l l o t a n t u m s e M o e s i a c u l t u i a c t e t. *et hoc ex accidenti sumptum, quoniam quicumque sunt*

13 manum enim e. q. s.] exscr. Isid. or. V 30, 14 et X 139 ‖ 17 Terentius] Andr. I 2, 28 ‖ 20 de Pseudulo Plauti] IV 7, 76 'an etiam ille umquam expugnavit carcerem patriam tuam'? ‖ 23 in georgicis] I 102

4 fluminum] fontium *Lion fortasse recte* ‖ 6 *ad v.* 139 Sed mihi sorte datum] sorte ideo ait . . . sortirentur. Inmania] aspera . . . et mane dicitur. inde per antiphrasin manes uocati, quia non sint boni. *P* ‖ tenere nec sine suo arbitrio posse quemquam in suo reguo habere potestatem aeolum uero *C* ‖ 9 ideo ait] *ab his verbis incipit Casselani quaternio tertius* ‖ dispater *C*, *sed* d *litterae pars superior erasa est, ut* aispater *fieret* ‖ 10 possione *P* ‖ 11 diuiderent *PC*²: euiderent *C* ‖ *inter* iuppiter *et* maria *in C* top *alia manus supra vers. scripsit, quod nescio quid sibi velit* ‖ 12 dissipater *C* ‖ imferos *C* ‖ 14 et . . . inferi] unde per antifrasin manes nominati *C* ‖ sunt *BCL* ‖ 16 *ad v.* 140 Saxa] figurate domos dicit. Iactet] pro glorietur, ueluti 'nullo tantum se Moesia cultu iactet'. et hoc ex accidenti sumptum; nam iactare ad gloriosam (gloriosum) rem pertinet. Aula] inrisio est, quod sequitur 'carcere'. *P* ‖ irascentium *L* irascentem enim *C* (irascentis *C*²) ‖ 17 ut . . . dedam *om. B* ‖ pristinam *C* (pistrinam *C*³) pristinum *L* ‖ dauid edam *KH* daue ... *C* (*sed* e *ex correctura*. daue dedam *C*³) ‖ 18 principem . . . egressum *om. BM* (*add. m*) ‖ 19 dicit *H* ‖ 20 uestras domos *om. B* ‖ pseudolo *Bl* speudolo *C* pseudo *H* (pseudulo *h*) ‖ tractum] translatum *C* ‖ ubi ait *om. BC* (*add. C*³) ‖ 21 finisi *K* ‖ carcere *K* carcer ē *H* ‖ tuli quē *C* (aliquando *C*³) ‖ effregisti *BM* defregisti *C* (effregistis *C*³) *cf. Ribbeckius com. Lat. rel. ed. II. coroll. p.* 56 ‖ 22 uario *C*²: uari *C* ‖ 24 et *ex* ex *C* ‖ accindenti *C*

*in aliqua re gloriosissima motu quodam et incessu corpus suum iactant.* AVLA inrisio est; sequitur enim 'carcere'. et nihil tam contrarium si simpliciter intellegamus.

141. CLAVSO quia dimittere ventos non ipsius est, sed iubentis. *et hoc est foedere certo et dare iussus habenas.* *VENTORVM non otiose, sed per exprobrationem, poterat enim dicere 'vestro', sed ut supra meo sine numine venti.* CARCERE REGNET licet carcer sit, tamen regnum est Aeoli; haec enim pro adfectu possidentis intellegenda sunt, ut alibi cum de rure loqueretur post aliquot mea regna videns mirabor aristas. *et bene regnum Aeoli custodiam carceris dixit.*

142. DICTO CITIVS non antequam diceret, dixit enim 'haec ait'; sed citius, quam dici potest. PLACAT sub poetica licentia physicam quoque tangit rationem. mare enim dicitur esse Neptunus, quem superius dixit graviter commotum, quia tempestas erat. nunc ait 'placat', quia iam sedari coeperant maria.

143. COLLECTAS aut nunc collegit et fugavit, aut ante a ventis collectas fugavit, id est resolvit. *COLLECTAS] colligere enim nubes dicitur caelum, ut aut si nox pluviam ne colligat ante veremur.* *SOLEMQVE REDVCIT per solem serenitas intellegenda, quia superius dixerat eripiunt subito nubes caelumque diemque. quis enim ignorat diem constare per solem? et consequens erat, ut fugatis nubibus sol rediret.*

144. CYMOTHOE nomina deorum plerumque de causis sunt ficta ab elementis, quae numina dici voluere maiores, ut 'Cymothoe',

5 foedere] A. I 62 || 9 post] buc. I 69 || 19 aut] buc. IX 63 || 21 eripiunt] A. I 88

1 gloriosissima $C^2$: gloriosissimo *C* || *post* motu *duae litterae erasae in C* 2 carcer *BCM* || et *om. L* (carcer et *l*) || 3 si aula simpliciter intellegatur *C* (aulam *fuit*) || 4 *ad v.* 141 Clauso] quia uentos emittere non ipsius potestatis est. sed iubentis. Carcere regnet] licet carcer sit, tamen regnum est Aeoli. *P* admittere *B* uentos emittere *C* || ipsius potestatis *C* || est aeoli *B* sed iubentis *omittens* || 6 non otiose] noti‿ciose *C* || 7 CARCERE . . . Aeoli *om. B* || 9 ut *om. KC* (*add.* $C^3$) et *M* || 10 aristas. et alibi (*georg.* IV 132) 'regum aequabat opes animo' *D* || 12 *ad v.* 142 Dicto citius] non antequam diceret . . . dici potest. Placat] quia iam sedari coeperant maria. *P* || haec ait *dubito num Servii sint* 15 grauiter dixit esse commotum *L* || 16 coeperunt *C* || 17 *ad v.* 143 Collectas. solemque reducit] per solem . . . caelumque diemque *P* || COLLECTASQVE FVGAT *C* COLLECTAS. N. *L* || colligit *LH* || effugauit *K* ac fugauit *H* || 19 aut *om. C* at *supr. vers.* $C^2$ || serenitas intellegenda *P*: serenitatem intellegendum *C* || quod superius dixit *P* || 24 *ad v.* 144 Cymothoe] nomina deorum marinorum. Triton] similis deus marinus . . . dicimus enim et adnixus et conisus. zeugma est . . . quod adnixus non conixus. detrudunt naues scopulo, ab aris scilicet, in quas tris Notus. *P* || causi *C* causa $C^2$ || facta *M*

id est cursus fluctuum, ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα. TRITON deus marinus, Neptuni et Salaciae filius, deae marinae ab aqua salsa dictae. ADNIXVS antiquum est, ut 'conixus', quibus hodie non utimur; dicimus enim 'adnisus' et 'conisus'. sed et multa alia usus contra antiquitatem vindicavit. illi enim 'parsi' dicebant, nos dicimus 'peperci'. item nos dicimus 'suscepi', illi dicebant 'succepi', ut succepitque ignem foliis. *ADNIXVS zeugma est, 'adnixi' enim debuit dicere, ut paulo post haud aliter puppesque tuae pubesque tuorum, aut portum tenet. ergo 'adnixus' ad Tritonem tantum pertinet, quia Cymothoen iuvabat. quibusdam sane non videtur zeugma, quia 'adnixus', non 'conixus'. ordo tamen est 'Cymothoe simul et Triton acuto detrudunt naves scopulo', ab aris scilicet in quas tris Notus in s. l. t.*

145. LEVAT leves ac navigabiles facit, ut nostrumque leves quaecumque laborem. et scire debemus prudenter poetam pro causis vel tendere vel corripere orationem, ut hoc loco periclitantibus Troianis tota celeritate dicit esse subventum. contra in quinto libro ubi nullum periculum est latius describit placantem maria Neptunum. item in secundo libro quoniam inminet periculum uno versu ait quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem? **LEVAT laxat, ut atque arta levari vincla iubet Priamus. TRIDENTI autem pro tridente, dativum pro ablativo.*

---

7 succepitque] A. I 175 || 8 haud aliter] A. I 399 || 12 tris] A. I 108 || 14 nostrumque] A. I 330 || 20 quo res] A. II 322 || 21 atque] A. II 146

---

1 αΠΟ ΤΟΥ ΘΙCΙΝ ΤΟ ΚΙΝα *B* αΠΟ ΤΟΥ ΘΕΘΙΝ ΤΟΙCΥΜα *K* αΠΟ ΤΟΥ ΘΕCΙΝ ΤΟ ΚΙΜΑ *C* αΠΟ ΤΟΥ ЄCΙΝ ΤΟ ΚΙΜΑ *L* αΠΟ ΤΟΥ ΛCΙΝ ΤΟ ΚΥΜΑ *H* αΠΟ ΤΟΥ ΟCΙΝ ΤΟ ΚΥΜΑ *M* || 2 maris *B* || sallatiae *L* sallaciae *H* || maris *Bl* || 3 ANNIXVS *BL* (ADNIXVS *l*) quonixus *K* || 6 pepertis ē *K* peperci *C*[3] *in ras.* || item] et *B* || item . . . foliis *om. K* || dicimus *om. B* || dicebant *om. B* || suscepi *LH* (succepi *l*) || 7 ut . . . foliis *om. B* || suscepitque *LH* (succepitque *l*) || et ADNIXVS *C* || 8 *post* enim *undecim fere litterae erasae sunt in C* || haut *CP* || puppesque tuae *om. P* || 10 qui cymothoen iuuat *P* || chymothen *C* || quibusdam sane] aliis *P* || 11 zeugma esse quod *P* || chymothe *C* chymothae *C*[2] || 14 *ad v.* 145 *et* 146 Leuat] leues ac nauigabiles facit . . . laborem. alii 'leuat' laxat, ut 'atque arta leuari uincla iubet Priamus'. Aperit] ostendit. Temperat] tranquillat serenat. *P* || 15 quemcumque *MC*[3] || laborem. alib (alibi *C*[2]) leuat (u *C*[2] *in ras.*) laxat . . . ad nauigandum erant. ceterum bis idem. ergo inmisso . . . patefactum est. Temperat tranquillum facit. Atque rotis summas l. p. l. u. bene non moratur in descriptione (pt *in ras. C*[2]) currus ut citius liberetur Aeneas. at (t *in ras. C*[2]) in quinto ubi nullum periculum est plenius et latius describit placantem maria neptunum. sic etiam in orationibus facit quas pro causis extendit uel contrahit. ut in secundo libro quoniam imminet periculum uno uersu ait quo res summa loco p,,, antu (phantu *fuit*) quam prendimus prendimus arcem *C. citandi signo super* alibi *posito* scire debemus . . . esse subuentum contra *in marg. inf. adscripsit C*[3] || 16 ut hoc loco . . . arcem *om. B* || 17 contra *om. K* || 18 descripsit *K* || mare *L* (maria *l*) || 19 periculum *om. K*

146. *APERIT ideo quia harenarum congerie inpediente praeclusae ad navigandum erant. ergo inmisso in eas mari aptas ad navigandum facit. sic Sallustius sed ubi tempore anni mare classibus patefactum est. ceterum bis idem.* TEMPERAT *tranquillum facit.*

147. *ATQVE ROTIS SVMMAS L. P. V. bene non moratur in descriptione currus, ut citius liberetur Aeneas.* * PERLABITVR VNDAS figura est. quod enim nos modo dicimus per praepositionem nomini copulatam sequente verbo, antiqui verso ordine praepositionem detractam nomini iungebant verbo, ita tamen ut esset una pars orationis, et faciebant honestam elocutionem. nos dicimus 'per undas labitur', illi dicebant 'perlabitur undas'. item 'per forum curro' et 'percurro forum'. notandum plane quod plerumque suum regit casum, plerumque ad ablativum transit.

148. AC VELVTI MAGNO IN POPVLO iste tempestati populi motum comparat, Tullius populo tempestatem: pro Milone equidem ceteras tempestates et procellas in illis dumtaxat fluctibus contionum. *ita et Homerus seditioni tempestatem* κινήϑη δ' ἀγορὴ ὡς κύματα μακρὰ ϑαλάσσης. ideo autem 'magno' addidit, quia ubi frequens est populus, ibi et crebra seditio. *et quidam 'populum' totam civitatem, 'vulgum' vero plebem significari putant.* *SAEPE autem ut fieri solet.*

149. *SEDITIO 'seditio' est (dissensio civium), sicut Cicero ait in de re publica eaque dissensio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, seditio dicitur.* ANIMIS IGNOBILE id est stultum, ut contra nobilem animum prudentium dicimus. ideo etiam paulo post ait 'arrectis auribus'; sumpsit enim translationem ab animalibus,

---

3 Sallustius] hist. fragm. inc. 11 Kritz. || 15 pro Milone] 2, 5 || 17 Homerus] Il. II 144 || 22 seditio e. q. s.] Isid. or. V 26, 11 || in de re publ.] VI 1. p. 843, 2 Halm. || 26 sumpsit enim e. q. s.] Don. ad Ter. Andr. IV 5, 30

---

1 congerie $C^2$: congeri *C* || 2 aptas $C^2$: apt *C* || 3 fecit $C^2$ || 6 PERLABITVR autem *C* || 8 sequentem *C* sequenti $HC^3$ || 11 et *om. L* || 12 plane] namque *B* tamen *C fortasse* sane || suum] accusatiuum *Fabricius* || casum *om. B* || 13 ad *om. BC* (*add.* $C^3$) || 14 *ad v.* 148 Saepe] autem ut fieri solet. *P* || iste *KC*: uirgilius $BLHMC^3$ || 15 Tullius . . . contionum *om. B* || pro Milone . . . contionum *om. K* || ut in milonina equidem *C* (pro milone equidem $C^3$) || 17 concionum *C* || ΚΕΙΝΗΘ ΔΑΓΟΡΗ ωϹ (c *in ras.* $C^2$) ϹΥΜΑΤΑ (ΚΥΜΑΤΑ $C^2$) ΜΑΚΡΑ ΘΑΛΛΕϹΗϹ *C* || 19 populus est $BC^3$ populus *C* || ibi et] ubi *K*, *om. C*, ibi est $MC^2$ || et *Mascicius:* ut $C^2$ *in ras.* || 22 *ad v.* 149 Seditio] desensio cinium secundum Ciceronem. Animis ignobile uulgus] id est stultum . . . neutri est generis. *P* || dissensio civium *addidi* || in//erp̄a.quae (e above) *C* (d *littera erasa est.* e *post rasuram et* e *supr. vers.* $C^2$) || 24 ut *om. BC* (*add.* $C^3$) || 25 ideo . . . animalibus *om. B* || ideo] unde *LM*, *sed e corr. L* || autem *P* || 26 enim *om. CPM* (*add.* $C^3$) || animalibus, ut Terentius 'arrige aures Pamphile' *D*

*quae utique stultiora sunt.* VVLGVS et masculini generis et neutri lectum est: generis neutri hoc loco, alibi masculini, ut in vulgum ambiguas. et hoc est artis ut masculino utamur, quia omnia Latina nomina in us exeuntia, si neutra fuerint, tertiae sunt declinationis, ut pecus pecoris: si autem secundae fuerint declinationis, masculina sunt; 'vulgi' autem facit, non 'vulgeris', ut docti, clari. usurpatum tamen est neutrum genus propter unum Graecum nomen, id est pelagus. cum enim pelagi faciat, neutri tamen est generis.

150. *IAMQVE FACES ET SAXA VOLANT multi non 'volant', sed 'volunt' invenisse se dicunt. sed Cornutus verendum, ait, ne praeposterum sit faces velle, et sic saxa, cum alibi maturius et ex ordine dictum sit 'arma velit poscatque simul rapiatque iuventus'.* FVROR ARMA MINISTRAT sic alibi rimanti telum ira facit. *sane summa velocitate sensus explicitus.*

151. GRAVEM venerabilem, unde et contemptibiles 'leves' dicimus. et bene servat circa hunc rhetoricam definitionem, cui dat et iustitiam et peritiam dicendi, ut 'tum pietate gravem' et 'ille regit dictis animos'. orator enim est vir bonus, dicendi peritus. * *PIETATE GRAVEM cuius illis auctoritas ob pietatem est gravis.* *

152. *ARRECTIS AVRIBVS translatio a mutis animalibus, quibus aures mobiles sunt. an aures pro audiendi sensu posuit, secutus Terentium qui ait arrige aures Pamphile?*

155. GENITOR venerabilis, ut Thybri pater. ergo hoc nomen et ad verum patrem pertinet et ad honorem refertur. *sane veteres omnes deos patres dicebant.* CAELOQVE INVECTVS APERTO non per caelum vectus, sed caelo iam sereno vectus per maria.

---

1 VVLGVS et masculini e. q. s.] cf. Servii [Sergii] comm. in Don. p. 431, 26 K. || 2 in vulgum] A. II 99 || 12 arma velit] A. VII 340 || 13 rimanti] A. VII 508 || 15 GRAVEM . . . dicimus] exscr. Isid. or. X 112 || 22 arrige] Ter. Andr. V 4, 30 || 23 Thybri] A. VIII 540

---

1 VVLGVS autem *CP* || 2 lectum inuenitur sed neutri *P* hoc loco . . . ambiguas *omittens* || est] sed *add.* *C* || 3 hoc *om.* *P* || ut masculino utamur *om.* *P* ut] et *KC* (ut $C^2$) || quia] quoniam *C* || 5 si secundae autem masculina fuerint declinationis erunt ut uulgus gi quomodo doctus usurpatum *P* || 6 uulgi ergo *C* || 7 ad neutrum genus *C* uel neutrum genus *P* et neutrum genus *M* || 10 cornutus $C^2$: curnutus *C* || 13 iuuentus $C^2$: iuuentus est *C* || 15 *ad v.* 151 Grauem] uenerabilem, unde et contemptibiles leues dicimus. *P* || dicimus] dicit *K* uel pietate grauem cuius illis auctoritas ob pietatem est grauis *add.* *C* || 18 est *KC*: ita definitur *BLHMC*$^3$ || peritus] QVEM aliquem. ARRECTIS AVRIBVS de imperito et stulto populo sermonem faciens recte arrectis dicit quod est proprie animalium *add. M et l in marg.*, ARRECTIS . . . animalium $C^3$ *quoque in marg. adscripsit* || 20 *ad v.* 252 Arrectis auribus] translatio . . . Pamphile. *P* 23 *ad v.* 155 Caeloque inuectus aperto] non . . . maria. *P* || tybri *B* tiberi *L* tibri *H* || 24 ipsum *C* (uerum $C^3$)

156. *FLECTIT quidam 'flectit' pro regit accipiunt, ut interdum 'torquet' in eodem significatu ponit qui numine torques.* CVRRV non, ut quidam putant, pro 'currui' posuit, nec est apocope, sed ratio artis antiquae, quia omnis nominativus pluralis regit genetivum singularem et isosyllabus esse debet, ut hae musae huius musae, hi docti huius docti. item a genetivo singulari dativus regitur singularis, ut isosyllabus sit, ut huius docti huic docto. inde ergo est c u r r u q u e a b s c i s a d u o r u m suspendit capita et l i b r a d i e, ne, si 'diei' fecisset, maior esset nominativo plurali. SECVNDO Troianis obsequenti. et tractus est sermo a sequentibus servis, id est pedisequis secundis: unde et secundam fortunam dicimus, quod secundum nos est, id est prope nos.

157. AENEADAE nunc Troiani, aliquando Romani, ut A e n e a d a e i n f e r r u m p r o l i b e r t a t e r u e b a n t. *PROXIMA LITORA ideo quia post periculum non eligitur litus, sed quodcumque occurrit occupatur.* CVRSV aut secundum quod superius diximus 'proxima cursu', id est cursui, aut 'contendunt cursu petere', et est septimus casus. *ut hic 'cursu' de navibus, ita alibi iter, ut u n d e i t e r I t a l i a m et in quinto c e r t u s i t e r. stationes etiam navium dicebant, quod est animalibus terrestribus proprium.*

158. VERTVNTVR scilicet a proposito itinere, hoc est ab Italia.

159. EST IN SECESSV topothesia est, id est fictus secundum

---

2 qui numine] A. XII 180 || 8 curruque] A. XII 511 || 9 libra] georg. I 208 || 10 et tractus est e. q. s.] exscr. Isid. or. X 257 || 13 Aeneadae] A. VIII 648 || 18 unde] A. III 507 || ut hic . . . certus iter] cf. Don. in Ter. hec. V 3, 17 || 19 certus] A. V 2 || 22 topothesia est e. q. s.] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 32

---

1 *ad v.* 156 Flectit] torquet uel regit. Secundo] Troianis obsequenti et tractus est sermo a sequentibus seruis id est pedissequis, unde et secundam fortunam dicimus a sequendo. *P* || 2 numine *C*[2]: nomine *C* || 5 isosyllabos *B* isosillabos *M* || 7 ICOCYλλABOC *B* isosillabos *M* || sit *om. KC* || 8 abscissa *B* abscisa . . . capita *om. C* || 9 plurali tale est et corruque abscisa duorum f. e. *C* || 11 pedisequis *BM:* pedise *litterae evanuerunt in K* sequis *C* (pedis *supr. vers. add. C*[3]) pedis sequis *L* pedissequis *H* || secundis *om. C* (*add. C*[2]) || dicimus a sequendo *C* || 12 quod . . . prope nos *om. KC* (*add. C*[3]) || prope nos. uel a similitudine uenti tractum est propitii qui flat a tergo, ut (*Aen.* III 130) 'prosequitur surgens a puppi uentus eunteis' *D* || 13 *ad v.* 157 Proxima litora] quia post periculum non elegitur litus, sed quodcumque occurrerit occupatur. *P* || 16 dictum est *CM* || 18 cursu *C*[2]: curru *C* || 19 stationes *Mascicius:* salutationes *C* || 20 terrestribusque *C* || 21 *ad v.* 158 Vertuntur] scilicet . . . ab Italia. *P* || 22 *ad v.* 159 Est in secessu] topothesia est . . Hispaniensis Carthaginis portus putatur esse. non est enim hic locus in Africa, sed propter nominis similitudinem posuit. nam topographia est rei uerae descriptio Secessu] sinu secreto. Locus] autem subaudis 'quem', ut superius 'urbs antiqua fuit'. Insula portum efficit] quem locum subaudimus, uel in quo insula portum efficit. *P* || TOΠOΘECIA *BM*

poeticam licentiam locus. ne autem videatur penitus a veritate discedere, Hispaniensis Carthaginis portum descripsit. ceterum hunc locum in Africa nusquam esse constat, nec incongrue propter nominis similitudinem posuit. nam topographia est rei verae descriptio. SECESSV sinu secreto. LOCVS subaudis 'quem', ut superius urbs antiqua fuit. et sciendum est, quia, quotiens praemittimus nomen cuiuslibet generis et interposito pronomine ⟨proprium⟩ sequitur nomen alterius generis, medium illud pronomen proprii nominis genus sequitur, ut Sallustius est in carcere locus, quod Tullianum appellatur. ecce proprio iunxit, non appellativo; Tullianum enim proprium est, carcer appellativum. si autem utraque nomina appellativa fuerint, licenter cui volumus respondemus. *INSVLA PORTVM EFFICIT 'quem locum' subaudimus, vel 'in quo insula portum efficit'; hoc enim solummodo portus, quod illi insula anteposita est.*

161. INQVE SINVS SCINDIT SESE VNDA REDVCTOS dividit se unda in sinus reductos, id est replicabiles. *INQVE SINVS antiqua est locutio. sic ipse alibi inque salutatam linquo. C. Memmius de triumpho Luculli Asiatico: inque luxuriosissimis Asiae oppidis consedisse et mox inque Gallograeciam redierunt.*

162. GEMINI pares, similes; interdum et duos significat. MINANTVR eminent, ut minaeque murorum ingentes. item illa usque minatur. *et ita est, ut quae eminent minari videantur.*

163. SVB VERTICE hoc est circa radices montis, quae ad rectam lineam suscipiunt cacumen, id est verticem.

6 urbs] A. I 12 ‖ 9 Sallustius] Cat. 55, 3 ‖ 18 inque salutatam] A. IX 286 ‖ 22 minaeque] A. IV 88 ‖ illa] A. II 628

2 descripsit] putatur descripsisse *C* ‖ 4 τοποΓραφια *B* τοπιΓφεια *L* (τωπεΓραφια *l*) τοποΓραφεια *M* ‖ est] id est *L* ‖ rei] est ei *K* ‖ describcio *K* ‖ descriptio] ut est in carcere locus quod tullianum appellatur *add. BM* hoc tamen ad Homeri imitationem fecisse Virgilius uidetur, qui portum Ithacae sic descripsit (*Od.* XIII 96) Φόρκυνος . . . μέλισσαι *add. D. cf. Macrob. Sat.* V 3, 18 ‖ 5 LOCVS autem *C* ‖ 6 quia *om. BCH* (*add.* $C^3$) ‖ remittimus *K* 7 interpraeposito *K* ‖ proprium *addidi* ‖ 8 medium] melius *C* ‖ 10 appellatur] dicitur *L* ‖ 13 quem locum . . . efficit *om. C, in marg. add.* $C^2$ ‖ 14 q͡ illi *C* (o *supr. vers.* $C^2$, *idem* q *ex* q *fecisse et* illi *expunxisse videtur*) ‖ 16 *ad v.* 161 Frangitur reductos] replicabiles. *P* ‖ 17 SINVS autem *C* ‖ 19 Luculli Asiatico *Huebnerus in Iahnii ann.* XI, 3 p. 279: luciliaca IIII. *C* ‖ luxoriosimis *C* 20 gallogregiam *C* ‖ 21 *ad v.* 162 Gemini] pares . . . uideantur. *P* ‖ interdum et] aliquando *P* ‖ duo *KCM* ‖ significat, ut 'gemini fratres' *D* ‖ 23 ut quae] usque *P* ‖ 24 *ad v.* 163 Sub vertice] circa radices montis . . . uerticem. *P* 25 lineam] latiuium *K* ‖ suscipiunt *KPHM*: suspiciunt *BCLh* (*sed* pic *e corr.* *C* ab imo usque ad summum ut est in praerupto monte *superscr. l*

164. *TVTA a tempestate defensa, ideo et 'silent'.* *TVM pro praeterea.* TVM SILVIS SCAENA CORVSCIS 'silvis coruscis' hoc est silvarum coruscarum, id est crispantium, ut Iuvenalis longa coruscat serraco veniente abies. et posuit septimum pro genetivo, ut superius pulchra prole. *alii 'coruscis' tremulis vel vibrantibus accipiunt.* SCAENA inumbratio. et dicta scaena ἀπὸ τῆς σκιᾶς. apud antiquos enim theatralis scaena parietem non habuit, sed de frondibus umbracula quaerebant. postea tabulata conponere coeperunt in modum parietis. *scaena autem pars theatri adversa spectantibus, in qua sunt regia.*

165. *DESVPER pro supra, praepositione contra rationem adiecta.* HORRENTI horror plerumque ad odium pertinet, plerumque ad venerationem, ut hoc loco. sic Lucanus arboribus suus horror inest. ATRVM NEMVS tropus est; per atrum *enim* nigrum ostendit, per nigrum umbrosum, per umbrosum densum, id est frondibus plenum.

167. VIVO naturali, ut vivo praetervehor ostia saxo.

168. NYMPHARVM DOMVS aut verum dicit et est historia, aut ad laudem pertinet loci: talis, inquit, locus est, ut domus credatur esse nympharum. HIC pro 'illic' more suo.

169. ANCHORA MORSV hoc nomen cum in Graeco, unde originem ducit, aspirationem non habeat, in Latino aspiratur: quod est contrarium; nam magis Graecorum est aspiratio. sed hoc in paucis

---

3 Iuvenalis] sat. III 254 ‖ 5 coruscis . . . accipiunt] cf. gloss. Sangerm. ap. Hildebr. p. 81 ‖ 13 Lucanus] III 411 ‖ 17 vivo] A. III 688

---

1 *ad v.* 164 Aequora tuta silent] tempestate defensa, ideo silent. Tum] praeterea. Siluis scaena coruscis] hoc est siluarum coruscarum . . . sed de frondibus umbracula. scaena autem pars theatri aduersa spectantibus, in qua sunt regia. *P* ‖ 3 ut Iuvenalis . . . prole *om. B* ‖ 4 serracon *KH* sarrago *C ut videtur, et P* (serraco $C^2$ *ut videtur*) serracon *L* (genus uehiculi *superscr. l*) serra conueniente *M* ‖ 5 choruscis *C* ‖ vibrantibus *scripsi:* umbrantibus *CP* 6 ano τογ ϲκιαϲ *K* asiotes scias *C* (αποτγϲκηαϲ $C^2$) ano τεϲ ϲκιαϲ *L* actio τηϲ ϲκιαϲ *H* apotesches *M* opotesscius *P* ‖ 7 theatri *CP* ‖ habebat *BM* ‖ sed de frondibus opaca umbracula faciebant *B* ‖ 11 *ad v.* 165 Desuper] pro supra praepositione contra rationem adiecta. Horrenti] horror . . . id est frondibus plenum. *P* ‖ pro . . . praepositione *P:* pro (de *superscr.*) praepositio est *C* (de *superscr.* $C^2$) 12 otium *CP* (*corr.* $C^2$) ‖ 14 inest et (*Aen.* V 37) 'horridus in iaculis'. *D* ‖ 17 *ad v.* 167 Viuo] naturali . . . saxo. *P* ‖ saxa *KLH* ‖ 18 *ad v.* 168 Nympharum. Hic] pro illic more suo. *P* ‖ 19 loci] aut *supr. vers. add.* $C^2$ *vel* $C^3$ ‖ inquid *C* 21 *ad v.* 169 Anchora morsu] originem graecam habet, sed apud eos non aspiratur (asperatur) in mediam syllabam. 'morsu' dente. *P* ‖ Morsu] anchora dens ferreus est ex graeca ethimologia, quod quasi hominis manus comprehendat scopulos uel harenas. nam manus graece cyra dicitur *in marg. add.* $C^3$. *cf. Isid. or.* XIX 2. 15 ‖ 23 magistrum *L* (magis graecorum *l*)

nominibus invenitur. morsum autem de anchoris bene dixit, cum alio loco inveniamus tum dente tenaci anchora fundabat navis.

170. *HVC SEPTEM AENEAE C. N. quidam volunt hoc loco quaestionem nasci. si favet Neptunus Troianis, cur cum omnibus navibus ad Africam non pervenit Aeneas? sed Neptunus postquam sensit tempestatem commotam, potuit de periculo liberare Troianos, ante facta vero mutare non potuit. nam et Orontis navem cum omnibus sociis eius constat perisse: et simul libri oeconomia perisset, si Aeneas cum omnibus navibus pervenisset. volunt autem septem naves ita interim colligi, ut una Aeneae sit, tres de saxis a Cymothoe et Tritone, tres de syrtibus, Neptuno syrtes navigabiles faciente, liberatae sint, reliquae tantum dispersae sint, quas paulo post legimus ad Africae litus adpulsas. novam tamen rem Naevius bello Punico dicit, unam navem habuisse Aeneam, quam Mercurius fecerit.*

171. TELLVRIS AMORE cuiuscumque post pericula. unde et superius dixit 'quae proxima litora cursu contendunt'. et paulo post infert 'optata potiuntur Troes harena'; *nam re vera haec optata non erat eis, qui ad Italiam festinant.* tellurem autem pro terra posuit, cum Tellurem deam dicamus, terram elementum; ut plerumque ponimus Vulcanum pro igni, Cererem pro frumento, Liberum pro vino.

172. HARENA quaeritur, habeat necne nomen hoc adspirationem. et Varro sic definit si ab ariditate dicitur non habet, si ab haerendo, ut in fabricis videmus, habet. melior tamen est superior etymologia. **et 'harena' aut pro terra posita est, aut et harena grata potuit esse post mare.**

173. SALE TABENTIS *aut* madefactos aspargine, *aut qui apud*

---

2 tum dente] A. VI 3 || 24 Varro] libr. grammat. rell. ed. Wilmans p. 184, 14. cf. Isid. or. XIV 3, 11 et XIX 10, 21

---

1 morsu *BHM* || 3 naues *CHM* aues *litterae evanuerunt in K* || 4 quidam dabat nolunt *C* || 5 nasci *C* || si *supr. vers. add.* $C^2$ || 8 orantis *C* || 10 uolunt autem *Scioppius e Fuldensi enotavit:* uoluntatem *C* || 11 Aeneae *scripsi:* aeneas *C* || chymothoe *C* || 17 *ad v.* 171 Tellurem] pro terra posuit . . . ut plerumque Vulcanum pro igne ponimus et reliqua. *P* || cuiuscumque terrae *C* || 19 festinant. et harena . . . mare *C* || 20 ipsam deam *CP* || terram uero *C* || 21 igne *BC* || 23 *ad v.* 172 Arena] sine aspiratione si ab ariditate dicitur, si ab haerendo, ut fabricis, habet. hoc sentit Varro. *P* || ARENA *LK* || habeat necne] habeatne *K* || 24 uarro *C* (u *erasa est*) || diffinit *M* || si] sed *H* || aritate *L* habe *K* || 25 erendo *K* herendo *CLH* || ut . . . videmus] in fabricis *C* ut uidemus in fabricis $C^3$ || uidemus *om. B* || 28 *ad v.* 173 Sale tabentis] madefactos dicit aspergine. In litore] pro in litus . . . querenın. *P* || aut] id est multa *superscr.* $C^3$ || id est madefactos *B* multa madefactos *M* || aspergine *BCL* (aspargine $C^3$)

*sentinam laboraverint; nam supra ait omnes accipiunt inimicum imbrem. sane marina aqua dicitur exesse et extenuare ut cetera sic corpus humanum.* IN LITORE *pro in litus, ut arma sub adversa posuit radiantia quercu pro sub adversam quercum.*

174. SILICI SCINTILLAM EXCVDIT bene adiecit speciem, quia in lapidibus certis invenitur ignis. 'excudit' autem est feriendo eiecit, quia cudere est ferire; unde et incus dicitur, quod illic aliquid cudamus, id est feriamus. ACHATES adlusit ad nomen, nam achates lapidis species est: bene ergo ipsum dicit ignem excusisse. unde etiam Achaten eius comitem dixit. lectum est enim in naturali historia Plinii, quod si quis hunc lapidem in anulo habuerit, gratiosior est.

175. SVCCEPIT pro suscepit, ut diximus supra.

176. *NVTRIMENTA Cicero in Oratore sed quod educata huius nutrimentis eloquentia ipsa se postea colorat.* RAPVITQVE IN FOMITE FLAMMAM paene soloecophanes est; nam cum mutationem verbum significet, ablativo usus est: sed hoc solvit aut antiqua circa communes praepositiones licentia, ut est c o n d i t u s  i n  n u b e m, contra et n o t a  c o n d u n t u r  i n  a l v o, item s a e v a  s e d e n s  s u p e r  a r m a et g e m i n a e  s u p e r  a r b o r e  s i d u n t. Cicero q u o d  i l l e  i n  c a p i t e  a b  h o s t i u m  d u c e

---

1 omnes] A. I 122 ‖ 3 arma] A. VIII 616 ‖ 6 excudit . . . feriamus] exscr. Priscianus X 23 (I p. 515, 22 H.). cf. Isid. or. XIX 7, 1 ‖ 14 Cicero in Oratore] 13, 42 ‖ 16 paene soloecophanes e. q. s.] cf. Serv. comm. in Don. p. 419, 30 K. ‖ 19 conditus] georg. I 442 ‖ et nota] A. II 401 ‖ 20 saeva] A. I 295 geminae] Aen. VI 203 ‖ 21 Cicero] in Verr. act. II lib. V 3

---

3 corpus *ex* curpus *C* ‖ 4 pro] q *P* ‖ 5 *ad v.* 174 Ac primum . . . Achates] bene adiecit speciem . . . cudamus id est feriamus. Achates] adlusit ad nomen . . . excusisse. *P* ‖ SILICI *KC:* SILICIS *BLHMC*² ‖ quia . . . ignis] in certis enim lapidibus ignis est *B* ‖ 6 certis lapidibus *M* ‖ autem est *om. P* est *om. H* ‖ inferiendo *K* efferiendo *L* ‖ eiecit *LH Vossianus Burmanni, Prisciani Bernensis m. sec.:* elicit *BKCMl* eicit *Leidensis et Regius Burmanni, Prisciani Bernensis* iecit *reliqui libri Prisciani* ‖ 8 feriamus] feriendo procudamus *B* feriendo producamus *M et Isidorus* ‖ 9 excusisse *BCP cf. Diom. p.* 369, 2 *K. Prisc.* I *p.* 515, 16 *H.:* excussisse *KLHM* ‖ 10 achtem *K* ‖ 11 plenii *K* ‖ habuerit] habeat *B* ad custodiam eius proficit et *add. C, quibus turbatur enuntiati conformatio. cf. Plin. nat. hist.* XXXVII 139 *sqq. et Salm. Plin. exercit. p.* 92 ‖ 12 est *KLH: om. C* esse uideatur *BMC*³*l* esse uideatur. uel ideo Achates Aeneae comes dicitur, quia sollicitudo comes est regibus; ἄχος enim cura dicitur et sollicitudo. *D* ‖ 13 ut supra dictum est *BCM, nisi quod* sicut *M.* ut diximus superius *L* ‖ 14 *ad v.* 176 Nutrimenta. Rapuitque in fomite flammam] paene solicophanes est . . . conduntur in aluo. sane fomites sunt assulae . . . nomine excepto. *P* ‖ sed quod educata *Ciceronis libri:* et qui deducta *C* ‖ 15 nutrimentis *Ciceronis libri:* nutrimenta *C* ‖ colorat *Ciceronis libri:* calorauit *C* ‖ 16 solycophanes *BC* soloetophanes *K* solicophanes *LM* solycophanis *H* ‖ 18 circum *KH* ‖ 21 quid *M* ‖ capite *ex* cappite *L* in caput *superser. l* ‖ ostium *K*

acceperat, item et si fortes fueritis in eo, quem nemo sit ausus defendere. aut 'rapuit' raptim fecit flammam in fomite, id est celeriter. *et mire 'rapuit', opus est enim celeritate ad tale ministerium. sane fomites sunt assulae quae ab arboribus cadunt quando inciduntur, quod foveant ignem. Clodius Scriba commentariorum IIII. fomenta taleae excisae ex arboribus, item alio loco astulae ambustae, ligna cavata a fungis nomine excepto.*

177. CEREREM *metonymia pro frumento.* CORRVPTAM VNDIS aqua emollitam. CEREALIAQVE ARMA fugiens vilia ad generalitatem transiit propter carminis dignitatem et rem vilem auxit honestate sermonis, ut alibi, ne lucernam diceret, ait testa cum ardente viderent scintillare oleum. et sciendum est iudice euphonia dici 'Cerealia' vel 'Cerialia', 'Typhoea' vel 'Typhoia', 'Caesareanus' vel 'Caesarianus'. in his ergo licentia derivationis est. *CEREALIAQVE ARMA] * 'arma' enim generaliter omnium rerum instrumenta dicuntur, ubi reponuntur armaria dicta sunt.* Nigidius de hominum naturalibus IIII. omnis enim ars materia inventa, circa quam versetur, ferramenta vasa instrumentumque armamentaque primum comparat, per quae opera sua efficere possit.*

178. FESSI RERVM hoc est penuria fatigati, *id est esurientes,*

1 et si fortes] Cic. in Verr. act. sec. I 1, 3 ‖ 4 sane fomites e. q. s.] cf. Isid. or. XVII 6, 26 et 10, 18 ‖ 11 testa] georg. I 391 ‖ 15 arma . . . dicta sunt] Isid. or. XVIII 5, 1

1 accoeperat *M* ‖ item . . . defendere *om. B* ‖ fu eritis *C* ‖ quem . . . defendere *om. KC* (quoniam nemo sit ausus defendere *add. C*³) ‖ 5 inceduntur *P* ‖ 6 fomenta lee excisse ex arboribus *P* se ex arboribus fomenta exc* *Daniel* se ex arboribus fomenta excidisse *Mascicius* ‖ aliubi *P* ‖ 7 astulae . . . excepto] *fortasse scholiastes ex Clodii commentariis haec deprompsit* fomes astulae ambustae aut ligna *χαυστά*, *ea autem quae secuntur* a fungis nomine excepto *ex Isidoro adsuta sunt* ‖ lignae cauata *P*, *inde* ligna excauata *Daniel* ‖ 8 *ad v.* 177 Cererem] metonymia pro frumento. Corruptam undis] mollitam. Cerealiaque arma] fugiens uilia ad generalitatem transiit, quae ad omnia instrumenta pertinet, id est arma. *P* ‖ metonomina *C* ‖ 9 id est aqua *BM* ‖ aq; mollitam *K* aquemollitam *L* (aqua emollitam *l*) ‖ 10 transit *H* ‖ transiit arma enim generaliter omnium rerum instrumenta dicuntur ubi reponuntur armaria dicta sunt. ergo hic propter carminis dignitatem refugiens uilia rem uilem auxit *C* ‖ 11 testam cum ardentem *BH* testam ardentem *L* (testa cum ardente *l*) testa cum ardentem *M* ‖ 12 scintillare oleum *om. KC* (*add. C*³) ‖ 13 euphonia] eufoniados *superscr. C*³ ‖ dici *BK*: dicere *CLHM* ‖ 15. est. Nigidius de hominum naturalibus IIII omnis enim . . . possit *C* ‖ 18 armamentaque *Duebnerus Iahnii annal.* XI *p.* 1226: armamenta quae *C* armamentaq̃. f. q. primum *Scioppius e Fuldensi enotavit*, *unde* armamenta quae faber quamprimum *coniecit Burmannus. equidem* f. q. *typothetae errore pro* f. q; *posita esse suspicor*, f. q; *autem significare* sive que: *ut Duebneri coniectura a Scioppio vel Daniele occupata videatur.* ‖ 21 *ad v.* 178 Expediunt] adhibent uel parant. Fessi rerum] hoc est penuria fatigati alũ tempestatibusque. Fruges] generaliter omnes fruges dicuntur. frugum autem nomen tractum est a frumine, id est eminente gutturis parte. Receptas] liberatas de periculo. *P* ‖ poenuria *LH*

*quod fere laborem fames subsequitur.* et fessus generale est; dicimus enim fessus animo, *id est incertus consilii*, ut ter fessus valle resedit, et fessus corpore, quod magis est proprium, et fessus rerum a fortuna venientium, ut hoc loco. epitheta numquam vacant, sed aut ad augmentum, aut ad diminutionem, aut ad discretionem poni solent. FRVGES generaliter omnes fruges dicuntur, et errant qui discernunt frumenta a frugibus. nam Cicero ait olei et frugum minutarum, cum de leguminibus diceret, ut ostenderet etiam frumenta fruges vocari. frugum autem nomen tractum est a frumine, id est eminente gutturis parte. RECEPTAS liberatas ut medioque ex hoste recepit, id est liberavit. *RECEPTAS*] * *de periculo vel ex insperato salvas.* *

179. ET TORRERE PARANT FLAMMIS ET FRANGERE SAXO multi hysteroproteron putant, non respicientes superiora, quia dixit undis Cererem esse corruptam, quam necesse fuerat ante siccari. qui tamen etiam contra hoc illo se tuentur exemplo nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo et volunt etiam hic hysteroproteron esse. quod falsum est; nam et hodie siccari ante fruges et sic frangi videmus. et quia apud maiores nostros molarum usus non erat, frumenta torrebant et ea in pilas missa pinsebant, et hoc erat genus molendi. unde et pinsores dicti sunt, qui nunc pistores vocantur. pinsere autem dici Persius probat, ut a tergo quem nulla ciconia pinsit. *quidam ne hysteroproteron sit, alios torrere, alios frangere accipiunt. Accius Troadibus nocturna saxo*

---

1 fessus generale . . . venientium] exscr. Isid. or. X 101 cf. diff. verb. 241 2 ter] A. VIII 232 || 7 Cicero] in Verr. act. sec. III 7, 18 || 9 frugum . . . parte] cf. Don. ad Ter. adelph. V 8, 27 et Phorm. II 2, 18 Isid. or. XVII 6, 23. diff. verb. 247 || 10 medioque] A. VI 111 || 13 multi hysteroproteron e. q. s.] cf. Don. ad Ter. adelph. V 3, 60 || 16 nunc torrete] georg. I 267 || 19 et quia e. q. s.] exscr. Isid. or. XV 6, 4 et XVII 3, 5 || 22 Persius] sat. I 58 || 24 Accius] trag. Rom. rel. rec. Ribb. p. 197 ed. II

---

2 fessus animo . . . proprium *om. H* || ter] et *LH* || 5 diminutionem] imitationem *H* || 6 ponuntur *BC* || 7 nam Cicero . . . vocari *om. B* || 8 et ostendere *K* || 10 ab eminente sub mento *BMC*[3]. *nisi quod* aleminenti *B* || liberatas de periculo uel ex insperato saluas ut *C* || 11 recepi *C*. *memoria fefellit Servium.* || id est liberavit *om. C* || 13 *ad v.* 179 Et torrere . . . saxo] multi hysteroproteron putant . . . frangi videmus. *P* pinsor pistoris pinsit tundit *ead. man. in marg.* || 14 quia] quod *B* q; *K* || 16 etiam *om. P* || se tuentur] utuntur *CP* || 17 saxso *K* || 18 et *om. B* || hodieque *C* hodieque *H* || 20 non erat usus *BM* || pinsebant *M* pinsebant *ex* pincebant *L*: pinsabant *BH* pinsibant *K* pinscebant *C cf. Neue Formenl. d. lat. Spr.* II[2] *p.* 416 *et* 422 || 22 pinsere . . . pinsit *om. B* || pinseri *K* pensiri *C* (pinsere *C*[2]) || Persius probat ut] hoc uersu probat persius *C quibus* ut *supr. vers. add. C*[3] || 24 accipus *C* (accius *m. rec.*) || nocturnam *C* nec furno *Ribbeckius* || faxo *Ribbeckius*

*fruges franges torridas. sane his versibus 'tum Cererem corruptam undis' et 'torrere parant flammis et frangere saxo' ius pontificum latenter attingit. flamines autem farinam fermentatam contingere non licebat. cum autem dicit 'Cererem corruptam undis' et 'torrere p. f. et f. s.', quid aliud ostendit, quam mox eos sine fermento panem coxisse, qui omnes fruges corruptas protulerunt? non autem exspectasse eos fermentum, docet illo versu 'tum victu revocant vires'.*

180. AENEAS merita personarum vilibus officiis interesse non debent: quod bene servat ubique Vergilius, ut hoc loco, item in sexto cum diversis officiis Troianos diceret occupatos, ait at pius Aeneas arces quibus altus Apollo praesidet: nisi cum causa pietatis intervenit, ut ad sepeliendum socium Misenum de Aenea dixit paribusque accingitur armis. SCOPVLVM id est speculam. et quando speculationem significamus, generis est feminini, ut specula Misenus ab alta. speculum autem, in quo nos intuemur, generis est neutri, ut Iuvenalis speculum civilis sarcina belli.

181. LATE PETIT in quantum potest. PELAGO in pelagus, ut inferretque deos Latio. ANTHEA SI QVEM aut ordo est 'ascendit scopulum requisiturus Anthea Capyn Caicum, si quem videat'. et usus est hoc genere elocutionis, quo et Terentius, qui dixit quod plerique omnes faciunt adulescentuli. atqui nihil tam contrarium; omnes enim generale est, plerique speciale: ordo

10 at pius] A. VI 9 ‖ 13 paribusque] A. VI 184 ‖ 15 specula] A. III 239 16 Iuvenalis] sat. 2, 103 ‖ 19 inferretque] A. I 6 ‖ 21 Terentius] Andr. I 1, 28. cf. Don. ad h. v.

1 franges *C* frendas *Nonius p.* 447, 20, *recepit Ribbeckius* ‖ 2 ius pontificum . . . torrore p. f. et f. s. *om. C, in marg. add. C²* ‖ 3 autem] *fortasse* enim ‖ 5 quid *C²*: qui *C* ‖ 8 *ad v.* 180 Scopulum] id est speculam . . . generis neutri. *P* ‖ AENEAS . . . accingitur armis *om. B* ‖ 12 ut ad sepeliendum socium Misenum de Aenea dixit paribusque . . . armis *F. Schoellius:* ut ad sepeliendum socium miscendo daeanea dixit paribusque accingitur armis *K* ad sepeliendum socium de aenea paribusque accingitur armis *C* (socios *scripsit,* de aenea *expunxit,* miscendo se operi alios hortaretur ut in VII libro *in marg. add. C²*; ut ad sepeliendum socios miscendo se operi alios hortaretur nec non . . . socios *supr. vers. C³*) ut ad sepeliendum sotios miscendo se operi alios ortaretur aueneas nec non opera inter talia primus hortatur sotios paribusque accingitur armis *L* (ut ad sepeliendum socium de aenea dixit paribusque accingitur armis *l*) ut ad sepeliendum socios miscendo se operi alios ortaretur nec non Aeneas . . . armis *H* ut ad sepeliendum socium miscendo se operi alios hortaretur nec non aeneas . . . armis *M* ‖ 14 quando] quomodo *P* 17 belli, quod graece ἔνοπτρον dicitur *D* ‖ 18 *ad v.* 181 Late petit] in quantum potest. Pelago] in pelagus . . . Latio. Antea siquem] ordo est ascendit . . . uideat. et hoc fit ut honestior fuerit locutio. *P* ‖ 19 Latio pro in Latium *Lion* ‖ ANTEA *K* ‖ 21 locutionis *BC* ‖ quod *KH* ‖ qui dixit . . . speciale *om. B* ‖ 22 faciunt adulescentuli *om. KC* adulescentuli *om. L* (*add. l*) ‖ atque *C*

ergo est, quod omnes faciunt adulescentuli, ut animum ad aliquod studium adiungant, plerique equos alere, plerique canes. aut certe 'quem' vacat, ut superius diximus istas frequenter vacare particulas. ut ipse Vergilius Rhebe diu, res si qua diu mortalibus ulla est. nemo enim dicit 'si qua ulla', sed 'si ulla': vacat ergo 'qua'. item in Lucilio et quem Pamphilum quaeris 'quem' vacat, nam de uno loquebatur. *ergo 'si quem videat' pro 'si videat' posuit, cui contrarium ponebant veteres 'nullum'. id est 'si quem vidisti' 'nullum vidi' pro 'non vidi'. sane legitur et 'si qua', ut sit 'si qua ratione'.*

182. PHRYGIAS *Troianas, Troia enim in Phrygia provincia est. et veri simile est, Aeneam de omni ipsa provincia socios habere potuisse. in secundo enim ait undique convenere animis opibusque parati. dicta autem Phrygia ab Aesopi filia Phrygia.* BIREMIS naves habentes remorum ordinem geminum, ut alibi triplici pubes quam Dardana versu inpellunt. *quidam tamen 'biremes' ad suum tempus volunt dixisse Vergilium, negantes Troicis temporibus biremes fuisse. Varro enim ait post aliquot annos inventas biremes.*

183. IN PVPPIBVS ARMA CAICI quia navigantum militum est puppibus arma religare, ut alibi pacem orare manu, praefigere puppibus arma. *fiebat hoc autem et signi gratia. aut 'arma' pro navalibus armamentis, ut colligere arma iubet, quia solent naves a velificatione facile cognosci.*

184. CERVOS cervi dicti sunt ἀπὸ τῶν κεράτων, id est a cor-

---

4 Rhebe] A. X 861 ‖ 6 Lucilio] falso adscr. XXIV Mueller. ‖ 13 undique] A. II 799 ‖ 15 triplici] A. V 119 ‖ 20 pacem] A. X 80 ‖ 22 colligere] A. V 15
24 cervi . . . cornibus] exscr. Isid. or. XII 1, 18

---

3 dictum est *C* ‖ particulas frequenter uacare *KLH* ‖ 4 hrebe *B* rebe *C* ‖ 5 nemo enim *C:* nemo *reliqui* ‖ si qua ulla est *C* sed si ulla *omittens* (est *expunxit et* sed si ulla *superscr.* $C^3$) ‖ 6 ecquem *Muellerus, qui Caecilio tribuit haec verba.* ‖ panphilum *C* pamphilium *L* phamphilum *H* ‖ quaeris] *om. K* q. nris *H* ‖ 7 nam de uno loquebatur] *om. B* nam unus erat *CM* (de uno loquebatur $C^3$) ‖ 9 et si qua et si qua *C* ‖ 10 *ad v.* 182 Phrygias] Troianas. Troia enim in Phrygia prouincia est. dicta autem ab Aesopi filia Phrygia nomine. Biremes] naues habentes . . . uersu impellit. *P* ‖ 12 uerisimili *C* (*corr.* $C^2$) ‖ ipsa] illa *Scioppius e Fuldensi* ‖ 13 opibusque $C^2$: apibus *C* ‖ 15 alibi] in V *B* ‖ 16 inpellunt *LH:* impellunt *B, om. K* impellit *CPM* ‖ 18 inuentas $C^2$: inuentos *C* ‖ 19 *ad v.* 183 In puppibus arma Caici] quia nanigantum militum est in puppibus arma religare, fiebatque signi gratia. aut arma . . . iubet. *P* ‖ nauigantum] *tres vel quattuor litterae extremae evanuerunt in K* nauigantium *L* ‖ militum mos est *LHMC*$^3$ ‖ 20 in puppibus *C* ‖ manum *K* ‖ 24 *ad v.* 184 Nauem. Ceruos] alii dicunt quod cerui non sunt in ea parte Africae, sed fictum esse aiunt. quidam ceruos pro quacumque fera dictos accipiunt. Prospicit errantes] pascentes . . . uagantur. *P* ‖ *scholium ad* CERVOS *post scholium ad* ERRANTES *habent BKLHM* ‖ aputon ceraton *K* απο τ(ι)ν κερατaν *C* (κερατον $C^3$) απο τογ κερατον *L* απο τον κερατaν *H* ‖ id est a cornibus *om. C* (*add.* $C^3$)

nibus. sciendum autem est etiam Latina nomina Graecam plerumque etymologiam recipere. sed cervi non sunt in provincia proconsulari, ad quam venit Aeneas. aut fictum ergo est secundum poeticum morem, aut ob hoc dictum, quia heroicis temporibus ubique omnia nascebantur *per se*. ut ipse omnis feret omnia tellus. *aut possunt tunc fuisse, sed ut multis aliis locis variae mutationes factae: licet quidam cervos pro quacumque fera dictos accipiant, quia post ait 'inplentur veteris Bacchi pinguisque ferinae'. nam male quidam eos de vicinis insulis transfretasse tradunt, et ideo 'errantes', quod in ignotis locis essent.*

185. ERRANTES pascentes. ut alibi mille meae Siculis errant in montibus agnae; re vera enim dum pascuntur, vagantur. et in septimo de cervo errabat silvis. TOTA inter 'totum' et 'omne' hoc interest, quod 'totum' dicimus unius corporis plenitudinem, 'omne' de universis dicimus, ut puta 'totum auditorium habet scolasticos', hoc est plenum est auditorium scolasticis; 'omne auditorium habet scolasticos', id est omnia auditoria. usurpant tamen poetae et ista confundunt, ut hoc loco 'tota' pro omnibus posuit, et contra pro tota 'omnem' posuit, ut est omnemque reverti per Troiam. Statius et totos in poenam ordire nepotes, id est omnes. plerique derivationem dicunt ab eo quod est 'tot' 'totus', ut ab eo quod est 'quot' 'quotus'. sed illud notandum, quia in derivatione mutat plerumque naturam; nam cum 'tot' naturaliter brevis sit, 'totus' producitur, 'quotus' vero secundum originem suam brevis remanet. *ARMENTA videtur nove de cervis*

2 sed cervi e. q. s.] cf. comm. Luc. IX 921 ‖ 5 omnis] buc. IV 39 ‖ 11 mille] buc. II 21 ‖ 13 errabat] A. VII 491 ‖ inter totum e. q. s.] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 81. cf. Isid. diff. verb. 402 ‖ 19 omnemque] A. II 750 ‖ 20 Statius] Theb. I 81 ‖ 25 ARMENTA videtur e. q. s.] cf. Isid. or. XII 1, 8. gloss. Sangerm. ap. Hildebr. p. 19

2 sed cervi] .f. auctores *superser.* $C^a$ ‖ non sunt in ea parte africae id est in prouincia nunc proconsulari *C* (*super* proconsulari *scripsit* .p. n. l. $C^2$) ‖ proconsulari] p ñ puinciae *superser.* *l* ‖ 3 aut ergo fictum *BM* ‖ est] et *M* ‖ 4 ab *C* (ob $C^2$) ‖ 5 ipse *om.* *B* ‖ 7 accipiunt *C* ‖ 11 alibi *om.* *BC* ipse alibi *M* 12 et in . . . silvis *om.* *BKC* ‖ silvis. et alibi quom de columbis diceret (*Aen.* VI 199) 'pascentes illae tantum prodire uolando'. *D* ‖ 15 omne *om.* *K* ‖ ut pote *B* ‖ omne auditorium *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 16 hoc est . . . scolasticos *om.* *L* (*add.* *l*) ‖ scolasticis omne *om.* *H* ‖ omne . . . id est *om.* *C* (*add.* $C^2$) ‖ 17 usurpatiue tamen poetae ista confundunt *B* ‖ 19 totam *M* ‖ 20 et] ut *B* ‖ totus *K* ‖ ordire in poenam *H* ‖ ordine *B* ‖ 21 plerique . . . remanet] plerique ab eo quod est tot totus dicunt et quot quotus. sed contra dicit sillabica productio nisi quotus *B* ‖ plerique . . . quotus] plerique diriuationem dicunt ut/// ab eo quod est quot quotus tot totus *C* ‖ dicunt] ducunt *Masvicius et Burmannus* ‖ 23 quia] quod *LH* ‖ naturam nam cum tot *om.* *K*

*dixisse, cum armenta proprie boum sint vel equorum vel ceterorum quibus in armis utimur.*

186. AGMEN agmen proprie dicitur ordinata multitudo, ut est ambulantis exercitus; neque enim in uno loco stans agmen vocatur, aut si inventum fuerit usurpatum est: unde bene adiecit 'longum', ut incedentum ostenderet significationem.

187. CONSTITIT 'con' secundum naturam brevis est semper, excepto quum s littera vel f sequitur; tunc enim tantum producitur, sicut 'in' syllaba, ut insula, infula. **HIC pro tunc, aut pro ibi.** CELERES *potest et pro celeriter accipi.*

188. CORRIPVIT aut de pharetra corripuit, ut est corripit hic subita trepidus formidine ferrum, aut ab Achate, ut eum secutum esse per silentium intellegamus, ut illo loco ni iam praemissus Achates adforet, item nunc repeto, Anchises fatorum arcana reliquit. **aut 'corripuit', ut cervorum celeritatem praeciperet.** GEREBAT aut tunc, aut quae gerere consueverat.

190. CORNIBVS ARBOREIS aut subaudi 'cum', ut illo loco atque Ixionii vento rota constitit orbis, id est cum vento; aut certe secundum supra dictam figuram 'cornibus arboreis' pro cornuum arboreorum. melius tamen est ut 'cum' subaudias. TVM VVLGVS bene 'vulgus' ductoribus interemptis. *Ennius avium vulgus et alibi hastarum, id est multitudinem hastarum et avium.*

191. MISCET perturbat, circumagit, insequitur. FRONDEA pro frondosa posuit. plerumque enim dum varietati declinationis student poetae mutant proprietatem; nam frondeum est totum de

---

3 agmen proprie e. q. s.] cf. Isid. or. IX 3, 64 ‖ 7 con secundum e. q. s.] cf. Serv. [Sergii] comm. in Don. p. 442, 28 K. ‖ 11 corripit] A. VI 290 ‖ 13 ni iam] A. VI 34 ‖ 14 nunc repeto] A. VII 123 ‖ 17 atque] georg. IV 484 21 Ennius] cf. adn. crit. ‖ 25 nam frondeum e. q. s.] exscr. Isid. diff. verb. 223

---

1 armamenta *C* ‖ 6 incedentem *C* (incedentum *C*[2]) ‖ 7 *ad v.* 187 Constitit hic] pro tunc aut pro ibi. *P* ‖ CONSTITIT HIC pro tunc aut pro ibi et con *C* ‖ 9 sicut . . . infula] ut est insula infula *B* (sicut in sillaba *superscr. ead. manus*) sicut insula infula *C* (in sillaba ut est *add.* *C*[3]) ‖ ut] ut est *MI* ‖ 12 ferrum. aut corripuit ut ceruorum celeritatem praeciperet. aut corripuit ab achate. et quo modo ab achate quem apud ignem occupatum dixit? sed eum secutum *C* ‖ ut eum secutus esset per silentium *B* intellegamus . . . reliquit *omittens* ‖ 13 illo] hoc *C* ‖ 16 consueuerat] conueuerat *K* solebat *L* ‖ 17 *ad v.* 190 Cornibus arboreis] pro cornuum arboreorum. melius tamen est ut 'cum' subaudiatur, ut est 'atque Ixionii uento rota c. o.', id est cum uento. *P eadem ad* CORNIBVS ARBOREIS *in C adscripta sunt, nisi quod is* subaudias *exhibet* ‖ 18 atque Ixionii *om. B* ‖ 18 ixioni *K* ixionei *LM* ixumii *H* ‖ 21 Ennius . . . et avium *Vahlenus Enn. poes. rel. p.* 117: ennius auium uulgus et hastarum et auium *C* alibi multitudinem et hastarum et *supra* et auium *scripsit* *C*[2] ‖ 23 *ad v.* 191 Miscet] perturbat (perturbet) agit. Frondea] pro frondosa posuit . . . ut saxosus saxeus. *P* ‖ 24 profundos aposuit *KL* (pro fundosa posuit *l*) ‖ 25 proprietatem *om. CP* (*add.* *C*[3])

frondibus, ut torus, frondosus vero est lucus; licet enim abundet frondibus, non tamen est de frondibus totus: ut saxeus et saxosus. TVRBAM multitudinem. *Cicero in Verrinis videt in turba Verrem, Plautus in Amphitrione deinde utrique imperatores in medium exeunt extra turbam ordinum.*

192. QVAM SEPTEM bene definit numerum; necessitatis enim est haec venatio, non voluptatis, in qua plura requiruntur. *nec enim conveniebat, sociis diversis modis laborantibus, voluptati operam dare.* VICTOR hoc loco propositi effector, ut est atque rotis insistere victor.

193. FVNDAT HVMI per humum. et est adverbialiter positum, ut humi nitens, id est per humum. CVM NAVIBVS cacenphaton in sermone, quod fit si 'cum' particulam n littera sequatur. *notandum sane est, quod non omnia persequitur, neque enim indicat, quo delati sunt cervi.*

194. HINC pro inde *vel post*, abutitur enim adverbiis more suo. PARTITVR Sallustius ait provincias inter se partiverant, nam et partio et partior dicimus: et est verbum de his, quae cum utramque recipiant declinationem pro nostra voluntate, activae tamen sunt significationis, ut punio punior, fabrico fabricor, lavo lavor. quamquam temptaverit Probus facere differentiam inter activam passivamque significationem, ut dicamus tondeo alterum tondeor ab altero; sed hoc in aliis verbis dicere non possumus, ut fabrico fabricor, pasco pascor; nam legimus florem depasta salicti et pascuntur vero dumos. sunt autem alia verba, quae activae significationis declinationisque sunt, ut caedo, sunt quae passivae, ut caedor. invenimus tamen, activam declinationem significationem habere passivam, ut vapulo, et contra declinationem

---

4 Plautus in Amphitrione] I 1, 68 'd. uterque imperator i. m. ex. e. t. o.' 9 atque rotis] georg. III 114 ‖ 12 humi] A. II 380 ‖ 17 Sallustius] Iug. 43, 1 18 nam et partio e. q. s.] cf. Serv. [Sergii] comm. in Don. p. 137 K. Prob. cath. p. 36, 25 K. cf. Steupius de Probis p. 196 ‖ 24 florem] buc. I 54 ‖ 25 pascuntur] georg. III 314

---

1 lucus *LHM:* locus *B* locus *K* locus qui frondes habet *CP* ‖ habundet *LHM* habundet in *K* ‖ 2 saxosus saxeus *KCP* ‖ 4 amphytrione *C* ‖ 6 definit *KC:* definiuit *LH* finiuit *BM* ‖ 7 uoluntatis *K* ‖ 9 atque *om. KC* ‖ 11 *ad v.* 193 Fundat humo] per humum . . . n littera sequatur. *P* ‖ HVMO *C* (*corr. C*[3]) positum] dictum *L* ‖ 12 id *om. C* (*add. C*[3]) id est *om. M* ‖ 13 particulam cum *CP* ‖ 16 *ad v.* 194 Hinc] pro inde . . . more suo. Partitur] nam partio et partior inuenimus. *P* ‖ 17 prouintias *LM* prouuinias *H* ‖ et inter *K* ‖ 19 recipiunt *CH* ‖ 20 tamen actiuae *L* ‖ laboro or *B* labo labor *KLHM* laua lauor *C* (lauo lauor *C*[2]) ‖ 22 dicimus *L* ‖ 24 pasco . . . legimus] quamuis et posco poscor (pasco pascor *C*[2]) huic significationi addi possit legimus enim *C*

passivam activam habere significationem, ut loquor. haec ergo caute ab illis segreganda sunt verbis.

195. VINA BONVS QVAE DEINDE CADIS ONERARAT ACESTES ordo est 'deinde vina partitur, quae Acestes dedit'. *'bonus' autem hic largus vel liberalis. sane etiam Aeneam bonum pro laude appellat, ut in quinto quos bonus Aeneas dictis solatur amicis. bonum etiam pro forti dicit Sallustius sane bonus ea tempestate contra pericula et ambitionem. item in Catilina sed libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit. de Acestis autem origine fabula in quinto libro est.* DEINDE *una syllaba metri causa excluditur.*

196. TRINACRIO Graecum est propter tria ἄκρα, id est promunturia, Lilybaeum, Pachynum, Pelorum. Latine autem Triquetra dicitur. *sane Philostephanus περὶ τῶν νήσων sine r littera Trinaciam appellat ὅτι Τρίνακος αὐτῆς πρῶτος ἐβασίλευσεν.*

HEROS vir fortis, semideus, plus ab homine habens, ut ait Hesiodus.

197. *DICTIS MAERENTIA bene ante epulas et hortatur socios et solatur.*

198. O SOCII ordo est 'o socii, revocate animos'. bene autem socios dixit, ut se eis exaequaret. *quidam socios proprie remiges accipiunt, sed illi socii navales appellantur.* IGNARI pro inmemores. et est acyrologia; ignarus enim est qui ignorat, inmemor qui oblitus est. ANTE MALORVM ὑφέν est, *id est antiquorum malorum,*

---

6 in quinto] 770 ‖ 7 Sallustius] hist. fragm. V 19 Kritz. ‖ 8 in Catilina] 33, 4 17 Hesiodus] cf. adn. crit. ‖ 22 ignarus . . . oblitus est] exscr. Isid. diff. verb. 295

---

3 *ad v.* 195 Vina deinde] una syllaba tollitur metri causa. *P* ‖ ordo est . . . dedit] deinde uina heros diuidit quae bonus acestes trinacrio litore cadis honerarat et abeuntibus dederat. *C cf. Diom. p.* 461, 10 *K.* ‖ dederat *B* ‖ 6 solatur amicis] ad. f. a mic, *C* (ad. f. *pro* adfatur *ut videtur*) ‖ 7 dici *C* ‖ 8 in catilina $C^2$: in catiline *C* ‖ 9 amittit] BONVS bonus ciuis et bonus largitor *Masvicius primus addidit, quae nescio unde petita sint.* ‖ 9 acestis $C^2$: actis *C* ‖ autem origine $C^2$: origine autem *C* ‖ 10 metrica *C ex dittographia* ‖ 12 *ad v.* 196 Trinacrio] graecum est quod tria acra habeat, id est promontoria, Lilybaeum (lybaeum) Pachynum (pachinum) Pelorum. *P* ‖ propter tria ἄκρα] quod tria acra habeat *C* ‖ promunturia' *C*: promontoria *B* pro ermontoria *K* promuntoria $LC^2$ promunctoria *HMl* ‖ 13 lilibeum *BHMl* libeium *L* ‖ bachynum *C* pachinum *KLHM* triquadra *L* (triquatra *l*) ‖ 14 ΠΕΡ ΤΩΝ ΝΗΣΩΝ (*sed* ΣΣ *in ras.* $C^2$) ‖ 15 trinaciam *C* (r *supr. vers* $C^2$) ‖ ΡΡΙΝΑΚΟΣ *C* ‖ ΕΒΑΣΙΕΥΣΕΝ *C* ‖ 16 plus ab homine *C* plus homine *M* ‖ 17 Hesiodus (*op.* 158) *Ζεὺς Κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται ἡμίθεοι Fabricius* ‖ 18 MERENTIA *C* ‖ et hortatur et hortatur *C* ‖ 19 *ad v.* 198 O socii. Ignari] pro inmemores . . . oblitus est. *P* ‖ o *om. BM* ‖ 20 eis] ipsis *B* his *M* ‖ 21 socii $C^2$ *in ras.* ‖ 22 inmemor uero *LM* ‖ 23 ΥΦΑΙΝ *C* yfen *reliqui* ‖ est *om. C*

ut alibi caeli subterlabentia signa. *et totus hic locus de Naevio belli Punici libro translatus est.*

199. O PASSI GRAVIORA arte magna utitur. vult enim eos meminisse gravissimorum, ut praesentia facilius tolerent. et bene graviora dicit esse transacta, *ut de praesenti eos naufragio consoletur, et* ut ostendat futura esse leviora. HIS QVOQVE scilicet sicut et gravioribus.

200. *vos vos certe estis.* SCYLLAEAM RABIEM exempla pro negotiorum qualitate sumere debemus, ut hoc loco in marinis periculis ponit peractae tempestatis exempla. *'rabiem' autem secundum antiquos dictum non nulli adserunt; nam † rabiam dici adfirmant.* PENITVSQVE SONANTES id est valde, et aut 'valde sonantes' accessistis, aut 'valde accessistis', id est iuxta. et bene ait 'accessistis'; non enim passi sunt haec pericula, sed his fuere vicini. *'accestis' autem pro accessistis dictum per syncopen, quae fit, cum de media parte verbi syllaba subducitur.*

201. CYCLOPEA SAXA aut quae Cyclops in Ulixen iecit, aut certe Siciliam dicit, *quae plurimis locis saxosa promunturia habet,* in qua Cyclopes habitaverunt, ut ipse centum alii curva haec habitant ad litora vulgo. possumus tamen et Aetnam accipere, *quae propria Cyclopum fuit:* nam et ipse in tertio ait nocte illa tecti silvis inmania monstra perferimus. *quidam tamen haec saxa inter Catinam et Tauromenium in modum metarum situ naturali dicunt esse, quae Cyclopea appellantur, quorum medium et eminentissimum Galate dicitur.*

202. *REVOCATE ANIMOS quos remisistis resumite, hoc est animo*

---

1 caeli] Lucr. I 2. cf. Lachm. ad h. v. ‖ 19 centum] A. III 643 ‖ 21 nocte] A. III 583

---

1 signa] ante enim hic ad solam pertinet coniunctionem et plenitudinem uersus *add.* $C^3$ *in marg.* ‖ Naevii *malim* ‖ 2 lib. *C* ‖ 6 ut *om.* *C* ‖ 8 *ad v.* 200 Vos] uos certe estis. Penitusque sonantes] id est ualde sonantes. Accestis] pro accessistis id est iuxta, dictum per syncopen. *P* ‖ vos nos certe estis *C* ‖ 12 id est valde . . . iuxta] id est ualde et aut ualde sonantes accessistis id est iuxta *BLHM*, *nisi quod* et *omittit et* sonantis *exhibet* *B* (aut ualde accessistis *add.* *l*) id est ualde et aut ualde sonantes accesistis aut ualde accessistis *K* id est ualde sonantes accessitis aut ualde accessistis id est iuxta *C* ‖ 15 syncopopen *C* ‖ 17 *ad v.* 201 Cyclopea] aut quae Cyclops . . . habitauerunt; aut Aetnam possumus accipere quae propria Cyclopum fuit. *P* ‖ 18 certe] etiam *P* ‖ promun turia *C* (promuncturia *fuisse videtur*) promunctoria $C^2$ promontoria *P* ‖ 19 in qua] quia ibi *C* ibique *P* ‖ 20 aut etnam (aethnam $C^2$) possumus accipere *C* ‖ 21 nam *om.* *K* ‖ noctem illam *C* ‖ 22 tectis *BL* ‖ pertulimus *C* ‖ quidem *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 23 tauro enium *C* ‖ situ $C^2$: si *C* ‖ 26 *ad v.* 202 Renocate animos] resumite. Maestumque timorem] qui (que) maestos faciat . . . senectus. *P*

*praesenti estote.* MAESTVMQVE TIMOREM quod maestos et sollicitos faciat, ut 'mors pallida' et 'tristis senectus'.

203. MITTITE *pro* omittite. et est tropus aphaeresis, quomodo temnere pro contemnere. FORSAN forsan fortassis forsitan forte fors, *ut fors et vota facit et forsitan et Priami fuerint quae fata requiras. sed omnia haec* unum significant, sed varie pro metri ratione ponuntur. *dicitur tamen et 'fortasse', ut Terentius tu fortasse, quae hic facta sunt, nescis.* OLIM modo temporis futuri est. MEMINISSE memini et genetivum regit et accusativum; dicimus enim et memini malorum et memini mala: et iusta ratione; nam memoriae oblivio contraria est. et obliviscor similiter et genetivum regit et accusativum, ut obliviscere caedis atque incendiorum et obliviscor iniurias tuas Clodia. [sic Tullius Cicero.] IVVABIT futuri temporis est. huius autem verbi praeteritum perfectum anomalum est. nam cum primae coniugationis verba tempore perfecto aut in avi exeant, ut amavi, aut in ui solutam, ut tonui, hoc verbum neque iuvavi facit neque iuvui, sed iuvi, ut Lucanus iuvit sumpta ducem, iuvit dimissa potestas.

IVVABIT] **sicut nunc priorum meminisse iuvat. et multi 'iuvabit' non delectabit, sed usus erit tradunt.**

204. PER VARIOS CASVS argumentum a conpensatione. *et bene dicendo 'casus' et 'discrimina' praeterita attenuat; neque enim ait 'pericula'. 'rerum' autem potest et salvo sensu omitti.* SEDES

---

4 forsan e. q. s.] cf. Charis. p. 185, 13 sqq. K. || 5 fors] A. XI 50 || forsitan] A. II 506 || 7 Terentius] eun. V 8, 31 'tu fortasse quae facta hic sient nescis'. || 12 obliviscere] Cic. in Cat. I 3, 6 || 13 obliviscor] Cic. pro Cael. 20, 50 || 18 Lucanus] IX 200

---

1 quod] qui $C^2$ || 2 facit *B L* (faciat *l*) || 3 *ad v.* 203 Mittite] pro omittite. aphaeresis. Forsan] forsis forsitan forte fortasse fors ut 'fors et uota facit' (faciet). sed omnia haec unum significant et uarie pro metri ratione ponuntur. Olim] temporis futuri modo. Meminisse] memini . . . mala. Iuuabit] alii non delectabit sed usus erit tradunt. est autem futuri temporis. sane huius uerbi praeteritum perfectum . . . potestas. *P* || omittite] et bene quia praemiserat reuocate addidit mittite *add.* $C^2$ *in marg.* || et est] est autem *C* || 4 tempnere *C L M* || tempnere *C* contempnere $C^2$ *M l* contennere *L* || forsan . . . fors] forsis forsitan forte fors *C* (fortassis *post* forsitan *supr. vers. add.* $C^2$) || 6 et uarie *C* || pro] propter *B*, *om. K* || 9 accussatiuum ut obliviscere *C* dicimus enim *omittens* || 12 l$^{i}$uiscere *K* obliuiscor *L* || 13 obliuiscar *ex* obliuiscor *H* || clodia *K* o clodia *l* || sic Tullius Cicero *om. B C* (pro clodia sic tullius cicero posuit $C^3$ *supr. vers.*) || 14 IVVABIT sicut nunc . . . tradunt est autem futuri temporis. sane huius uerbi *C* || 16 ui] aui $C^3$ *l* || 17 iuvui] inbui *K* iuui *C* (iuuuini $C^3$) || 18 iuvi ut] iuuut *K* iuit ut *C* (iuuit ut $C^2$) iuuiut *ex* iuuaut *H* || sumta *K* sũpta// *L* || iuuit *ex* iouis *C* iuuis *P* || demissa *C* demisa *P* || 21 *ad v.* 204 Tendimus quietas] habuit enim sedes . . . accipiunt. *P* || per compensationem *C* (*corr.* $C^3$) || 23 SEDES VBI FATA QVIETAS *C*

QVIETAS non vacat quod adiecit 'quietas'. habuit enim sedes et in Thracia, *sed portentosas*, et in Creta, sed *pestilentes*, *et ideo* non quietas. *'fata' autem quidam hic deorum responsa accipiunt.*

206. ILLIC FAS REGNA RESVRGERE TROIAE figura etiam ante dicta, qua per contrarium aliquid intellegimus. dicendo enim 'illic fas' ostendit alibi nefas, ut occurreret cogitationi sociorum, ne fatigati tot malis quascumque requirerent sedes, quod etiam in quinto factum est navibus incensis. *bene autem 'regna Troiae' dixit, non Troiam, quam amiserant.*

207. DVRATE duri estote ad sustinendos labores. sic Horatius vix durare possunt imperiosius aequor. VOSMET 'met' πάρελκον est. sciendum autem est, has particulas 'met' 'piam' 'te', ut egomet quispiam tute et similia ornatus causa poni. sunt autem adverbia. quicquid enim ab illis septem recesserit partibus adverbium sit necesse est. item quemadmodum probamus adverbia esse, quia dicimus 'docte facio', 'docte feci', 'docte fecisti', et mutato verbo remanet adverbium: ergo si sic et in istis particulis invenimus, ut egomet vosmet, ut mutatis casibus vel personis eadem permaneant, adverbia sine dubio sunt, nulla enim hoc alia pars orationis admittit. notandum sane quod hae particulae plerumque suam naturam habent, non syllabarum. nam cum 'te' et 'met' longae sint, 'tutemet' dactylus invenitur, nec possumus harum partium naturam discutere, quia sub regulis non sunt.

208. VOCE REFERT pleonasmos est, qui fit quotiens adduntur superflua, ut alibi vocemque his auribus hausi. Terentius his oculis egomet vidi. CVRIS cura dicta ab eo quod cor urat. denique paulo post ait 'premit altum corde dolorem'. AEGER

10 duri estote e. q. s.] cf. Don. ad Ter. adelph. IV 2, 15 ‖ Horatius] carm. I 14, 7 ‖ 25 vocemque] A. IV 359 ‖ Terentius] adelph. III 2, 31 ‖ 26 cura ... urat] Varro d. l. l. VI 46. exscr. Isid. diff. verb. 88 ‖ 27 aeger e. q. s.] exscr. Isid. diff. verb. 69

2 portentosos *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 4 etiam] est etiam *H* est iam *l* ‖ 9 amisserant *C* ‖ 10 *ad v.* 207 Durate] duri estote ad sustinendos labores. Vosmet] met πάρελκον est. sciendum autem has particulas ornatus causa poni ... aduerbium fit. *P* ‖ 11 pareleon *BKLHM* paeleon *C* at paralellon *superscr.* *l* 12 te et similia ornatus causa poni ut egomet quispiam tute *L* ‖ 13 autem] enim *B* ‖ 14 quidquid *CL* (quicquid *l*) ‖ 16 permanet *BC* remanet uel permanet *H* ‖ 17 si *om.* *KM* ‖ istis] his *C* ‖ 18 egomet uosmet *KLH*: egomet memet uosmet *BM* ego et uos(met)met et *C* (met *superscr.* $C^3$) ‖ caedem *L* 19 sunt] p̃r uero ineptas uoces eas esse dicit *add.* *B* ‖ 20 suum *C* (suam $C^2$) 21 met] me *BCM* ‖ 24 *ad v.* 208 Voce refert] pleonasmos est. Curis] cura dicta quod cor urat. Aeger] est et tristis et male ualens: aegrotus autem tantum male ualens. *P* ‖ 25 hisce oculis *l*

'aeger' est et tristis et male valens, aegrotus autem sive aegrotans tantummodo male valens.

209. SPEM laetitiam, *ut spem fronte serenat:* et est crebra apud Vergilium figura, quae fit quotiens significatur ab eo quod praecedit id quod sequitur, nam spem laetitia sequitur: spes vero in vultu non videtur, sed laetitia. haec autem figura et versa vice fit, ut intellegamus ab eo quod sequitur id quod praecedit, ut meritaeque expectent praemia palmae palmam pro virtute posuit, quae praemium meretur et palmam.

210. PRAEDAE ad praedam, ut inferretque deos Latio. ACCINGVNT studiose parant, ut alibi accingunt operi; accinctos enim industrios dicimus, ut Horatius altius ac nos praecinctis unum, sicut econtra neclegentes discinctos vocamus, ut discinctos Mulciber Afros. DAPIBVSQVE FVTVRIS ambitiose dixit quod sunt cervi dapes futurae.

211. TERGORA tergus tergoris, unde et 'tergora', corium significat, tergum vero tergi, ut templum templi, dorsum significat, ut Sallustius scilicet quia tergis abstinetur. *sed haec a veteribus confundebantur, ut alibi taurino quantum possent circumdare tergo. item in nono ingerit hastas in tergus. quidam mox detracta coria pelles dici, subacta autem et iam medicata coria appellanda*

---

3 spem] A. IV 477 ‖ 8 meritaeque] A. V 70 ‖ 10 inferretque] A. I 6 ACCINGVNT studiose e. q. s.] cf. Don. ad Ter. eun. V 8, 30 et Phorm. II 2, 4 11 accingunt] A. II 235 ‖ 12 Horatius] sat. I 5, 5 ‖ 13 discinctos] A. VIII 724 16 tergus tergoris e. q. s.] cf. Charis. p. 71, 20 et 146, 3 K. et Isid. diff. verb. 502 ‖ Sallustius] or. Macri tr. pl. 26 p. 292 Kritz. ‖ 19 taurino] A. I 368 20 ingerit] A. IX 760 ‖ quidam . . . tradunt] Isid. orig. XI 1, 79

---

3 *ad v.* 209 Spem] laetitiam . . . serenat. ab eo quod praecedit id quod sequitur significatur; nam spem . . . laetitia. *P* ‖ 6 in *om.* *H* ‖ haec autem] hau causa *K* ‖ 8 exspectent *KC* ‖ 9 praemium] primum *C Stephanus* ‖ et] ut *B* id est *Masricius* ‖ et palmam *om.* *C* ‖ palmam post accipit *Stephanus et Fabricius* ‖ 10 *ad v.* 210 Praedae] ad praedam . . . parant, accinctos enim industrios dicimus. Dapibusque futuris] ambitiose . . . futurae. *P* ‖ ADCINGVNT *et* 11 adcingunt *et* adcinctos *K* ‖ 12 ut Horatius . . . Mulciber Afros *om.* *B* ‖ ac nos praecinctis unum *K:* ac nos praecintis *C* (praecingtis $C^2$) accinctum unum *L* (ac nunc praecincti simus *l*) ac nunc unum praecinctis *H* ac nunc accincti simus *M* ‖ 13 contra *KH* ‖ neclegentes *KC:* negentes *L* neglegentes *HMlC*³ 14 Afros. ut Horatius iu epodo (I 33) quo 'quod aut auarus Chremes terram premam, disciuctus aut perdam nepos', ut graece εὔζωνοι expediti dicuntur. *D* ‖ quod . . . futurae] quid sicut seru(a)iri dapes futurae *B* ‖ quod *CP* (*sed o incertum num a manu prima sit in C*): quid *KLHM* ‖ sint *P* ‖ 16 *ad v.* 211 Tergora] tergus tergoris (risque) significat corium, tergum uero tergi dorsum significat. sed haec a ueteribus confundebantur ut . . . tergo. Viscera] non tantum . . . est. est autem . . . uisceris. *P* ‖ 17 et significat dorsum *C* ‖ 19 confundebatur *C* (*corr.* $C^2$) ‖ alibi *om.* *P* ‖ posset *CP* ‖ 20 nono] undecimo *C* ‖ 21 dici] diu *vulgo* ‖ coria *ex* curia *C*

*tradunt.* VISCERA NVDANT 'viscera' non tantum intestina dicimus, sed quicquid sub corio est, ut in Albano Latinis visceratio dabatur, id est caro. est autem nominativus hoc viscus huius visceris, ut Lucretius viscus gigni sanguenque creari. sanguen autem ideo dixit, quia sanguinis facit, ut carmen carminis; si enim sanguis diceret, par esset genetivus, ut anguis, pinguis.

212. *PARS ET FRVSTA SECANT figurate, ut pars grandia trudunt.* VERIBVS ecce nomen de his quae in numero singulari indeclinabilia sunt, ut veru cornu genu. TREMENTIA palpitantia adhuc.

213. *LITORE pro in litore.* AËNA LOCANT quibus utebantur non ad elixandas carnes, sed ad se lavandos. heroicis enim temporibus carne non vescebantur elixa. huic autem nomini maiores adspirationem dabant; nam ahena dicebant. *sane aëna absolute, sicut Graeci χάλκεα, ut costis undantis aëni et aëna undantia flammis. quidam autem aënum speciem vasis non utique aënei tradunt, ut Nevius aëneus, plumbeus.*

214. TVM id est *vel* postquam se laverunt, *vel postquam sibi cibum paraverunt.* VICTV cibo, unde et convictores dicimus, ut Horatius nunc quia sim tibi Maecenas convictor; nam convivae a convivio dicuntur. *REVOCANT VIRES bene cibo dixit vires reductas, quia supra dixerat 'fessi rerum', hoc est fame et labore fati-*

1 viscera e. q. s.] exscr. Isid. or. XI 1, 116 ‖ 4 Lucretius] I 837 ‖ 7 figurate e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Andr. III 5, 1 ‖ pars] A. IV 405 ‖ 13 huic autem nomini e. q. s.] cf. Gell. II 3, 5 sqq. ‖ 15 costis] A. VII 463 ‖ aëna] A. VI 218 ‖ 20 Horatius] sat. I 6, 47

2 quidquid *KC* ‖ 3 dabitur *K* ‖ nominatiuus singularis *BM* ‖ 4 ut Lucretius . . . creari *om. B* ‖ gignis anguemque crearis *K* gigni sanguenque creare *C* (in *superscr. C*[3]) gignis Unguentiq. creari *H* ‖ 6 sanguis] sanguinis *K* ‖ 7 *ad v.* 212 Veribus] a nominatiuo ueru. Trementia] palpitantia adhuc. *P* ‖ FRVSTRA *C* ‖ figurata *C* ‖ tradunt *C* (*corr. C*[2]) ‖ 8 ecce *om. C* ‖ 11 *ad v.* 213 Litore] pro in litore . . . elixa. sane aena (aenea) absolute, ut 'costis undantis aeni' . . . plumbeus. *P* ‖ 12 se lavandos] sauandas *K* se leuandos (lauandos *C*[2]) uel ad carnes lauandas *C* se leuandos *L* (*corr. l*) ‖ 13 celixa *K* elix a *C* (*utrum* elixia *fuerit an* elixfa *non potest dignosci*) elixae *M* ‖ huic . . . dicebant *om. B* 14 ahena] haena *libri, nisi quod* ha *in ras. l* ‖ 15 sicut . . . χάλκεα *om. P* χααкεa *C* ‖ aeni *C*[2]: aena *C* ‖ 16 autem *P*: enim *C* ‖ cenum *P* ‖ uasi *P* ‖ aënei] aeriae *CP fortasse* aerei ‖ 17 *fortasse* ut Naevius ahenum plumbeum 18 *ad v.* 214 Tum uictu] id est uel postquam . . . dicimus. nam conuiuae . . . dicuntur. Fusi] polysemus sermo est. significat autem discumbentes, nam olim sedentes uesci solebant. *P* ‖ TVNC *KHM* ‖ sibi *om. P* ‖ 19 et *om. K* ut Horatius . . . convictor *om. B* ‖ 20 nunc quia *libri Horatiani:* numquam *C* (num quia *C*[3]) num quia *LHM* (*sed* um *e corr. in L*). *in Caroliruhensi extrema* Horatius *syllaba et id quod ante* quia *scriptum erat euanuerunt.* ‖ sim] si *L* ‖ nam *om. K* ‖ 21 conuiuo *P* convivendo *Burmannus* ‖ cibo *C*[2]: cibi *C*

*gati.* FVSI polysemus sermo est. significat enim et discumbentes, ut hoc loco, et fugatos et occisos. *sane iuxta temporis sui morem hoc loco discumbentes induxit, nam olim sedentes vesci consueverant, ut ipse meminit gramineoque viros locat ipse sedili et perpetuis soliti patres considere mensis.*

215. INPLENTVR impleor duos casus regit; dicimus enim et impleor illius rei, ut Cicero squaloris plenus ac pulveris et impleor illa re, ut Iuvenalis lectica Mathonis plena ipso. FERINAE feras dicimus aut quod omni corpore feruntur, aut quod naturali utuntur libertate et pro desiderio suo feruntur. *sane veteres prope omnes quadrupedes feras dicebant, ut inque feri curvam conpagibus alvum contorsit et armentalis equae mammis et lacte ferino.*

216. POSTQVAM EXEMPTA FAMES caute in maestitia cibis famem exemptam dicit, id est fugatam, non affluentiam quaesitam. *Homerus* αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. MENSAEQVE REMOTAE quia apud maiores ipsas apponebant mensas pro discis: unde est et mensae grata secundae. duas enim habebant mensas: unam carnis, alteram pomorum. *sane aliquando induxit luxuriosas epulas postquam prima quies epulis mensaeque remotae.* AMISSOS non re vera, sed ut illo tempore putabant.

218. *SPEMQVE METVMQVE INTER DVBII spes bonorum, metus malorum; et ideo subiunxit 'seu vivere credant, sive extrema pati'. et hoc loco 'seu' pro utrumne. et quidam commodius distingui putant 'spemque*

4 gramineoque] A. VIII 176 ‖ 7 Cicero] in Verr. act. sec. III 12, 31 ‖ 8 Iuvenalis] sat. I 32 ‖ 9 feras dicimus e. q. s.] exscr. Isid. or. XII 2, 2 et diff. verb. 248 ‖ 11 inque] A. II 51 ‖ 12 armentalis] A. XI 571 ‖ 15 Homerus] Od. I 150 ‖ 18 et mensae] A. VIII 283 ‖ 20 postquam] A. I 723

4 propetuis *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 5 ipse patres *C* ‖ 6 *ad v.* 215 Implentur] impleor duos casus regit genitiuum et ablatiuum. dicimus enim impleor illius rei et illa re (re *om.*). Ferinae] feras dicimus quod desiderio suo feruntur. prope omnes quadrupedes feras dicebant, ut 'inque feri curuam'. *P* ‖ 7 pulveris] et Terentius plenus rimarum sum *add. B L M* $C^3$, *nisi quod* ut Terentius *B* ‖ 8 ut] hoc loco et alibi plenamque sagittis Threiciis et *add. B H M* $C^3$, *nisi quod* ut alibi *H*, theiciis *B H* thraiciis *M* Tireciis $C^3$. illa re ait allibi plenamque sagitis theiciis et iuuenalis *L* (ut hoc loco *in marg. suppl. l. idem* ait *in* ut *et* theiciis *in* threiciis *mutavit.*) ‖ Iuuenalis lectica Mathonis *om. B* ‖ laetica *C* lectica/// (m *ut videtur erasa*) *L* lecticam *H* ‖ adbonis *L H* (mathonis *l*) ‖ plena ipso at in uenitur *B* ‖ 9 corpore] tempore *L* ‖ 10 pro *om. C* (*add.* $C^2$) ‖ 14 *ad v.* 216 Postquam exempta] fugata. non affluentiam quaesitam dicit. Mensaeque remotae] quia . . . secundae. *P* ‖ EXEMTA *K H* ‖ 15 exemtam *K* ‖ affluentiam *L M:* fluentiam *B* efluentiam *K* afluentium *C* (afluentiam $C^2$) affluentia *H* ad affluentiam *vulgo* ‖ 16 ΑΥΤΑΡ ЄΠΙ ΠΟϹΙΟϹ ΚΑΙ ΝΑΗΤΥΟϹ ЄΖЄponente *C* ‖ 17 pro discis . . . habebant mensas *om. C*, *in marg. suppl.* $C^2$ ‖ 19 sane aliquando . . . remotae *haud scio an post* non affluentiam quaesitam *collocanda sint* ‖ 20 luxoriosas *C* ‖ 24 atrumne *C* (*corr.* $C^2$)

*metumque inter' et sic subiungunt 'dubii seu vivere credant sive extrema pati'.*

219. EXAVDIRE VOCATOS aut subaudimus 'deos' et quasi conquestio est, quod non flectantur precibus, aut certe hoc dicit, non solum perisse eos, sed nec sepulturam habere, ad quam vocentur. novimus enim quod mortuorum umbrae ad sepulcra vocabantur, ut est m a n e s q u e v o c a b a t H e c t o r e u m a d t u m u l u m. et est figura ab eo quod praecedit id quod sequitur, quia post facta sepulcra manes vocantur, *ut in tertio a n i m a m q u e s e p u l c r o c o n d i m u s e t m a g n a s u p r e m u m v o c e c i e m u s; post nomen enim defuncti vocatum tertio dicebatur vale vale vale.* * *aut ideo non exaudire quia iam illi mortui sint, aut a praetereuntibus vocatos non exaudire**, *aut certe in ea parte sitos, ut nec vocati exaudiant, quia fuit et alius mos, ut eos qui in aliena terra perissent vocarent, ut est et m a g n a m a n e s t e r v o c e v o c a r i.*

220. PRAECIPVE praeter omnes, quasi pius. *ACRIS fortis, alias velocis. quidam acrem in unamquamque rem vegetum ac nimium tradunt.* ORONTI pro Orontis, ut i n m i t i s A c h i l l i. *vitavit* ὁμοιοτέλευτον.

221. *NVNC AMYCI in quinto Gyae meminit; nam Amycus et Lycus cum Oronte videntur perisse.* SECVM propter socios, ut supra 'spem vultu simulat'.

222. *FORTEMQVE GYAN ut merito requirantur et desiderentur.*

223. FINIS vel fabularum vel diei. sequitur namque paulo post 'Aeneas per noctem plurima volvens'. et sciendum est Vergilium non semper dicere ortum vel occasum diei, sed aut intellectui relinquere, ut hoc loco, aut negotiis tempora significare. est autem poetica callopistia non omnia exprimere: unde ait Horatius in arte

7 manesque] A. III 303 ‖ 9 in tertio] 67 ‖ 14 et magna] A. VI 506 ‖ 20 in quinto] 118 sqq. ‖ 28 Horatius in a. p.] 133

3 *ad v.* 219 Exaudire uocatos] aut subaudimus deos et quasi conquestio, quod non flectuntur precibus, aut quod illi mortui sint. *P* ‖ 4 flectuntur *C* ‖ precibus aut ideo non exaudire quia iam illi mortui sint . . . non exaudire *C* ‖ 5 quem *KL* (*corr. l*) ‖ 6 sepulchrum *C* sepulturam *L* (al sepulchra *superscr. l*) ‖ uocantur *CL* ‖ 9 interiectio *C* (in tertio *C*[2]) ‖ 11 terdio *C* (*corr. C*[2]) tertio vocatum *Scioppius e Fuld.* ‖ 12 praetereuntibus *Burmannus:* pereuntibus *C* ‖ 16 pius] plus *K* plus pius *Ml* aliis magis pius *vulgo* ‖ 18 omoeoteleuton *C* ‖ 20 in quinto Gyae *scripsi:* in quintogae *C* in quinto huius *vulgo* ‖ 24 *ad v.* 223 Et iam finis] fabularum uel diei. Cum Iuppiter aethere summo] oeconomiam (conomiam) istam secundum mathesin uidetur ordinasse Virgilius. nam Iuppiter in altitudine sua positus cum Venere significatur. Aethere summo] epitheton est, quia omnibus superior est. *P* ‖ ET IAM FINIS ERAT uel epularum . . . respiceret. uel certe finis fabulorum uel diei *C* ‖ vel fabularum *om. LH* (*suppl. l*) ‖ 28 callopistia . . . poetica *om. KL* (*in marg. add. l*) ‖ callopistia] calopistia *l* id est proprietas *superscr. C*[3] ‖ unde . . . adserant dictum *om. C, in marg. inf. add. C*[3]

poetica nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres; quamvis plerique de translatione Graecitatis hoc adserant dictum. Homerus sane ista contemnens tempora universa describit. * ET IAM FINIS ERAT *vel epularum vel famis vel malorum, ex quo Iuppiter in caelo ita constitit, ut Libyam respiceret.* * CVM IVPPITER AETHERE SVMMO DESPICIENS. oeconomiam istam secundum mathesin videtur ordinasse Vergilius; nam Iove in altitudine sua posito cum Venere significatur quod per mulierem aliqua felicitas possit evenire. ergo quoniam Aeneas in partem regni admittetur a Didone per occasionem coniugii, idcirco haec poeta praemisit. sane et illud animadvertendum quod peritissime dixit tristiorem Venerem fuisse cum Iove, ex quo significat exitum uxoris infelicem futurum; nam se utique Dido interemit. quod autem Mercurium facit a Iove defluentem ad occasum descendere, id est ad ima terrarum, ostendit amicitias quidem fore, sed minime diuturno tempore permanere. illud etiam mathematici dicunt, Venere in Virgine posita misericordem feminam nasci: atque ideo Vergilius fingit in habitu virginis venatricis Venerem occurrisse filio, quod et misericordem postea reginam probavit Aeneas et in venatione cum ea permixtus est. AETHERE SVMMO qui summus est; et proprium *et perpetuum* aetheri epitheton dedit, quia omnibus superior est: *non ergo quasi elegerit Iuppiter locum qui superior est.*

224. DESPICIENS deorsum aspiciens, sicut 'suspiciens' sursum aspiciens. notandum sane, quia si dispiciens dixerimus, diligenter inquirens significamus, sicut deduco et diduco; nam deduco est prosequor, diduco vero divido. VELIVOLVM duas res significat, et quod velis volatur, ut hoc loco, et quod velis volat, ut Ennius naves velivolas, qui et proprie dixit. et est ista reciproca translatio navium et avium. legimus enim et velorum pandimus alas et contra de apibus nare per aestatem liquidam, cum natatus na-

23 DESPICIENS deorsum aspiciens] Isid. or. X 76 et diff. verb. 21 || 25 nam deduco . . . divido] Isid. diff. verb. 156 || 27 Ennius] trag. rel. p. 24[2] Ribb. p. 103 Vahl. cf. Macrob. Sat. VI 5, 10 || 29 et velorum] A. III 520 || 30 nare] georg. IV 59

1 curani *L* (*corr. l*) || 3 contempnens *CLHM* || deseribsit *KC* || 8 aliquam *HMl* || 9 admitteretur *C* || 10 et *om. KC* || 13 interimit *K* || facit] dicit *superscr.* $C^3$ || ab ioue *C* || deflentem *B* fluentem *C* defluente *K* || 15 diurno *M* || 16 lectum est *BC* (mathematici dicunt $C^3$) || 16 uenerem̄ *C* uenerem *L* || positam *L* 23 *ad v.* 224 Despiciens] deorsum aspiciens, sicut suspiciens sursum (susum) aspiciens. Veliuolum] quod uelis uolatur. et est reciproca metaphora nauium et auium. *P* || 27 volatur id est transeatur *Fabricius* || 28 nauius *C* (naues $C^2$) qui] quod *Masvicius* || 30 auibus *LH* (*corr. l*)

vium sit, alae vero avium. et sciendum est esse reciprocas translationes, esse et partis unius. IACENTES aut in longum expositas, aut proprium epitheton est terrarum; nam cum cetera elementa mobilia sint, sola terra stabilis est, unde et bruta dicitur. *alibi tantum campi iacet.*

225. LATOS POPVLOS cum populos numero plurali dicimus urbes significamus, cum vero populum, unius multitudinem civitatis intellegimus. SIC id est sic, ut ista conspiceret.

226. ET LIBYAE DEFIXIT LVMINA REGNIS prooeconomia, id est dispositio carminis. vituperabile enim fuerat, si ex abrupto transitum faceret, quod in nono fecit: quae res tamen excusatur uno sermone atque ea diversa penitus dum parte geruntur, id est eodem tempore, quod solum est interpositum. nunc vero bene transiit, quia inducit Iovem et de rebus humanis cogitantem et Africam respicientem, ad quam venere Troiani. unde honestus color est, ut Venus adeat Iovem, timens ne Romana fata Carthagini concedat; felix enim eventus sequitur loca quae respexerit Iuppiter: unde in secundo ait aspice nos hoc tantum et alibi atque oculos Rutulorum reicit arvis, ubi erat futura victoria.

227. TALES de rebus humanis. IACTANTEM PECTORE CVRAS nunc secundum Stoicos loquitur, qui deos dicunt humana curare, interdum secundum Epicureos, poetica utens licentia.

228. TRISTIOR conparativum posuit pro positivo. quando enim tristis est Venus, ut nunc 'tristior' diceretur? *sic Sallustius utque*

---

5 tantum] georg. III 343 ‖ 6 cum populos e. q. s.] exscr. Isid. diff. verb. 450 ‖ 12 atque] A. IX 1 ‖ 18 aspice] A. II 690 ‖ atque] A. X 473 ‖ 21 nunc secundum e. q. s.] Luct. Plac. ad. Stat. Theb. III 350 ‖ 23 comparativum . . . positivo] cf. Servii [Sergii] comm. in Don. p. 431, 8 K. ‖ 24 Sallustius] hist. fragm. III 51 Kritz.

---

2 esse *om. BCM* (*post* partis *add. C*[3]) ‖ 4 sunt *HM* ‖ dicitur. aut 'iacentes' inferius positas, sunt enim omnium infimae elementorum *D* ‖ 7 intellegimus, ut 'populum late regem'; de Romano enim intellexit. *D* ‖ 8 id est sic ut *scripsi:* quid est sic ut *KC*, *nisi quod* qui *litteras C*[3] *in ras.* quid est sic? id est ut *BLM* quid est sic est ut *H* ‖ 9 *ad v.* 226 Et Libyae defixit lumina regnis] prooeconomia . . . faceret. nunc uero bene transit quod inducit Iouem, non sicut in nono fecit 'atque ea diuersa penitus' et reliqua. tamen excusatur uno sermone 'atque ea', id est eo tempore, quod solum est interpositum. *P* ‖ pulchra prooeconomia *vulgo* ‖ prooeconomia est *MC*[3]*l* ‖ 11 fecit] fecerat *M* ‖ quae res . . . geruntur] *sic locum constitui:* atque ea diuersa penitus dum parte geruntur quae res tamen excusatur uno sermone atque ea *libri, nisi quod* atque ea *om. C. cf. Serv. ad Aen.* IX 1 ‖ 13 eodem] eo *C* ‖ solatum *C* (solum *C*[2]) ‖ 14 transit *C* ‖ 16 ut uenus ad iouem loquitur *C* (ut uenus adeat iouem *C*[3]) ‖ 18 ait *om. KC* ‖ 22 licentia, unde illud (*ecl.* VIII 35) 'nec curare deum credis mortalia quemquam' *D* ‖ 23 *ad v.* 228 Oculos suffusa nitentes] nitidos oculos . . . deiectus animum. *P* ‖ 24 dicetur *K* (r *superscr. pr. m.*) diceretur *C*, *sed* re *litterae a sec. vel tertia manu in rasura.*

*ipsum mare Ponticum dulcius quam cetera. an modo tristior, cum et ante propter Aeneam soleret tristis esse? an tristior pro laetitia Veneris?* OCVLOS SVFFVSA NITENTES nitidos oculos lacrimis perfusos habens. et est figura, quae fit quotiens participio praeteriti temporis a passivo iungimus casum accusativum, ut 'deiectus animum', 'maesta vultum'. dicendo autem 'nitentes' expressit nimiam etiam in lacrimis pulchritudinem, sicut de Euryalo lacrimaeque decorae.

229. O QVI RES HOMINVMQVE DEVMQVE *graviter coepit; non enim ait 'o genitor'. et est tota orationis intentio, iniuste vexari a Iunone Troianos.*

230. AETERNIS REGIS IMPERIIS ET FVLMINE TERRES] *haec commemoratio potentiae Iovis quasi ad invidiam posita est, hoc est, qui omne potes contra te flecteris.* AETERNIS REGIS IMPERIIS ET FVLMINE TERRES volunt quidam superfluo 'regis' ad deos referri, 'terres' ad homines, nescientes quia maioris potestatis est idem posse circa deos, quod circa homines. 'et fulmine terres' non sine causa adiecit 'terres'. est enim fulmen quod terreat; est quod adflet, ut fulminis adflavit ventis; est quod puniat, ut vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras: peremptorii autem fulminis late patet significatio: est quod praesaget, ut de caelo tactas memini praedicere quercus. *poetarum autem consuetudo est prope semper cum Iovem nominaverint et fulmen adiungere, ut audiat haec genitor qui foedera fulmine sancit et ante genitor cum fulmina torques.*

231. MEVS subaudis filius, ut Aiacis Oili, ut ante diximus. MEVS] **id est quasi per me tibi coniunctus**. IN TE modo 'contra

---

4 et est figura e. q. s.] Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 506; IV 365 || 7 lacrimaeque] A. V 343 || 17 fulminis] A. II 649 || 18 vel pater] A. IV 25 || 20 de caelo] buc. I 17 || 22 audiat] A. XII 200 || 23 genitor] A. IV 208

---

1 tristitior *C* || 2 solere *C* || esse *C* (esset $C^2$) || 12 qui omne potes *Scioppius e Fuld.*: qui$^{i}$nomine potef$^{f}$/// *C* (*una littera erasa. i et f superser.* $C^2$) qui omnipotens insontes plectis *coni F. Schoellius. cf. Tib. Don. ad h. v.* || 13 flecteris et nolunt *C* || 16 fulmine autem terres *C* || 17 est et quod *L* || ut . . . ventis *om. C, in marg. add.* $C^3$ || adflavit . . . peremptorii autem fulminis *om. K* || 18 ut vel pater . . . significatio *om. BM, in marg. add. m* || puniat cuius rei late patet significatio *C* ut vel pater . . . quercus *omittens, quae in margine addidit* $C^3$ || 19 peremtorii *L* || 20 est quod praesaget *om. K* || praesagit *L* || ut . . . quercus $C^3$*lm*, *om. BKCLHM* peremptorii . . . significatio, *si modo Servii sunt, post* quercus *collocanda videntur.* || 25 *ad v.* 231 Meus] subaudis filius ut Aiacis Oilei. In te] modo contra te . . . pro Teucris *P* || filius id est quasi per me tibi coniunctus et sic subaudis filius ut *C* || Oili *C*: olei *BLM* oilei $C^3$ olli *K* ollie *H* || ut ante diximus] ut supra dictum est *BM*, *nisi quod* sicut *M*. *om. C* || congregate *C* (contra te $C^2$)

te', alibi 'pro' significat, ut quietum accipit in Teucros animum, id est pro Teucris.

232. QVID TROES POTVERE? *hoc est, qui Grais pares non fuerunt, in te aliquid possunt? et est* argumentum ab inpossibili, ut alibi non ea vis animo. et est validius, quam a voluntate; plus enim est non posse, quam nolle. TROES erit nominativus Tros. et haec breviter scienda regula est, quia omnia nomina monosyllaba Graeca, quae in Latinum sermonem transeunt, tertiae sunt tantum declinationis et tam Latine quam Graece declinari possunt, ut Tros Trois et Troos, Pan Panis et Panos, ut Arcadici dictum Panos de more Lycaei.

233. OB ITALIAM ne ad Italiam perveniant, toto orbe pelluntur. atqui in Africa sunt. sed si diligenter requiras, etiam inde pelluntur; ait namque hospitio prohibemur harenae. *OB ITALIAM multi 'iuxta Italiam' antiquo more dictum accipiunt, ut sit, pars orbis clauditur quae circa Italiam est; 'ob' enim veteres pro 'iuxta' ponebant. Plautus in milite nunc scio mihi ob oculos caliginem obstitisse. potest tamen 'ob' et 'ante' intellegi, aut 'ob' 'propter', Terentius quodnam ob factum; aut 'ob' 'circum', ut Turni se pestis ob ora, quasi circa Italiam errent et in eam pervenire non possint. significat 'ob' et 'contra', ut obstat et obloquitur.*

234. CERTE HINC ROMANOS atqui nusquam hoc legimus, sed per silentium intellegimus, ut superius de Iunone audierat. *OLIM aut 'olim fore' et futuri temporis est, aut 'olim pollicitus'.* VOLVENTIBVS volubilibus, et est participium pro nomine. volvens enim est qui volvit, volubilis qui volvitur. anni autem volvuntur, non

---

1 quietum] A. I 303 ‖ 5 non ea] A. I 529 ‖ 10 Arcadici] A. VIII 344 'Parrhasio d. P. d. m. L.' ‖ 14 hospitio] A. I 540 ‖ 17 Plautus in milite] II 4, 51 'nunc demum experior m. o. o. c. o.' ‖ 19 Terentius] adelph. V 9, 4 ‖ 20 Turni] A. XII 865

---

1 quietum *CP*: benignum *KLH*, *om. BM* ‖ animum mentemque benignam *BM* ‖ 3 *ad v.* 232 Quid Troes] Tros Trois tertiae declinationis. omnia enim nomina . . . Pan Panis et Panos *P* ‖ 6 troes autem nominatiuus erit troes *C* 9 Tros Trois et Troos *om. P* ‖ 10 et Troos *om. C* (*suppl. C*[3]) ‖ ut . . . Lycaei *om. C* (*in marg. add. C*[3]) ‖ 12 *ad v.* 233 Ob Italiam] iuxta Italiam antiquo more dictum accipiunt; 'ob' enim ueteres pro 'iuxta' ponebant. aut 'ob' propter, Terentius 'quodnam ob factum'. aut 'ob' circum, ut 'Turni se pestis ob ora', quasi circa * aut 'ob' contra, ut obstat et obloquitur. *P* ‖ id est ne *C* peruenerint *C* (perueniant *C*[3]) ‖ 15 sane multi ob italiam *C* ‖ 16 circa litatalium (i *et* a *superscr. C*[2]) ‖ 18 potest etiam tamen ob et ante *C* ‖ 19 ob pro circum *C*[2] ‖ 22 *ad v.* 234 Olim] fore. et est futuri. Voluentibus] uolubilibus . . . anni autem uoluuntur, ut est . . . quae quassetur. *P* ‖ 26 uolubilis autem *BM* ‖ uoluitur habiliter *P*

volvunt, ut est atque in se sua per vestigia volvitur annus. *alii quia deficit lingua Latina participio praesenti passivo praesens activum positum volunt, ut volventia plaustra et siliqua quassante quae quassetur.*

235. FORE futuros esse. et est de verbis defectivis. REVOCATO dicendo 'revocato' ostendit Italiam, unde Dardanus fuerat. A SANGVINE TEVCRI Teucrum pro Dardano posuit: Dardanus enim de Italia profectus est, Teucer de Creta: quia solent poetae nomina de vicinis provinciis vel personis usurpare, ut domitus Pollucis habenis Cyllarus, cum Castor equorum domitor fuerit; item et manibus Procne pectus signata cruentum pro Philomela; item Didonem Sidoniam dicit, cum sit Tyria, a loci vicinitate; item quid loquar aut Scyllam Nisi? cum Phorci fuerit. et sciendum est, inter fabulam et argumentum, hoc est historiam, hoc interesse, quod fabula est dicta res contra naturam, sive facta sive non facta, ut de Pasiphae, historia est quicquid secundum naturam dicitur, sive factum sive non factum, ut de Phaedra.

236. OMNI DICIONE melius 'omni' quam 'omnis', ut significet 'omni potestate', id est pace, legibus, bello.

237. POLLICITVS pollicemur sponte, rogati promittimus. QVAE TE GENITOR SENTENTIA VERTIT? '*quae*' *pro cuius aut qualis. et* verecunde agit Venus; nec enim conveniebat, ut aperte contra uxorem ageret apud maritum: unde et similiter respondet Iuppiter 'neque me sententia vertit'.

238. HOC hac re. *HOC] propter hoc quod sciret Aeneae socios imperaturos.*

239. *FATIS CONTRARIA FATA utrum fatis bonis in praesentibus?* REPENDENS conpensans. et est translatio a pecunia.

---

1 atque] georg. II 402 ‖ 3 volventia] georg. I 163 ‖ siliqua] georg. I 74 9 domitus] georg. III 89 ‖ 10 et manibus] georg. IV 15 'e. m. P. p. s. cruentis' ‖ 13 quid loquar] buc. VI 74 ‖ et sciendum est e. q. s.] cf. Isid. or. I 43, 4 20 pollicemur . . . promittimus] exscr. Isid. diff. verb. 439. cf. Don. in Ter. Andr. II 3, 27 et eun. II 3, 16

---

2 quod *P* ‖ 3 ut *om. C* ‖ 5 *ad v.* 235 Fore] futuros esse . . . uel personis usurpare, ueluti Dido Sidonia cum sit Tyria, sed a loci uicinitate dixit. *P* 8 creta et hic usurpauit nam solent *P* ‖ 11 Procne *C:* progne *BKLHM* ‖ 12 item quid loquar . . . Phorci fuerit *om. C, in marg. add. C*³ ‖ 13 loquar *ex* loquor *L* loquor *C*³ ‖ 14 hoc est *KLH:* hoc et *C* (*corr. C*²) et *BM* 16 historia est argumentum *C* ‖ 17 Phaedra. argumentum ut Cicero diffinit est res ficta quae ficta quae tamen fieri possit velut sunt argumenta comoediarum. *D* ‖ 18 *ad v.* 236 Omni dicione (decione)] melius . . . bello. *P* ‖ DECIONE *B* DI=TIONE *L* (*c ut videtur erasa*) ‖ 19 id est *om. CP*, (*suppl. C*³) ‖ 20 *ad v.* 237 Pollicitus] pollicemur sponte . . . qualis *P* ‖ rogati *om. P* ‖ 22 ait *KH* ‖ 23 respondit *C* ‖ 25 *ad v.* 238 Hoc] hac re . . . imperaturos. *P* ‖ 27 *ad v.* 239 Fatis contraria fata] utrum . . . a pecunia. *P* ‖ 28 pecunia quae antea pendebatur *D*

240. NVNC EADEM similis qualis ab initio fuit, ut ostendat nec longitudinem temporis prodesse Troianis.

241. FINEM ac si diceret, non regnum requirimus, sed finem laborum.

242. *ANTENOR POTVIT*] *capto Ilio Menelaus memor se et Ulixen beneficio Antenoris servatos, cum repetentes Helenam ab eo essent suscepti ac paene a Paride aliisque iuvenibus interempti essent, parem gratiam reddens inviolatum dimisit. qui cum uxore Theano et filiis Helicaone et Polydamante ceterisque sociis in Illyricum pervenit, et bello exceptus ab Euganeis et rege Veleso victor urbem Patavium condidit; id enim responsi acceperat eo loco condere civitatem quo sagittis avem petisset; ideo ex avis petitae auspicio Patavium nominatum, cui aeternitatem * Helicaon ne victor rediret gladio peremit.* ANTENOR POTVIT non sine causa Antenoris posuit exemplum, cum multi evaserint Troianorum periculum, ut Capys qui Campaniam tenuit, ut Helenus qui Macedoniam, ut alii qui Sardiniam secundum Sallustium; sed propter hoc, ne forte illud occurreret, iure hunc vexari tamquam proditorem patriae. elegit ergo similem personam; hi enim duo Troiam prodidisse dicuntur secundum Livium, quod et Vergilius per transitum tangit, ubi ait se quoque principibus permixtum agnovit Achivis, et excusat Horatius dicens ardentem sine fraude Troiam, hoc est sine proditione: quae quidem excusatio non vacat; nemo enim excusat nisi rem plenam suspicionis. Sisenna tamen dicit solum Antenorem prodidisse. quem si velimus sequi augemus exemplum: si regnat proditor, cur pius vagatur? ob hoc autem creditur Graecis Antenor patriam prodidisse, quia *sicut superius dictum est, et auctor reddendae Helenae fuit* et

16 secundum Sallustium] hist. fragm. II 11 Kritz. || se] A. I 488 || 19 Livium] I 1 || 21 Horatius] carm. saec. 41 || 24 Sisenna] hist. Rom. rell. rec. Peter p. 277

1 *ad v.* 240 Eadem] similis . . . Troianis. *P* || 2 temporis *om.* *CP* (*suppl.* $C^3$) || 5 *ad v.* 242 Antenor potuit] capto Ilio . . . Patanium (petanium) nominatum. hi autem duo Troiam . . . Achiuis. Antenor autem ob hoc creditur patriam prodidisse (prodedisse). quod et auctor reddendae Helenae fuit et legatos ad (ab) hoc uenientes susceperat (susciperat) et Ulixen (ulixe) mendici habitu apud Troiam agnitum non prodidit (prodedit). Potuit] plus est . . . non meruit. Achiuis] ab Achaeo . . . dicti. *P* || olixen *CP* (ulixen $C^4$) || 10 eucaneis *CP* || petanium *CP* || condit,,, *C* (condidit $C^2$) || 11 id] i *in ras.* *C* || responsa *C* (responsi $C^2$) || civitatem *C:* urbem *P* || 12 petisset $PC^2$*:* ,,, et *C* || ideoque *C* || petanium petis *C* || cui aeternitatem] *in his verbis desinit Cassellani quaternio tertius. post* aeternitatem *lacunam indicari.* || 14 ponit *B* || multi *om.* *K* || 15 Troianorum *om.* *B* || troianum bellum *M* || 16 ut Helenus . . . Sardiniam] helenus macedoniam alii sardiniam *B* || macedoniam tenuit *KM* || 17 hoccurreret peret *K* || 20 ubi ait *BM:* ut *K* alibi ubi ait ut *L* ut ubi ait ut *H* || 22 troia *K* || 23 plenam . . . Antenorem *om.* *K* || suspitionis *HM* || 24 prodisse *K* || prodidisse Troiam *Lion* || 27 fuit *om.* *C*

legatos qui propter Helenam venerant suscepit hospitio, et Ulixen in mendici habitu agnitum non prodidit. *POTVIT plus est quod dixit 'potuit' non meruit.* *ELAPSVS invidiose noluit dicere 'dimissus', sed 'elapsus'.* *ACHIVIS ab Achaeo, Iovis et † Pithiae filio, dicti.*

243. ILLYRICOS PENETRARE SINVS Antenor non Illyricum, non Liburniam, sed Venetiam tenuit. ideo autem Vergilius dicit 'Illyricos sinus', quod inde venit quidam Henetus rex, qui Venetiam tenuit, a cuius nomine Henetiam dictam posteri Venetiam nominaverunt. TVTVS ideo tutus, quia Raeti Vindelici ipsi sunt Liburni, saevissimi admodum populi, contra quos missus est Drusus. hi autem ab Amazonibus originem ducunt, ut etiam Horatius dicit quibus mos unde deductus per omne tempus Amazonia securi dextras obarmet, quaerere distuli. hoc ergo nunc ad augmentum pertinet, quod tutus est etiam inter saevos populos.

244. FONTEM TIMAVI amant poetae rem unius sermonis circumlocutionibus dicere, ut pro Troia dicant 'urbem Troianam', pro Buthrotio 'arcem Buthroti'. sic et modo pro Timavo ait 'fontem Timavi', et paulo post 'urbem Patavi', id est Patavium. *SVPERARE nauticus sermo est. Lucilius promontorium remis superamus Minervae.*

245. VNDE PER ORA NOVEM multi septem esse dicunt. quod si incerta fides est, finitus est numerus pro infinito. CVM MVRMVRE MONTIS tanta vi exit in mare, ut etiam resonet vicinus mons. et sic dictum est, sicut superius illi indignantes magno cum murmure montis circum claustra fremunt.

246. *MARE it quasi proruptum mare.* MARE amat poeta rem

11 Horatius] carm. IV 4, 18 ‖ 19 Lucilius] III 19 Mueller ‖ 24 illi] A. I 55

1 suscipiebat *C* ‖ ulyxem *K* ‖ 2 perdidit *L* (prodidit *l*) ‖ 3 *post* potuit *non nulla intercidisse videntur, veluti* id est etsi ‖ 4 Pithiae *fortasse* Phthiae ‖ filio dicti *in Cassellano defuisse videntur* ‖ 5 *ad v.* 243 Illyricos penetrare sinus] Antenor non Illyricum . . . nominarunt. Tutus] ideo tutus quia inter saeuos populos erat. *P* ‖ in illyricum *B* ‖ neque liburniam *BM* ‖ 7 enetus *K* aenetus *P* ‖ 8 Henetiam] uenetiam *K* aenetiam *P* ‖ 9 reti *libri* ‖ 12 quibus . . . distuli *om. BK* ‖ deductus *H:* ductus *LM* ‖ 13 securi] secus ei *H* ‖ 15 *ad. v.* 244 Superare] nauticus . . . Minervae *P* ‖ 16 dicant *om. BM* ‖ buthrotio *H:* butrotio *BM* buthrocio *K* bithrotio (v) *L* Buthroto *Masvicius. cf. adnot. crit. ad Serv. Aen.* III 293 ‖ 17 butroti *BM* butrocis *K* buthro *L* (*suppl. l*) butroci *H* ‖ 19 superamu' *Muellerus* ‖ 21 *ad v.* 245 Vasto cum murmure montis] tanta ui . . . cum murmure montis *P* ‖ septem] VI. *K* ‖ 22 certa *K* ‖ 23 tanta . . . mare] tanta uis est *B* tanta ui *M* ‖ resonaret *BM* personet *P* ‖ 24 et sic dictum est *om. BMP* ‖ 26 *ad v.* 246 Mare] it quasi proruptum mare. Varro autem dicit . . . solutum mare. Premit] populatur vastat; in illis enim locis accessa (accessu) maris it per ora Timaui usque ad initium fontis, hoc est usque ad montem. dnt timauus autem in hystria st inter aquileiam et tergestum. *P* ‖ amant poetarum historiae *B* amant poetae rem historiae carmini suo/// *L* (carminis *fuisse videtur,* o *in* suo *l*)

historiae carmini suo coniungere. Varro enim dicit hunc fluvium ab incolis mare nominari. PRORVPTVM id est effusum fluens. et melius 'proruptum', quam 'praeruptum' legere. bene autem definit, quid est largus fons? solutum mare. PELAGO aquarum abundantia. PREMIT populatur, vastat. *sane multi 'it mare proruptum' et 'pelago premit arva sonanti' hoc intellegi volunt, quod tanta est in illis locis accessa quae dicitur maris, ut per ora Timavi, id est usque ad initium fontis mare ascendat. unde ait 'it mare proruptum et pelago p. a.', id est (ut) aqua maris premat arva, hoc est litora vicina cooperiat. constat autem et in illo loco accessum maris usque ad montem pervenire et per omne litus Venetiarum mare certis horis et accedere per infinitum et recedere. Timavus autem in Histria est inter Aquileiam et Tergestum.*

247. HIC TAMEN hoc est etiam in loco difficili. *HIC *pro illic.** VRBEM PATAVI hoc est Patavium. Patavium autem dictum vel a Padi vicinitate, quasi Padavium, vel ἀπὸ τοῦ πέτασθαι, quod captato augurio dicitur condita, vel quod avem telo petisse dicitur et eo loco condidisse civitatem. *alii a palude Patina, quae vicina civitati fuisse dicitur, Patavium dictam putant. sane 'Patavi' minorem nominativo genetivum fecit, cum genetivus numquam pauciores syllabas nominativo suo habere debeat; Patavium enim Patavii facit.* SEDESQVE LOCAVIT ex votis suis facit invidiam, dicens id concessum Antenori, quod ipsa desiderat.

248. ET GENTI NOMEN DEDIT hoc est, quod ne victori quidem concedetur Aeneae: quod scimus a Iunone esse perfectum, contra quam oblique loquitur propter considerationem mariti. hi autem primis temporibus ab Antenore dicti sunt Antenoridae. *ipsum vero quidam dicunt † haec ora se appellasse. aut certe 'nomen' nobilitatem*

---

1 contingere *H* ‖ 2 Proruptum autem *P* proruptum aut idem *C* (aut̃ idẽ *i. e.* autem id est *non recte interpretatus videtur Daniel*) ‖ effusum. fluens *M.* effusum, effluens *coni. F. Schoellius* ‖ 3 melius est *L* ‖ praeruptum] proruptum *K* ‖ legere *om. P. fortasse* legitur ‖ definiit *L M* ‖ 4 quid] quia *B* ‖ solutum] proruptum *B* ‖ 5 promptum *C* ‖ 7 maris *Masvicius:* mare *C* ‖ 8 ascendat *Commelinus:* ascendit *C* ‖ 9 ut aqua *scripsi:* aqua *C* ‖ 10 accessam *Salmasius exerc. Plin. p.* 204: accessa *C* ‖ 14 *ad v.* 247 Patavi] genitiuus tracta i. Pataiuium autem dictum uel a Padi uicinitate uel sicut supra dictum est. alii a palude patina quae uicina ciuitatis est. *P* ‖ HIC pro illic TAMEN hoc est *C* ‖ 16 απο του πεταcτε *B L M* απο του π&αcεαι *K* ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι *C* απο του πετacaι *H* qausi Petauium *add. Masvicius. nescio unde.* ‖ 17 avem] autem *B K* dicitur] ·f· antenor *superscr. l* ‖ 24 ne *K:* nec *B L H M* ‖ 25 conceditur *B* concederetur *C* et impressa exemplaria pleraque, unus quantum scio Fabricius* concedetur *dedit.* ‖ profectum, sicut in XII. ait nunc Troas fieri iubeas Teucrosque vocari. Et Iuppiter ait commixti corpore tantum. contra quae oblique *C* (profectum *receperunt Commel. Masv. Burm.*) ‖ 26 mariti, ut ait ne vetus indigenas nomen mutare Latinos, neu Troas fieri iubeas *D* ‖ 28 haec ora se] Hectora se *Commelinus. mihi in archetypo haec e Servio ad* 248 *adscripta fuisse*

*vel dignitatem, ut et nos aliquod nomenque decusque gessimus.* ARMAQVE FIXIT TROIA hoc est, securus est, quia solent missi militia sive gladiatura quibuslibet templis arma suspendere, ut Horatius Veianius armis Herculis ad postem fixis et Danais de poste refixum. ** ARMAQVE FIXIT quasi non necessaria consecravit; figere enim consecrare hic debemus accipere, ut postibus adversis figo.**

249. COMPOSTVS *pro compositus.* syncope est; detraxit enim de medio syllabam, ut et pocula porgite dextris.

250. NOS TVA PROGENIES sic loquitur quasi una sit de Troianis; nam aliter sensus non procedit. quod autem dixit 'tua progenies', epexegesis est, ut ast ego quae divum incedo regina. *NOS TVA PROGENIES] quasi patiatur et ipsa quod et filius. et bene 'tua progenies' propter Antenorem.* ADNVIS quia nutu semper promittit aliquid Iuppiter, *ut annuit et totum nutu tremefecit Olympum. ANNVIS licet ipsa dea sit, tamen sub persona Aeneae se posuit.*

251. *NAVIBVS AMISSIS cur, cum una navis perierit, ait 'navibus'? aut invidiose dixit et exaggerat, aut quia adhuc aliae desunt, aut quia eas non perisse ignorat Aeneas.* INFANDVM pro infande *posuit,* ut in VI. miserum septena quotannis. item torvumque repente clamat pro torve. et est figura, quae fit quotiens nomen pro adverbio ponitur; magis autem poetica est, in prosa aut rara aut numquam. tamen hoc loco 'infandum' potest esse etiam interiectio dolentis. VNIVS hic produxit paenultimam. *VNIVS] cautius, quam si dixisset Iunonis.*

---

1 et nos] A. II 89 || 3 Horatius] ep. I 1, 4 || 4 Danais] A. V 360 || 6 postibus] A. III 287 || 8 et pocula] A. VIII 274 || 11 ast ego] A. I 46 || 17 adnuit] A. IX 105 || 19 miserum] A. VI 21 || torvumque] A. VII 399 || 20 et est figura e. q. s.] cf. Servii [Sergii] comm. in Don. p. 438, 35 K.

---

*videntur:* ipsum quidam dicunt Antenoridas appellasse || 1 gessimus. ARMAQVE FIXIT non necessaria quasi . . . adversis figo. et hoc significat securus est quia solent *C* et hoc significat *deleri.* || 2 missi *BC:* amissi *KHMl* amissa *L* || 3 gladiatores a quibuslibet *B* || 4 ueranius *B* ueaianius *K* ueianus *M* || armas *KL* arma *Ml* || fixit *LHM* fixitum *B* || 7 *ad v.* 249 Compostus] pro conpositus syncope est *P* || CONPOSTVS *K* || 9 *ad v.* 250 Nos tua progenies] sic loquitur . . . Troianis. quasi patitur et ipsa quod et filius. et bene tua progenies propter Antenorem. est autem efexegesis, ut 'ast ego quae diuum incedo regina'. Annuis] licet ipsa dea sit, tamen sub persona Aeneae se posuit. bene autem annuis quia . . . Iuppiter *P. consentit C, nisi quod* nam . . . procedit aut *post* Troianis *addit,* patiatur *praebet,* ut annuit . . . Olympum *post* Iuppiter *addit.* unus *L* || 10 alter *K* || 11 efexegesis *libri* || 13 ANNVIS *BL* ADNIIS *K* || 16 *ad v.* 251 Nauibus amissis] cur cum una nauis perierit haec dixit? inuidiose dixit et exaggerat. Infandum] pro infande posuit. toruumque . . . torue. nomen pro adverbio. hoc loco . . . dolentis. *P* || 18 non perisse *scripsi:* perisse non *C* || 19 ut in VI. mutabili *LHM. alia scriptura fuisse videtur* ut alibi. *cf. adn. crit. ad p.* 73, 15 || 23 VNIVS cautius quam si dixisset Iunonis et hic unius produxit penultimam *C*

252. PRODIMVR multa quidem hic sermo significat, sed modo porro damur, scilicet ab Italia. et sciendum est omnium auctorum esse consuetudinem res dubie positas in sequentibus explanare et plenius dicere, ut hoc loco; nam quid est 'prodimur', ostendit dicens 'atque Italis longe disiungimur oris'. *LONGE maxime; non enim longe erant ab Italia, cum tempestate disiecti sunt.*

253. HIC id est talis, ut hunc ego te Euryale aspicio, id est talem. *PIETATIS superius 'in te committere' ait, ut peccato Aeneam et Troianos excuset; hic plus addit: non solum eos non esse malos, sed etiam pios esse.* HONOS cum secundum artem dicamus honor arbor lepor, plerumque poetae r in s mutant causa metri; os enim longa est, or brevis. hoc quidem habet ratio: sed ecce in hoc loco etiam sine metri necessitate 'honos' dixit. item Sallustius paene ubique 'labos' posuit, quem nulla necessitas coegit. melius tamen est servire regulae. SIC NOS IN SCEPTRA REPONIS *'sic', hoc est per naufragia.* 'in sceptra' aut ad imperia reservas, aut certe antiqua est licentia communium praepositionum. *IN SCEPTRA REPONIS id est restituis in regna quae amisimus.*

254. OLLI modo 'tunc' propter sequentia. pronomen enim non debet poni cum nomine, sed pro ipso nomine, et nullus dicit 'illi natae'. alias tamen 'olli' illi significat, ut olli dura quies oculos et ferreus urget somnus. SVBRIDENS laetum ostendit Iovem et talem qualis esse solet cum facit serenum; poetarum enim est elementorum habitum dare numinibus, ut supra de Neptuno dictum est. *Ennius Iuppiter hic risit tempestatesque serenae riserunt omnes risu Iovis omnipotentis. aut certe risit intelle-*

7 hunc ego] A. IX 479 ‖ 21 olli] A. X 745 ‖ 25 Ennius] annal. rel. 445 sq. Vahl.

1 *ad v.* 252 Prodimur] multa quidem hic sermo . . . Italia prohibemur. *P* | 2 Italia prohibemur *C** ‖ 3 ut res *HM* // res *L* ‖ ut res dubie positas planius in sequentibus dicant ut hoc loco sequitur atque italis disiungimur oris *BC* ‖ 7 *ad v.* 253 Hic] id est talis . . . aspicio. Pietatis] hic ostendit Troianos non solum non malos, sed etiam pios. Honos] . . . breuis. sed hic sine metri necessitate posuit. honos autem honoris (honotis) facit, sicut arbos lepos labos. alii duos nominatiuos dicunt et unum genitivum, ut honor et honos honoris faciunt, sed honos secundum regulam antiquorum. In sceptra reponis] id est restituis in regna quae amisimus. Sic] hoc est per naufragia *P* ‖ 11 lapor *L* (labor *l*) laepor *H* ‖ 12 ecce *om.* *LH* ‖ 14 lobos *K* ‖ coegit *HC**: cogit *BKLM* | 15 SIC NOS IN SCEPTRA REPONIS in sceptra (in sceptra *om.* *B*) aut ad imperia reseruas. sic hoc est per naufragia. aut (at *K*) certe antiqua est . . . praepositionum *libri, nisi quod* In sceptra pro ad sceptra *ante* sic nos *add.* *M*, in sceptra pro in sceptris *post* praepositionum *add.* *l. in marg.* ‖ 19 *ad v.* 254 Olli] modo tunc . . . urguet *P* ‖ 20 et nullus *KC*P*: nullus enim *BLHM* ‖ 21 illi *ante* significat *om.* *PH* ‖ 23 serenum] risus enim ex laetitia oritur *add.* *C* | 26 aut certe risit *scripsi:* aut ceteri sit *C*

*gens Iunonis dolos oblique accusari a Venere, ut est 'quae te, genitor, sententia vertit' et 'unius ob iram prodimur', sicut alibi atque dolis risit Cytherea repertis.*

255. VVLTV QVO CAELVM *ostendit sicut dictum est, cur subriserit Iuppiter.* SERENAT hoc verbum de his est, quae carent prima positione: quod fit in his quae in nostra non sunt potestate, ut tono, fulmino, pluo. haec enim non possumus dicere, nisi forte persona inducatur eius qui potest, ut si tale aliquid Iuppiter dicat.

256. OSCVLA LIBAVIT leviter tetigit. et sciendum osculum religionis esse, savium voluptatis, *quamvis quidam osculum filiis dari, uxori basium, scorto savium dicant. sane multi nolunt ita intellegi, ut summum osculum filiae dederit, id est non pressum, sed summa labella contingens, sed ita aiunt: tum hilarus Iuppiter vultus natae libavit, id est contigit, scilicet ut nos solemus cum blandimentis quibusdam sinistram maxillam contingere liberorum ac deinde ad os nostrum dextram referre. ergo 'libavit' merito, quia partem vultus, non totos contigerat, ut 'oscula' dixerit quasi minora et teneriora filiae ora, ut ora diminutive oscula; nam ora vultus dici, ut intentique ora tenebant et sic ora ferebat. ipse diminutive oscula dixit minores et teneros vultus summaque per galeam delibans oscula fatur.*

257. PARCE METV quotiens in causis arguimur, ante nos purgare debemus et sic ad actionem descendere: quod et hoc loco Iuppiter facit; ante enim obiecta purgat et sic venit ad promissionem. et est 'parce metu' elocutio usualis, id est dimitte metum, quomodo dicimus parce verbis, parce iniuriis. *alii 'metu' pro metui accipiunt, ablativum pro dativo; aut certe ideo metum aufert, ut animo securiore possit audire, ut alibi solvite corde metum, Teucri.* CYTHEREA omnia quae apud Graecos ει diphthongon habent apud Latinos in e productum convertuntur, ut *Κυθέρεια* Cytherea, *Αἰνείας* Aeneas, *Μήδεια* Medea. omnia autem quae dicit Iuppiter ad solu-

2 atque] A. IV 128 ‖ 9 et sciendum e. q. s.] cf. Don. ad Ter. eun. III 1, 3. Isid. diff. verb. 398 ‖ 18 intentique] A. II 1 ‖ 19 sic ora] A. III 490 ‖ 20 summaque] A. XII 434 ‖ 27 solvite] A. I 562

1 dolos *scripsi:* dolor *C* dolorem *vulgo* ‖ 4 *ad v.* 255 Vultu serenat] caret prima positione ... dicere nisi tale aliter ut Iuppiter dicat. *P* ‖ 7 fulmino *om. P* | pluo] fluo *M* uerba quae prima positione carent *add. H* ‖ 8 induatur *B* 9 *ad v.* 256 Oscula libauit natae] leuiter tetigit. *P* ‖ 10 voluptatis, ut alibi ait (XII 434) summaque per galeam delibans oscula et Terentius (eun. III 2, 2) o Thais, meum sauium *D* ‖ 11 suauium *C* ‖ 17 ut ora] *malim* et ora ‖ 21 *ad v.* 257 Parce metu] elocutio usualis . . . iniuriis. Cytherea] omnia . . . Aeneas. Manent immota] quia . . . uertit. Tuorum] Troianorum. *P* ‖ 24 demite metu *P* 29 productam *L* ‖ ΚΥΤΕΡΕΙΑ *B* ΚΥΕΟΡΕΙΑ *K* ΚΥΕΕΡΕΙΑ *H* ΚΥΤΗΕΡΕΙΑ *M* ‖ aineiae *K* AENEIAS *L* aineiae *H* aeneiae *M* ‖ 30 ΜΕΔΕΙΑ *BLM* meaeia *H* *Μήδεια* Medea *om. K* ‖ salutationem *B*

tionem pertinent antedictorum. nunc dicit 'parce metu', quia superius dixerat 'tristior'; 'manent inmota', quia dixerat 'quae te genitor sententia vertit?' et simul per transitum dogma Stoicorum ostendit, nulla ratione posse fata mutari. *sane servat et hic ordinem sicut in Aeoli oratione, ut statim promittat quod praestaturus est, ne auditor sit exspectatione suspensus.* TVORVM vel Troianorum vel Romanorum.

258. FATA TIBI non propter te; fati enim immobilis ratio est. sed aut vacat 'tibi', ut qui mihi accubantes in conviviis, aut certe tuta tibi sunt fata, non tamen propter te. CERNES VRBEM aut Romam significat, quia cum proprietatem detrahimus, quod magnum est significamus, ut si dicas 'legi oratorem' nec addas quem, intellego Ciceronem; et ne longa sit exspectatio, adiecit 'et promissa Lavini moenia': aut certe detrahe 'et', sicut multi, et epexegesin facis 'cernes urbem', id est 'promissa Lavini moenia'. *videtur autem figurate dictum 'urbem' et 'moenia', quia diversis idem significavit.*

259. SVBLIMEMQVE FERES AD SIDERA CAELI propter illud 'caeli quibus adnuis arcem'. Aeneas enim secundum quosdam in Numicum cecidit fluvium, secundum Ovidium in caelum raptus est, appellatus tamen est Iuppiter indiges. *Aeneas enim post errores VII. annorum cum ad Italiam pervenisset et, sicut historia habet, cognito quod Veneris filius, Troia profugus fatis iuvantibus ad Italiam venisset, ab Latino susceptus esset, filiam eius Lavinam duxit uxorem: quo dolore Turnus rex Rutulorum, qui ante Laviniam sperabat uxorem, et Latino et Aeneae bellum indixit. sed primo proelio Latinus est interemptus, secundo vero Aeneas Turnum occidit. ipse vero ut quidam dicunt cum Mezentium, ut quidam vero Messapum fugeret, in Numicum fluvium cecidit. ut vero Ovidius refert in caelum raptus est, cuius*

3 et simul e. q. s.] cf. comm. Luc. II 306 || 5 in Aeoli or.] A. I 76 || 9 qui mihi] Cic. in Cat. II 5, 10 || 19 Ovidium] metam. XIV 581 sqq.

5 Aeoli *F. Schoellius:* templi *C cf. ad. A.* I 562 || 8 *ad v.* 258 Fata urbem] alii dicunt Romam uel ipsum Lauinium. multi et epexegesin faciunt. Cernes urbem] id est promissa Lauini moenia. uidetur autem figurate dictum urbem et moenia, quia diuersis idem significauit. *P* || 9 aut vacat . . . in conviviis *om. K* || ut . . . in conviviis *om. B* || 12 quemquam *L* || 17 *ad v.* 259 Sublimemque feres ad sidera caeli] Aeneas enim post errores VII annorum cum ad Italiam peruenisset (peruenissent), Turnus rex Rutulorum causa Lauiniae Latino Aeneaeque bellum indixit . . . cuius corpus cum post uictos (uictus) Rutulos (rutulis) et (*om.*) Mezentium (mezentio) Ascanius quaesisset (quaesiuit) et non inuenisset, in deorum numerum credidit relatum. *P* || propter illud . . . Iuppiter indiges *om. C** || 18 enim *om. LHM* || 19 appellatus est tamen *H* appellatusque est *BMl* || 20 indiges] ./. a diis genitus uel inter deos agens *superscr. l* in deos gens acta *superscr. m* || 23 et ab Latino *C.* et *delevi* || 27 mesapum *C*P* || 28 obidius *P* liuius *C*

*corpus cum victis a se Rutulis et Mezentio Ascanius requisitum non invenisset, in deorum numerum credidit relatum. itaque ei templum condidit et Iovem Indigetem appellavit. bene autem addidit 'feres', ut gratius esset quod per ipsam fieret.*

260. MAGNANIMVM magnus et parvus quoniam mensurae sunt, ad animum non nisi καταχρηστικῶς adhibentur. *et bene hoc addidit, quasi dicat, quem tu miserum dicis, nos magnanimum, summum.* NEQVE ME S. V. *ad illud 'quae te, genitor, sententia vertit'.*

261. HIC id est Aeneas. et est ordo 'hic bellum ingens geret Italia'. *alii 'hic' pro 'post haec quae dixi' accipiunt, ut sit loci adverbium pro temporis.* TIBI FABOR ENIM hoc loco excusat quaestionem futuram, quasi Veneri dolenti quae vera sunt dicat, sed aliter loquatur cunctis praesentibus dis: dicet enim in decimo a b n u e r a m b e l l o I t a l i a m c o n c u r r e r e T e u c r i s. QVANDO siquidem, *quoniam.* REMORDET sollicitat. Terentius p a r p a r i r e f e r t o, q u o d e a m r e m o r d e a t.

262. ARCANA secreta. unde et arca et arx dictae, quasi res secretae.

263. ITALIA in Italia, et detraxit praepositionem more suo. sic et illo loco n o n L i b y a e, n o n a n t e T y r o; d e s p e c t u s H i a r b a s id est in Tyro. nam si adverbialiter vellet, Tyri diceret. POPVLOSQVE FEROCES CONTVNDET incongruum fuerat in consolatione bella praedicere: ob hoc ergo etiam victoriam pollicetur.

264. MORESQVE VIRIS ET MOENIA PONET hysteroproteron in sensu; ante enim civitas, post iura conduntur. leges autem etiam mores dici non dubium est.

265. TERTIA DVM LATIO REGNANTEM VIDERIT AESTAS rhetorice,

---

13 abnueram] A. X 8 ‖ 14 QVANDO quoniam] Don. ad Ter. Andr. III 2, 7 ‖ 15 Terentius] eun. III 1, 55 'par pro pari referto, quod eam mordeat'. ‖ 17 unde et . . . secretae] exscr. Isid. or. XI 1, 73. cf. XV 14, 5 et XX 9, 2. diff. verb. 9 ‖ 20 non Libyae] A. IV 36

---

5 *ad v.* 260 Magnaninum] magnus . . . adhibentur. *P* ‖ 6 catacresticos *BLHM* catachresticos *K* ‖ 9 *ad v.* 261 Hic] id est talis . . . pro temporis Quando] siquidem quoniam. Remordet] sollicitat. *P* ‖ 10 hic] hi *P* ibi *Daniel* 12 quasi] quare *Masvicius* ‖ dicat et ideo tibi quod multi (*lege* nulli) alii id est tibi soli. nam aliter loquitur *C* ‖ sed] et *BMl* ‖ 13 loquetur *K* loquitur *M* dicit *BL* ‖ 17 *ad v.* 262 Arcana] secreta. unde et arca et ara (arx *C**) dicta quasi res secreta, a qua omnes arceantur. *PC** ‖ arx *BL*: ara *K* ars *H* arcx *M* ‖ dictae *L*: dicta *BKHM* ‖ res *om.* *K* ‖ 18 secrete *K* ‖ 19 *ad v.* 263 Italia] detraxit praepositionem . . . diceret. *P* ‖ 20 dispexit *B* dispectus *L* 22 consolatione] dolenti *addunt C*l in marg., m supr. vers.* ‖ 23 ergo *om* *LH* (*suppl. l*) ‖ 24 *ad v.* 264 Moresque viris et moenia ponet] hysteroproteron . . . dubium est. *P* ‖ 25 autem *om.* *BP* ‖ 27 *ad v.* 265 Dum] autem pro donec . . . dicitur. *P*

ne breve esset si triennium diceret, tempora divisit in species. ordo autem est longissimus, nam aliter non procedit, 'sublimemque feres ad sidera caeli magnanimum Aeneam, tertia dum Latio regnantem viderit aestas'. *ergo videtur sic tacite mortem Aeneae significasse.* '*dum*' *autem pro donec, ut dum conderet urbem, id est donec. quidam ideo bis annos ternos memorasse tradunt, ut tres annos solum Aeneam regnaturum significaret, quod cum Latino alios tres annos regnasse dicitur.*

267. AT PVER ASCANIVS prudenter exitum Aeneae et ostendit et tacuit dicendo filium postea regnaturum. *aut quia maior cura Veneri de nepote ut in X. liceat superesse nepotem et iterum ibi hunc tegere.* CVI NVNC COGNOMEN IVLO ADDITVR secundum Catonem historiae hoc habet fides: Aeneam cum patre ad Italiam venisse et propter invasos agros contra Latinum Turnumque pugnasse, in quo proelio periit Latinus. Turnum postea ad Mezentium confugisse eiusque fretum auxilio bella renovasse, quibus Aeneas Turnusque pariter rapti sunt. migrasse postea in Ascanium et Mezentium bella, sed eos singulari certamine dimicasse. et occiso Mezentio Ascanium *sicut I. Caesar scribit* Iulum coeptum vocari, *vel quasi ἰοβόλον, id est sagittandi peritum, vel* a prima barbae lanugine *quam ἴουλον Graeci dicunt,* quae ei tempore victoriae nascebatur. sciendum est autem hunc primo Ascanium dictum a Phrygiae flumine Ascanio, ut est transque sonantem Ascanium; deinde Ilum dictum a rege Ilo, unde et Ilium, postea Iulum occiso Mezentio: de quibus nominibus hoc loco dicit 'at puer Ascanius cui nunc cognomen Iulo additur, Ilus erat'. ab hac autem historia ita discedit Vergilius, ut aliquibus locis ostendat, non se per ignorantiam, sed per artem poeticam hoc fecisse, ut illo loco quo magis Italia mecum laetere reperta: ecce ἀμφιβολικῶς dixit, ostendit tamen Anchisen ad Italiam pervenisse. sic autem omnia contra

5 dum] A. I 5 ‖ 11 liceat] A. X 47 ‖ 12 secundum Catonem] orig. rel. I 10 Iord. I 9 Pet. ‖ 23 transque] georg. III 269 ‖ 28 quo magis] A. VI 718

7 aeneae *P* ‖ 9 *ad v.* 267 Cui nunc cognomen Iulo additur] postquam autem singulari certamine Ascanius Mezentium occidit, sicut L. Caesar scribit, Iulum coeptum uocari dicunt uel quasi iuuolon id est sagittandi peritum uel a prima barbae lanugine quam ἴουλον (IOYΛOC) Graeci uocant, quae ei tempore uictoriae nascebatur. cognomen autem Iulo . . . diceret, sed magis . . . ducit. *P* ‖ 12 ADDITVR licet superius historia sit narrata tamen etiam secundum Catonem *C* ‖ 13 tatonem *K* ‖ cum patre] patrem *B* ‖ 14 peruenisse *M* ‖ 15 perit *K L M* ‖ 20 ἰοβόλον *F. Schoellius:* iuuolon *P* Iulom *C* ‖ 21 ἴνολον *C* ‖ 22 autem est *B M* ‖ 23 est *om. L H* (*suppl. l*) utem *K* utramque (*pro* ut est transque) *B* ‖ 24 Ilum] illum *K* ilium *M* ‖ Iulum] iulo *B* aiulium *K* iulium *L* (*corr. l*) ‖ 27 se non *L* ‖ 29 amphibolicos *libri*

hanc historiam ficta sunt, ut illud ubi dicitur Aeneas vidisse Carthaginem, cum eam constet ante LXX. annos urbis Romae conditam. inter excidium vero Troiae et ortum urbis Romae anni inveniuntur CCCXL. COGNOMEN IVLO si proprie loqueretur, agnomen diceret, non cognomen, sed magis ad familiam respexit, quia omnis gens Iulia inde originem ducit. dicimus autem et nomen mihi est Cicero, ut Hecyra est huic nomen fabulae, et Ciceronis, ut Sallustius cui nomen oblivionis condiderant, et Ciceroni, ut cui Remulo cognomen erat, et Ciceronem, ut Aeneadasque meo nomen de nomine fingo. melius tamen est dativo uti.

268. *ILVS ERAT deest 'qui', debuit autem dicere 'qui Ilus erat'.*

*ILIA pro Iliensis, ut Plautus Hector Ilius pro Iliensis. et Amphitryo, natus Argis ex Argo patre id est Argivo.*

269. *TRIGINTA vel quod XXX. tantum annos regnavit, vel quod Cato ait, XXX. annis expletis eum Albam condidisse.* MAGNOS ORBES tria sunt genera annorum: aut enim lunaris annus est XXX. dierum, aut solstitialis XII. mensum, aut secundum Tullium magnus, qui tenet $\overline{\text{XII}}$DCCCCLIIII. annos, ut in Hortensio horum annorum quos in fastis habemus magnus $\overline{\text{XII}}$DCCCCLIIII. amplectitur. hoc ergo loco magnum dixit comparatione lunaris, et alibi interea magnum sol circumvolvitur annum. annus autem dictus quasi anus, id est anulus, quod in se redeat, ut est atque in se sua per vestigia volvitur annus, vel ἀπὸ τοῦ

7 Hecyra] Ter. hec. prol. 1 ‖ 8 Sallustius] hist. fragm. I 75 Kritz. ‖ 9 cui Remulo] A. IX 590 ‖ Aeneadasque] A. III 18 ‖ 12 Amphitryo] Plautus Amphitr. prol. 98 ‖ 15 Cato] orig. rel. I 13 et ap. Iord. et ap. Pet. ‖ 16 tria sunt genera e. q. s.] exscr. Isid. or. V 36, 1—3 ‖ 18 in Hortensio] fragm. 26 Or. ‖ 21 interea] A. III 284 ‖ 23 atque] georg. II 402

1 facta *KM* ‖ illud aeneam uidisse *B* ‖ ubi dixit aeneam uidisse *M* 2 eam *om. B* ‖ LX *K* ‖ condita *B* ‖ 4 CCCLX *H* CCCXL *L*, *sed* XL *in ras.* 5 ad familiam iliam (v *superscr.*) *L* ‖ 6 dicit *K* ‖ 7 hequira *B* hetyira *K* he'eyra *L* haecysa *H* ecyra *M* ‖ 8 obliuio *H* ‖ consideraut *L* (*corr. l*) ‖ 9 remulo *LH*: romulo *reliqui* ‖ 11 *ad v.* 268 Ilus erat] deest qui . . . Iliensis. *P* ‖ 12 pro Iliensis] pro Iliensibus *C* Daniel* ‖ Hector Ilius *C**: hectoribus *P* ‖ hiliensis *P* Amphytrio *C* ‖ 14 *ad v.* 269 Triginta] uel quod . . . condidisse. Magnos] dixit comparatione lunaris anni, qui est XXX dierum, ut alibi . . . annum. *P* ‖ vel *om. C** ‖ 15 Albam *C**: alba *P* ‖ 16 aut enim] autem *K* ‖ 17 mensum *B*: mensium *L* mensuum *KHM* ‖ 18 $\overline{\text{XII}}$δCCCCLIIII *M*: XLIδLIIII *B* XII.δLIIII *KH* $\overline{\text{X}}$IID.L.IIII *L* (milia *superscr. l*) duodecim milia nongentos quinquaginta quatuor *C cf. ad Aen.* III 284 ‖ 19 *iidem hoc loco numeri in libris qui supra* 20 amplectetur *L* complectitur *libri Taciti dial.* 16 ‖ lunaris] *quae addit P* anni qui est XXX dierum *non recepi, etsi in C ea deesse Scioppius non adnotavit; e Servio enim petita sunt.* ‖ 21 et] ut *BMl* ‖ 22 anus] annuus *B cf. ad Aen.* V 46 ‖ id est] unde et *C* ‖ 23  απο τογ ανανεογcιε *BM* ποτοϝανανεοϝεαι *K* απο τογ αντοιcθεα *L* απο ανοοιcτεα *H*

*ἀνανεοῦσθαι*, id est ab innovatione. VOLVENDIS volubilibus *vel quia volvuntur*, ut supra.

270. A SEDE LAVINI TRANSFERET verum est: vitans enim novercalem invidiam, *quod timore Ascanii Lavinia post Aeneae mortem ad Tyrrhum paternum pastorem gravida confugit ad silvas, nam ibi etiam Silvium peperisse dicitur*, deseruit Lavinium et Albam Longam condidit dictam ab omine albae porcae repertae vel situ civitatis. *ad quam cum de Lavinio dii Penates translati nocte proxima Lavinium redissent, atque eos denuo Albam Ascanius transtulisset, et illi iterum redissent Lavinium, eos manere passus est, datis qui sacris praeessent agroque eis adsignato, quo se alerent.* VI modo virtute, nam multa significat. *VI modo virtute τῇ δυνάμει, alibi τῇ βίᾳ, ut est auro vi potitur, alias pro magna copia. Cicero in deorum natura infinitamque vim marmoris, Sallustius magna vis hominum convenerat agris pulsa aut civitate eiecta. et est sermo diversa significans, prout se locus obtulerit.*

272. HINC IAM praeterea. *si autem 'hic iam', in hoc scilicet loco.* TER CENTVM quomodo trecentos annos dicit, cum eam quadringentis regnasse constet sub Albanis regibus? sed cum praescriptione ait 'tercentum', scilicet usque ad ortum urbis Romae; ait namque 'donec regina sacerdos Marte gravis'. et constat in regno Romuli et Numae et Tulli Hostilii qui evertit Albam centum annos, quibus pariter Roma et Alba regnarunt, esse consumptos. TOTOS id est sine intermissione. *REGNABITVR impersonalibus usus est, quia de multis dicit, ut usque adeo turbatur agris.*

6 et Albam Longam e. q. s.] cf. Isid. or. XV 1, 53 ‖ 13 auro] A. III 55 ‖ Cicero in deor. nat.] II 39, 98 ‖ 14 Sallustius] hist. fragm. I 49 Kritz. ‖ 25 usque adeo] buc. I 12

3 *ad v.* 270 A sede Lauini transferet] verum est . . . inuidiam, quod timore . . . siluas ibique Siluium peperit, deseruit Lauinium et Albam condidit ab omine porcae albae. *P* ‖ 5 Tyrrhum *scripsi:* Tyrum *P cf. Serv. ad Aen.* VI 760 *et Verg. Aen.* VII 485 ‖ 6 Longam *et* 7 dictam *om. C** ‖ 7 ab omine . . . civitatis] ab homine situque *K* ‖ portae albae *omisso* repertae *C** ‖ vel situ civitatis] vel prolixitate collis *C ex Isidoro* ‖ et situ *malim* ‖ 12 VI modo . . . βίᾳ *F. Schoellius:* modo uirtute *τὴν δύναμιν* alibi *τὴν βίαν C* ‖ 17 *ad v.* 272 Ter centum] quomodo trecentos (tricentos) annos dicit, cum eam quadringentos constet sub Albanis regibus regnasse. sed cum praescriptione hoc dicit. tercentum enim usque ad ortum urbis Romae accipiamus. ait enim 'donec regina sacerdos. in regno enim Romuli et Numae et Tulli Hostilii (Tullii et Hostilii) qui euertit Albam centum annos esse consumptos. Totos] id est sine fine. Regnabitur] inpersonalibus usus est, quia de multis dicit. *P* ‖ 19 quadringentis *eranuit in K* CCCC *L* (tos *superscr. l*) ‖ regibus *om. K* ‖ praescriptione] *superscr.* exclusione *l* indeterminatione *m* ‖ 21 que . . . Numae *om. K* ‖ 22 tulli *K:* tullii *BLHM* ‖ ostilii *K* ‖ 23 rome *L* (roma *l*) romae *H* ‖ albe *L* (alba *l*)

273. GENTE SVB HECTOREA id est Troiana. sed debuit dicere 'Aeneia'. diximus superius nomina poetas ex vicino usurpare. *sed quidam reprehendunt, quod 'Hectorea' et non 'Aeneia'. mos est poetis nomina ex vicinis usurpare, quia coniunctus genere Hectori Ascanius, ut est et pater Aeneas, et avunculus excitat Hector. alii tradunt, cum Hectoris progenies nulla in Italia fuerit, ideo 'sub Hectorea' positum, ut significaret sub forti, ut in quinto Hectorei socii. sed ex aliis rebus alia dat nomina, ut pios Aeneadas appellavit, ut timidos Phrygas, ut nobiles Dardanidas, ut periuros Laomedontiadas. ceterum ubi veram originem significat domus Assaraci ponit, ex quo Capys, ex Capy Anchises, ex Anchise Aeneas.* DONEC REGINA SACERDOS historia hoc habet. Amulius et Numitor fratres fuerunt. Amulius fratrem imperio pepulit et filium eius necavit, filiam vero Iliam Vestae sacerdotem fecit, ut spem subolis auferret, a qua se puniri posse cognoverat. hanc ut multi dicunt Mars compressit, unde nati sunt Remus et Romus, quos cum matre Amulius praecipitari iussit in Tiberim. tum ut quidam dicunt Iliam sibi Anien fecit uxorem, ut alii inter quos Horatius, Tiberis: unde ait uxorius amnis. pueri vero expositi ad vicinam ripam sunt. hos Faustus repperit pastor, cuius uxor erat nuper meretrix Acca

5 et pater] A. III 343 ‖ 7 in quinto] 190 ‖ 10 domus] A. I 284 ‖ 12 Amulius e. q. s.] exscr. mythogr. I 30 ‖ 18 Horatius] carm. I 2, 19

1 sed debuit dicere . . . ex vicino usurpare *om. C* ‖ 2 ex uicini non surpare *K* a uicino usurpare *M* ‖ 8 sed ex aliis rebus alia dat nomina ut pios Aeneadas appellavit *scripsi:* sed et aliis rebus alia dant nomina ut pios Aeneadas appellari *C cf. Serv. ad Aen.* I 468 ‖ 11 *ad v.* 273 Donec regina sacerdos] historia hoc habet. Amulius et Numitor fratres fuerunt, filii Procae (prochae *P*). Amulius autem fratrem pepulit regno et filium eius necauit (regnauit *P*), filiam quoque eius Iliam Vestae sacerdotem fecit, ut spem sobolis (soboli *P*) auferret, a qua se puniri (punire *P*) posse cognouerat. haec cum peteret aquas ad sacra repentino occursu lupi turbata refugit in speluncam, in qua a Marte compressa est, unde nati sunt Remus et Romulus. sed Amulius (Aruilius *C*) timens, ne (*fort.* ne cum) de stirpe fratris Numitoris aliquid procreatum adoleuisset (aboleuisset *P*) auum forsitan uindicaret, pueros cum matre praecipitari iussit in Tiberim. hanc ut quidam dicunt Iliam (Iliam *om. P*) sibi Anien fecit uxorem, ut alii (ut alii *om. P*) inter quos Horatius, Tiberis, unde est uxorius amnis. pueri uero expositi ad uicinam ripam delati sunt, ad quos uagientes lupa de uicinis montibus uenit et ubera praestitit (praestetit *P*). sed cum eos Faustus pastor eius loci animaduertisset nutriri a fera et picum parramque circumuolitare, suspicatus diuinae originis sobolem ad Accam Laurentiam uxorem quae ante meretrix (meritrix *P*) fuerat pueros detulit, quae susceptos (eos *P*) aluit. *CP. quae apud Servium secuntur* hi postea . . . in tutela esse Martis *ea integra habet C, ita contracta, ut* et a Romi nomine . . . diminutione *et* et constat hoc animal in tutela esse Martis *desint, P* ‖ 12 duo fratres *M* ‖ 13 filios *L* (filium *l*) ‖ 14 sobolis *BHM* ‖ 16 romulus *B* romu[s] *M* (s *a m. sec.*) ‖ 17 Iliam] aliam *K* ‖ Anien] amnis *B* ‖ 18 unde ait] unde est *Kl. om. M* ‖ 20 cui *BMl*

Larentia, quae susceptos aluit pueros. hi postea avum suum Numitorem occiso Amulio in regna revocarunt. quibus dum cum eo angustum Albae videretur imperium, recesserunt et captatis auguriis urbem condiderunt. sed Remus prior sex vultures vidit, Romus postea duodecim: quae res bellum creavit. in quo extinctus est Remus, et a Romi nomine Romani appellati. ut autem pro Romo Romulus diceretur, blandimenti genere factum est, quod gaudet diminutione. quod autem a lupa dicuntur alti, fabulosum figmentum est ad celandam auctorum Romani generis turpitudinem. nec incongrue fictum est; nam et meretrices lupas vocamus, unde et lupanaria. et constat hoc animal in tutela esse Martis. *sed de origine et conditore urbis diversa a diversis traduntur. Clinias refert Telemachi filiam Romen nomine Aeneae nuptam fuisse, ex cuius vocabulo Romam appellatam. dicit Latinum ex Vlixe et Circe editum de nomine sororis suae mortuae Romen civitatem appellasse. Ateius adserit Romam ante adventum Euandri diu Valentiam vocitatam, sed post graeco nomine Romen vocitatam. alii a filia Euandri ita dictam, alii a fatidica, quae praedixisset Euandro his eum locis oportere considere. Heraclides ait Romen, nobilem captivam Troianam huc appulisse et taedio maris suasisse sedem, ex cuius nomine urbem vocatam. Eratosthenes Ascanii, Aeneae filii, Romulum parentem urbis refert. Naevius et Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt. Sibylla ita dicit* Ῥωμαῖοι, Ῥώμου παῖδες. REGINA regis filia. abusive ait more poetico, ut alibi magnum reginae sed enim miseratus amorem, id est regis filiae Pasiphaes. *SACERDOS quia ab Amulio Vestae virgo esse iussa est, ne ei propter edendam subolem facultas esset viro iungi.*

274. MARTE GRAVIS gravida, ut non insueta gravis temptabunt pabula fetas.

---

11 sed de origine e. q. s.] cf. Festus s. v. Romam ‖ 24 magnum] A. VI 28 28 non insueta] buc. I 49

---

1 lerentia *B* rentia *L* (larentia *l*) ‖ 2 eo] patre *K* avo *mythogr.* ‖ 4 romu////// (s *superscr. l*) [s superscr.] ‖ 6 romi *B* romi///// *L* (i *a m. sec.*) [.'. romuli superscr.] ‖ appellati sunt *LHM* ‖ 7 blandimenti gratia *Stephanus* ‖ 8 a *om. LH* ‖ aleti *M sed prima ut videtur manus* e *in* i *mutavit.* ‖ fabulosum . . . turpitudinem] fabulae hoc celandum auctorem romani generis turpitudinem *B* fabulae hoc ad celandam auctorum romani generis turpitudinem fingunt *C. totum enuntiatum hoc modo contractum in P:* sed a lupa ideo dicuntur alti propter turpitudinem ‖ 10 fictum est *om. BC*P* ‖ et *ante* meretrices *om. C*P* ‖ 11 Martis. dicitur autem lupus Marti dicatus ut alibi 'Martius a stabulis rapuit lupus' *Fabricius* ‖ 14 *lacunam a Scioppio indicatam explebat Masvicius addens* Cato in originibus ‖ 15 Ateius *Masvicius:* Adeius *C* ‖ 21 *fortasse* filium Romulum ‖ 23 Regina] regis filia . . . Pasiphaes *P* ‖ 25 pasiphaes *H:* pasiphae *KM* pasiphes *B* phasiphes *L* (phasiphae *l*) Ariadnes *Masvicius*

275. INDE *post, vel* deinde, *vel tunc, adverbium loci pro temporis.* FVLVO TEGMINE id est pelle lupae, qua utebatur more pastorum. sed hoc multi reprehendunt, cur nutricis tegmine usus sit. qui gemina ratione refutantur: vel falsitate fabulae, vel exemplo Iovis, qui caprae nutricis utitur pelle, *unde Graece αἰγίοχος appellatur. sane 'tegmine' multi antique dictum asserunt, quia tegimentum dici debere affirmant.* LAETVS *virtute alacer, vel quia avo regnum reddiderat, vel quia ipse novam urbem et novum condebat imperium.*

276. EXCIPIET GENTEM Remo scilicet interempto, post cuius mortem natam constat pestilentiam: unde consulta oracula dixerunt placandos esse manes fratris extincti; ob quam rem sella curulis cum sceptro et corona et ceteris regni insignibus semper iuxta sancientem aliquid Romulum ponebatur, ut pariter imperare viderentur. unde est Remo cum fratre Quirinus iura dabunt.

277. ROMANOSQVE SVO DE NOMINE DICET perite non ait Romam, sed Romanos. urbis enim illius verum nomen nemo vel in sacris enuntiat. denique tribunus plebei quidam *Valerius Soranus,* ut ait Varro *et multi alii,* hoc nomen ausus enuntiare, *ut quidam dicunt raptus a senatu et* in crucem levatus est, *ut alii, metu supplicii fugit et in Sicilia comprehensus a praetore praecepto senatus occisus est.* hoc autem urbis nomen ne Hyginus quidem cum de situ urbis loqueretur expressit.

278. NEC METAS RERVM NEC TEMPORA PONO 'metas' ad terras rettulit, 'tempora' ad annos; Lavinio enim et Albae finem statuit, Romanis tribuit aeternitatem, *quia subiunxit 'imperium sine fine dedi'.*

279. QVIN quinetiam; minus enim est 'etiam'. nam plenum est quinetiam, ut quinetiam hiberno moliris sidere classem. ASPERA IVNO tolerabilius hoc Iuppiter dicit. *ASPERA IVNO] vel quam tu asperam dicis, vel certe ut et ego fateor.*

---

14 Remo] A. I 292 ‖ quin etiam] A. IV 309

---

1 *ad v.* 275 Inde] post . . . pastorum. Laetus] uirtute alacer. *P* ‖ 2 utebantur *L* uteba//tur *H* ‖ 3 nutricis suae Amaltheae *D* ‖ 5 *αἰγίοχος scripsi:* *αἰγιαλός C* ‖ 9 *ad v.* 276 Excipiet gentem] Romulo (*sic*) scilicet interempto . . . iura dabunt. bene Romulum solum ait dissimulans (desimulans) de paricidio. *P* ‖ 11 currilis *B* currulis *L* (curulis *l*) ‖ 13 remulum ponebantur *H* 18 quia hoc nomen ausus est enuntiare *C* ‖ 21 hoc autem urbis nomen *C: quod reliqui. illud recepi non quod integrius esset, sed ne lectio impediretur* ‖ hycinus *B* heginus *L* higinus *Ml* ‖ quidem] quoque *C* ‖ 23 *ad v.* 278 Nec metas rerum nec tempora pono] metas . . . annos. *P* ‖ 24 et Albae finem] triennium Albae trecentos *C* ‖ instituit *B* ‖ 25 tribuit *om. LH* ‖ 28 ASPERA IVNO vel quam tu asperam dicis vel certe ut et ego fateor et tolerabilius . . . dicit *C* dicit] ut criminaretur uxorem; quia marito magis congruit quam alii *add. l in marg., m supr. vers.*

280. METV ut supra id metuens. TERRAS CAELVMQVE FATIGAT alibi absumptae in Teucros vires caelique marisque. *QVAE MARE N. T. Q. M. C. Q. F. metu scilicet quem de Carthagine habet. ut supra id metuens, vel metu quo Troianos terret et Venerem. nam dicit 'parce metu Cytherea'. 'mare' autem 't. c. q. f.' alibi ostendit dicendo absumptae in Teucros vires caelique marisque. 'fatigat' vero pro exercet, sollicitat, commovet.*

281. CONSILIA IN MELIVS REFERET quia bello Punico secundo ut ait Ennius placata Iuno coepit favere Romanis. *IN MELIVS*] *εἰς τὸ κρεῖττον. et est Latinior elocutio: Sallustius ad mutandum modo in melius servitium.* *MECVMQVE FOVEBIT id est eadem quae ego sentiens, eadem quae ego volens, vel ut quidam volunt mecum in Capitolio constituta.*

282. GENTEMQVE TOGATAM bene 'gentem', quia et sexus omnis et condicio toga utebatur, sed servi nec colobia nec calceos habebant. togas autem etiam feminas habuisse, cycladum et recini usus ostendit. recinus autem dicitur ab eo, quod post tergum reicitur, quod vulgo maforte dicunt.

283. SIC PLACITVM vel fatis vel mihi; nam inpersonale est. LVSTRIS quinquenniis. et bene olympiadibus computat tempora, *quod magis ad Iovem pertinet,* quia nondum erant vel Roma vel consules. lustrum autem dictum, quod post quinquennium unaquaeque civitas lustrabatur. *unde Romae ambilustrum, quod non licebat nisi ambos censores post quinquennium lustrare civitatem.* *AETAS iuxta veteres aetas hic pro tempore posita est, alibi pro modo annorum, ut est ubi iam firmata virum te fecerit aetas et aetas Lucinam iustosque pati hymenaeos.*

284. DOMVS ASSARACI id est familia Troiana, *et est a parte totum;* nam Assaracus Capyn genuit, Capys Anchisen, unde Aeneas,

---

1 id metuens] A. I 23 ‖ 2 absumptae] A. I 301 ‖ 10 Sallustius] hist. fragm. inc. 59 Kritz. ‖ 17 recinus e. q. s.] cf. Isid. or. XIX 25, 4 ‖ 20 quinquenniis e. q. s.] exscr. Isid. or. V 37, 2 ‖ 25 AETAS iuxta veteres e. q. s.] cf. Isid. or. V 38, 3 ‖ 26 ubi iam] buc. IV 37 ‖ aetas] georg. III 60

---

1 METV ut supra . . . caelique marisque *om.* *C* ‖ 4 terret *scripsi:* ferret *C* ‖ 8 CONSILIA IN MELIVS REFERET εἰς τὸ χρεῖττον et est . . . servitium: quia bello Punico secundo . . . Romanis *C* ‖ 14 *ad v.* 282 Gentemque togatam] bene gentem . . . maforte dicunt. *P* ‖ 15 ceolobia *P* ‖ caltios *K* calibos *P* ‖ habent *K* ‖ 16 recini *BLHC** ricini *KM* ricinii *l* ‖ et recini usus] metricinius *P* ‖ 17 ricinus *BP* ri/cinus *K* recinus *LHC** ricinius *Ml* ‖ postergum *KLH* ‖ 18 mauorte *B* uulgom aforté'''' *L* (afortē *fuisse videtur*) ‖ 19 *ad v.* 283 Sic placitum] vel fatis . . . pati hymenaeos. *P* ‖ 20 quinquennio *P* ‖ 21 erat *KL* (t *l in ras.*) ‖ 23 unde Romae ambilustrum *e. q. s.*] *cf. Mommsen Röm. Staatsr.* II p. 389 ‖ 28 *ad v.* 284 Domus Assaraci] Troiani. *P*

auctor Romani generis: ex quibus Mummius, qui Achaiam vicit. PTHIAM Achillis patriam. MYCENAS Agamemnonis patriam, ut Agamemnoniasque Mycenas.

286. NASCETVR ad illud respondet 'certe hinc Romanos olim'. et omnis poetae intentio, ut in qualitate carminis diximus, ad laudem tendit Augusti, sicut et in sexti catalogo et in clipei descriptione. haec autem Iovis allocutio partim obiecta purgat partim aliquid pollicetur. PVLCHRA allusit propter Venerem. TROIANVS ac si diceret, etiam Caesar Troianus est. CAESAR hic est, qui dictus est Gaius Iulius Caesar. Gaius praenomen est, Iulius ab Iulo, Caesar vel quod caeso matris ventre natus est, vel quod avus eius in Africa manu propria occidit elephantem, qui caesa dicitur lingua Poenorum. *hic sane Gaius Iulius Caesar quattuor et sexaginta victis Galliarum civitatibus cum a senatu petisset consulatum et triumphum nec impetrasset adversante Cn. Pompeio magno eiusque amicis, qui Caesaris processibus invidebant, bellum civile gessit in Farsalia, quo Pompeius victus Alexandriae occiditur. Caesar Romam compositis rebus et Alexandria debellata reversus in curia Pompeiana a Cassio et Bruto aliisque Pompeianis occisus est. cuius heres Augustus cum intrasset urbem cogit a senatu interfectores Caesaris parricidas et hostes iudicari, cumque in deorum numerum referri et divum appellari.*

287. IMPERIVM OCEANO, FAMAM QVI TERMINET ASTRIS aut ad laudem dictum est, aut certe secundum historiam. re vera enim et Britannos qui in oceano sunt vicit, et post mortem eius cum ludi funebres ab Augusto eius adoptivo filio darentur, stella medio die visa est, unde est ecce Dionaei processit Caesaris astrum. A MAGNO sicut Alexander, sicut Pompeius. *Graeci enim omne magnificum magnum, ut mater magna et dii magni.*

---

3 Agamemnoniasque] A. VI 838 ‖ 11 Caesar vel quod e. q. s.] cf. Ael. Spartiani Ael. Ver. 2 et Isid. or. IX 3, 12 sq. ‖ 26 ecce] buc. IX 47

---

1 Nummius *C* mummius erat *M* ‖ 3 ut Agamemnoniasque Mycenas] ut ipse Mycenaeus magnorum ductor Achiuum *C* ‖ 4 *ad v.* 286 Caesar] Gaius Iulius Caesar qui in curia Pompeiana a Cassio (casio) et Bruto aliisque Pompeianis occisus est Romae interfecto Pompeio ab eo apud Alexandriam. *P* ‖ 10 dictus est] dicitur *C* ‖ gra$^{i}$us *K* ‖ iulus *B* ‖ gra$^{i}$us *K* et Gaius *C* ‖ pnomen *K* ‖ 11 Caesar vel . . . ituri optent (*p.* 107 *lin.* 7) *om. K* ‖ 12 elifantem *B* elefantum *H* ‖ cesa *B* caesai *Bambergensis et Palatinus Spartiani l. l.* ‖ 13 Iulus *C* ‖ 15 Gn. *C* ‖ 16 progressibus *Lion* ‖ 22 *ad v.* 287 Imperium (Imperitium) famam astris] cuius stella uisa est die medio (dioniū), unde est ecce Dionaei processit Caesaris astrum. *P* ‖ ASTRIS cuius fama usque ad Oceanum pervenit; aut ad *Lion* ‖ 23 certe est *BC** ‖ 26 uisa est quae in ipsius honorem apparuisse diceretur *BMl*. quae . . . diceretur *primus quod sciam Masvicius inseruit, Burmannus recepit nulla nota adiecta.*

288. OLIM modo futuri temporis est. CAELO in caelum. SPOLIIS ORIENTIS victo Pharnace Mithridatis filio, qui re vera in oriente fuit. ceterum Aegyptus, in qua Ptolomaeum vicit, in australi est plaga.

289. HONVSTVM inter honustum et oneratum hoc interest, quod oneratus est qualicumque pressus pondere, honustus vero cui onus ipsum honori est, ut si quis spolia hostium ferat. sed oneratus aspirationem non habet, quia ab onere venit, honustus vero, quia etiam ab honore descendit, retinet aspirationem. *alii 'honestum' legunt; veteres enim honestum pro specioso ponebant, ut Dardanius caput ecce puer detectus honestum.*

290. ACCIPIES SECVRA quia post mortem Caesar meruit aram, fastigium, flaminem, ut Cicero in Philippicis. *SECVRA*] **quare 'secura'? quia nunc sollicita.** HIC QVOQVE potest intellegi sicut Romulus, sed melius sicut Aeneas, de quo superius ait 'sublimemque feres ad sidera caeli'. 'quoque' autem semper ad similitudinem ponit, ut tu quoque litoribus nostris. *HIC QVOQVE*] **sicut ego, sicut tu.** VOTIS vel ad vota vel votis vocabitur.

291. ASPERA TVNC id est Caesare consecrato cum Augustus regnare coeperit, clauso Iani templo, pax erit per orbem. constat autem templum hoc ter esse clausum: primum regnante Numa, item post bellum Punicum secundum, tertio post bella Actiaca quae confecit Augustus: quo tempore pax quidem fuit quantum ad exteras pertinet gentes, sed bella flagravere civilia, quod et ipse per transitum tangit dicens 'Furor impius intus'. huius autem aperiendi vel claudendi templi ratio varia est. alii dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, cum in eo esset ut vinceretur, calidam aquam

6 oneratus est . . . aspirationem] exscr. Isid. diff. verb. 285 || 10 Dardanius] A. X 133 || 17 tu quoque] A. VII 1 || 20 constat autem e. q. s.] cf. Varro d. l. l. V 165 || 25 huius autem . . . reversionem] exscr. mythogr. III 4, 9

1 *ad v.* 288 Olim] modo futuri temporis est. Caelo] in caelum. *P* || temporis *om. LH* || 3 ptolemeum *B* pholomeum *H* || 5 *ad v.* 289 honustum] inter honustum . . . retinet. *P* || HONVSTVS *L* || onustum *M* || honeratum *PL* (*corr. l*) || 6 honeratus *L* (*corr. l*) || honestus *L* (*corr. l*) onustus *PH* || 7 honori *BC*M*: honoris *LH* oneris *P* || hosti *P* || honeratus *L* (*corr. l*) || 8 onustus uero qui ab honore uenit retinet *P* || 12 ACCIPIES SECVRA quare secura? aut quia nunc sollicita, aut quia post mortem *c. q. s. C* || 13 fastigium] i. e. ornamentum *superscr. l* || 14 potest intellegi sicut ego sicut tu sicut Romulus *C* 17 nostris. nam ideo in bucolicis (I 7) 'namque erit ille mihi semper deus' et in georgicis (III 16) 'in medio mihi Caesar erit' *D* || 18 in votis *Lion* || 19 *ad v.* 291 Aspera tum] id est Caesare . . . per orbem. † qui quoniam claudebatur. *P* qui quoniam claudebatur *recepit Daniel; Scioppius nihil de his verbis adnotavit. ceterum* quinquies *scribendum videtur pro* qui quoniam (quiqm̃) || Aspera iniqua. Tunc id est *D* || 20 iani *Ml*: iam *BC*H* ia *L* in *P*

ex eodem loco erupisse, quae fugavit exercitum Sabinorum: hinc ergo tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem pristini auxilii. alii dicunt Tatium et Romulum facto foedere hoc templum aedificasse, unde et Ianus ipse duas facies habet, quasi ut ostendat duorum regum coitionem. [vel quod ad bellum ituri debent de pace cogitare.] est alia melior ratio, quod ad proelium ituri optent reversionem.

292. CANA FIDES ET VESTA subaudis 'erit'. canam autem Fidem dixit, vel quod in canis hominibus invenitur, vel quod ei albo panno involuta manu sacrificatur, per quod ostenditur fidem debere esse secretam: unde et Horatius et albo rara Fides colit velata panno. Vesta vero pro religione, quia nullum sacrificium sine igne est, unde et ipsa et Ianus in omnibus sacrificiis invocantur. Vesta autem dicta vel *ἀπὸ τῆς ἑστίας*, ut digammos sit adiecta, sicut *ἦϱ* ver, *'Ενετὸς* Venetus, vel quod variis vestita sit rebus. ipsa enim esse dicitur terra, quam ignem habere non dubium est, ut ex Aetna Vulcanoque *et aliis locis ardentibus* datur intellegi. *REMO CVM FRATRE QVIRINVS IVRA DABVNT*] *hic dissimulat de parricidio, quod et iungit eos, et quia non Romulum, sed Quirinum appellat, ut non potuerit parricidium facere qui meruerit deus fieri.*

REMO CVM FRATRE QVIRINVS IVRA DABVNT multi sic intellegere

---

4 unde et Ianus e. q. s.] cf. Macrob. Sat. I 7, 20 et 9, 4 || 9 vel quod ei . . . secretam] exscr. mythogr. I 191 || 11 Horatius] carm. I 35, 21 || 15 vel quod variis vestita sit rebus] exscr. mythogr. I 112 et Isid. VIII 11, 61

---

3 quasi spem *LH* (quasi ad *l*) quam spem *libri Burmanni, nisi* quam *typothetae neglegentia pro* quasi *positum est.* quasi ad speciem *mythogr.* || pristinam *B* || 7 optant *M* || 6 vel quod . . . cogitare *seclusi ut dittographiam eorum quae sequuntur.* est et alia quae melioris videtur causa, quod ad bellum ituri de pace cogitare et reversionem optare debent *mythogr.* || 8 *ad v.* 292 Cana Fides et Vesta] subaudis erit . . . panno. Vestam uero religionem, quia nullum sacrificium sine igne est ipsaque in omnibus inuocatur. quae dicitur esse terra quam ignem non dubium, dictaque quae uariis uestita sit rebus. Remo cum fratre Quirinus iura dabunt] hic dissimulat de parricidio quod et iungit eos et quia non Romulum sed Quirinum appellauit et reliqua ut superius dictum est. sed hoc esse non potest . . . repetit. constat praeterea Iani templum † sit non fuit patuisse sub Romulo, quia bellis numquam uacauit (uocauit). alii uolunt per hoc et re uera intellegi Quirinum Augustum esse, Remum uero Agrippam, qui filiam Augusti . . . Agrippa secundis. hoc ergo dicit . . . curis dicitur. telum est cum longiore ferro unde et securis quasi semicuris. uel a *κοίϱανος* (cyrano), uel propter generis (generum̄) nobilitatem. Mars enim . . . Quirinus. *P* || 10 sacrificabatur *C* P* || 11 colitur *L* || 12 uere *K* || Vesta . . . religione *F. Schoellius:* uestam uero religionem *libri* || 13 igni *M* || in omnibus . . . *ἑστίας om. B* || 14 anot ΝΟ ΕϹΤΙΑϹ *K* ΑΠΟ ΤΕϹ ΕϹΤΙΑϹ *L* ΑΠΟ ΤΗϹ ΕΠΑϹ *H* || *ἦϱ* ver *scripsi: om. B* est uel ref. r. *K* er uer *L* (*sed* er *in ras.*) *M* ΙΕΡ uer *H* || *'Ενετὸς*] netus *B* enetus *KM* hen.tus *L* renetus *H* || 17 Aetna *K* aethere uel aetna *B* aehtna *L* aethna *H* ethna *M* || 20 fieri. an sicut multi intelligere uolunt *C*

volunt ut superius diximus, quia post pestilentiam ad placandos fratris manes geminis omnibus usus est Romulus: unde est viden ut geminae stent vertice cristae? sed hoc esse non potest, quia iteratio est ante dictorum aut ordo praeposterus, si post dictum Caesarem Romulum repetit. constat praeterea Iani templum patuisse sub Romulo, *quia bellis numquam vacavit.* alii volunt per hos Romanos intellegi. vera tamen hoc habet ratio, Quirinum Augustum esse, Remum vero pro Agrippa positum, qui filiam Augusti duxit uxorem, et cum eo pariter bella tractavit: unde est parte alia dis et ventis Agrippa secundis. nam adulans populus Romanus Octaviano tria obtulit nomina, utrum vellet Quirinus, an Caesar, an Augustus vocari. ille ne unum eligendo partem laederet quae aliud offerre cupiebat, diverso tempore omnibus usus est, et primo Quirinus dictus est, inde Caesar, postea quod et obtinuit Augustus, sicut Suetonius probat et in georgicis ostendit Vergilius. nam cum de Gangaridum victoria diceret, qui iuxta Gangen sunt quique ab Augusto victi sunt, ait victorisque arma Quirini. ut autem pro Agrippa Remum poneret, poetico usus est more; nam nomen ex vicino sumpsit. hoc ergo dicit, cum coeperit Iulius Caesar caelum tenere patratis omnibus bellis, iura dabunt Augustus et Agrippa. Romulus autem ideo Quirinus dictus est, vel quod hasta utebatur, quae Sabinorum lingua curis dicitur: hasta enim, id est curis, telum longum est, unde et securis quasi semicuris: vel a κοίρανος qui Graece rex dicitur: constat autem Graecos fuisse Romanos: vel propter generis nobilitatem; Mars enim cum saevit Gradivus dicitur, cum tranquillus est Quirinus. denique in urbe duo eius templa sunt: unum Quirini intra urbem, quasi custodis et tranquilli, aliud in Appia via extra urbem prope portam, quasi bellatoris, id est Gradivi.

9 parte alia] A. VIII 682 ‖ 15 sicut Suetonius probat] cf. vita Aug. 7. Serv. ad georg. III 27. Ioh. Lyd. de mens. IV 72. Reiffersch. quaest. Suet. p. 472 17 victoris] georg. III 27 ‖ 21 Romulus autem . . . curis dicitur] exscr. Isid. or. IX 2, 84 ‖ unde et . . . semicuris] exscr. Isid. or. XIX 19, 11 ‖ 25 Mars enim e. q. s.] exscr. mythogr. III 11, 10

5 templum] *Daniel e P dederat* templum sit non fuit *lacunam post* fuit *indicans. Scioppius adnotavit 'lacunam tollit (scil. Fuldensis)* sit non fuit si tamen fuit'. *adscripsisse videtur quidam ad Servii verba* sed non fuit, si tamen fuit patuit. *cf. ad v.* 294 ‖ 6 per hoc *KC* ‖ 7 uerumtamen *CM* ‖ 8 positum] posuit tum *K* posuit *L* ‖ filiam *CP*: sororem *BKLHM* ‖ 9 eo] uero *B* bellum *C* P* ‖ 11 octauio *KH* ‖ numina *K* ‖ 14 optinuit *HM* ‖ 15 sicut] quod *B* ‖ dicit uirgilius cum de gangaridum uictoria diceret uictorisque arma quirini *B* ‖ 21 quirinus ideo *BM* ‖ 22 dicitur quiris *L* ‖ 23 quris *L* (quiris *l*) ‖ telum longum est] telum est cum longiore ferro *C**. *dubito num* hasta . . . longum est *vel* . . . ferro *Servii sint.* ‖ 23 απο κυρανου *B* a quo erano *K* a κυrano *LM* an κyrano *H* ‖ fuisset *K* ‖ 25 Mars] quears *K* ‖ grandiuus *H* ‖ 27 ed *H* sed *Masvicius* ‖ 28 prope portam *om. KM*

293. DIRAE cum apertae sunt. *DIRAE] hoc est abominandae, alias 'dirae' magnae an sua cuique deus fit dira cupido et iam tum religio pavidos terrebat agrestes dira loci et dicuntur geminae pestes cognomine Dirae.* COMPAGIBVS ambages et compages antiqui tantum dicebant, posteritas admisit ut etiam compago dicatur: sed non quia varius esse potest nominativus, debet etiam declinatio mutari, quemadmodum nec in istis nominibus arbor arbos, vomer vomis; nam et vomeris et arboris tantum facit. ergo compages compagis, quoniam compago usurpatum est; compaginis enim nemo penitus dicit.

294. *BELLI PORTAE Iani gemini, quae bello aperiebantur, pace claudebantur. ideo autem Ianus belli tempore patefiebat, ut eiusdem conspectus per bellum pateret, in cuius potestate esset exitus reditusque; id enim ipsa significat eius effigies, praebentis se euntibus et redeuntibus ducem. hunc autem olim Numa Pompilius fecit, cuius portas regni tempore clausit.* FVROR IMPIVS INTVS ut superius diximus propter bella civilia, quae gesta sunt contra Brutum et Cassium ab Augusto in Philippis, contra Sextum Pompeium ab Augusto in Sicilia. *aut sicut quidam tradunt FVROR IMPIVS INTVS non in aede Iani, sed in alia in foro Augusti introeuntibus ad sinistram, fuit bellum pictum et furor sedens super arma devinctus eo habitu quo poeta dixit.*

295. SAEVA SEDENS SVPER ARMA secundum antiquam licentiam. sciendum tamen est hodie 'in' et 'sub' tantum communes esse praepositiones. ceterum 'super' et 'subter' iam accusativae sunt, sicut 'clam' et 'post', quae ante communes fuerunt: nunc in his mutata natura est. [*ergo*] *SVPER pro supra. et nunc haec praepositio accu-*

---

2 an sua] A. IX 183 || 3 iam tum] A. VIII 349 || dicuntur] A. XII 845 || 24 sciendum tamen est e. q. s.] Serv. comm. in Don. p. 419, 26 sqq.

---

1 *ad v.* 293 Dirae] magnae . . . cupido. Compagibus] ambages et compages . . . nemo penitus dicit. *P* || 3 relligio *C* || 4 CONPAGIBVS *KH* || ampagibus compages *B* compages compagis *Leidensis sui testimonium praefert Burmannus* || 6 diceretur *M* || 9 ergo compago compagis *P fortasse* ergo compages compago compagis || compago] compago nis *B* || sed compaginis *B* compagis autem *P* compaginis autem *M* || 10 nemo penitus dicit. Ovidius tamen in primo metamorphoseon (711) ait 'atque ita disparibus calamis compagine cerae'. compagine a genitivo compaginis esse arbitror. *D* || 11 *ad v.* 244 Belli portae] Iani gemini quae bello aperiebantur, pace claudebantur. Furor impius intus] uel ut superius dictum est propter bella ciuilia . . . in Sicilia. alii furor impius intus non in aede Iani . . . poeta dixit. *P* || 12 petefiebat *C* || 14 se euntibus *Masvicius:* sequentibus *C* || 16 INPIVS *K* || 20 austusti introiuntibus *P* || 21 devinctus *C:* aeneis uinctus *P* catenis revinctus *Masvicius* || abitu *P* || 25 accustinum *K* || 26 antea *LM* || communes fuerunt . . . natura est *l in marg.*

*sativo servit, ubi vero 'de' significat, ablativo.* AENIS NODIS non centum nodis, sed catenis, quas circumlocutione significavit, quia sunt catenae nodi plures. *quidam 'aeneis' pro ferreis tradunt, ut micat aereus ensis: et aerea quem obliquum rota transit.*

297. ET MAIA GENITVM Mercurium. et est periphrasis. Cicero in libris de deorum natura plures dicit esse Mercurios: sed in deorum ratione fabulae sequendae sunt, nam veritas ignoratur. simul allusit poeta, quia per caduceatores, id est internuntios, pax solet fieri. *MAIA GENITVM DEMITTIT AB ALTO] quod deo opus erat, ut hostes Poeni auctori Romani nominis placarentur Aeneae. quidam sane quattuor Mercurios dicunt: unum Iovis et Maiae filium, alterum Caeli et Diei, tertium Liberi et Proserpinae, quartum Iovis et Cyllenes, a quo Argus occisus est, quem ipsum ob hanc causam Graecia profugum Aegyptiis litteras demonstrasse perhibent.*

298. VT TERRAE propter illud quod sequitur hospitio prohibemur harenae. PATEANT propter illud cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis. **non nulli sane 'pateant' pacatae sint accipiunt, ut Sallustius simul immanis hominum vis multis e locis invasere patentes tum et pacis modo effusas; hic enim habitus pacis. et in Catilina cuncta maria terraeque patebant. sic enim contra cum dicitur 'clausa omnia' bellum significatur, ut ipse quae moenia clausis ferrum acuant portis.**

299. HOSPITIO ad hospitium. NE FATI NESCIA DIDO non sui: nam si sciret exitum suum, multo magis vetaret: sed 'fati' dixit voluntatis Iovis, sicut fatis Iunonis iniquae. aut certe fati Troianorum, qui non sponte, sed necessitate ad Africam venerant, quod utique ignorabat Dido. illo enim tempore invadendarum terrarum causa fuerat navigatio, ut Sallustius meminit, facili tum mutatione sedum: quod etiam excusant Troiani non nos aut ferro

4 micat] A. VII 743 ‖ aerea] A. V 274 ‖ 5 Cicero in libris d. d. n.] III 22, 56 ‖ 6 sed in deorum . . . ignoratur] exscr. mythogr. II 41 ‖ 10 quidam sane e. q. s.] Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 482. mythogr. II 41. Ampelii lib. mem. IX 5. cf. Munckeri adnot. ad Fulg. mythol. I 24 ‖ 15 hospitio] A. I 540 ‖ 16 cunctus] A. I 233 ‖ 18 Sallustius] hist. fragm. III 72 Kritz. ‖ 20 in Catilina] 10 ‖ 22 quae] A. VIII 385 ‖ 25 fatis] A. VIII 292 ‖ 29 non nos] A. I 527

2 significat *B* siguauit *L* ‖ quia *BC**: quae *KLPHM* ‖ 4 micat *om. P* ‖ transit *P*: transiit *C** *cf. Ribbeckii adnotat. ad Aen.* V 274 ‖ 5 *ad v.* 297 Haec ait et Maia genitum] Mercurium. *P* ‖ 11 Caeli *Luct. Plac. et mythogr.*: Coeti *C* ‖ 12 Iovis et Cyllenes *Luct. Plac. et mythogr.*: Cyllenis *C* ‖ 15 sequetur *K* ‖ 17 non nulli sane . . . portis *post* hospitium *hab. C* ‖ 19 effusas urbis *Kritzius* ‖ 23 *ad v.* 299 Ne fati nescia Dido] non sui . . . quod utique ignorabat Dido. *P* ‖ 24 vitaret *Masvicius cumque secuti Burmannus et Lion* ‖ 25 Iovis . . . iniquae *om. B* ‖ 26 uenerunt *BL* ‖ 28 ut Sallustius meminit . . . sedum *om. B* ‖ 29 sedum *KH*: sedium *LH*

Libycos populare penates venimus. ergo hoc agitur, ut discat Dido eos ad Italiam tendere. quomodo ergo se iungit Aeneae? sed furoris illud est, non consilii. nam nec sacerdotibus haec dicentibus credidit. unde est quid vota furentem, quid delubra iuvant?

300. VOLAT ILLE PER AERA *similis hic festinatio Mercurii est, ut supra Neptuni. in quarto et talaria nectit et virgam capit et plus moratur.*

301. REMIGIO ALARVM translatio reciproca, ut supra diximus; *nam alibi velorum pandimus alas.* CITVS *pro cito, adverbium temporis in nomen deflexum. et bene hoc de Mercurio;* cum enim alia signa tarde ad ortus suos recurrant, Mercurius octavo decimo die in ortu suo invenitur. POENI *ἀντίστοιχον* est quasi phoeni.

303. VOLENTE DEO Mercurio vel Iove. IN PRIMIS praecipue.

304. IN TEVCROS pro Teucris, ut diximus. *alibi 'in Teucros' adversum Teucros, ut absumptae in Teucros vires.*

305. *AT PIVS AENEAS † filium Aeneas sacrorum omnium docetur, ex cuius persona latenter quae ad caeremonias veteres pertinent saepe monstrantur. hic ergo † deus apicis, quod insigne flaminum fuit, de quo loco suo in quarto libro dictum est. vult ostendere igitur, flamini extra medium pomerium post solis occasum apicem ponere non licere. Aeneas ergo hic ad Carthaginis litus adpulsus ostenditur sine apice fuisse, id est nudo capite. nam cum ait 'at pius Aeneas, per noctem plurima volvens, ut primum lux alma data est, exire locosque explorare novos, quas vento accesserit oras, qui teneant, nam inculta videt, hominesne feraene' manifeste longius ab urbe intellegitur; unde animad-*

4 quid] A. IV 65 ‖ 7 talaria] A. IV 239 ‖ virgam] A. IV 242 ‖ 10 velorum] A. III 520 ‖ 11 cum enim . . . invenitur] exscr. mythogr. III 9, 5 ‖ 15 diximus] ad Aen. I 231 ‖ 16 absumptae] A. VII 301

---

3 haec dicentibus *om. LH* (*supr. vers. add. l*) ‖ 4 quid vota] qui nota *B L* (quid *l*) est quid *evanuerunt in K* ‖ 9 *ad v.* 301 Remigio alarum] translatio reciproca. Citus] pro cito. aduerbium temporis in nomen deflexum (di-f-flexum). etiam Poeni *ἀντίστοιχον* est quasi phoeni (poeni). *P* ‖ 9 dictum est *M* ‖ 12 decimo . . . Mercurio *om. H* ‖ 13 ANTYCTIKON *B* antisto,,ethon *K* (h *erasa est*) ANTICTKON *L* (o *supr. vers. l*) ANTICTYKON *M* ‖ phoeni *M:* pheni *B* foeni *K* feni *L* ‖ 14 *ad v.* 303 Volente deo] Mercurio uel Ioue. In primis] praecipue. *P* ‖ uel ioue uel mercurio *BM* ‖ 15 *ad v.* 304 In Teucros] pro in Teucris. alibi 'in Teucros' aduersum Teucros . . . uires. *P* ‖ pro in Teucris *C* * ‖ supra diximus *LH* diximus. Quietum animum] id est benevolentiae plenum *Fabricius* ‖ 16 adsumptae *P* ‖ 17 fidus Aeneas sacrorum omnium docetur cultor *coni. F. Schoellius. possis et* peritissimus A. s. o. inducitur ‖ 19 deus] *fortasse* de usu apicis agitur ‖ 20 in quarto libro] in II. et X. libro *Masvicius. cf. ad Aen.* II 683 *et* X 270. in VIII *F. Schoellius. cf. ad* VIII 664

*vertendum est extra pomerium fuisse, nam in subsequentibus ostenditur, eum extra pomerium fuisse, cum ait Venus et qua te ducit via, dirige gressum. nam et augurium ei in finibus pomerii ostensum est. [quod] et ipsum Aeneam respondentem signatius declarat sine apice fuisse; timentem enim, ne piaculum incurreret, si † cum solis occasum nudo capite, id est sine apice inveniretur, ita loquentem fecit et vacet annales nostrorum audire laborum, ante diem clauso componet Vesper Olympo: verebatur enim solis occasum. nudo autem capite ibi fuisse ostenditur, ubi ait restitit Aeneas claraque in luce refulsit, os umerosque deo similis; namque ipsa decoram caesariem nato genetrix lumenque iuventae purpureum et laetos oculis adflarat honores; neque enim caesariem dicere debuisset, nisi quia nudo capite incedebat Aeneas. sed haec Vergilio et his similia sufficiunt ad indicandum omnium disciplinarum scientiam narrantem aliud ponere, neque propositum habet talia plenius exsequi.* PER NOCTEM decet enim pro cunctis regem esse sollicitum. *et bene 'per noctem', ne a sociis quos ipse consolatus erat videretur per diem maerens.*

306. ALMA alma lux dicta, quod alat universa, unde et alma Ceres, quod nos alat; nam physici dicunt omnia per diem crescere. quomodo ergo Vergilius ait exigua tantum gelidus ros nocte reponet? sed hoc pro miraculo positum est, ut etiam Plinius sentit. LOCOS et locos et loca dicimus, cum in numero singulari locus tantum dicamus. simile est et iocus, nam et ioca facit et ioci, ut ioca atque seria cum humillimis exercere et quam multa ioca solent esse in epistolis et tum iuvenes agitare iocos.

307. QVAS VENTO ACCESSERIT ORAS diximus superius figuram

2 et qua] A. I 401 ‖ 6 et vacet] A. I 373 ‖ 9 restitit] A. I 588 ‖ 19 unde et . . . alat] cf. Isid. diff. verb. 498 ‖ alma] georg. I 7 ‖ 21 exigua] georg. II 202 ‖ 23 et locos et loca e. q. s.] cf. Servii [Sergii] comm. in Don. p. 432, 2 K. ‖ 25 ioca] Sall. Iug. 96, 2 'i. a. s. c. h. agere' ‖ quam multa] Cic. Phil. II 4, 7 ‖ 26 tum] Pers. sat. VI 5 'mox i. a. i.'

1 nam] *fortasse* etiam ‖ 5 cum] *fortasse* sub ‖ occasu *Masvicius* ‖ 6 inveniretur *Masvicius:* inveniret *C* si eum sol occasus (*vel* solis) nudo capite id est sine apice inveniret *Burmannus* ‖ 16 sollicitum, ut apud Homerum (*Il.* II 24 *sq.*) οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλε. *D* ‖ 19 *ad v.* 306 Alma] lux alma quod alat et uniuersa dicta. unde alma Ceres quod nos alat. Locos] et locos et loca dicimus . . . et ioci. *P* ‖ 20 eo quod *L* ‖ 22 ut etiam plinius sentit *Kl:* ut plinius dicit *B* ut etiam plenius sentit *LH* ut etiam plinius sensit *M* et amplius sentit *C** *Steph. Dan.* ‖ 23 et locos *om. B* ‖ in *om. K* ‖ 24 dicimus *K* ‖ simile est . . . ioci] sic iocus et iocus et iocos et ioca *B* ‖ 25 ioci] iocos *LH* ‖ ut ioca . . . convertere (*p.* 113 *lin.* 3) *om. B* ‖ et quam multa . . . epistolis *om. K* ‖ 28 QVAS VENTO ACCESSERIT ORAS sine praepositione Sallustius genua patrum aduoluuntur. superius dictum *C*

fieri, cum praepositio detracta nomini verbo copulatur, et plerumque eam suam retinere naturam plerumque convertere. hoc igitur sciendum est, quia, cum casum suum retinet, hysterologia est, ut hoc loco; cum autem mutat, figura est, ut Cumarum adlabitur oris; 'oris' enim pro oras posuit. plerumque tamen etiam superfluas ponunt praepositiones. QVAS VENTO ACCESSERIT ORAS] **sine praepositione. Sallustius genua patrum advolvuntur.**

308. QVI TENEANT iure dubitat, cum omnia cernat inculta. est autem ordo 'qui teneant, hominesne feraene'; media per parenthesin dicta sunt. EXACTA exquisita. *et ostendit providum regem per se curantem commoda sociorum.*

310. IN CONVEXO NEMORVM prooeconomia est ad causam pertinens. non enim tenebitur ab Afris, ut Ilionei, *et qui cum ipso supervenerant.* 'convexo' autem curvo, unde et convexum dicitur caelum. sane subaudimus 'loco', ut alibi castrorum et campi medio, id est spatio. *'nemorum' autem modo silvarum. interest autem inter nemus et silvam et lucum; lucus enim est arborum multitudo cum religione, nemus vero composita multitudo arborum, silva diffusa et inculta.* SVB RVPE CAVATA periphrasis est speluncae.

311. ARBORIBVS ATQVE HORRENTIBVS VMBRIS umbris arborum, quo modo molemque et montes. aut certe arboribus et umbris speluncae. *et bene ostendit omnia †curvis adlata navibus non quae venerant cum Aenea. 'clausam' autem 'occulit' occulit et clausit.*

312. COMITATVS ACHATE *bene ostendit Aeneam esse fortissimum nec quidquam timere dicendo 'uno graditur comitatus Achate'. et* diximus quaeri, cur Achates Aeneae sit comes. varia quidem dicuntur, melius tamen hoc fingitur, ut tractum nomen sit a Graeca etymologia. ἄχος enim dicitur sollicitudo, quae regum semper est comes.

4 Cumarum] A. VI 2 ‖ 7 Sallustius] hist. fragm. inc. 60 Kritz. ‖ 15 castrorum] A. IX 228 ‖ 21 molemque] A. I 61

1 ad praepositio *K* ‖ 2 naturam *om. K* ‖ 3 quia] quod *B* ‖ 4 Cumarum] cum *BLH* ‖ allabitur *BL* ‖ 5 plerumque tamen etiam *B*: plerumque etiam tamen etiam *K* plerumque etiam *LHMC** ‖ 8 *ad v.* 308 Qui teneant] ordo est . . . exquisita (exque-ita). *P* ‖ cum] qui *B* ‖ 12 *ad v.* 310 In conuexo nemorum] prooeconomia est . . . speluncae. *P* ‖ ad causam pertinens] ad illam scilicet quia aliae naues captae sunt. istae latendo euaserunt *add. l in marg.* 13 non enim intenebitur *K* ‖ ut Ilionei *om. B* ut ilionius *P* ut ilione *H* ut ilionei nauis *Ml, haud scio an recte.* ‖ 20 *ad v.* 311 Occulit] pro occuluit (*sic Daniel* occulit *cod.*) id est abscondit et clausit. *P* ‖ ARBORIBVS . . . speluncae *om. B* ‖ ATQVE HORRENTIBVS . . . arborum *om. K* ‖ 21 montis *HM* ‖ 22 *post* non *lacunam indicavit Scioppius. ad laudandam Aeneae diligentiam pertinere haec verba et curavisse latere in* curvis *suspicatur F. Schoellius* ‖ 23 clausam . . . clausit *F. Schoellius:* classem autem occulit et clausit *C* ‖ 25 diximus] dictum est *C* ‖ 28 achos *BKHM* ‖ dicitur] *in hoc verbo desinit Lipsiensis folium* 91 *proximum quod continebat* sollicitudo *ad* saevum. GAE (*vers.* 311) *intercidit.*

313. BINA si ad utrumque referas, bene dixit 'bina', si ad Aeneam tantum, antiquus mos est, ut supra diximus, bina pro duobus poni, sicut et duplices. LATO FERRO id est lati ferri, ut pulchra prole.

314. MEDIA SESE TVLIT OBVIA SILVA quam Graeci ὕλην vocant poetae nominant silvam, id est elementorum congeriem, unde cuncta procreantur. et multi volunt Aeneam in horoscopo Virginem, *ibi etiam Venerem* habuisse. bene ergo in media silva virginis habitu ei Venerem poeta facit occurrere, quia ut supra diximus Venere in Virgine constituta et misericordes procreantur feminae et viri per mulierem felices futuri, ut probamus in Aenea, *quoniam misericordia Didonis servatur.*

315. VIRGINIS OS HABITVMQVE GERENS vultum et amictum. *habitus apud veteres dicebatur tam corporis quam eorum quae praeter corpus sunt. et bene 'gerens', non 'habens', quod geri putantur aliena.*

316. SPARTANAE Lacaenae. Sparta enim civitas est Laconicae, ubi sunt puellae venatrices. redditur autem causa, virgo cur sit in silvis, scilicet propter venatum. THREISSA Thracia. et est solutio; nam Thressa facit, sicut Cressa genus Pholoe. veniunt autem ab eo quod est Threx et Cres. ut autem Creissa non faciat illud est, quia *Κρῆσσα* per *η simpliciter* scribitur nec potest recipere solutionem, *Θρᾶισσα* vero per *αι* diphthongon, unde et resolvitur. FATIGAT suo scilicet cursu. *sane quidam 'fatigat' pro fatigarit accipiunt, praesens pro praeterito, sicut et 'praevertitur' pro praeversa est.*

317. HARPALYCE haec est quae patrem senem captum a Getis

4 pulchra] A. I 75 || 18 Cressa] A. V. 285 || 24 Harpalyce e. q. s.] exscr. mythogr. II 145

1 *ad v.* 313 Bina] pro duobus posuit, sicut interdum et duplices. Lato ferro] id est lati ferri, ut 'pulchra prole'. *P* || 2 antiquis *H* || 3 ut pulchra faciat te prole parentem id est pulchrae prolis. *D* || 5 hylem *B* yaxx *K* ylon *H* hilen *M* || 7 horoscopum in Virgine *C* || 12 *ad v.* 315 Virginis habitum] amictum. habitus autem . . . aliena. *P* || 13 praeter *CP*: propter *Daniel* 15 *ad v.* 316 Spartanae] Lacaenae . . . uenatrices. Threissa] Thracia . . . facit. Threissa (thresa) autem diphthongon habet, unde et resoluitur. Fatigat] cursu suo. *P* || Lacaenae] laconicae *M* || 18 chressa *M* || 19 Threx et Cres *scripsi*: thres et cres *B* grex trex *K* thraes et cres *H* thres et chres *M* || ut autem] et ut *K* || chreissa *H* || 20 *Κρῆσσα scripsi*: cressa *B* chressa *KHM* || *η HM*: e *B* i *K* || 21 *Θρᾶισσα scripsi:* threissa *BK* thraissa *HM* || *αι*] ai *libri* || 24 *ad v.* 317 Harpalice] quidam a patre Harpalico (aralico) qui rex Amymoniorum Thraciae gentis fuit. haec patre pulso occisoque fugit in siluas et uenatibus latrociniisque uiuendo ita efferata est eratque nimiae uelocitatis. et (est) quidam hanc patrem a Getis, ut alii dicunt a Myrmidonibus captum collecta (collectam) multitudine asserunt liberasse celerius quam de feminis credi potest: unde et flumina dicitur celeritate transire. Volucrem Hebrum] multum quidem laudis flumini epitheto addidit (addedit), sed falsum est; nam est quietissimus etiam cum crescit. est autem in Thracia ante muros Cypsalae ciuitatis (satis). dictus autem ab Hebro Haemi et Rhodopes filio. Praeuertitur] . . . passiuam habet significationem. *P* || ARPALICE *K* HARPALICE *BHM* || haec est *om. H* || senem patrem *BM* || a Graecis *mythographus. cf. Hygin. fab.* 193

multitudine collecta liberavit celerius, quam de femina potest credi: unde et flumina dicitur celeritate transisse. multum autem epitheton fluminis eius addidit laudi. HARPALYCE] *quidam a patre Harpalyco, qui rex Amymoniorum Thraciae gentis fuit, ita nutritam dicunt, ut ipse Camillam a Metabo facit. haec patre propter ferociam a civibus pulso ac postea occiso, fugit in silvas et venatibus latrociniisque vivendo ita efferata est et huius velocitatis et exercitii facta est, ut subito ad vicina stabula coacta inopia decurreret et rapto pecorum fetu insequentes etiam equites in celeritate vitaret. sed quodam tempore positis ad insidias cervarum plagis capta et occisa est. cuius mortem nobilitavit eorum exitus, qui eam occiderant; statim enim in vicinia orta contentio est, cuius fuisset haedus quem Harpalyce rapuerat, ita ut gravi certamine non sine plurimis mortibus dimicaretur. postea consuetudo servata est, ut ad tumulum virginis populi convenirent et propter expiationem per imaginem pugnae concurrerent. quidam hanc patrem a Getis, ut alii volunt a Myrmidonibus captum collecta multitudine adserunt liberavisse celerius, quam de femina credi potest: unde et flumina dicitur celeritate transisse.* VOLVCREM HEBRVM *multum quidem laudis flumini epitheto addidit: sed falsum est; nam est quietissimus etiam cum per hiemem crescit. est autem in Thracia ante muros Cypselae civitatis, de locis superis Thraciae veniens; dictus autem Hebrus ab Hebro Hemi et Rhodopes filio.* PRAEVERTITVR id est transit. dicimus autem et praevertit et praevertitur nova ratione. nam passiva declinatione utimur in activa significatione, ut hoc loco; *praevertimur enim cum ipsi praeimus.* cum autem activa declinatio est passivam habet significationem, ut 'ille me praevertit'. *alii 'praevertitur' sic positum volunt, ut bellantur Amazones pro praevertit et bellant.*

318. NAMQVE VMERIS DE MORE ut ostendatur esse venatrix.

23 dicimus autem e. q. s.] cf. Prisc. I p. 402, 17 H. || 27 bellantur] A. XI 660

2 transire *B H mythogr.* || 3 Harpalyco] arpalico *C* P* || 4 Amymoniorum *C* P* Amymnaeorum *Burmannus ex Hygino. fortasse* Amymnorum. || 5 haec patre propter ferociam] *ab his verbis incipit quintus Cassellani quaternio.* || 8 ad $C^2$: ac *C* || coacta $C^2$: coactu *C* || rapto *ex* raptu *C* || peccorum *C* || 10 nobilitauit $C^2$: nouilitauit *C* || 11 eam $C^2$: eum *C* || 15 hunc $C^2$ *vel* $C^3$ || 16 multitudine] mu $C^2$ *in ras.* || 17 asserunt $C^2$ *vel* $C^3$ || 18 quidam *C* || 19 epitheton $C^2$ || 21 cypsale satis *C* || 22 rodopes $C^2$: rodo// *C* (*duae litterae erasae sunt*) 23 et praevertit *om. KCP* (*suppl.* $C^3$) || et praeuerti *H* || 24 in *om. C* non *P* significationem *K* significatio *P* || 25 cum ipsi praeimus enim tunc praeuertimur *P* || 29 *ad v.* 318 De more] venantum scilicet. Habilem] aptum sexui uniuscuiusque (uniuscasuque). Comam diffundere (defundere) ut diffunderetur (defunderetur). graeca autem figura est . . . talentum. *P* || NAMQVE V. D. M. *K H*: HVMERIS *B* NAMQVE *C* NAMQVE HVMERIS DE MORE *M*

*de more venantum scilicet.* HABILEM aptum sexui. unusquisque enim arcum habet pro viribus suis. *VENATRIX similis venatrici, id est quasi venatrix, ut at medias inter caedes exultat Amazon.* COMAM DIFFVNDERE ut diffunderetur. Graeca autem figura est. sic alibi et argenti magnum dat ferre talentum *et tu das epulis accumbere divum:* unde 'da bibere' usus obtinuit, quod facere non debemus, ne duo verba iungamus, nisi in poemate.

320. NVDA GENV nudum genu habens, ut si dicas 'bonus animum'. et est Graeca figura, sed non ea quam diximus fieri per participium praeteriti temporis et casum accusativum; haec enim per nomen fit: quamvis ad unam significationem recurrant. SINVS COLLECTA ut oculos suffusa.

321. AC PRIOR paulo post sequitur 'inquit'. HEVS nunc adverbium vocantis est, alias interiectio dolentis, ut heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.

322. ERRANTEM investigantem, *quia venatores cum vestigant quasi videntur errare. SORORVM non tamquam nota sit illis soror, sed ut est in consuetudine.*

323. SVCCINCTAM instructam, vel ut alii dicunt in cingulo habentem pharetram, ut plerique. MACVLOSAE LYNCIS *epitheta tribus modis ponuntur, aut laudandi aut demonstrandi aut vituperandi. hic 'maculosae' demonstrandi (est) sane.* Lyncus rex Scythiae fuit, qui missum a Cerere Triptolemum, ut hominibus frumenta mon-

---

1 HABILEM aptum sexui] cf. Don. ad Ter. eun. II 3, 24 ‖ 3 at medias] A. XI 648 ‖ 4 graeca autem figura est e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Andr. III 2, 4 ‖ 5 et argenti] A. V 248 ‖ tu das] A. I 79 ‖ 12 oculos] A. I 228 ‖ 13 heus nunc adverbium vocantis e. q. s.] exscr. Isid. diff. verb. 197 ‖ 14 heus] A. VII 116 16 quia venatores . . . errare] Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 323 ‖ 22 Lyncus e. q. s.] exscr. mythogr. I 31 et Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 658

---

2 uenenatrici *C* ‖ 3 quasi venatrix . . . Amazon *om. C* (*in marg. inf. add.* $C^2$) ‖ 5 et arcent imaginem *CP* ‖ 6 dadabere *C* (da bibere $C^2$) ‖ obtinuit] inuenit *C* optinuit *M* ‖ facere] dicere *malim* ‖ 7 ne] non *K* ‖ iungantur *K*. *fortasse* nisi in poemate, ne duo verba iungamus ‖ 8 *ad v.* 320 Nuda genu] nudum genu habens. Sinus collecta] ut oculos suffusa. *P* ‖ si] sic *K* ‖ bonum animum *B* bonum animo *C* (bonus animum $C^2$ *vel* $C^3$) ‖ 9 ea quae fieri per participium praeteriti temporis et casum accussatiuum solent *C* ‖ diximus *om. K* ‖ 11 nomina *B* 13 *ad v.* 321 Ac prior heus] aduerbium uocantis est, alias interiectio dolentis est. heus . . . Iulus *P* ‖ 14 ut *om. C* (*suppl.* $C^2$) ‖ 15 inquid *KH* ‖ 16 *ad v.* 322 Errantem] inuestigantem quia uenatores . . . errare uidentur. *P* ‖ VIDISTIS plerumque duo diuersa in unum exitum cadunt . . . ex responsione colligitur. ERRANTEM inuestigantem *C*. *cf. ad v.* 324 ‖ 17 soror *ex* sosor *C* ‖ 19 *ad v.* 323 Succinctam] instructam . . . pharetram. Maculosae lyncis] epitheta . . . demonstrandi est. sane Lyncus . . . uarii coloris. erit autem nominatiuus haec lynx. *P* ‖ 20 ut plerique] *om. H* ‖ pellem sed habent *superscr. m* (*i. e. alia scriptura est* pellem, sed habent *audiendum est.*) et pellem *omnia quibus utor exemplaria impressa praeter Danielem et Commelinum, qui Parisinum secuti sunt.* ‖ 23 omnibus *KH* (ominibus *h*)

straret, susceptum hospitio, ut in se gloria tanta migraret, interimere cogitavit. ob quam rem irata Ceres eum convertit in lyncem, feram varii coloris, ut ipse variae mentis extiterat. et erit nominativus haec lynx, ut Pan Tros, quae in genetivo una syllaba crescunt.

324. *SPVMANTIS id est spumosi, participium loco nominis positum.* CVRSVM CLAMORE PREMENTEM plerumque duo diversa in unum exitum cadunt, licet contraria significent, ut hoc loco. 'vidistis' enim etiam ad vocem pertinet, quod etiam ex Aeneae responsione colligitur. *PREMENTEM insequentem, ut ipse alibi ingentem clamore premes ad retia cervum.*

325. ORSVS nunc coepit, alias finiit, ut sic Iuppiter orsus. sed illic proprie posuit, hic usurpatum est; praeteritum enim est participium.

326. AVDITA NEQVE VISA hinc probatur quia superius haec interrogaverat Venus. *sane quidam 'audita' ad illud responsum volunt 'clamore prementem'; (ut) ad 'vidistis si quam' 'neque visa' responderit.*

327. O QVAM TE quae dea sit dubitat, nam deam esse confidit. *ergo hic o dubitativa, alias optativa. adsis, o Tegeaee, favens.*

328. VOX HOMINEM SONAT Graeca figura est. O DEA CERTE *hic o distinguendum, ut post inferat 'dea certe' confirmans opinionem suam. et* conclusio est syllogismi, qui constat ex propositione, adsumptione, conclusione. nam si nec vox nec vultus mortales sunt, restat ut dea sit.

329. AN PHOEBI SOROR Diana; nam venatrix est. bene autem suspicatur pro loco et qualitate habitus personaeque. *perite autem poeta dicendo 'an Phoebi soror' videtur de nomine Apollinis dubitare. constat enim hunc deum a diversis gentibus vel civitatibus diversis nominibus appellari secundum genera beneficiorum, quae vario divinitatis genere praestare consuevit. cui deo sagittas datas volunt, quia ut*

---

10 insequentem . . . cervum] Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 323 ‖ 12 sic Iuppiter] A. XII 806 ‖ 19 o dubitativa e. q. s.] cf Don. ad Ter. ad. V 6, 3 adsis] georg. I 18 ‖ 28 constat . . . appellari] cf. mythogr. II 19

---

1 gloria tanta] inuenti frumenti gloriator *C* inuenti frumenti gloria *P* 6 *ad v.* 324 Spumantis] id est spumosi . . . positum. Prementem] insequentem. *P* ‖ positum $C^2$: positam *C* ‖ 7 CVRSVM CLAMORE PREMENTEM plerumque . . . colligitur *in marg. inf. add.* $C^3$ ‖ 12 *ad v.* 325 Orsus] nunc coepit . . . participium. *P* ‖ finit *CP* ‖ 13 et hic *CP* ‖ 18 *ad v.* 327 O quam te] quae dea sit dubitat. o dubitatiua, alias uocatiua. *P* ‖ O QVAM TE] memorem *supr. vers. add.* $C^3$ ‖ 19 tegeae *C* ‖ 20 *ad v.* 328 Nec uox hominem sonat] graeca figura est. O dea certe] conclusio est . . . ut dea sit. *P* ‖ 22 est conclusio *C* ‖ praepositione *K* ‖ 23 uultus mortalis est *BM* uultus sunt mortales sunt *C* (uultus mortalis est $C^3$) ‖ 25 *ad v.* 329 An Phoebi soror] Diana quae est uenatrix. *P* dianam quia *C* (diana nam $C^3$)

*vis morbi ita hoc telum sit occultum. hunc tamen deum et ad † uberum custodiam et ad divinationem et ad medicinam et ad res urbanas, quae placidae sunt, et ad bella pertinere longinqua: cui laurum ideo sacratam, quia haec arbor suffimentis purgationibusque adhibeatur, ut ostendatur nullum templum eius nisi purum ingredi debere. cautum enim est, ne sacerdos eius domum ingrediatur, in qua ante quintum diem funus fuerit. quidam tamen 'an' pro sive antique dictum volunt. non nulli coniunctionem mutatam adserunt pro 'aut Phoebi soror aut Nympharum sanguinis una'. alii 'an' coniunctionem disiunctivam volunt, ut Sallustius perrexere in Hispaniam, an Sardiniam.*

AN NYMPHARVM SANGVINIS generis.

330. SIS FELIX propitia. felix enim dicitur et qui habet felicitatem et qui facit esse felicem, ut in bucolicis sis bonus o felixque tuis. unde et contra Iuno in septimo dicit quae potui infelix, id est adversa Troianis. *SIS FELIX] *hoc est felicitatem praestes vel felix mihi. e contrario et monstrum infelix et infelix vates.** LEVES levem facias, ut levat ipse tridenti. QVAECVMQVE seu Diana, seu nympha.

331. QVO SVB CAELO aut sub qua parte caeli, aut secundum Epicureos dixit, qui plures volunt esse caelos, ut Cicero in Hortensio. TANDEM hoc loco vacat 'tandem'. sciendum sane multas particulas ad ornatum pertinere tantummodo, ut puta 'dum' 'gentium' 'locorum' 'terrarum'. *aut 'tandem doceas', † quia vix hoc quoque contigit. aut 'tandem' pro expletiva particula est.*

10 Sallustius] hist. fragm. II 15 Kritz. ‖ 12 felix enim dicitur e. q. s.] cf. Isid. orig. X 97 et diff. verb. 72 ‖ 13 sis bonus] buc. V 65 ‖ 14 in septimo] 309 16 et monstrum] A. II 245 ‖ infelix] A. III 246 ‖ 17 levat] A. I 145

1 liberum *Commelinus* librum (*scil. sibyllinorum*) *vel* pecorum *vel* nemorum *Burmannus. fortasse* puberum *vel* puerorum. viarum *coni. F. Schoellius* 2 divinationem *Burmannus:* diuinitatem *C* ‖ 4 sacratam *scripsi:* sacrificatam *C* consecratam *enotavit Scioppius* ‖ 6 domum *C²:* donum *C* ‖ 8 mutatam *C²:* mutatum *C* ‖ 9 disiunctiatiuam *C* ‖ 10 perrexerere *C* ‖ 12 *ad v.* 330 Leues] leuem facias . . . seu nympha. *P* ‖ SIS FELIX propitia hoc est felicitatem praestes uel felix mihi. felix enim dicitur . . . sis bonus o felixque tuis. e contrario et monstrum infelix et infelix uates et alibi iuno quae potui . . . troianis *C* 14 unde et iuno aduersa troianis in VII. dicit quae potuit infelix id est aduersa troianis *B* ‖ 20 qui] quia *K* ‖ ut Cicero in Hortensio *om. B* ‖ 21 *ad. v.* 331 Tandem] hoc loco uacat. ad ornatum autem pertinet. aut tandem doceas quod uix qq contigit. aut tandem pro expletiua particula est. *P* ‖ 'tandem'. sciendum sane . . . terrarum] tandem enim dum gentium locorum terrarum plerumque ad ornatum pertinent tantum *B* tandem. interdum enim dum gentium locorum terrarum significatio posita ad ornatum pertinet *C* ‖ 23 aut 'tandem doceas' . . . contigit] ut Cicero in Hortensio 'aut tandem doceas quod vix quoiquam contigit' *Mascicius, qui supra* (*lin.* 20) ut Cicero in Hortensio *omittit. Mascicium secuti sunt Burmannus et Lion, a quibus deceptus Orellius verba illa inter Hortensii Tulliani fragmenta recepit p.* 982, 13 ‖ 24 aut tandem pro tamen, expletiva particula est *coni. F. Schoellius. cf. ad v.* 369

332. HOMINVMQVE LOCORVMQVE ὑπέρμετρος versus, unam enim plus habet syllabam: qui quotiens fit, debet sequens versus a vocali incipere, ut hoc loco, item omnia Mercurio similis, vocemque coloremque et crines flavos; nisi forte synizesis fiat in fine, id est vocalium collisio, ut est nec cura peculi. hic enim non est necesse ut sequens versus a vocali incipiat.

334. HOSTIA DEXTRA hostiae dicuntur sacrificia quae ab his fiunt qui in hostem pergunt, victimae vero sacrificia quae post victoriam fiunt. sed haec licenter confundit auctoritas.

335. *EQVIDEM nunc 'ego quidem' significat, alias expletiva particula est.* TALI ME DIGNOR HONORE id est sacrificio. et aut vult se probare non numen, sed virginem Tyriam; aut certe quia Paphiae Veneri quae Cypri colitur, ture tantum sacrificatur et floribus; *quia ait ubi templum illi centumque Sabaeo thure calent arae, sertisque recentibus halant.* *HAVD EQVIDEM T. M. D. H.*] ** ideo non amplectitur sacrificium, ut diutius lateat.** DIGNOR dignam me iudico, ut coniugio Anchisa Veneris dignate superbo, id est digne habite.

337. PVRPVREO aut pulchro aut russati coloris. SVRAS VINCIRE COTVRNO coturni sunt calciamenta *etiam* venatoria, crura quoque vincientia, quorum quivis utrique aptus est pedi. ideo et numero usus est singulari.

338. *PVNICA REGNA VIDES ad illud 'et quo sub caelo tandem'. quidam 'vides' pro visurus es accipiunt; nam quemadmodum in media silva urbem videt et Tyrios?* PVNICA REGNA VIDES his attentum

---

3 omnia] A. IV 558 ‖ 5 nec cura] buc. I 32 ‖ 7 hostiae dicuntur e. q. s.] exscr. Isid. orig. VI 19, 33 et 34. cf. diff. verb. 523 ‖ 14 ubi templum] A. I 416 17 coniugio] A. III 475 ‖ 20 coturni sunt e. q. s.] cf. Isid. orig. XIX 34, 5. Plac. gloss. p. 19, 6 Deuerl.

---

1 *ad v.* 332 Hominumque locorumque] hypermetros uersus . . . incipere. nisi fortassis (fortasis) fiat in fine uocalium conclusio, ut est . . . a uocali incipiat uersus. *P* ‖ hypermetrus *BM* ypermetros *K* permetros *C* (ypermeteros $C^3$) ypermetrus *H* ‖ uersus est *C* ‖ 2 habet permetros *C* ‖ 4 nisi fortassis fiat in fine uocalium conclusio *C* (conlisio $C^2$) ‖ sinzisis *B* sinezesis *KH* synyzisis *M* ‖ 5 collisio *BH:* consilio *K* conclusio *H* ‖ pericula *CP* (peculi $C^2$) ‖ 6 a uocali uersus incipiat *C* ‖ a *om. BK* ‖ 8 uero *om. BC* ‖ quia et *C* (quae $C^2$) 10 *ad v.* 335 Equidem] nunc . . . particula est. Dignor] dignam me iudico . . . habite (habete). *P* ‖ 12 tyriam aut ideo non amplectitur sacrificium ut diutius lateat *C* ‖ 15 alant *C* ‖ 16 meo iudicio *B* ‖ 17 dignata *KH* dignante *P* ‖ 18 habete *C* ‖ 19 *ad v.* 337 Coturno] coturni . . . singulari. *P* ‖ russati coloris *K* (ti *supr. vers. ead. m.*): rosatico colore *B* trussati coloris *C* rosati coloris *H* rosei coloris $MC^2$ ‖ 20 calceamenta *B* calcamenta *C* ‖ 23 *ad v.* 338 Tyrios] nihil interest . . . Agenoridae. Agenor autem Neptuni et Libyae filius rex Phoenicis (finicis) fuit, de cuius genere Dido originem duxit. *P* ‖ 24 uisurus es $C^2$: uisurus *C* ‖ 25 tyrios $C^2$: terios *C* ‖ his *K:* hic *BHM* ‖ adtentum *KM* ‖ his attentum facit Aeneam *om. C*

facit Aeneam. TYRIOS nihil interest utrum Tyrios an Sidonios dicat. ut diximus enim nomina de vicino mutuantur. AGENORIS VRBEM quam fecerunt Agenoridae. Agenor autem, *Neptuni et Libyae filius*, rex Phoenices fuit, *de cuius genere originem Dido ducebat.* et sic dictum est, ut et tandem Euboicis Cumarum adlabitur oris, id est ad Cumas, quas fecerunt hi qui de Chalcide venerant, civitate Euboeae.

339. SED FINES LIBYCI ante dicta dubia esse potuerunt, nunc aperte regionem ostendit dicendo Libycos fines. Tyrii enim et alibi esse potuerunt. INTRACTABILE insuperabile, asperum, saevum. *SED FINES LIBYCI] amovit suspicionem, ne putaret se in Tyrum venisse.*

340. *DIDO vero nomine Elissa ante dicta est, sed post interitum a Poenis Dido appellata, id est virago Punica lingua, quod cum a suis sociis cogeretur cuicumque de Afris regibus nubere et prioris mariti caritate teneretur, forti se animo et interfecerit et in pyram iecerit, quam se ad expiandos prioris mariti manes extruxisse fingebat.*

341. GERMANVM FVGIENS hoc loco quasi stupuit Aeneas; *de germani enim appellatione fuerat facta maior invidia:* unde auditoris aviditati praescribit Venus dicens longam esse iniuriam, id est causam, ab eo quod sequitur id quod praecedit, ut supra spem vultu simulat. *LONGA EST INIVRIA longa narratio iniuriae.*

342. LONGAE AMBAGES id est circuitus. *hoc est ambages narrationis.* FASTIGIA *summae partes aedificiorum dicuntur, sed modo* primordia, quia scit longam esse historiam Carthaginis, ut Sallustius sed de Carthagine silere melius puto, quam parum dicere.

3 Agenor autem e. q. s.] cf. Isid. orig. XIV 4, 1 || 5 et tandem] A. VI 2 || 20 spem] A. I 209 || 24 Sallustius] Iug. 19, 2

1 sidomios *K* sidonas *C* sidonias *M* (sidonios *m*) || 2 ut enim dictum est *CP* || nomina enim ut diximus *BM* || mutantur *BM* (mutuantur *m*) mutatur *C* (mutantur $C^2$) mutuatur *P* || 3 agenori autem ex hoenices fuit *K* agenor autem ex fenicia fuit *B* || neptuni et lybiae rex filius *C* (neptumi et lyniae filius rex $C^2$) Neptuni filius rex Libyae *Commelinus. cf. schol. Veron. ad Aen.* II 82 || 4 phoenicis *HM* || rationem dido dicebat *C* (originem dido ducebat $C^2$) || 5 et sic dictum est ut] sic *C* || 6 chalchide *C* (cholchide $C^2$ *vel* $C^3$) || 8 *ad v.* 339 Sed fines Libyci] antedictam terram nunc aperte ostendit dicendo Libycos fines. amouit autem suspicionem (suspicio), ne putaret se in Tyrum uenisse. *P* antea dubia dicta esse potuerunt *B* || nunc aperte . . . saevum *om. C* (*in marg.* nunc aperte . . . potuerunt *add.* $C^2$ INTRACTABILE . . . saeuum $C^3$) || 10 insuperabile *om. M* || 11 ergo amouit . . . uenisse *C* || 12 *ad v.* 340 Dido] nomine elissa . . . lingua. *P cf. ad Aen.* IV 36, 335, 674 || 13 cum *C* || 14 at cuicumque *C* (*sed* t *ex correctura*) || et] ei *C* || 15 fortisse *C* || piram *C* || 17 *ad v.* 341 Longa est iniuria] longa narratio iniuriae. *P* || stipuit *C* (obstipuit $C^2$) || 22 *ad v.* 342 Longae ambages] id est circuitus . . . historiam. *P* || 25 sed] nam *C* || thaginis *C* (carthagine $C^2$) || melius puto silere *L* || dicere *om. H*

343. HVIC CONIVNX SYCHAEVS ERAT quotiens poeta aspera invenit nomina vel in metro non stantia, aut mutat ea aut de his aliquid mutilat. nam Sychaeus Sicarbas dictus est; Belus, Didonis pater, Methres; Carthago a cartha, ut lectum est et in historia Poenorum et in Livio. sane Sychaeus Sy brevis est per naturam; sed hoc loco ectasin fecit ea licentia quae est in propriis nominibus. licet enim in quavis proprii nominis parte syllabae mutare naturam: quod et in appellativis evenit, si tamen de propriis originem ducant, ut S i c a n i o p r a e t e n t a s i n u, quia venit a Sicano rege Siciliae. *DITISSIMVS AGRI veteres addebant cuius rei dives, ut* d i v e s e q u u m.

344. MISERAE dativus est, non adverbium.

345. *CVI PATER INTACTAM DEDERAT argumentum amoris.*

346. *PRIMIS OMINIBVS vel prosperis et secundis auguriis vel primariis, ut aliis verbis repetierit 'cui pater intactam dederat'.* OMINIBVS auguriis. et secundum Romanos locutus est, qui nihil nisi captatis faciebant auguriis, et praecipue nuptias. Lucanus c o n t e n t i q u e a u s p i c e B r u t o. Iuvenalis v e n i e t c u m s i g n a t o r i b u s a u s p e x. TYRI adverbium est.

347. SCELERE ANTE ALIOS IMMANIOR OMNES QVOS INTER MEDIOS VENIT FVROR iunge totum: nam aliter non procedit, si segreges 'quos inter medios venit furor', cum ipse dicat, licet simulatas,

1 quotiens . . . dictum est] exscr. Serv. Lupus ep. 34 p. 71 et vita S. Wigberti p. 293 Bal. ‖ 5 in Livio] fragm. 4 Hertz. ‖ 9 Sicanio] A. III 692 ‖ 10 dives] A. IX 26 ‖ 16 Lucanus] II 371 ‖ 17 Iuvenalis] sat. X 336

1 *ad v.* 343 Huic coniux Sychaeus (sichaeus) erat] quotiens . . . nomina, aut mutat . . . dictus est, quod in historia Poenorum inuenitur. Sychaeus sy breuis est . . . cuius rei diues. *P* ‖ SICHEVS *BC* s *L* SICHAEVS *HM* ‖ 2 aut im metro *L* ‖ 3 nam sycheus scribit sicarbas dictus est et in historia poenorum et in libio *C* ‖ sycheus *B* sicheus *LHM* sichaeus *P* ‖ secarbas *H* sycharbas *M* Belus . . . ut lectum est *add.* $C^3$ *in marg. inf.* ‖ 4 metthes $BC^3$ mettes *LH* methes *M* metres *D ad Aen.* I 642. *cf. mythogr.* I 214 'Dido Metonis filia quem Virgilius Belum nominat' ‖ caracha *B* caraca *LHM* caracca *l* carraga $C^3$ *cf. Serv. ad Aen.* IV 670, *ubi* carta *Laur. LH*, cartha *Bern.* 172 *CM* ‖ ut lectum est . . . Livio] ut in libio de historia phenorum *B* ‖ 5 sycheus *BCHM* sicheus *L* ‖ sy *B*: *om. C* (*in marg. add.* $C^3$) si *LHM* ‖ 8 apellatiuis nominibus *L* ‖ uenit *CP* (euenit $C^2$) ‖ 9 praeterita *H* ‖ 10 raei *C* ‖ dives ut dives equum *scripsi:* diues aequum *C*, diues et diues equum $C^2$ ‖ 11 *ad v.* 344 Miserae] datiuus est non aduerbium. *P* ‖ 13 *ad v.* 346 Ominibus (hominibus)] vel prosperis et secundis auguriis vel primariis (primamus). Tyri] aduerbium est. *P* ‖ PRIMIS OMNIBVS (OMINIBVS $C^2$) uel prosperis et secundis auguriis uel primariis ut alii uerb repetierit cui pater intactam dederat. ominibus autem secundum romanos *c. q. s* *C* ‖ 16 et *om. BM* ‖ 17 aspici *L* (auspici *l*) ‖ 19 SCELERE ANTE ALIOS *B* SCELERE ANTE ALIOS IMMANIOR O. Q. I. M. V. F. *CLH*. *unus M integra habet poetae verba. in eo* inmanior *et* medi$^{v}$os ‖ 20 iunge totum . . . sacrificabat *om. B* procedit ut si *C* ‖ 21 medios *H:* medi$^{v}$os *CM* medius *L* ‖ furor quia multi inmanior ad furorem, non ad pygmalionem referunt *C*

fuisse tamen amicitias, simul namque sacrificabant: ac si diceret, sceleratior Atreo et Thyeste, vel Eteocle et Polynice. * *multi 'inmanior' ad furorem, non ad Pygmalionem referunt.* * *ordo autem est 'inter quos medios'.*

348. ILLE SYCHAEVM hoc loco secundum naturam posuit.

349. IMPIVS ANTE ARAS probavit impium, qui ante aras. *et singula pronuntianda.*

350. *CLAM quidam ad sororem referri putant.* SECVRVS AMORVM GERMANAE aut contemnens, *id est neglegens, non curans* amores sororis, ut securi pelagi atque mei, id est contemptores: aut certe securus erat de amore germanae circa maritum nimio, ob quem se post mortem Sychaei interimere posse credebatur; nec enim sequitur, ut occiso Sychaeo ipse statim potiretur auri, nisi etiam Dido periret. 'amores' autem plurali numero ad voluptatem pertinent, ut securus amorum, qui iuvenum tibi semper erant, singulari etiam ad religionem.

351. AEGRAM maestam, anxiam.

352. MVLTA MALVS SIMVLANS VANA SPE LVSIT AMANTEM *quia dicebat absentem, quem constabat occisum.* atqui legimus quis fallere possit amantem? sed hic nimia Pygmalionis ostenditur malitia, quae etiam amantem fefellit. VANA SPE quia dicebat eum reverti. LVSIT decepit.

353. IN SOMNIS si ab eo quod est somnium, synizesis est, ut peculi pro peculii; si autem a somno venit, 'in somnis', id est dum somnos caperet. *IMAGO* τὸ εἴδωλον.

355. CRVDELIS ARAS epitheton hoc de causa est, nam arae piae sunt.

9 id est neglegens non curans] cf. comm. Luc. V 526 ‖ 10 securi] A. VII 304 ‖ 15 securus] A. X 326 ‖ 19 quis] A. IV 296

2 Atreo *om.* *B* ‖ tyeste *B* thieste *LM* ‖ etodi *B* etlocli *H* theocle *M* et] uel *M* ‖ pholinice *L* pholinicae *H* polinice *M* ‖ polynice. ordo autem est inter quos medios *C* ‖ 5 *ad v.* 348 Sichaeum] si hoc loco secundum naturam posuit. *P* ‖ ILLE SYCHEVM *BHM* ILLE SICHEVM *L* SYCHEAM *C* (ILLE SICHEVM $C^2$) 6 ORAS *C* (ARAS $C^2$) HORAS *H* (ARAS *h*) ‖ qui *CLH*: quia *BMl* ‖ 7 pronuntianda *scripsi*: pronuntiant *C* ‖ 8 *ad v.* 350 Amores] autem plurali numero ad uoluptatem (uoluntatem) pertinent . . . ad religionem. *P* ‖ 9 contempnens *CHM* amores *BL*: *om.* *C* amorem *HM* ‖ 12 sichei *L* ‖ interimere credebat *M* (interimere posse credebatur *m*) ‖ sed nec *B*, *qui* ut securi pelagi . . . posse credebatur *omittit* ‖ 13 sicheo *BM* sichaeo *L* ‖ auri *CHM*: aurum *B* auro $LC^2$ 14 periret] sed per contemptum dictum est quasi ex Pygmalionis persona: non amorem uocans honestum ad unum suum sed ad voluptatem in convicium *add.* *D* ‖ 17 mestam *BCHM* ‖ 21 qua *C* qui *m* ‖ 22 LVSIT decepit *om.* *C* (*add.* $C^3$) ‖ 23 SOMNIIS *B* ‖ sinzisis *B* synzesis *C* sinezesis *L* (sinyzesis *l qui superscr.* conglutinatio) synezesis *H* synizisis *M* ‖ 24 ut peculi] periculis *C* (ut cura peculi $C^3$)

356. NVDAVIT indicavit: unde contra in sexto habemus *et vulnera dira tegentem*, hoc est celantem. quid enim tegeret undique truncatus? RETEXIT ecce hic planius quid sit 'nudavit' ostendit. *CAECVMQVE DOMVS SCELVS OMNE RETEXIT utrum ad praeteritum hoc refertur, an ut quibusdam videtur, quod ipsam Didonem parabat occidere? nam ideo et fugam suadere visus est.*

357. CELERARE FVGAM celeriter abire, ut dicimus 'cursum celero'. SVADET secundum naturam duae sunt syllabae, sed multi trisyllabum putant. quod etiam si inveniatur, solutio dicenda est, quo modo dicimus aena et aëna. hoc autem solum huiusce modi verbum in Latino invenitur.

358. *RECLVDIT ad opinionem somni recludere videtur, ut aeternamque adytis effert penetralibus ignem.*

359. THESAVROS hoc nomen 'n' non habet, sicut Atlas, gigas, Thoas, Abas, Pallas, licet in obliquis casibus inveniatur; sicut nec formosus, quia derivatum est a forma, ut a specie speciosus, ab odio odiosus, a genere generosus, ab scelere scelerosus. IGNOTVM ARGENTI PONDVS ET AVRI aut quod ignorabat Dido, aut certe ad magnitudinem pertinet, id est tantum quantum nullus umquam novit.

360. HIS COMMOTA supra dictis omnibus.

361. QVIBVS AVT ODIVM CRVDELE TYRANNI AVT METVS ACER ERAT oderant laesi, metuebant laedendi, hoc est qui timebant, ne laederentur: unde est illud in quarto *et quos Sidonia vix urbe*

1 in sexto] 498 'ac dira tegentem supplicia' ‖ 12 aeternumque] A. II 297 ‖ 24 in quarto] 545

1 *ad v.* 356 Nudauit] indicauit. unde econtra 'et uulnera dira tegentem', hoc est celantem. Retexit] ecce (ec) hic nudauit quid sit ostendit. *P* ‖ unde . . . ostendit *om. B* ‖ contra *LH* econtra *C* et contra *M* ‖ 4 CAECVMQVE DOMVS SCELVS OMNE RETEXIT ecce hic . . . ostendit. et utrum *e. q. s. C* ‖ 5 *fortasse* quod Pygmalion ‖ parabat *C:* putabat *enotavit Scioppius* ‖ occidere] incertum *add. C*[2]. sed incertum *testatus est Scioppius* ‖ 6 ideo et *scripsi:* et ideo et *C* et ideo *enotavit Scioppius* ‖ sua//dere *C* (m *videtur fuisse*) ‖ 7 *ad v.* 357 Tum celerare (celare) fugam] celeriter abire. Suadet] secundum naturam . . . dicenda est. *P* ‖ CELARE *C* (CELERARE *C*[2] TVM CELERARE *C*[3]) ‖ cursum celera *C* ‖ 10 quo modo . . . invenitur *om. B* ‖ aena et aëna] aena *C fortasse recte, ut sit* aëna (et aena *in marg. add. C*[3]) ena (aena *l*) et aena *L* aena et aena *HM* aenea et ahena *vulgo.* huius modi *Cl* ‖ 12 *ad v.* 358 Recludit] uel sectu (seclusos *Dan.*) aperit ostendit. *P* ‖ aeternamque *C* ‖ 14 *ad v.* 359 Ignotum argenti pondus et auri] aut quod . . . nouit. *P* ‖ n non habet *Lm:* non habet n *BC*[2] non habet *CHM* 15 Pallas *om. C* ‖ 16 quia derivatum est *om. B* ‖ quia deriuatum ut speciosus generosus scelerosus *C* (a forma *add. C*[3]) ‖ ab specie *HM* ‖ 17 ab odio . . . scelerosus *om. B* ab ocio adiosus *om. M* ‖ uel a genere *L* uelut a genere *H* aut ab scelere *LH* ‖ 18 aut certe] uel *P* ‖ 19 id est *om. P* ‖ ut nullus nououit. *P* ‖ 20 novit] nosse posse potuit *B* ‖ 21 *ad v.* 360 His commota] id est supra dictis. *P* ‖ id est supradictis *B* id est perterrita supradictis *Lion*

revelli, quia non voluntate, sed aut odio aut timore convenerant. ODIVM CRVDELE TYRANNI id est crudelis tyranni, et figura est; nam in tyrannum odium iustum est.

362. *NAVES QVAE FORTE PARATAE id est erant.*

363. PYGMALIONIS OPES quas Pygmalion iam suas putabat: unde est in quarto ulta virum. quae enim avaro maior poena, quam pecuniam propter quam deliquerat perdere? remove hoc, et falsum est ulta virum. sciendum autem quod clam tangit historiam. moris enim erat, ut de pecunia publica Phoenices misso a rege auro de peregrinis frumenta conveherent. Dido autem a Pygmalione ad hunc usum paratas naves abstulerat: quam cum fugientem a fratre missi sequerentur, aurum illa praecipitavit in mare, qua re visa sequentes reversi sunt. *licet et alio ordine historia ista narratur.* *DVX FEMINA FACTI pronuntiandum quasi mirum.*

365. DEVENERE LOCOS 'ad' minus est. SVRGENTEM erigentem se, ut surgentem in cornua cervum.

366. NOVAE CARTHAGINIS Carthago enim est lingua Poenorum nova civitas, ut docet Livius.

367. MERCATIQVE SOLVM, FACTI DE NOMINE BYRSAM adpulsa ad Libyam Dido cum ab Hiarba pelleretur, petit callide, ut emeret tantum terrae, quantum posset corium bovis tenere. itaque corium in fila propemodum sectum tetendit occupavitque stadia viginti duo: quam rem leviter tangit Vergilius dicendo 'facti de nomine Byrsam' et non 'tegere', sed 'circumdare'. FACTI DE NOMINE id

---

6 in quarto] 656 ‖ 16 surgentem] A. X 725 ‖ 18 Livius] fragm. 5 Hertz. cf. Isid. orig. XVI, 30 ‖ 19 adpulsa . . . Byrsam] cf. mythogr. I 214

2 ODIVM autem *C* ‖ id est crudelis tyranni *om. B M* (*supr. vers. add. m*) ‖ et est figura *C* ‖ 3 est hypallage *H* ‖ 4 *ad v.* 362 Naues quae forte paratae] deest erant. *P* ‖ id est erant. sed sciendum quod clam tangit historiam . . . historia ista narratur. PYGMALIONIS OPES PELAGO qu$\overset{a}{\text{o}}$s Pygmalion . . . falsum est ulta nirum. DVX FEMINA FACTI . . . mirum *C* ‖ 5 Portantur avari Pygmalionis opes pelago] quomodo Pygmalionis, si Sichaei erant? solvitur: sed eas iam suas fecerat scelere qui Sichaeum occiderat aut ad animum retulit avari qui opes alienas iam fecerat suas *Fabricius* ‖ 6 maior auari *C* maior auaro *M* ‖ 8 sciendum est *L* ‖ 10 comederent *B* ueherent *L* (conueherent *l qui superscr.* at. coemerent) coemerent *M* ‖ 15 *ad v.* 365 Deuenere locos] ad minus est. Surgentem] erigentem. *P* ‖ 17 *ad v.* 366 Nouae Carthaginis] Carthago . . . Liuius. *P* ‖ enim *om. C* est enim *L* ‖ 19 *ad v.* 367 Mercatique solum facti de nomine Byrsam] Dido appulsa ad Libyam . . . uiginti et duo byrsa autem graece latine corium. *P* ‖ 20 ab] ad *C P* ‖ iarba *B M* yarba *L* ‖ petiit *L* ‖ 21 itaque] tum *C P* ‖ 22 file *H* filia *P* ‖ itaque . . . propemodum sectum] quod cum ille permisisset corium in tenuissimas corrigias sectum *B M l*, *nisi quod* sectum corium in tenuissimas corrigias *M* in tenuissimas corrigias corium sectum *l*. *cf. mythogr.* I 214 ‖ modum stadia *C* ‖ 24 id est *om. B M* uero *C* (id est $C^2$)

est de causae qualitate, *quia byrsa Graece corium dicitur. dicendo ergo 'circumdare', ostendit corrigiam de corio factam.*

368. TERGO pro tergore.

369. SED VOS QVI TANDEM? vacat hoc loco 'tandem', *vel ut aliis videtur expletiva coniunctio, ut et* quo sub caelo tandem, *ubi 'tandem' pro tamen accipiunt.* et est naturalis interrogatio qui estis? unde estis? quo itis? sic ipse in octavo licet mutato ordine quo tenditis, inquit? qui genus? unde domo?

371. IMOQVE TRAHENS A PECTORE VOCEM deest 'dixit'. et quotiens longe respondet, parenthesis est; quotiens nusquam, ellipsis dicitur, ut hoc loco.

372. O DEA perseverat in opinione sua, ita tamen, ut et illius orationi aliquando concedat: nam paulo post ait 'si vestras forte per aures Troiae nomen iit'. aut certe illud est, quia superius dixerat 'an nympharum sanguinis una', quae non omnia sciunt; nam et moriuntur secundum Aristotelem, ut Fauni Panesque. AB ORIGINE a raptu Helenae. PERGAM perseverem, hoc est universa dicam.

373. ANNALES inter historiam et annales hoc interest: historia est eorum temporum quae vel vidimus vel videre potuimus, dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, id est videre; annales vero sunt eorum temporum,

---

5 et quo] A. I 331 ‖ 7 in octavo] 113 ‖ 16 nam et moriuntur e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 112 ‖ 19 inter historiam e. q. s.] cf. Isid. orig. I 63, 3. Gell. V 18

---

1 de *om. C* (*add.* $C^2$) ‖ equalitate significat *B* qualitate significat *CM Guelferbytanus I* ‖ 3 *ad v.* 368 Tergo pro tergore. *P* ‖ tergore posuit: quia qualis causa fuit tale nomen accepit. Carthago enim antea speciem habuit duplicis oppidi, quasi aliud alterum amplecteretur: cuius interior pars Byrsa dicebatur, exterior Magalia. huius rei testis est Cornelius Nepos in eo libro qui vita illustrium inscribitur *D. eadem exceptis* posuit . . . accepit *Lione teste Guelferbytanus* I *habet ad* 367 *post* de causae qualitate significat. ‖ 4 *ad v.* 369 Sed uos qui tandem] uacat . . . accipiunt. *P* ‖ uel ut aliis *C:* uelutans *P* ‖ 5 ut est *P* ubi tandem *C:* habitantem *P* ‖ 6 et est naturalis interrogatio] QVOVE TENETIS ITER naturalis interrogatio est *C* ‖ qui estis? unde estis? quo itis? *C:* qui estis unde uel quo *B* $C^3$ *l* qui est unde uel quo ///////// *L* (*tres litterae rasae*) qui est unde uel quod itur *H* qui estis unde uel quo itur *M* ‖ 7 sic . . . domo *om. C* (*in marg. inf. add.* $C^3$) ‖ 8 quod genus $C^3$ ‖ 9 *ad v.* 371 Imoque trahens a pectore uocem] deest dixit . . . ut hoc loco. *P* ‖ 10 respondit *CM* (respondet $C^3$ *m*) numquam *P* ‖ ellipsis *CH:* eclipsis *BLMP* $C^2$ ‖ 11 dicitur] est *P* ‖ 12 *ad v.* 372 Ab origine] a raptu Helenae. *P* ‖ 14 iit] minit *C* (iit $C^2$) it *H* ‖ aut uere *BM* (·/· certe *superscr. m*) ‖ quia] quod *B* ‖ 16 nam et moriuntur *om. B* ‖ aristotelen *CH* ‖ uel panes *BM* ‖ 19 *ad v.* 373 Annales] inter historiam et annales (annalis) . . . non nouit. sed confunduntur licenter, ut hoc loco pro historia dixit annales. *P* ‖ 21 ΑΠΟ ΤΟΥ ϹΤΟΡΙΝ *B* apo tu isturin *C* ΑΠΟ ΤΟ ϹΤΟΡΙΝ *L* (ΑΠΟ ΤΟΥ ΙϹΤΟΡΙΝ *l*) ΑΠΟ ΤΟ ΙϹΤΟΡΙΝ *H* ΑΠΟ ΤΟΥ ϹΟΡΙΝ *M* ‖ a uidere *P* ‖ temporum] annorum *BCP* annorum et temporum *Stephanus* temporum annorumque *Lion*

quae aetas nostra non novit: unde Livius ex annalibus et historia constat. haec tamen confunduntur licenter, ut hoc loco pro historia inquit 'annales'. *ita autem annales conficiebantur: tabulam dealbatam quotannis pontifex maximus habuit, in qua praescriptis consulum nominibus et aliorum magistratuum digna memoratu notare consueverat domi militiaeque terra marique gesta per singulos dies. cuius diligentiae annuos commentarios in octoginta libros veteres retulerunt, eosque a pontificibus maximis a quibus fiebant annales maximos appellarunt: unde quidam ideo dictum ab Aenea 'annales' aiunt, quod et ipse religiosus sit et a poeta tum pontifex inducatur.*

374. CLAVSO more poetico, qui dicunt caelum per noctem claudi, aperiri per diem: unde est porta tonat caeli et considunt tectis bipatentibus. COMPONET finiet, ut oblato gaudens componi foedere bellum *et* (*non*) *nostrum inter vos tantas conponere lites. alibi pro disponere, ut nec conponere opes norant, alibi pro coniungere, ut conponens manibusque manus, alibi pro comparare, ut sic parvis conponere magna solebam, alibi pro fundare, ut nunc placida conpostus.* VESPER proprie stella est, cum autem 'vesperi' dicimus, adverbium temporis est. et sciendum quia omnia nomina, quae de Graecis in os exeuntibus ad nos transeunt, apud nos aut in us tantum exeunt, ut ΔΗΛΟϹ Delus, aut in er, ut ἀγρὸς ager, aut in utrumque, ut *Εὔανδρος* Euandrus Euander.

375. TROIA ANTIQVA nobili, venerabili, more suo: alibi terra antiqua, id est nobilis; nec enim esse poterat nova. item templa

9 unde quidam . . . inducatur] cf. Macrob. Sat. III 2, 17 || 12 porta] georg. III 261 || considunt] A. X 5 || 13 oblato] A. XII 109 || COMPONET finiet e. q. s.] cf. Nonius p. 255, 256, 257, 260 || oblato] A. XII 109 || 14 nostrum] buc. III 108 15 nec conponere] A. VIII 317 || 16 conponens] A. VIII 486 || 17 sic parvis] buc. I 23 || 18 nunc placida] A. I 249 || VESPER proprie e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad. Stat. Theb. V 250 || 24 terra] A. III 164 || 25 templa dei] A. III 84

1 quae] quos *CP* || unde Sallustius ex historia Livius *Masvicius. cf. Isid. orig.* I 43, 4 || 3 deabatam *C* (dealbatam $C^2$) || 4 quotannis *ex* quod annis *C* 6 dom̄ *C* || 10 inducatur inducatur *C* || 11 *ad v.* 374 Clauso] more poetico . . . placida compostus. Vesper] stella, uesperi autem aduerbium temporis est. sciendum tamen est, quia omnia nomina . . . Euandrus Euander. *P* || 12 aperiri diem *B* aperiri die *M* per diem aperiri *CP* || 13 ablato *CP* || 16 pro *et* ut *om* *C* || 17 pro *et* ut *om.* *C* || 18 pro *om.* *C* || ut *om.* *C* || nunc] non *CP* || conpositus *C* || VESPER OLYMPO *C* || 19 aduerbium temporis modo sane utrumuisae accipe. sciendum tamen est quia *C* || 20 os] ros *l* || exeunt et ad nos transeunt *CP, nisi quod* nostras eunt *C* || 21 ad nos transeunt *om.* *B* || apud nos in us exeunt *B* delos *BCPM* || ut ΑΓΡΟϹ ager *L*: ut agros ager *B* agros ager *C* aut ΑΓΡΟϹ ager *P* ut arpos ager *H* aut ager agros *M* || *Εὔανδρος*] euandros *BCM* euanΑΡΟϹ *L* || 24 *ad v.* 375 Troia antiqua] nobili more suo. Forte] hic aliqua ratione significat; nam sciebat deam scire, non ignorare. *P* || 25 id est nobilis . . . vetusto *om.* *C* (*add.* $C^3$)

dei saxo venerabar structa vetusto. *aut certe cara, et hoc ideo, quia dixit 'quibus aut venistis ab oris'.* *SI VESTRAS FORTE PER AVRES cum apud deam sciat se loqui, cur ait 'si vestras per aures'? et 'forte' hic aliqua ratione.*

377. FORTE SVA casu suo, id est quo solet. 'forte' autem nomen est a nominativo fors, ut Terentius fors fuat pol. *ipse alibi quoniam fors omnia versat.* LIBYCIS iam scit; audivit enim 'sed fines Libyci'. APPVLIT ORIS figura supra dicta.

378. SVM PIVS AENEAS non est hoc loco arrogantia, sed indicium. nam scientibus aliquid de se dicere arrogantia est, ignotis indicium. aut certe heroum secutus est morem, quibus quam mentiri turpe fuerat, tam vera reticere. denique Vlixes in Homero ait suam famam ad caelum usque venisse: unde et iste 'fama super aethera notus'. *aut certe vetuste pietatem pro religione posuit. Sallustius in Catilina verum illi delubra deum pietate, domus suas gloria decorabant. Plautus in Pseudolo non potest pietati obsisti huic ututi res sunt ceterae, deos quidem, quos maxime est aequum metuere, eos minimi facit. sane 'pius' potest esse et purus et innocens et omni carens scelere. piare enim antiqui purgare dicebant; inde etiam piamina, quibus expurgant homines, et qui purgati non sunt impii.* *RAPTOS QVI EX HOSTE PENATES hoc est sum pius.*

EX HOSTE PENATES optima locutio est, plusque significat de pluralitate ad singularitatem transire, ut 'venor multis canibus' et 'multa cane'. ut Horatius aut trudit acres hinc et hinc multa cane apros in obstantes plagas. *sane de diis penatibus licet varias opiniones secutus sit Vergilius, omnes tamen diversis locis com-*

6 Terentius] hec. IV 3, 4 || 7 quoniam] buc. IX 5 || 12 in Homero] Od. IX 19 || 15 in Catilina] 12, 4 16 in Pseudolo] I 3, 34 || 24 Horatius] epod. 2, 31 25 sane de diis penatibus e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 4, 6 sqq.

5 *ad v.* 377 Forte sua] casu suo (sua) qui solet fieri. forte autem nomen est a nominatiuo fors, ut Terentius 'fors fuit'. ipse alibi 'quoniam fors omnia uersat'. *P* || quo] qui *C* (*corr.* $C^2$) || 6 fuat pol *M:* fluat pol *BLHC*[3] fiat solet *C* || 7 LIBYCIS . . . supra dicta *om. B* || scit *C:* sciuit *LHM* sciet $C^2$ || 8 supra dicta ut dativus pro accusativo cum ad ponatur. *D* || 9 *ad v.* 378 Sum. Penates] Varro deos penates . . . meminit. *P* || 9 *et* 10 adrogantia *C* (arrogantia $C^3$) 11 quam *om. C, sed tres litterae inter* quibus *et* mentiri *erasae* || 12 tam] quam *C* || denique Ulixes in Homero ait] Rogatus Ulixes ab Alcinoo nomen et patriam respondit *εἴμ' Ὀδυσεὺς . . . καί μεν κλέος οὐρανὸν ἵκει D in margine* || 13 et iste] est *C* || 14 legione *C* (relegione $C^2$) || 16 piaetati *C* || 17 ututi res *Ritschelius:* tres *C* ut res $C^2$ *et libri Plautini* || maximo *C* || 18 minime *C et decurtatus Plauti* || facto *C* || esse *om. C* (*add.* $C^2$) || 19 scllere *C* || accipere *C* piare *superscr. eadem ut videtur manus* || 21 pius. optima autem *C* || elocutio *CMH* || 23 in singularitatem *CM* || 24 ut Horatius . . . plagas *om. B* ut Horatius . . . cane *om. C* || acris *M* || 25 obstantis *H* || penatibus *C* || 26 uarias $C^2$: narios *C*

*plexus est: nam alii, ut Nigidius et Labeo, deos penates Aeneae Neptunum et Apollinem tradunt, quorum mentio fit taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo. Varro deos penates quaedam sigilla lignea vel marmorea ab Aenea in Italiam dicit advecta, cuius rei ita Vergilius meminit effigies sacrae divum Phrygiique penates, quos mecum a Troia mediisque ex ignibus urbis extuleram. idem Varro hos deos Dardanum ex Samothraca in Phrygiam, de Phrygia Aeneam in Italiam memorat portavisse. alii autem, ut Cassius Hemina, dicunt deos penates ex Samothraca appellatos* θεοὺς μεγάλους, θεοὺς δυνατοὺς, θεοὺς χρηστούς. *quorum diversis locis ita meminit natoque penatibus et magnis dis, hoc est* θεοὺς μεγάλους, *et iterum Iunonis magnae primum. dominamque potentem* τοὺς δυνατούς, *et bona Iuno* τοὺς χρηστούς. *ecce ergo diversis locis omnia tria conplexus, quae omnia locis suis dicentur.*

380. ITALIAM QVAERO hoc loco distinguendum est; nam si iunxeris 'patriam', non procedit. patria enim, id est civitas, in provincia esse potest, non tamen ut ipsa provincia patria sit: licet in Sallustio lectum sit Hispaniam sibi antiquam patriam esse; sed illic ad laudem pertinet, non ad veritatem. tria ergo dicit: provinciam quaero, hoc est 'Italiam'; 'patriam', hoc est Corythum, Tusciae civitatem, unde Dardanus fuit; 'genus ab Iove' ideo, quia ex Electra et Iove Dardanus Iasiusque nati sunt, Dardanus autem auctor est Troiae. et bene ad tria interrogata respondet, qui esset, unde venisset, quo tenderet. **alibi de ipsa Italia Aeneas hic domus, haec patria est. melius sic distinguitur 'Italiam quaero patriam et genus ab Iove summo': ut mihi sit Italia patria, Iovis genus efficit, propter Dardanum scilicet.**

2 taurum] A. III 119 ‖ 5 effigies] A. III 148 ‖ 8 Cassius Hemina] ann. I 6 ap. Pet. ‖ 11 natoque] A. III 12 ‖ 12 Iunonis] A. III 437 ‖ dominamque] A. III 438 ‖ 13 bona] A. I 734 ‖ 18 in Sallustio] hist. fragm. I 59 Kritz. 24 hic domus] A. VII 122

1 naptunum *C* ‖ 2 et *ex* ex *C* ‖ sit *C* ‖ 4 marmorea *C*²: marmoreo *C* ‖ ita *om. P* ‖ 5 frugiique *C* (frygiique *C*²) ‖ 6 urbē *C* urbe *C*² ‖ 8 casius *C* ‖ 9 ˢamothraceica *C* (s *superscr. C*²) ‖ ΜΕΓΑΛΟΥ *C* ‖ 10 ΧΗΗΕΤΟΙΕ *C* ‖ 11 diis *C* ‖ ΜΕΓΑΛΟΥΕΥΕ *C* ‖ 12 τοὺς] ΤΟΥΕ *C* ‖ 13 ΧΗΗΕΤΟΥ *C* ‖ 15 *ad v.* 380 Italiam quaero] hoc loco distinguendum est . . . non ad ueritatem. ergo Italiam quaero patriam . . . hic domus haec patria est. Genus ab Ioue summo] quia ex Electra . . . quo tenderet. *P* ‖ 16 ad hoc iunxeris *P* ‖ id est *om. P* ‖ 17 esse non potest *H* ‖ licet sallustius dicit *B* licet in salustio legitur *P* ‖ 18 patriam antiquam *L* ‖ 20 corythum *CP*: corytum *BH* coritum *LM* (corithum *l*) ‖ 21 id est tusciae *L* ‖ Dardanus fuit. alibi de ipsa italia Aeneas hic domus haec patria est. uel si sic dinguitur (distinguitur *C*²) italiam quaero patriam et genus obi (ab *C*²) ioue summo ut mihi sit italia patria iouis genus efficit propter dardanus efficit (dardanum scilicet *C*²) genus ab ioue ideo *C* ‖ 22 tasiusque *C* ‖ 23 et *om. CP* respondit *CP* (respondet *C*²) ‖ quis *P* ‖ 25 melius *scripsi pro* uelsi

381. PHRYGIVM AEQVOR id est Hellespontum. CONSCENDI bene 'conscendi' secundum physicos, qui dicunt terram inferiorem esse, quia omne quod continetur supra illud est quod continet: unde est humilemque videmus Italiam.

382. MATRE DEA MONSTRANTE VIAM hoc loco per transitum tangit historiam, quam per legem artis poeticae aperte non potest ponere. nam Varro in secundo divinarum dicit ex quo de Troia est egressus Aeneas, Veneris eum per diem cotidie stellam vidisse, donec ad agrum Laurentem veniret, in quo eam non vidit ulterius: qua re terras cognovit esse fatales: unde Vergilius hoc loco 'matre dea monstrante viam' *et eripe, nate, fugam*, item nusquam abero *et descendo ac ducente deo* et iamque iugis summae surgebat lucifer Idae. *quam stellam Veneris esse ipse Vergilius ostendit qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda, quem Venus ante alios astrorum diligit ignes.* quod autem diximus eum poetica arte prohiberi, ne aperte ponat historiam, certum est. Lucanus namque ideo in numero poetarum esse non meruit, quia videtur historiam composuisse, non poema. DATA FATA SECVTVS scilicet a Iove.

383. CONVVLSAE VNDIS EVROQVE SVPERSVNT aut 'convulsae undis Euroque', aut 'supersunt undis Euroque'. 'convulsae' autem ideo, quia habes supra laxis laterum compagibus.

384. IGNOTVS deest 'quasi'; nam contrarium est quod dixit 'fama super aethera notus'. facit autem hoc frequenter Vergilius, ut hanc particulam subtrahat, ut at medias inter caedes exultat Amazon, quasi Amazon; nam Vulsca fuit. PERAGRO per habet

---

4 humilemque] A. III 522 || 11 eripe] A. II 619 sq. || 12 descendo] A. II 632 13 iamque] A. II 801 || 14 qualis] A. VIII 589 || 16 quod autem diximus e. q. s.] exscr. in comm. Luc. I 1 || 22 laxis] A. I 122 || 25 at medias] A. XI 648

---

1 *ad v.* 381 Phrygium aequor] id est Hellespontum. Conscendi] bene secundum physicos . . . quod continet. *P* || FRIGIVM AD AEQVOR *BM* || 3 esse aqua *vulgo* || quia] quã ẽ *P* || quia omne quod continet supra illud est quod continetur *Fabricius. sed cf. Servius ad Aen.* III 522 || 4 unde est . . . Italiam *om. C* (*in marg. inf. add. C*[3]) || 7 tangere *L* (ponere *l*) || 8 egressus est *L* || aegressus *C* egresus *H* || eam *C* (eum *C*[2]) || 9 ad *om. LH* (*add. l*) || laurentem agrum *C* 10 qua re ei *C* || cognouit terras *BM* || 11 uergilius perfusus liciferundaq; hoc *C* *cf. Aen.* VIII 589 || 12 nete *C* (*corr. C*[2]) || ac] ad *C* || dea *C* || 14 uergilius .l. *C* .l. *dubito num Scioppius recte interpretatus sit* latenter || sub ioceani *C* (*corr. C*[2]) 15 undaque *C* (*corr. C*[2]) || quam *C* || 16 dictum est *C* || ne aperte] in ea aperte *H* neaparte *M* || 18 poema. non sic uirgilius nisi per circumlocutiones *B* 19 scilicet a Iove] id est a ioue ac per hoc responsa *C* || 20 CONVVLSAE . . . compagibus *om. B* || CONVVLSAE . . . SVPERSVNT *C* CONVVLSAE *LHM* || 21 aut . . . autem *om. L* (*in marg. add. l*) supersunt . . . autem *om. H* || 22 habet *C* compaginibus *L* || 23 *ad v.* 384 Peragro] per habet accentum . . . non accentum *P* || 26 uolsca *M*

accentum; nam 'a' longa quidem est, sed non solida positione; muta enim et liquida quotiens ponuntur metrum iuvant, non accentum.

385. EVROPA ATQVE ASIA PVLSVS aut orbem in tres partes divisit et absolutum est, *quia in Africa positus, quae orbis pars tertia est:* aut si Europam tantum et Asiam intellegimus, *ut Africa in Europa sit,* invidiose locutus est, ut supra Venus cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis, quasi cum indignatione dicat, per Troiam Asia careo, per Italiam Europa. denique non passa Venus eius interrupit querelas. *sane Europa Agenoris filia, a qua pars orbis nominata est.*

386. DOLORE EST aut narrantis Aeneae, aut certe suo dolore; aequum enim est malis filii etiam ipsam moveri.

387. QVISQVIS ES pleraque per concessionem sic tradit poeta, ut augmentum faciat. sicut hoc loco audiverat Venus 'sum pius Aeneas, fama super aethera notus' et cetera, dicit tamen 'quisquis es', hoc est, etiamsi haec in te non sint, hinc tamen constat esse felicem, quod venisti Carthaginem. item in secundo quisquis es, amissos hinc iam obliviscere Graios, hoc est, qualibet ratione contra nos bella susceperis. HAVD CREDO INVISVS CAELESTIBVS litotes figura per contrarium significans, id est credo te esse carissimum superis: ut *alibi munera nec sperno,* supra mihi iussa capessere fas est. 'caelestibus' autem secundum Pythagoram et praecipue Platonem dixit, qui confirmant vivos esse superis caros, mortuos vero inferis. unde et Vergilius de Pallante et nil iam caelestibus ullis debentem, item contra vos o mihi manes este boni, quoniam superis aversa voluntas.

388. AVRAS VITALES CARPIS quibus vivimus. nihil est enim aliud vita, quam reciprocus spiritus: unde et Iuppiter, quo constant

---

3 aut orbem e. q. s.] cf. comm. Luc. IX 411 ‖ 6 cunctus] A. I 233 ‖ 17 in secundo] 148 ‖ 21 munera] A. VII 261 ‖ mihi iussa] A. I 77 ‖ 24 et nil] A. XI 51 ‖ 25 vos o mihi] A. XII 646

---

2 urum *C* (metrum $C^2$) ‖ 4 absolutum est] absolute dictum *superscr. l. idem in marg. haec scripsit* id est ut a duabus id est europa et asia expelleretur in tertia id est affrica consisteret. ‖ 9 interrumpit *C* ‖ quaerellas *CH* 13 *ad v.* 387 Haud credo inuisus caelestibus] litotes figura . . . superis secundum Pythagoram et Platonem dixit, qui dicunt uiuos esse superis caros, mortuos uero inferis. *P* ‖ pluraque confessionem *C* (pleraque per concessionem $C^3$) ‖ per concessionem . . . sane optima figura est (*ad v.* 452) *desunt in Monacensi, qui duobus foliis orbatus est.* ‖ tradidit *B* ‖ 14 sicut] ut *BC* ‖ 16 hoc est . . . quisquis es *om. B* ‖ constat te *vulgo* ‖ 19 AVT *B* HAVT *H* ‖ 21 supra . . . fas est *om. C* (*add.* $C^3$ alibi . . . sperno *expungens* ‖ 22 pithã *B* pitagoram *L* phitagoram *H* ‖ 23 praecipue *om. B* ‖ dicit *B* ‖ confirmauit *L* (confirmant *l*) ‖ 27 *ad v.* 388 Auras uitales carpis] quibus uiuimus . . . colonis. Adueneris urbem] hysterologia, hoc est ad urbem ueneris. *P* ‖ VITALIS *B* ‖ 28 quam] nisi *L*

omnia, *Ζεὺς* vocatur *ἀπὸ τῆς ζωῆς*, id est vita. CARPIS accipis *modo*, ut et placidam carpebant membra quietem. TYRIAM Carthaginem a colonis. ADVENERIS VRBEM hysterologia ut supra, *hoc est ad urbem veneris.* PERGE MODO tantummodo: hoc est, haec tibi sola sit cura, nam liberatae sunt naves.

389. PERFER imperativus modus est, ut fer cineres Amarylli foras.

390. REDVCES proprie 'reduces' dicuntur qui pericula evadunt: sic infra ut reduces illi ludunt, scilicet post periculum inlatum ab aquila.

391. VERSIS AQVILONIBVS *aut speciem pro genere posuit, hoc est mutatis ventis, aut* quia, postquam ad Africam iter verterunt, adversus ante Aquilo coepit esse prosperrimus.

392. NI FRVSTRA AVGVRIVM VANI DOCVERE PARENTES hoc ad confirmandum errorem Aeneae dixit, ne divinando dea esse crederetur. *et est argumentum ad fallaciam, ne intellegat deam.* quod autem dicit 'vani parentes', aut hypallage est, id est vanum augurium, ut dare classibus austros et ibant obscuri sola sub nocte pro ipsi soli per obscuram noctem; aut certe 'vani parentes' qui res falsas et inanes docent. et per hoc decipere plerumque ostendit auguria. multi volunt ad nimium hoc amorem parentum referri, qui teneritudine affectus etiam superflua liberos docent. *quidam 'vani' mendaces tradunt. Sallustius in Iugurtha nam ego quidem vellem et haec quae scribo et illa quae antea in senatu questus sum vana forent potius, quam miseria mea fidem verbis faceret. Terentius in Phormione ubi adulescens lenonem mendacii arguit non te pudet vanitatis?*

---

2 et placidam] A. IV 522 cf. Ribbeckii adnot. crit. ‖ 6 fer] buc. VIII 101 ‖ 9 ut reduces] A. I 397 ‖ 18 dare] A. III 61 ‖ ibant] A. VI 268 ‖ 22 quidam vani mendaces tradunt] cf. Gell. XVIII 4, 9 ‖ 23 in Iugurtha] 24, 9 ‖ 26 in Phormione] III 2, 40

---

1 ZEIC *K* ‖ ΑΠΟ ΤΗC CWHC *B* ΑΠΟ ΤΕC ΖΟΗC *L* ΑΠΟ ΤΗC ΖΟΗC *H* ζωῆς id est uita *om. CP* (zone *add. C*[3]) ‖ a uita *B* ‖ 3 ut supra *om. CP* ‖ 6 *ad v.* 389 Perfer] imperatiuus . . . foras. *P* ‖ 8 *ad v.* 390 Reduces] proprie . . . aquila. *P* ‖ reduces *om. BP* ‖ quia *C* ‖ 9 sicut *P* ‖ 13 aduersus ante *om. B* ‖ prosperrimus] posterior *B* ‖ 14 *ad v.* 392 Vani parentes] qui res falsas et inanes docent. *P* ‖ VANI DOCVERE PARENTES . . . quod autem dicit vani *om. B* ‖ 15 dixisse *C* ne divinando dea esse *omittens* ‖ uideretur *L* (at crederetur *superscr. l*) 17 aut hypallage est . . . aut certe vani parentes *om. H* ‖ 19 soli ibant *B* per obscuram noctem *omittens* ‖ 20 et per hoc . . . multi volunt *om. L* (*in marg. add. l*) ‖ 21 augurium *C* ‖ 22 efectus *B* ‖ 23 uane *C* (*corr. ead. m.*) ‖ iugurthino *C*[2] ‖ 24 quaestus *C* ‖ 25 vana] ucana *C* ‖ miseriā ea *C* (eā *C*[2]) ‖ 26 faceret *om. C* ‖ formione *C* ‖ 27 arguet *C*

393. BIS SENOS CYCNOS cycnos navibus comparat, aquilam tempestati. in auguriis autem considerandae sunt non solum aves, sed etiam volatus, ut in praepetibus, et cantus, ut in oscinibus, quia nec omnes nec omnibus dant auguria: ut columbae non nisi regibus dant, quia numquam singulae volant, sicut rex numquam solus incedit; unde in sexto maternas agnovit aves per transitum ostendit regis augurium. item cycni nullis dant nisi nautis, sicut lectum est in ornithogonia, cycnus in auguriis nautis gratissimus ales: hunc optant semper, quia numquam mergitur undis. *cycnos tamen habere divinationem etiam Cicero in Tusculanis libro primo docet ut cycni, qui non sine causa Apollini dicati sunt, sed quod ab eo divinationem habere videantur.*

LAETANTES post periculum. AGMINE volatu, impetu. agmen autem apud Vergilium est cuiuslibet rei impetus, ut illi agmine certo [et vocat agmina saeva sororum].

394. *AETHERIA aether altior est aëre, vicinus caelo, ἀπὸ τοῦ αἴϑειν, id est ardere.* IOVIS ALES aquila, quae in tutela Iovis est, quia dicitur dimicanti ei contra Gigantes fulmina ministrasse: quod ideo fingitur, quia per naturam nimii est caloris, adeo ut etiam ova quibus supersidet possit coquere, nisi admoveat gagaten lapidem frigidissimum, ut testatur Lucanus feta tepefacta sub alite saxa. *aut quia nec aquila nec laurus dicitur fulminari, ideo Iovis*

6 in sexto] 193 ‖ 7 item cycni . . . undis] cf. Isid. orig. XII 7, 19 ‖ 8 in ornithogonia] Aemilii Macri ‖ 11 libro primo] 30, 73 ‖ 14 illi] A. II 212 ‖ 15 vocat] A. VI 572 ‖ 17 aquila quae e. q. s.] exscr. mythogr. II 3 et III 3, 4. cf. mythogr. I 11, comm. Luc. VI 676, Isid. orig. XVIII 3, 2 et XVI 4, 22 ‖ 21 Lucanus] VI 676 ‖ 22 nec laurus dicitur fulminari] cf. Isid. orig. XVII 7, 2

1 *ad v.* 393 Bis senos cycnos] cycnos . . . et cantus (cantos). Laetantes] post periculum . . . saeua sororum. *P* ‖ CICNOS *B* CYGNOS *CH* c *L* ‖ cicnos *BL* cygnos *CH* ‖ 2 aues *C* (aues $C^2$) ‖ 3 cantibus $C^3$ (*man. saec.* XIII) ‖ 4 nec *ante* omnibus *om. B* nec in omnibus $C^3$ (*man. saec.* XIII) ‖ 5 dant *om. B* 6 unde est *LH* ‖ per] unde per *C* ‖ 7 cygni *BCH* cigni *L* ‖ nulli *C* ‖ 8 ut in ornithogonia *B* ‖ ornithogeniia *C* or/ / /thogonia *L* (ni *litterae erasae.* in illo libro *superscr. l*) hurnithogonia *H* ‖ cycnus *H:* cygnus $BC^2$ cygnos *C* cignus *L* ‖ auguros *C* (auguriis $C^2$) ‖ 9 ales *B:* augur *CLH* (at ales *superscr. l*) hanc *LH* (hunc *l*) ‖ qui *L* (quia *l*) ‖ mergitur *om. C* (*supr. vers. add.* $C^2$) 10 undis. cum cygnus neque in praepetibus neque in oscinibus nominetur, cur ab illo sumitur augurium? solvitur, quod augurium ad aquilam poeta retulit. sed docet Vergilius bonum omen nautis factum de cygni volatu. *D* ‖ cygnos *C* ‖ 11 cygni *C* ‖ apolloni *C* ‖ 12 sint *Cicero* ‖ habeo *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 15 et vocat agmina saeva sororum *seclusi. cf. ad* I 82 ‖ sero *C* (seua $C^2$) ‖ 16 *ad v.* 394 Aetherea] aether altior est ab aere . . . admoveat. et alia fabula apud Graecos legitur . . . quos Iuppiter inter sidera collocauit. *P* ‖ ere *C* (aere $C^2$) apo tu aethin *C* ‖ 18 dimicanti ei contra] contra dimicantes *B* dimicante sui contra *H* ‖ ei] ioui *L* (*corr. l*) ‖ gigantur *C* (gigantes $C^2$) ‖ ministrare *P* ‖ 20 supersedet *B* ‖ quoquere *BH* conquerere *C* ‖ gagaten *BH mythographi:* gagatē *L* agaten *C* Aetiten *Masvicius. cf. Plin. nat. hist.* X § 12. ‖ 21 fetetepatefacta *C* 22 aliqua *C* ‖ lau *C* (laurus $C^2$)

*ales aquila, Iovis coronam lauream accepimus, et qui triumphant lauro coronantur. sane alites proprie dicuntur aves, quae volatu auspicia faciunt, buteo sanqualis inmussulus aquila vulturius. sane de aquila est et alia fabula. apud Graecos legitur, puerum quendam terra editum admodum pulchrum membris omnibus fuisse, qui 'Αετὸς sit vocatus. hic cum Iuppiter propter patrem Saturnum, qui suos filios devorabat, in Creta insula in Idaeo antro nutriretur, primus in obsequium Iovis se dedit, post vero cum adolevisset Iuppiter et patrem regno pepulisset, Iuno permota forma pueri velut paelicatus dolore eum in avem vertit, quae ab ipso ἀετὸς dicitur Graece, a nobis aquila propter aquilum colorem, qui ater est. quam semper Iuppiter sibi inhaerere praecipit et fulmina gestare: per hanc etiam Ganymedes cum amaretur a Iove dicitur raptus, quos Iuppiter inter sidera collocavit. et quia aquilae haec est natura, ut solem recto lumine spectet, signum quoque aquilae, quod in caelo est, orientem semper solem videtur adtendere. alii dicunt ab hac avi Iovem raptum et ad latebras Cretenses perlatum, cum a Saturno ubique quaereretur. ipsam etiam Iovi, cum adversus Titanas bellum gereret, obvolasse in augurium ac statim victoriam consecutam, et ideo inter sidera collocatam.*

395. *ORDINE LONGO non nulli pro serie dictum accipiunt, nam et 'coetu cinxere polum' videtur ad ordinem rettulisse: quamvis quidam quaerant, quomodo 'ordine', cum mox 'coetu' dicat.*

396. CAPERE eligere, ut ante locum capies oculis. *DESPECTARE id est electas iam intentius despicere.*

---

12 per hanc etiam c. q. s.] cf. Hygin. astron. II 16. schol. ad Germ. Arat. p. 91, 16 et p. 160, 7 Breys. p. 405, 20 et 411, 16 Eyss. ‖ 23 CAPERE eligere] Don. ad Ter. hec. IV 1, 22 et Phorm. II 3, 23 ‖ ante] georg. II 230

---

1 lauro coronantur *om. C, add. C²* ‖ 2 alites *scripsi:* aliter *C* ‖ dicitur *C* (dicuntur *C²*) ‖ 3 libuteo *C²* ‖ sangulis *C* (sangualis *C²*) ‖ 4 terra editum *C²*: terrę dictum *C* terra edictum *P* terra eductum *Daniel* ‖ 5 pulchrum *ex* pulchram *C* ‖ membris *PC²*: terris *C* ‖ quia aetos *C* (eetos *C²*) qui ἀετὸς sit vocatus *evanuerunt in P, legit Daniel* ‖ 6 patrem falurnum saturnum *P* ‖ saturnum *ex* salurnum *C* ‖ 7 ant *C* (antro *C²*) ‖ in obsequium Iovis se dedit *evanuerunt in P,* in obsequium Iouis edidit *legit Daniel* ‖ 8 debit *C* (dedit *C²*) ‖ adolevisset *ex* adolevitset *C* ‖ Iuppiter et patrem regno pepulisset *om. P* ‖ et *om. C* (*in marg. add. C²*) ‖ 9 uelud *C* ‖ pellicatus *P* ‖ 10 aetos *C* ‖ grecef *C* (f *erasa*) ‖ dicitur . . . col *evanuerunt in P* graece dicitur ALE Aquila propter aquilum colorem *edidit Daniel* ‖ 11 colore *C* ‖ qui ~~ane~~ ater *C* ‖ quam semper *C²*: quam p a *C* ‖ quam auem *P* ‖ 12 ha^c^n *C* (c *superscr. ead. manus*) ‖ gynamedes *C* (ganimedes *C²*) ‖ Ganymedes . . . raptus *evanuerunt in P, legit Daniel* ‖ 16 cratenses *C* (cretenses *C²*) ‖ com *C* (cum *C²*) ‖ 20 *ad v.* 395 Ordine] non nulli pro serie accipiunt quamuis . . . dicat. *P* (quidam quaerant quomodo ordine cum mox coetu *quae hodie non possunt legi, legit Daniel*) ‖ 22 quaerunt *C* quem *C* (cum *C²*) ‖ 23 *ad v.* 396 Capere] eligere . . . oculis. Despectare] id est electas iam intentius despicere. *P* (intentius despicere *quae legit Daniel, hodie evanuerunt*)

397. STRIDENTIBVS ALIS signum augurii est.

398. COETV dicit Plinius Secundus in naturali historia, omnes aves colli longioris aut recto ordine volare, ut pondus capitis praecedentis cauda sustentet: unde et prima plerumque deficiens relicto loco incipit esse postrema: aut in coetu se omnes invicem sustinere; *neque enim huiusmodi aves semel ad inferiora descendunt, sed paulatim per reflexos in gyrum volatus.* hoc autem volatu imitantur litteras quasdam: unde et Lucanus et turbata perit dispersis littera pennis. CANTVSQVE DEDERE adlusit ad nautas. *multi tamen adserunt cygnos inter augurales aves non inveniri neque auguralibus commentariis eorum nomen inlatum, sed in libris reconditis lectum esse, posse quamlibet avem auspicium adtestari, maxime quia non poscatur. hoc enim interest inter augurium et auspicium, quod augurium et petitur et certis avibus ostenditur, auspicium qualibet avi demonstratur et non petitur: quod ipsum tamen species augurii est. sed Vergilius amat secretiora dicere; nam totum morem augurum exsecutus est proprietate verborum. alites enim ostendit cum ait 'stridentibus alis', oscines vero cum dicit 'et coetu cinxere polum cantusque dedere'. hoc idem et de columbis fecit: nam et haec inter augurales aves dicuntur non inveniri, et tamen ex his augurium et postulari facit et ostendi: este duces o, si qua via est, cursumque per auras dirigite in lucos et cetera.*

399. PVPPESQVE TVAE PVBESQVE TVORVM tropus synecdoche: a parte totum significat, ut Terentius o lepidum caput, id est lepidus homo. *'pubes' autem flos iuventutis.*

400. OSTIA proprie ostia dicuntur exitus fluminum, sed modo abusus est, quia plerumque ostia ipsa pro portu sunt.

401. *PERGE MODO exhortatio ad facilitatem rei.* *DVCIT VIA pro 'haec via': et videtur demonstrare.*

2 in naturali historia] X 23, 63. cf. Isid. orig. XII 7, 14 ‖ 9 Lucanus] V 716 ‖ 13 hoc enim . . . petitur] cf. Isid. diff. verb. 6 ‖ 21 este] A. VI 191 ‖ 24 Terentius] ad. V 9, 9

1 *ad v.* 397 Stridentibus alis] signum augurii est. *P* ‖ 2 *ad v.* 398 Coetu] dicit Plinius in naturali historia . . . portent. *P* (*evanuerunt* ordine volare *et* ut se omnes invicem) ‖ Secundus in naturali historia *om.* *B* ‖ ordine . . . sustentet *om.* *L* (*suppl.* *l*) ‖ ut] aut $C^3$ ‖ 4 sustineat *CP* sustentare $C^3$ ‖ 5 aut in coetu se omnes inuicem sustinere *LH* (*nisi quod* sustinere inuicem *L*): aut in coetu ut se ipsos inuicem portent *B* aut in coetu ut se omnes inuicem portent *C* aut in coetu ut se omnes sustinere inuicem possent *l* ‖ 8 est in Lucano *C* ‖ 9 pinnas *C* (pennis $C^2$) pinnis *H* ‖ 10 cygnos *C* ‖ inuenire *C* ‖ 12 auem $C^2$: autem *C* ‖ 18 cantatusque *C* ‖ 21 et ostendit *enotavit Scioppius* ‖ 23 *ad v.* 399 *et* 400 Puppesque tuae pubesque tuorum] tropus synecdoche, ut Terentius . . . pro portu sunt. *P* ‖ 24 capud *CL* ‖ 28 exortacio *C* (exhortacio $C^2$) exportatum *enotavit Scioppius*

402. AVERTENS 'se' subaudis, hoc est cum averteretur, ut tum prora avertit. ROSEA pulchra.

403. AMBROSIAEQVE COMAE aut unguento deorum oblitae, hoc est ambrosia, aut certe abusive dixit 'divinae comae'. *AMBROSIAEQVE COMAE DIVINVM VERTICE ODOREM*] **est hypallage, ut sit divinae comae ambrosiae odorem spiravere.**

404. SPIRAVERE exhalaverunt. VESTIS DEFLVXIT quia dixit supra sinus collecta fluentes.

405. VERA bene 'vera' de qua ante dubitabatur. *INCESSV hoc verbum apud Vergilium saepe pro honore ponitur, ut ast ego quae divum incedo regina et mox forma pulcherrima Dido incessit.* MATREM AGNOVIT nunc matrem agnoscit; nam deam esse iam superius dixerat.

406. FVGIENTEM celeriter abscedentem, *ut alibi ad terram fugit.* *VOCE pro oratione.*

407. QVID NATVM TOTIENS saepe. et aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intellegimus saepe eum esse delusum; aut certe secundum ipsum Vergilium, qui ait in secundo cum mihi se non ante oculis tam clara videndam obtulit. multi tamen volunt in hoc ipso loco saepe eum esse deceptum, ut in habitu, in interrogatione, in responsione, in auguriis. *vel 'totiens crudelis', quotiens fallis aut dissimulas.* TV QVOQVE sicut Iuno ceterique dii, qui Troianis inimici sunt; *quos et in secundo libro ostendit, ubi ait inimicaque Troiae numina magna deum.* *FALSIS LVDIS IMAGINIBVS*] **ideo quia virginem, quia venatricem, quia Tyriam se dixerat.**

408. CVR DEXTRAE IVNGERE DEXTRAM maiorum enim haec fuerat salutatio, cuius rei αἴτιον, id est causam Varro, Callimachum secutus, exposuit, adserens omnem eorum honorem dextera-

1 tum] A. I 104 ‖ 8 sinus] A. I 320 ‖ 10 ast ego] A. I 46 ‖ 11 forma] A. I 496 ‖ 14 ad terram] A. V 243 ‖ 18 secundo] 589 ‖ 23 in secundo libro] 622

1 subaudisse *C* ‖ 3 *ad v.* 403 Ambrosiaeque comae] aut ambrosia unguento deorum oblitae (oblita *C* oblite *C²*) diuinum odorem (honorem *C*) spirauere. et est ypallage ut sit diuinae comae ambrosiae odore spiranere. aut certe abusiue dixit diuinae comae. *CP* ‖ 4 ambrosiae *H* ‖ 6 odorem *scripsi* ‖ 7 *ad v.* 404 Spirauere] exhalauere . . . collecta fluentes. *P* ‖ exalauerunt *LH* exhalauerunt *ex* exhilauerunt *C* exalauere *B* ‖ 9 *ad v.* 405 Incessu] hoc uerbum . . . Dido incessit. *P* ‖ 11 mox *om. P* ‖ 12 agnoscit *B et L ut videtur:* cognoscit *CHl* 14 celerius ascendentem *L* (celeriter abscedentem *l*) ‖ 19 multi tamen . . . in auguriis *om. B* ‖ 20 habitu] quia uirginem quia uenatricem quia tyriam *add. C cf. adn. crit. ad v.* 409 ‖ 22 qui *om. C* tibi *H* ‖ 23 sunt *om. C* ‖ 26 maior *B* haec fuerat] ista fuit *L* ‖ 27 sallustio *C* (salutatio *C²*) ‖ αἴτιον] ετιον *B* etion *LH* rei αἴτιον id est *om. C spatio relicto, in quo* rei etion id est *C²* ‖ Callimachum secutus exposuit *om. B* ‖ callimalum *L* (*corr. l*) callimmathum *H* ‖ 28 dicit adserens *B* ‖ honorem eorum *L* ‖ deterarum *B* dexderaram *C* (*corr. C²*)

rum constitisse virtute. ob quam rem hac se venerabantur corporis parte.

409. VERAS AVDIRE ET REDDERE VOCES? sunt multae reciprocae elocutiones, ut hoc loco; sunt multae unius partis utrique sufficientes, ut 'tenemur. amicitiis', ridiculum enim est si addas 'mutuis', cum amicitiae utrumque significent, sicut Fronto testatur. item sunt elocutiones, quarum una pars plena est: quae si convertantur, habent aliquid superfluum. in Sallustio in tugurio mulieris ancillae: bene addidit 'ancillae'. at si dicas 'in tugurio ancillae mulieris', erit superfluum 'mulieris'; ancilla enim et condicionem ostendit et sexum. item res erat praetoribus nota solis. hoc suffecerat. male ergo addidit ignorabatur a ceteris. quod si convertas, nihil esse superfluum invenitur.

410. TALIBVS INCVSAT incusare proprie est superiorem arguere, ut in Terentio pater ad filium quid me incusas Clitipho? accusare vero vel parem vel inferiorem, ut in eodem ad maritum uxor me miseram, quae nunc quam ob causam accuser nescio. et hoc proprietatis est, licet usus male ista corrumpat. sciendum tamen est Terentium propter solam proprietatem omnibus comicis esse praepositum, quibus est quantum ad cetera spectat inferior.

411. AT VENVS ordo est 'at Venus dea'. OBSCVRO AËRE nebula, cuius definitio est.

412. CIRCVM DEA FVDIT figura est tmesis, quae fit cum secto uno sermone aliquid interponimus, ut alibi septem subiecta

8 in Sallustio] Iug. 12, 5 ‖ 11 res erat] Cic. in Cat. III 2, 6 ‖ 14 incusare c. q. s.] Isid. diff. verb. 303 ‖ 15 in Terentio] heautontim. V 2, 7 ‖ 16 in eodem] hec. II 1, 8 ‖ 25 septem] georg. III 381

1 uirtutum *H* ‖ 3 *ad v.* 409 Veras audire et reddere uoces] ideo quia uirginem se dixerat. *P* VOCES hoc quia uirginem se dixerat et multae sunt reciprocae *C cum his coniungenda esse apparet quae in C Servianis ad v.* 407 *post* habitu *inserta sunt. pertinet autem hoc scholium ad* falsis ludis imaginibus. ‖ 4 elocutionis *C* locutiones *BL* ‖ 5 teneremur *C* ‖ amicitiis *om. B octo fere litterarum spatio relicto* ami... *L* (amitiis *fuisse videtur* amiciciis *l*) ‖ 6 uirumque *B* ‖ fronto dicit *B* ‖ 8 in Sallustio in tugurio *om. B* ‖ ut sallustius *C*[3] ‖ tuguriae *C* (*corr. C*[2]) ‖ 9 ac *C* ‖ 11 item . . . invenitur *om. B* ‖ res *om. C* ‖ 12 sufficeret *LC*[3] ‖ 13 esse *om. C* ‖ 14 *ad v.* 410 Talibus incusat] incusare proprie est superiorem arguere . . . uel parem uel superiorem (*sic*). licet usus corrumpit. *P* ‖ INCVSAT id est redarguit *D* ‖ 15 me *om. C, supr. vers. add. C*[2] ‖ incusas *om. L, supr. vers. add. l* ‖ 16 inferiorem *B*: superiorem *CLH* 17 numquam *H* ‖ ob quam *C* ‖ 22 *ad v.* 411 At Venus] ordo est . . . cuius definitio est. *P* ‖ AT VENVS . . . dea *om. B* ‖ ad *CL* (at *l*) ‖ 24 *ad v.* 412 Circum dea fudit] figura est tmesis . . . saxo cere comminuit brum. *P* ‖ figura . . . fit *om. B* ‖ messis *C* (themesis *C*[2]) temesis *LH* ‖ 25 uno *om. CP* ‖ subiecti *CP* (*corr. C*[2])

trioni. sed hoc tolerabile est in sermone conposito, ceterum in simplici nimis est asperum; quod tamen faciebat antiquitas, ut saxo cere comminuit brum.

413. CERNERE NE QVIS EOS *causa cur fecerit. ex hoc enim pendent cetera quae sequuntur.*

414. MOLIRI *hic pro struere posuit et per hoc facere, ut infra molirique arcem.* AVT VENIENDI POSCERE CAVSAS scilicet ne saepe narrando crebrum patiatur dolorem. unde melius ad Aeneam refertur medio sic interfata dolore est. *'poscere' autem nunc inquirere, alias petere. et praeponitur magis accusativo casui, dicimus enim posco magistrum lectionem, non a magistro posco.*

415. IPSA PAPHVM civitatem Cypri. *et non sine ratione est quod in decimo libro plura sibi loca grata vel sacrata commemoret, hic ad Paphum solam abisse dicatur, quia Varro et plures referunt in hoc tantum templo Veneris quibusvis maximis in circuitu pluviis numquam inpluere.* SVBLIMIS divino incessu. *SVBLIMIS] id est sublimiter, nomen pro adverbio.*

416. LAETA ecce proprium Veneris epitheton. *vel 'laeta', quia tectum nebula filium in tuto habebat, vel quod insulam suam repetat; vel ideo Paphum revisit laeta, quia serenis laeta congruunt, et necesse est ut laeta sit Venus ubi semper serenum est, quippe ubi pluere numquam dicatur.* SABAEO Arabico. Arabiae autem tres sunt, inferior petrodes eudemon, in qua populi sunt Sabaei, apud quos nascitur tus. dicti autem Sabaei ἀπὸ τοῦ σέβειν, id est venerari, quod deos per ipsorum tura veneramur.

---

3 saxo] Enn. ann. rel. 586 Vahl. cf. Don. p. 401, 15 K. et [Serg.] explan. in Don. p. 565 K. ‖ 7 molirique] A. I 424 ‖ 9 medio] A. I 386 ‖ 13 in decimo libro] 51 sq. ‖ 22 Arabiae autem . . . veneramur] cf. Isid. orig. IX 2, 49

---

2 asperum *om.* *P* ‖ ut] in *H* ut in illo Ennii *Fabricius* ‖ 3 cere comminuit brum. hic locus ex Homero tractus de Ulixe a littore ingrediente urbem pheacum (*Od.* VII 14) *καὶ τότ' Ὀδυσσεὺς . . . καὶ ἐξερέοιθ' ὅτις εἴη* *D* *cf. Macrob. Sat.* V 4, 8 ‖ 4 *ad v.* 413 Cernere] ex hoc enim pendent cetera quae sequuntur. *P* ‖ 5 secuntur *C* ‖ 6 *ad v.* 414 Moliri] hic . . . arcem. *P* ‖ 12 *ad v.* 415 Ipsa Paphum] ciuitatem Cypri, ibi enim adorabatur. Sublimis] diuino . . . aduerbio. *P* ‖ 13 loco *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 15 tanto templum *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 16 incensu (*corr.* $C^2$) id est *CP* ‖ 18 *ad v.* 416 Sabaeo] Arabico. Arabiae autem tres sunt. in una ex illis populi sunt Sabaei. sed hi montes inter quos sunt Libanum et Antelibanum dicuntur. apud hos igitur Sabaeos . . . ueneramur. *P* ecce *om.* *LH* uel *C* ‖ 19 tettum *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 21 est *post* serenum *om.* *C*, *add.* $C^2$ ‖ 22 SABAEO TVRE *C* ‖ 23 cudomonen *B* ‖ sabaei. sed hi montes inter quas (quos $C^2$) sunt libanum et antelibanum dicti sunt. apud hos igitur sabaeos *C* (sed hi . . . dicti sunt *ab Isidoro sumpsisse videtur scholiastes*) ‖ apud quos . . . dicti autem Sabaei *om.* *B* ‖ 24 thus *L* ‖ CEBEIN *C*: CABIN *B* CAIBEIN *L* CAHBEIN *H* CEBECOAI *P* ‖ 25 tura *BPH*: iura *C* thura *L*

417. TVRE CALENT ARAE SERTISQVE RECENTIBVS HALANT ecce unde supra dixit haud equidem tali me dignor honore, *quia Aeneas hostias obtulerat, quarum hic mentio non fit.* quod autem 'recentibus' dixit laus loci est, qui semper flore vestitur, *ut omni tempore Veneri flores praesto esse videantur.* SERTIS sertum et serta cum nihil adicitur dicimus, ut hoc loco: item alibi expressius serta procul, tantum capiti delapsa, iacebant. si autem sertos dixero, addo flores, si sertas, addo coronas, ut Lucanus accipiunt sertas nardo florente coronas. et hoc in multis nominibus observandum est, ut genus ex adiectione formetur: qua detracta in neutrum cedat necesse est, ut piscinalis locus, piscinalis cella, piscinale; sagmarius mulus, sagmaria mula, sagmarium. *HALANT pro olent.*

418. *CORRIPVERE VIAM deest 'at illi'.* CORRIPVERE VIAM officium eundi celeriter arripuerunt; nec enim via corripitur.

419. *QVI PLVRIMVS ex maxima parte urbi inminens.* QVI PLVRIMVS id est longus. ut ipse alio loco cui plurima cervix, item cum se nux plurima, id est amygdala; longa namque est.

420. *ASPECTAT] est ornatus cum animantur ἄψυχα.* ASPECTAT rei insensibili dat sensum. unde est illud in quarto de Atlante. item Sallustius Lyciae Pisidiaeque agros despectantem. *ARCES civitates, a parte totum.*

421. MIRATVR MOLEM AENEAS hoc ad ipsum refertur, MAGALIA

2 haud equidem] A. I 335 ‖ 6 serta] buc. VI 16 ‖ 8 Lucanus] X 164 17 cui plurima] georg. III 52 ‖ 18 cum se] georg. I 187 ‖ 20 in quarto] 247 21 Sallustius] hist. fragm. II 40 Kritz.

1 *ad v.* 417 sertum et serta cum nihil adicitur dicimus. item alibi expressius . . . sagmaria mula (multa) sagmarium (sagmaria). quod autem recentibus dicit laus loci est, qui semper flore uestitur, ut omni tempore Veneri (Veneris) flores praesto esse uideantur. Halant] pro olent. *P* ‖ SERTISQVE RECENTIBVS HALANT *om. C* ‖ ecce . . . honore *om. B* ‖ 2 supra ait *C* ‖ 3 optulerat *C* ‖ non fit *Burmannus:* non fuit *C* ‖ quod . . . videantur *post* sagmarium *hab. C* (quod . . . vestitur *in marg. inf. iterum scripsit* $C^3$ *citandi signo super fuit collocato*) ‖ 4 dixit *LHC*$^3$: dicit *BCP* ‖ omni *ex* omne *C* ‖ 5 ueneri *ex* ueneris *C* ‖ SERTISQVE RECENTIBVS *C* ‖ 6 adicitur] dicitur *B* ‖ expressius ut *P* 7 sertos] sertum *CP* (*corr.* $C^2$) ‖ 8 sertas] s *C* (sertas $C^2$) ‖ ut Lucanus . . . sagmarium *om. B* ‖ 11 cedat *LH:* cadat *CPl* ‖ piscinalis solis locus *C* 12 piscinalis *CP* (piscinale $C^2$) ‖ multa *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 13 olent] halant *C* holant $C^2$ ‖ 14 *ad v.* 418 Corripuere uiam] deest at illi . . . corripitur. *P* ‖ 16 *ad v.* 419 Qui plurimus] ex (*sic* $C^2$ et *C*) maxima parte urbi imminens (eminens *P*) uel qui plurimus . . . namque est. *CP* ‖ 18 namque est *delevit et* adversasque *superscr.* $C^2$ ‖ 19 *ad v.* 420 Arces] ciuitates. a parte totum. *P* ‖ ASPECTAT est ornatus cum animantur aγxa (res *enotavit Scioppius*, *ἄψυχα scripsi*) id est cum rei insensibili datur sensus *C* ‖ 20 unde . . . despectantem *om. B* ‖ 21 liciae *LH* ‖ psidiaequae *H* ‖ 23 *ad v.* 421 Miratur molem Aeneas] hoc ad ipsum refertur . . . casas Poenorum pastorales dicunt. *P* ‖ MIRATVR . . . refertur *et* QVONDAM . . . magalia vero *om. B*

QVONDAM hoc ad poetam; nec enim hoc novit Aeneas. 'magalia' vero antistoechon est; nam debuit magaria dicere, quia magar, non magal Poenorum lingua villam significat. *Cato originum quarto magalia aedificia quasi cohortes rotundas dicit. alii magalia casas Poenorum pastorales dicunt. † de his Sallustius quae mapalia sunt circumiecta civitati suburbana aedificia magalia. † et alii Cassius Hemina † docet ita Sinuessae magalia addenda murumque circum ea.*

422. MIRATVR PORTAS STREPITVMQVE E. S. V. *quidam hoc 'portas et vias magalia quondam miratur' non simpliciter dictum volunt, quoniam prudentes Etruscae disciplinae aiunt apud conditores Etruscarum urbium non putatas iustas urbes, in quibus non tres portae essent dedicatae et tot viae et tot templa, Iovis Iunonis Minervae. bene ergo miratur Aeneas, ubi fuerant magalia illic esse legitimam civitatem; nam et portas et vias videbat et mox templum Iunoni ingens.* STRATA VIARVM *primi enim Poeni vias lapidibus struxisse dicuntur.*

423. ARDENTES multi 'festinantes', *ut iuvenum manus emicat ardens et ardet abire fuga et Laocoon ardens; sic enim dicit quotiens properantes vult ostendere:* alii ardentes 'ingeniosi' accipiunt; nam per contrarium segnem, id est sine igni, ingenio ca-

---

1 magalia vero . . . significat] cf. Isid. orig. XV 12, 4 ‖ 3 Cato originum quarto] fragm. 2 et ap. Iord. et ap. Pet. ‖ 5 Sallustius] Iug. 18. 8 ‖ 6 Cassius Hemina] fragm. 38 Pet. ‖ 16 primi enim . . . dicuntur] cf. Isid. orig. XV 16, 6 17 iuvenum] A. VI 5 ‖ 18 ardet] A. IV 281 ‖ Laocoon] A. II 41 ‖ 20 nam per contrarium . . . καίεσθαι] cf. Don. ad Ter. Andr. V 2, 14. Isid. orig. X 247 et XII 2, 38. diff. verb. 296

---

1 hoc ad *ante* poetam *om. C* ‖ haec *C* ‖ 2 astysticon *B* ΑΝΤΥΣΤΙΚΟΝ *C* antisticon *L* antistichon *H* ‖ 3 quarto *Iordanus prol. p. 50 sq.*: *om. C* primo *P* 4 coortes *P* cortes *C* ‖ rotundas *ex* rutundas *C* ‖ dicit] dr̃ (*i. e.* dicuntur) *P* alii . . . circum ea] Alii magalia casas Poenorum pastorales dicunt; de his Sallustius. Quae magalia sunt circumiecta civitati suburbana aedificia. Magalia et alibi; Cassius Hemina docet ita: Sinuessae etc. *Kritzius epist. crit. ad E. Wuestemannum Sall. hist. fragmentis praemissae p.* XXXIX *sq.* ‖ 5 de his Sallustius quae mapalia] quae mapalia dicit Sallustius *coni. F. Schoellius* de his Sallustius (*Iug.* 18, 8) 'aedificia Numidarum agrestium quae mapalia illi vocant' *ego.* ‖ 6 *fortasse* sunt et circumiecta ‖ et alii Cassius Hemina] ut ait Cassius Hemina *coni. F. Schoellius* ‖ 7 docet ita] locata *F. Schoellius* locavit et *ego conieceram. cf. Liv.* XXXXI 27, 12 ‖ 5 casas Poenorum pastorales dicunt *hodie evanuerunt in P* ‖ pastorales *ex* postorales *C* ‖ 6 alibi *C*[2] ‖ cassius *C*[2]: casius *C* ‖ 7 Sinuessae *Mascicius:* sinuegsae *C* ‖ 8 eam *enotavit Scioppius* ‖ 9 *ad v.* 422 Strata uiarum] primi enim Poeni uias lapidibus strauisse dicuntur. *P* 13 et tot uiae *C*[2]: etotuiae *C* et uotiuae *enotavit Scioppius* ‖ 17 *ad v.* 423 Instant ardentes Tyrii] multum festinantes, ut 'ardet abire fuga' id est properat. alii ardentes ingeniosos dicunt, nam per contrarium . . . καίεσθαι. Ducere muros] construendo in longitudinem ducere aedificare. *P. ex his* Instant . . . ardent *et* id est sine igni . . . uenit *et* construendo . . . aedificare *hodie evanuerunt.* ‖ ARDENTES festinantes uel ingeniosos intelligunt *B* ‖ 19 uult *C*[2]: uel *C* ‖ 20 id est *om. C* ‖ igni *om. C* (igne t *C*[2] *supr. vers.*) ullo *H*

rentem dicimus: unde et a Graeco venit catus, id est ingeniosus *ἀπὸ τοῦ καίεσθαι.* DVCERE MVROS exaedificare. *DVCERE MVROS*] *hoc est construendo in longitudinem producere; proprie enim cum aedificantur muri duci dicuntur. Sallustius historiarum II. murum ab angulo dexteri lateris ad paludem haud procul remotam duxit.*

424. MOLIRIQVE ARCEM molibus factis extollere. *MOLIRI*] *est extruere, huic contrarium demoliri.* *ET MANIBVS SVBVOLVERE SAXA cur manibus? an quia adhuc machinae non erant? an ad construentium festinationem referre voluit?*

425. OPTARE eligere, ut tuus o regina quid optes. *et optavitque locum regno.* TECTO ad tectum nota figura. SVLCO fossa: civitas enim, non domus circumdatur sulco: ut alibi ausim vel tenui vitem committere sulco. **SVLCO fossa fundamentorum.**

426. LEGVNT eligunt. *IVRA*] *id est loca ubi iura dicantur aut magistratus creentur. et bene post conditam civitatem addidit 'iura' et 'magistratus' 'sanctumque senatum'. legitur apud quosdam, Brutum eos qui se in eiciendis regibus iuvissent legisse in consilium, cumque ordinem senatum appellatum, quod una sensissent, quod patricii essent, patres conscriptos. alii patres a plebe in consilium senatus separatos tradunt, alii conscriptos qui post a Servio Tullio e plebe electi sunt. alii senatum a senectute hominum, †quibi allecti erant, dictum volunt, qui apud Graecos γερουσία appellatur. 'sanctum' autem ideo quia senatus sanctissimus ordo dicitur.*

427. PORTVS EFFODIVNT id est Cothona faciunt. *PORTVS*

---

4 Sallustius historiarum II.] fragm. 82 Kritz. ‖ 10 tuus] A. I 76 ‖ optauitque] A. III 109 ‖ 12 ausim] georg. II 289

2 ЄCTAI *B* KЄЄCΘAI *C* KЄЄCTЄY *L* KЄЄCTAI *H* ‖ aedificare *B* exaedificare *ex* etaedificare *C* ‖ 4 histor̃ II *C* ‖ 6 *ad v.* 424 Molirique arcem] molibus factis extollere quod est exstruere. huic contrarium est demoliri. *P.* *consentit C, nisi quod* extruere *praebet et* est *ante* demoliri *omittit.* ‖ extollere] ostendere *B* ‖ 8 an quia *Scioppius enotavit:* aut quia *ex* antiquia *C* ‖ 10 *ad v.* 425 Optare] eligere . . . locum regno. Tecto] ad tectum. Sulco] fossa; ciuitas enim . . . committere sulco. *P.* *ex quibus* optare . . . locum *et* circumdatur . . . uitem *hodie legi non possunt.* ‖ 11 nota figura *om. C* ‖ 12 circumdatur sulcis *B* ‖ circumdatur sulco ergo sulcos fossa fundamentorum alibi ausim *C* 14 *ad v.* 426 Iura legunt] eligunt uel loca ubi iura dicantur aut magistratus creentur. *P.* *ex his* ius creentur *eraserunt.* ‖ LEGVNT eligunt uel loca *C* (id est *scripsi*) ‖ iuria *C* ‖ dicuntur *C* (dicantur *C*²) ‖ 16 credentur *C* ‖ 18 eiciendis *C*²: iciendis *C* ‖ legisse *scripsi:* lectos *C* ‖ cumque *scripsi: om. C* cum *supr. vers. C*² ‖ 19 senatus separatos *C*²: senatos separatus *C* ‖ 22 seriuo *C* ‖ 22 electi] allecti *coni. F. Schoellius* ‖ quibi allecti erant] qui sexagenarii erant *coni. F. Schoellius, ut* bi *ortum sit ex* VI. ‖ 24 *ad v.* 427 Portus effodiunt] ut portus scilicet faciant (faciunt). Alta theatri fundamenta. *P.* *ex his* Portus effodiunt ut *eraserunt.* ‖ *ad v.* 427 EFFODIVNT ut portus scilicet faciant. et uere ait nam chartaginienses cothone (cotthona *C*²) fossa utuntur portu non naturali *C* ‖ chotona *L* cotthona *H* ‖ faciunt. Cothona sunt portus in mari non natu-

EFFODIVNT *ut portus scilicet faciant. et vere ait, nam Carthaginienses Cothone fossa utuntur, non naturali portu.* ALTA THEATRI FVNDAMENTA hinc futura magnitudo cognoscitur, *quod 'alta fundamenta' ait. bene autem post res publicas privatasque necessarias mentionem fecit theatri; aut quia Graecis urbs conditur, qui saepe spectaculis gaudent, aut, ut apud quosdam fuit, in honorem musicae scientiae.*

428. COLVMNAS *figurate 'columnas' 'decora' ait; diversis enim significationibus idem dixit. et ab eo quod est hoc decus corripitur decoris.*

430. QVALIS APES] *ordo est 'qualis labor'.* QVALIS APES tertiae declinationis genetivus pluralis et in 'ium' et in 'um' exit, sed tunc pro nostro arbitrio cum nominativus singularis 'ns' fuerit terminatus, ut amans et amantum et amantium dicimus. cum autem nominativus singularis 'r' fuerit terminatus, tantum in 'um' exit, ut pater patrum, murmur murmurum. reliqua vero nomina auctoritate firmamus, ut apis vel apum, vel apium. *sane fabula de apibus talis est. apud Isthmon anus quaedam nomine Melissa fuit. hanc Ceres sacrorum suorum cum secreta docuisset, interminata est, ne cui ea quae didicisset aperiret; sed cum ad eam mulieres accessissent, ut ab ea primo blandimentis post precibus et praemiis elicerent, ut sibi a Cerere commissa patefaceret, atque in silentio perduraret, ab eisdem iratis mulieribus discerpta est. quam rem Ceres inmissa tam supra dictis feminis quam populo eius regionis pestilentia ulta est; de corpore vero Melissae apes nasci fecit. Latine autem μέλισσα apis dicitur.* AESTATE NOVA *incipiente, ut* v e r e  n o v o. *et* bene 'nova', quia est et adulta et praeceps secundum Sallustium. FLOREA pro florida, ut n e m o r a  i n t e r  f r o n d e a  t u r b a m *aut florentia, nec enim de flore erant*

26 nemora] A. I 191 ‖ 26 secundum Sallustium] fragm. inc. 79 Kritz.

rales, sed arte et manu facti. est autem et masculini et neutri generis. nam et hic cothon huius cothonis facit et hoc cothonum huius cothoni. *D* ‖ 7 *ad v.* 428 figurate columnas decora alta; diuersis enim significationibus . . . decoris. *P* (figurate . . . enim *hodie legi non possunt*) ‖ figurate columpnas *C* 10 *ad v.* 430 Qualis apes] ordo est 'qualis labor'. Aestate noua] id est incipiente iam uere nouo. et bene noua quia est aetas et adulta et praeceps secundum Sallustium. Florea] florida, ut floream coronam dicimus, nec enim de flore erant facta. Rura] graece . . . latinum. *P. ex his* ordo est . . . iam *et* ut floream coronam dicimus *et* aphaeresis . . . latinum *hodie legi non possunt. pro* dicimus *typothetae ut videtur errore* dominis *exhibet Danielis editio.* ‖ qualis labor. sed tertiae declinationis *C* ‖ QVALIS APES . . . apium *om. B* ‖ 11 in um et in ium exiit *C* ‖ 12 ns] n et s *H* ‖ 16 apis] apes *L* ‖ uel apium *om. C* ‖ sane $C^2$: sino *C* ‖ 17 fuit apud *C* ‖ isthmon] o $C^2$ *in rasura* ‖ melisa *C* ‖ 19 ea $C^2$: eo *C* ‖ 20 elicerent $C^2$ *ut videtur, spatio a prima manu relicto* 22 discerpta $C^2$: disceptra *C* ‖ 23 melissae *C* ‖ 24 apes $C^2$: apud *C* ‖ *μέλισσα*] mellissa *C* ‖ 25 uere $C^2$: uera *C* ‖ 26 pro *om. C* (*add.* $C^3$)

*facta floream coronam dicimus.* RVRA Graece *ἄρουρα* dicuntur. aphaeresis ergo sermonem fecit Latinum.

431. EXERCET fatigat, ut nate Iliacis exercite fatis. hoc autem participium ab exercitu, id est militum multitudine, declinatione discernimus; nam nomen quartae declinationis est, participium secundae, ut visus, huius visi vel visus; passus, huius passi vel passus; auditus, huius auditi vel auditus. *EXERCET] fatigat *et subiecit, quibus rebus exercitae fatigentur.** SVB SOLE in sole, ut namque sub ingenti lustrat dum singula templo, *vel quamdiu sol est.* GENTIS FETVS ad laudem apum hoc pertinet. *et bene 'gentis fetus', quia non singulae de singulis nascuntur, sed omnes ex omnibus,* quod in quarto georgicorum melius intellegitur.

432. *ADVLTOS EDVCVNT producunt, quia adhuc adolescunt, ut adulti fiant, non adoleverint, ut adultos dicimus minores: et hoc sic dixit, ut inbellem avertis Romanis arcibus Indum.* LIQVENTIA defaecata, sine sordibus, ut nec tantum dulcia, quantum et liquida, id est pura: nam pura mella constat esse meliora.

433. STIPANT densent. translatio a navibus, in quibus stipula interponitur vasis, quam stipam dicunt. DISTENDVNT implent, ut denso distendere pingui. NECTARE melle: abusus est propter suavitatis similitudinem. CELLAS et hic abusus est, ut favorum cavernas **vel alvearia** cellas vocaret, *ut alibi thesauros.* traxit autem a reponendi similitudine, vel a celando, unde cellam appellaverunt. AGMINE nunc impetu.

---

3 nate] A. III 182 ‖ 9 namque] A. I 453 ‖ 15 inbellem] georg. II 172 ‖ 16 nec tantum] georg. IV 101 ‖ 18 translatio ... dicunt] cf. Isid. orig. XIX 27, 2 ‖ 20 denso] georg. III 124 ‖ 22 traxit autem ... appellaverunt] Don. ad Ter. ad. IV 2, 13

---

1 coronam *om. C* (*supr. vers. add. C²*) ‖ ΑΡΟΥΡΑ *L* (ΟΥ *l in rasura*): arura *B* urura *C* ΑΡΟΙΡΑ *H* rura *P* ‖ 2 aferesis *libri* ‖ 3 *ad v.* 431 Exercet] fatigat, ut 'nate Iliacis exercite fatis'. et quibus rebus exer * et bene gentis foetus quia si singula reddes singulis nascuntur sed omnes ex omnibus et per hoc melius in georgicis intelligitur. *P pro* exer *Daniel* exercet foetus gentis *dedit et lacunam post haec verba indicavit.* et bene ... reddes *hodie legi non possunt.* fatis. et subiecit quibus rebus exercitae fatigentur. hoc autem *C* ‖ hoc autem ... auditus *om. B* ‖ 12 quod ... intellegitur] et per hoc melius in georgicis intellegitur *C* ‖ 13 *ad v.* 432 Educunt] producunt quod adhuc ... ut adultos. *P* ‖ adolescunt *ex* adulescunt *C* ‖ 14 nonam *C* ‖ 16 sorde *LH* ‖ 17 nam dura *libri mei, nisi quod ex primae ut videtur manus correctione* pura *L;* t du *superscr. l* ‖ 18 *ad v.* 433 Stipant] densant ... quam stipam dicunt. Nectare] melle ... similitudinem. Cellas] et hic abusus est, ut fauorum cauernas cellas uocaret. traxit autem a reponendi similitudine. *P.* *ex his* nitur uasis ... Nectare *et* fauorum ... a re *hodie legi non possunt* ‖ 21 similitudinem. cum *νέκταρ* poculum divinum sit dulce immortale interpretatur. *νε* id est non, *κτείνω* occido. *D* ‖ ut fauorum cauernas cellas uocaret uel aluearia ut alibi thesauros *C* ‖ 23 vel ... appellaverunt *om. C* (*in marg. add. C³*)

435. IGNAVVM inutile, non aptum industriae; nam industrios navos dicimus. FVCOS secundum Plinium apum multa sunt genera. proprie tamen apes vocantur ortae de bubus, fuci de equis, crabrones de mulis, vespae de asinis. fucus autem est secundum Aemilium Macrum maior ape, crabrone minor. PECVS dicimus omne quod humana lingua et effigie caret, *id est a pascendo.* unde Horatius omne cum Proteus pecus egit altos visere montes. *Plautus clurinum pecus simiam dixit.* PRAESEPIBVS alveariis. et est translatio, quae fit quotiens vel deest verborum proprietas, vel vitatur iteratio.

436. FERVET concelebratur, ut contra 'friget' cessat dicimus, ut Terentius nimirum hic homines frigent. *REDOLENT quidam olere res vel malas vel bonas, redolere tantum bonas tradunt.* FRAGRANTIA quotiens incendium significatur, quod flatu alitur, per 'l' dicimus, quotiens odor, qui fracta specie maior est, per 'r' dicimus. sciendum sane nihil in hac vacare conparatione. nam Poenorum operi apum labor, custodiae litorum *adversum alienigenas* fucorum conparatur expulsio.

437. O FORTVNATI QVORVM IAM MOENIA SVRGVNT bene 'fortunati', quia iam faciunt quod ipse desiderat. *O FORTVNATI expressit Aeneae desiderium. QVORVM IAM MOENIA SVRGVNT laus vel ab ipsa re sumitur quae laudatur.*

438. FASTIGIA nunc operis summitates, alibi ima significat, ut forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras. SVSPICIT miratur, ut e contrario 'despicit' contemnit significat.

---

2 secundum Plinium] nat. hist. XI 20, 70 ‖ 3 proprie tamen . . . minor] exscr. Isid. orig. XII 8, 2 et 3 ‖ 5 pecus dicimus . . . caret] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 275 et Isid. orig. XII 1, 5 ‖ 7 Horatius] carm. I 2, 7 ‖ 8 Plautus] truc. II 2, 14 ‖ 12 Terentius] eun. II 2, 37 'ni mirum homines frigent'. ‖ quidam . . . tradunt] Isid. diff. verb. 406 ‖ 14 quotiens . . . dicimus] exscr. Isid. diff. verb. 236 ‖ 24 forsitan] georg. II 288

---

1 *ad v.* 435 Ignauum] inutile . . . de asinis. Pecus] dicimus . . . a pascendo. Praesepibus] alueariis. *P. ex his* nauos . . . secundum *et* mulis . . . Pecus *non potui legere* ‖ 2 gnaros $C^3$ *supr. vers.* gnauos *l* ‖ 3 bobus *BL* ‖ 4 secundum Aemilium Macrum *om. B* ‖ 7 unde *om. BC* ‖ protheus $BLHC^3$ ‖ 11 *ad v.* 436 Feruet] celebratur . . . per r dicimus. *P. ex his* Feruet . . . contra *hodie euanuerunt* ‖ 13 olere $C^2$: ole *C* ‖ malas $C^2$: malus *C* ‖ 14 FRAGRANTIA . . . per r dicimus *om. B* ‖ FLAGRANTIA *CHP* ‖ alitur] uel a flamma *add. LH ex Isidoro ut videtur* ‖ 15 odor *ex* odos *C* ‖ qui *ex* quid *vel* quia *C* quia *L et Isidorus* (qui *l*) ‖ 19 O FORTVNATI expressit Aeneae desiderium hoc est qui iam faciunt . . . desiderat. QVORVM . . . laudatur *C* ‖ 23 *ad v.* 438 Fastigia] nunc operis summitates . . . fastigia quaeras. *P* ‖ summitatem *L* ‖ 25 ut *om. C* ‖ contempnit *C* ‖ significat. vel suscipit alta aspicit, ut alibi 'hanc primum suspice rupem' *D*

439. MIRABILE DICTV ob hoc quod sequitur, quia mixtus cunctis latebat. *potest tamen hoc et superiori et inferiori sensui addi.*

440. PER MEDIOS figura est; nam planum fuerat 'mediis se infert'. *MISCETQVE deest 'se'.* NEQVE CERNITVR VLLI neque ab ullo cernitur; et est Graecum οὐδενὶ ὁρώμενος, ut scriberis Vario, id est scribet te Varius.

441. LVCVS ubicumque Vergilius lucum ponit, sequitur etiam consecratio, ut luco tum forte parentis Pilumni Turnus sacrata valle sedebat. unde et in sexto nulli certa domus, lucis habitamus opacis; dicuntur enim heroum animae lucos tenere. *et mox sequitur 'hic templum Iunoni ingens'.* 'lucus' autem dicitur quod non luceat, non quod sint ibi lumina causa religionis, ut quidam volunt. IN VRBE FVIT MEDIA nunc iam in media. LAETISSIMVS VMBRA aut septimus est, aut secundum Probum genetivus, ut sit 'laetissimus umbrae', sicut Sallustius frugum pabulique laetus ager.

442. QVO PRIMVM hoc est, simulac venerunt; nec enim secundo ad Africam ventum est. *ordo est 'quo primum loco'.*

443. EFFODERE LOCO SIGNVM historia hoc habet, quam more suo Vergilius per transitum tangit. Dido *fratrem fugiens* cum transiret per quandam insulam Iunonis, illic accepit oraculum et sacerdotem eius secum abstulit, cum ei parum crederet promittenti Carthaginis sedes. quo cum venissent, sacerdos elegit locum faciendae urbi, quo effosso inventum est caput bovis. quod cum displicuisset, quia bos semper subiugatus est, alio loco effosso caput equi inventum placuit, quia hoc animal licet subiugetur, bellicosum

---

5 scriberis] Hor. carm. I 6, 1 ‖ 8 luco] A. IX 3 ‖ 9 nulli] A. VI 673 11 lucus autem . . . volunt] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 593 cf. Isid. orig. XIV 8, 30 et XV 6, 7 ‖ 15 Sallustius] hist. fragm. II 92 Kritz. ‖ 20 Dido . . . per bovis] exscr. mythogr. I 216

---

3 *ad v.* 440 Per medios miscetque] deest se. Neque cernitur ulli] id est neque ab ullo cernitur. graeca figura, ut alibi 'scriberis Vario', id est scribet te Varius. *P* ‖ figura est *om. C* (*add. C*² *supr. vers.*) ‖ fuerat *om. C* (est *add. C*²) ‖ 5 ut] ut est illud *C* ‖ 7 *ad v.* 441 Laetissimus umbra] aut septimus est, aut secundum Probum genitiuus, ut sit laetissimus umbrae. *P* ‖ 8 tum] tunc *LH* ‖ 10 eorum *C* eroum *L* ‖ 11 gens *C* (ingens *C*²) ‖ 12 sint] sunt *C* ‖ in causa *LH* ‖ 13 IN VRBE . . . in media *om. C* ‖ 14 est] casus *supr. vers. add. l* 18 ac] hac *L ut videtur* ut *l in ras.* ‖ uel ordo est *C* ‖ 19 *ad v.* 443 Effodere (effedere)] autem hoc est. Dido fratrem fugiens cum transiret . . . et uincit. unde et bellicosa . . . per bouis. ordo autem est . . . Regia] regina. *P* ‖ EFFVDERE *H* ‖ 20 cum] dum *C* ‖ 21 illic *om. CP* illa *B* ‖ 22 promittenti sibi carthaginienses sedes *B* ‖ 24 urbis *C* urbis *P* ‖ effoso *BL* effuso *C* (*corr. C*²) effeso *P* ‖ 25 effuso *C* (*corr. C*²) effoso *P* ‖ 26 inuentum est placuitque hoc animal *P*

tamen est et vincit et plerumque concordat, ut ipse plenissime in illo loco bello armantur equi, bellum haec armenta minantur. sed tamen idem olim curru succedere sueti quadrupedes et frena iugo concordia ferre: spes est pacis ait. illic ergo Iunoni templa fecerunt. unde et bellicosa est Carthago per equi omen, et fertilis per bovis. *sane fodere est tantum sollicitare terram, effodere hoc ipsum faciendo aliquid eruere vel invenire: cui contrarium est infodere. ordo autem est 'lucus in urbe fuit media laetissimus umbra, quo loco iactati Poeni undis et turbine effodere caput acris equi, quod regia Iuno signum monstraverat.'* *REGIA regina.*

444. QVOD REGIA IVNO MONSTRARAT monstro dederat. et ut diximus tangit historiam. *ACRIS EQVI epitheton magis aptum equis, ut canibus blandis, quia natura blandi sunt.*

445. ET FACILEM VICTV propter bovem: quod licet nunc non dicat, tamen ex historia sumit. *'facilem' autem, copiosam, divitem. Terentius quam vos facillime agitis.*

446. *HIC TEMPLVM IVNONI INGENS superius dictum est quod Vergilius ubique lucos consecratos velit accipi, unde tamquam in loco sacro inducit Didonem Iunoni templa construere. morem autem Romanum veterem tangit: antiqui enim aedes sacras ita templa faciebant, ut prius per augures locus liberaretur effareturque, tum demum a pontificibus consecraretur, ac post ibidem sacra edicerentur. erant tamen templa in quibus auspicato et publice res administrarentur et senatus haberi posset, erant tantum sacra. hic ergo et sacrum templum, quod in luco, id est in loco sacro conditur, docet, et administrari in templo rem publicam subsequentibus*

---

2 bello] A. III 540 || 6 sane fodere . . . infodere] cf. Isid. diff. verb. 228 14 canibus] georg. III 496 || 17 Terentius] ad. III 4, 56 || 20 morem autem e. q. s.] cf. Varro ap. Gell. XIV 7, 7

---

1 plerumque iugum subiens concordat *Fabricius* || ut ipse ostendit plenissime *D* || 2 illo] alio *l* || 5 templum *C* || 6 omen *ex* nomen *C* numen *P* | bouem *C*² boves *mythographus* || 7 faciet unde *C* (faciendo *C*²) || 8 fuit *om.* *P* 10 quia regio iuno *P* || 12 *ad v.* 444 Monstrarat] monstro dederat. Acris equi| epitheton . . . blandi sunt. *P* || MONSTRARAT ut dictum est tangit historiam. monstrarat autem monstro dederat *C* || 15 quod . . . sumit] sicut dictum est *C* || 16 copiosum *C* (*corr.* *C*²) || 17 facillimi *C* || 18 *ad v.* 446 Sidonia] licet Sidon ciuitas sit Fenice, tamen hic pro Tyria posuit. *P* || HIC *C* || 19 ubique *C*²: ubi *C* || loco *scripsi:* luco *C* || sacro *C*²: sacra *C* || 21 aedes sacras id est templa ita faciebant *Masvicius.* templa *per errorem ex superioribus repetitum esse suspicatur F. Schoellius. ego* aedes sacras *secluseram.* || locus *Muellerus Etrusk.* II *p.* 179 *Hartungius Rel. d. Roem.* I *p.* 141: lucos *C* || 23 tamen] autem *Commelinus, inde* alia *Hartungius l. l.* || 24 administrarentur *C*²: administrentur *C* || possit *C* || erant alia *Hartungius l. l.* || tantum *C*²: tamen *C* || 25 et sacrum et templum *Hartungius l. l. fortasse* sacrum esse templum || luco *C*²: loco *C*

*versibus indicat 'iura dabat legesque viris operumque laborem p. a. i. a. s. t.' alibi tantum sacra esse templa, alibi omnia † ubi agi posse, locis suis monstrabitur.* SIDONIA *licet* (*et*) *Sidon civitas sit Phoenices, tamen hic* pro Tyria *posuit. sane quidam opportune hic Sidoniam volunt positam, ut ostenderet locupletem: Sidonii enim locupletes habiti sunt, ut Sidonias ostentat opes.*

447. DONIS OPVLENTVM ET NVMINE DIVAE aut simulacrum quoque aureum fuit et numen pro simulacro posuit, ut *media inter numina divum. hinc* Cicero sese iam ne deos quidem ad quos confugerent habere; aut vult ostendere plenum esse praesentia numinis templum: *aut certe venerabile numine.*

448. AEREA vel quod aes magis veteres in usu habebant, vel quod religioni apta est haec materies, denique flamen Dialis aereis cultris tondebatur: [*aut quia vocalius ceteris metallis, aut quia medici aere quaedam vulnera curant, aut dicit quia veteres magis aere usi sunt*] aut certe aerea saecula significantur: nam ut Hesiodus dicit, tempore quo haec gesta sunt aereum saeculum fuit. *NEXAEQVE AERE TRABES multi 'nixae' legunt, non 'nexae', iuxta Varronem qui ait trisulcae fores, pessulis libratae, dehiscunt, graves atque innixae in cardinum tardos turbines. quidam trabes aeneas putant ipsum templum χαλκίοικον significari. versus sane ipse hypermetros est.*

449. FORIBVS fores proprie dicuntur quae foras aperiuntur, sicut apud veteres fuit; valvae autem sunt, ut dicit Varro, quae revolvuntur et se velant. ianua autem est primus domus ingressus, dicta quia Iano consecratum est omne principium. cetera intra ianuam ostia vocantur generaliter, sive valvae sint, sive fores: quamvis usus ista corruperit. CARDO 'cardo' dictus quasi cor

---

6 Sidonias] A. IV 75 ‖ 8 media] A. IV 204 ‖ 9 Cicero] div. in Caec. I 3 11 aut quia vocalius ceteris metallis] ex Isidoro orig. XVI 20, 11 ‖ 16 Hesiodus op. 150 ‖ 22 fores . . . quo movetur] cf. Isid. orig. XV 7, 4—6. diff. verb. 308

---

2 esset *C* esse *Scioppius enotavit* ‖ publica *coni. F. Schoellius* ‖ possent *Masvicius* ‖ 3 foenicef *C*, f *erasa* ‖ 4 oportune *C* ‖ 5 locupletem *ex* lucupletem *C* sidoni *C* ‖ locupletes *C*²: locutes *C* ‖ 7 *ad v.* 447 Donis opulentum et numine diuae] ostendere uult plenum esse praesentia numinis templum. *P* ‖ 9 hinc *C*²: in *C* ‖ sese] sete *C* selte *vel* seite *C*² ‖ 10 confugerant *l* ‖ 12 AEREA aerea *B* A. ideo aerea *L* A. aerea ideo *H* ‖ 13 aeneis *C* ‖ 14 uocalius *C*²: uocalios *C* ‖ metallis *C*²: met allios *C* ‖ 15 uulnera *C*²: uulnere *C* ‖ 18 uuarronem *C*, *priore* u *erasa* ‖ trisulceae *C*, *sed* tri *C*² *in rasura* ‖ pessulis *C*² *in rasura* libratae *ex* liberatae *C* ‖ 20 aeneas] aere nexas *malim* ‖ 21 χαλκίοικον *F. Schoellius:* chalcosteum *C cf. Liv.* XXXV, 36, 9. *ego* χαλκότευκτον *conieceram* ‖ hypermetros *C* ‖ 22 *ad v.* 449 Stridebat ahenis] ad sua retulit tempora Virgilius . . . omnibus indicare. *P* ‖ 24 reuolutantur *L* (*corr. prima ut videtur manus*) uelant] uellunt *l* ‖ 25 ceterum *C* ‖ 26 hostia *BC* ‖ generalia *C* (generaliter *C*²) ‖ foras *C* (fores *C*²) ‖ 27 dicitur *L* dictus est *H*

ianuae, quo movetur. STRIDEBAT AENIS ad sua rettulit tempora. cautum enim fuerat post proditum hostibus a Tarpeia virgine Capitolium, ut aerei cardines fierent; quorum stridor posset aperta ostia omnibus indicare.

450. HOC PRIMVM IN LVCO secuta sunt enim et alia, quae detraxere formidinem. TIMOREM multi quaerunt, cur post visam matrem quicquam timuerit: quod tamen alii sic solvunt, ut dicant, ne tunc quidem Aeneam Venerem quam viderat esse credidisse, cuius, ut ipse putabat, agnitae nulla verba perceperat. sed vera solutio haec est: Venus nihil de Afrorum moribus, unde nunc formidat Aeneas, sed de classe liberata dixerat filio. *vel quia non in totum Aeneas matris fiducia confirmandus est, ne nihil supersit magnanimitati et laudibus viri fortis.* sciendum tamen est in Vergilio interdum validiora esse obiecta purgatis, vel contra, ut hoc loco.

451. LENIIT quartae coniugationis tempus praeteritum perfectum vel in 'vi' iunctam exit, vel sublata digammo in 'ii' pro nostro arbitrio, ut lenivi lenii, audivi audii. sane cum in 'vi' exit, paenultima longa est et ipsa accentum retinet; cum vero in 'ii', paenultima brevis est et perdit accentum, quia, ut supra diximus unius ob noxam, quotiens vocalis vocalem sequitur detrahit longitudinem praecedenti; sed hoc in metro, ubi necessitas cogit; nam in prosa et naturam suam et accentum retentat. nunc ergo 'leniit' tertia a fine habet accentum, quia paenultima brevis est. sane plerumque accentum suum retinet etiam sermo corruptus, ut Mercuri Domiti Ovidi tertia a fine habere debuit accentum, quia paenultima brevis est, sed constat haec nomina apocopen pertulisse: nam apud maiores idem erat vocativus qui et nominativus, ut hic Mercurius et o Mercurius: unde 'cu' licet brevis sit, etiam post apocopen suum servat accentum.

452. AVSVS bene 'ausus', quia inter incerta satis audacter salus speratur. ADFLICTIS 'de adflictis'; nec enim esse septimus casus potest. CONFIDERE (et) fido et confido dativum regit, ut

19 unius] A. I 41

1 movetur. ἀπὸ τῆς καρδίας *D* ‖ AENIS] ae. *L* ‖ 3 quorum] quo *CP* possit *CLP* (posset $C^2$) ‖ 5 insecuta *C* ‖ 6 TIMOREM *om. C, supr. vers. add.* $C^2$ 7 alii sic] abusiue *C* ‖ 9 cuius et ipse licet putabat agnitae nulla tamen uerba perceperat *C* ‖ agnitae *in rasura l* ‖ 12 ne quid *vulgo* ‖ magnanimitate *C* 15 *ad v.* 451 Leniit] quartae coniugationis . . . suum seruat accentum. *P* 16 coniunctam *L* iuncta *P* ‖ 17 lenii leniui audii audiui *C* ‖ 19 supra diximus *BH:* prediximus *L* (supra diximus *l*) supra dictum est *CP* ‖ 20 noxiam *C* ‖ 21 praecedentis *l* ‖ nam *om. CP* (namque *post* prosa *supr. vers. add.* $C^3$) 22 nunc ergo *om. P* ‖ 24 correptus $C^2$ *uel* $C^3$ ‖ 25 ouidi *ex* ouidie *ut videtur C* ‖ 27 et o Mercurius *om. CP* (*supr. vers. add. C* ‖ 30 audaciter *C* ‖ 31 nec enim esse septimus casus potest *om. B* ‖ enim *om. C*

et fidere nocti. sane optima figura est quae numquam a principalitate discedit, ut atque humiles habitare casas accusativo iunxit, quia habeo domum dicimus, unde est habito frequentativum.

453. SVB TEMPLO hoc est in templo, ut supra.

454. REGINAM OPPERIENS aut quam intellegebat esse venturam ex artificum festinatione: aut certe videndae reginae occasionem requirens. QVAE FORTVNA felicitas. *et 'quae' hic admirandi significatus.*

455. ARTIFICVMQVE MANVS INTER SE hoc est, habebat artificum conparationem. *'inter se' autem inter se certantium, an aliquid tale.*

456. EX ORDINE hoc loco ostendit omnem pugnam esse depictam, sed haec tantum dicit quae aut Diomedes gessit aut Achilles: per quod excusatur Aeneas, si est a fortibus victus. *sane pugna est temporale certamen, idem et proelium significat; bellum autem universi temporis dicitur, ut Punicum, Mithridaticum. Sallustius ita sperat pugnam illam pro omni bello futuram. Livius ni Pyrrhus unicus pugnandi artifex magisque in proelio, quam bello bonus.*

457. TOTVM VVLGATA PER ORBEM quia Europa intulit, Asia passa est, Africa iam depingit.

458. ATRIDAS Atrei filios, Agamemnonem et Menelaum; sed usurpatum est, nam Plisthenis filii fuerunt. SAEVVM AMBOBVS ACHILLEM atqui tres dixit, sed Atridas pro uno accipe, quos unius partis constat fuisse. *an 'ambobus' Agamemnoni tantum et Priamo?*

1 et fidere] A. IX 398 ‖ 2 atque humiles] buc. II 29 ‖ 14 sane pugna e. q. s.] cf. Isid. orig. XVIII 1, 8. diff. verb. 78. Nonius p. 437 M. ‖ 16 Sallustius] hist. fragm. inc. 27 Kritz. ‖ 17 Livius] fragm. 1 Hertz. ‖ 23 usurpatum . . . fuerunt] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 3, 6

1 quae numquam] *ab his verbis incipit Monacensis folium* 56 ‖ 3 frequentativum] dicimus *supr. vers. add.* $C^3$ ‖ 4 *ad v.* 453 Sub templo] hoc in templo, ut supra. *P* ‖ est *om.* *C* ‖ supra] sub sole *add.* *M* sub sole pro in sole *add. l in marg.* ‖ 5 *ad v.* 454 Reginam opperiens] aut quam intellegebat . . . requirens. *P* ‖ OPPERIENS *Lm*: OPERIENS *CHM* expectans *supr. vers. add. lm* ‖ 8 significatus est $C^2$ ‖ 12 *ad v.* 456 Ex ordine] prout fuerunt. *P* ‖ 13 tantum] tamen *C* ‖ 17 separat *C* ‖ pro omni bello] *idem praebent libri mei ad Aen.* X 311 *excepto Parisino* 7929, *qui* omnibus bello *habet. cf. Kritzii adnot.* ‖ lybius *C* ‖ pyrrus *C* ‖ 22 *ad v.* 458 Atridas] usurpatum est . . . atqui tres dixit. *P* ‖ 23 philistenis *B* plistheni *C* (plisthenis $C^2$) flistheni *P* ‖ fuerunt] fuisse dicuntur *BM* ‖ ET SAEVVM *CP* ‖ 24 ACHILLEM ideo achillem uocat saeuum ambobus quia inter illum et menelaum atque agamemnonem licet unius partis essent saepe discordia fuit, sicut legitur in historia troianorum. priamus uero troianus erat ideo uirgilius dicit ambobus, quia illos duos fratres pro uno debemus habere. priamum pro alio atqui tres dixit *e. q. s.* *M* ‖ 25 † partus patris *H* patris *Burmannus et Lion* ‖ agamemnon *C*

*an ambobus exercitibus? Graecis propter suam de Briseide iniuriam, Troianis propter Helenam, et 'ambobus' pro utrisque †arte hunc.*

460. PLENA LABORIS plenus genetivo melius iungitur, ut Terentius plenus rimarum sum. *Plautus dedecoris pleniorem.*

461. EN PRIAMVS laus picturae est, per quam non imago, sed *prope* ipse ostenditur Priamus. SVNT HIC ETIAM SVA PRAEMIA LAVDI ut supra diximus, omnis Aeneae sollicitudo de moribus Afrorum est, quam nunc picturae contemplatione deponit. qui enim bella depingunt, et virtutem diligunt et miseratione tanguntur. SVA id est congrua, ut struerem que suis altaria donis. LAVDI virtuti, ut primam merui qui laude coronam.

462. MORTALIA adversa, quibus constat subiacere mortales. *alii mortales casus accipiunt, vel absolute τὰ ἀνθρώπινα.*

463. SOLVE METVM collectio est. nam ubi virtus praemia, adversa miserationem merentur, rite formido deponitur. FERET pro adferet. *et hic reddidit hoc primum in luco nova res oblata timorem leniit.*

464. INANI epitheton est picturae, aut quia caret corporum quae imitatur plenitudine, aut quia nullius est utilitatis, *sed tantum delectat; nam apud veteres ματαιοτεχνία vel ψευδοτεχνία dicta est. 'pascit' autem delectat, ut non animum modo uti pascat prospectus inanem; vel ut quidam volunt ad stupentis animum rettulit, qui vel inanibus commovebatur.*

465. *MVLTA GEMENS graecum est πολλὰ στενάζων.* LARGOQVE VMECTAT FLVMINE VVLTVM tapinosis est quia dixit 'umectat'. 'largo' nam 'flumine' est fluore, id est fluxu ipso.

466. PERGAMA CIRCVM abusive; non enim circa Pergama, hoc est arcem, sed circa Troiam bella gerebantur.

---

3 Terentius] eun. I 2, 25 ‖ 10 strueremque] A. V 54 ‖ 11 primam] A. V 355 ‖ 13 alii . . . ἀνθρώπινα] cf. comm. Luc. II 13 ‖ 16 hoc primum] A. I 450 ‖ 21 non animum] georg. II 285

---

1 breseide *C* ‖ 2 pro utrisque arte (*i. e.* '*arcte*') iunctis *vel* pro utrisque: arte iunxit *coni. F. Schoellius. cf. Serv. ad Aen.* VI 539. *ego* pro utrique parti. IAM (459) nunc *coniecceram.* ‖ 5 *ad v.* 461 Laudi] uirtuti . . . coronam. *P* ‖ 7 ut supra dictum est *C* ‖ 11 meruit *LH* ‖ quia *M* ‖ 13 ἀνθρώπινα *scripsi:* ΑΝΦΕΠΙΙΤΙΝΑ *C* ‖ 14 *ad v.* 463 Solue. Feret] pro adferet. *P* ‖ collectio est] de his quae uidet collegit (colligit *l*) ut metum solui debere uideat *M et l in marg.* ‖ 16 res oblata *ex* re sublata *C* ‖ 17 lenit *C* ‖ 18 *ad v.* 464 Inani] epitheton est picturae . . . utilitatis. *P* ‖ PICTVRA PASCIT INANI *C* ‖ 19 plenitudine] similitudine *C*[2] | utilitatis. Cicero in paradoxis (5, 38) quam vilipendat picturam patet cum ait: sed, obsecro te, ita nunc ista venusta habeantur, non ut virorum vincula, sed ut oblectamenta puerorum. *D* ‖ 20 Mateotexnia *C* ‖ 23 vel *enotavit Scioppius:* uelut *C* ‖ 24 *ad v.* 465 Multa. Humectat flumine uultum] tapinosis est . . . fluxu ipso. *P* ‖ CTENAZON *C* ‖ 26 fluere *BM* ‖ 27 *ad v.* 466 Pergama circum] abusiue . . . gerebantur. *P* ‖ 28 Troiam] ilium *CP*

467. TROIANAE IVVENTVS definitio est Hectoris, ut Catillusque acerque Coras, Argiva iuventus. et re vera sic paene ubique Homerus ponit, ut Hectori tantum vel Achilli totus cedat exercitus.

468. HAC PHRYGES bene ubique Vergilius pro negotii qualitate dat Troianis et nomina. nam timidos Phrygas vocat, ut hoc loco, item o vere Phrygiae, neque enim Phryges; Dardanidas generosos, ut Dardanidae magni genus alto a sanguine divum; Laomedontiadas perfidos, ut nondum Laomedonteae sentis periuria gentis; Troas fortes, ut Troes agunt, princeps turmas inducit Asilas; Hectoreos quoque fortes, ut nunc nunc insurgite remis, Hectorei socii. CRISTATVS ACHILLES secundum Homerum, qui dicit in Achillis cristis terribile quiddam fuisse. *'cristatus' autem participium est derivatum a genere feminino.*

469. NEC PROCVL HINC RHESI Rhesus rex Thraciae fuit, *(ut) quidam tradunt Martis, ut alii Hebri vel Strymonis et Euterpes Musae filius:* qui cum ad Troiae venisset auxilia clausisque iam portis tentoria locavisset in litore, Dolone prodente Troiano, qui missus fuerat speculator, a Diomede et Vlixe est interfectus, qui et ipsi speculatum venerant; abductique sunt equi, quibus pendebant fata Troiana, *ut, si pabulo Troiano usi essent vel de Xantho Troiae fluvio bibissent, Troia perire non posset.*

470. PRIMO SOMNO prima parte noctis, ut libra die somnique pares ubi fecerit horas. *aut 'primo somno', ut graviorem ostenderet somnum; aut prima nocte, quia ante Rhesus in Troia non fuerat.*

471. TYDIDES Diomedes. et bene Vlixen celat propter Aeneam,

---

1 Catillusque] A. VII 672 || 7 o vere] A. IX 617 || 8 Dardanidae] A. V 45 || 9 nondum] A. IV 541 || 10 Troes] A. XI 620 || 12 nunc] A. V 189 15 Rhesus . . . fata Toiana] exscr. mythogr. I 203 || 23 libra] georg. I 208

---

3 posuit *L* || 5 *ad v.* 468 Cristatus Achilles] nam Achillis cristis terribile (terribils) fuit. cristatus autem participium deriuatur a genere feminino. *P* 6 et *BCH: om. L* etiam *Ml* || 10 agunt † raptim *L* agunt raptim *H* || princeps raptim *MC*[3], *sed* raptim *expunctum in M* || 11 Hectoreos . . . socii *om. C*, *in marg. add. C*[3] || 13 secundum . . . dicit] ut Homerus dicit *B* || fuisse. περὶ δὲ τρυφάλειαν ἀείρας . . . τρυφάλεια (Il. XIX 380) *D in marg.* || 15 *ad v.* 469 Nec procul Rhesi (eresi)] Rhesus (resus) rex Thraciae, Martis et Euterpes (euterpis) Musae filius. qui cum . . . perire non posset. *P* || 16 alibi *C* || strymoniis *C* || 17 auxilium *C* || 18 Troiano *om. CP* || 21 pabula troiana *C* || de *om. P* xanthro *C* || 22 troia *C*[2]: traia *C* || 23 *ad v.* 470 Primo somno] prima parte noctis aut prima nocte quod ante Rhesus in Troia non fuerat. *P* || 24 graniorem *C*[2]: gradiorem *C* || 25 ostenderat *C* (*corr. C*[2]) || ante] inte *C* || 27 *ad v.* 471 Tydides] Diomedes. *P*

ut supra diximus, aut quia secundum Homerum occidente Diomede cadavera Vlixes trahebat.

472. ARDENTES et candidos significat et veloces, ut pernicibus ignea plantis. si ignea velox est, sine dubio et ardens.

473. XANTHVM fluvium Troiae.

474. PARTE ALIA FVGIENS AMISSIS TROILVS ARMIS *'parte alia' scilicet templi. et* veritas *quidem* hoc habet: Troili amore Achillem ductum palumbes ei quibus ille delectabatur obiecisse: quas cum vellet tenere, captus ab Achille in eius amplexibus periit. sed hoc quasi indignum heroo carmine mutavit poeta. FVGIENS fugere volens accepto iam vulnere. *AMISSIS ARMIS vel aetatis inbecillitate, vel vulneris dolore † incipientibus.*

475. INFELIX multi hoc loco distinguunt *et subiungunt 'puer atque inpar congressus Achilli', ut ex eo inparem ostendat, quod puer; sed* tamen etiam si iungas 'puer', unus est sensus. ATQVE INPAR ac si diceret, etiam si puer non esset. CONGRESSVS ACHILLI congredior tibi antiqui dicebant, sicut pugno tibi, dimico tibi. hodie dicimus congredior tecum, pugno tecum, dimico tecum.

476. *FERTVR EQVIS trahitur.* CVRRV curribus falcatis usos esse maiores et Livius et Sallustius docent. *potuerunt ergo et simplicibus. RESVPINVS resupinus quo modo hastam trahebat? sed intellegitur Achillis hastam transisse per pectus et a parte qua ferrum est a tergo trahi.* INANI sine rectore; nam corpus haerebat.

477. LORA TENENS TAMEN quamquam mortuus.

478. VERSA tracta, ut Plautus inveniam omnia versa, sparsa. venit autem ab eo quod est verror. INSCRIBITVR dilaceratur, ut Plautus corpus tuum virgis ulmeis inscribam. HASTA hostili scilicet, quam *sicut dictum est* transfixus trahebat.

---

3 pernicibus] A. XI 718 ‖ 20 Livius] fragm. 2 Hertz. ‖ Sallustius] hist. fragm. III 12 Kritz. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. X 539 ‖ 25 Plautus] pseud. I 2, 31

---

1 dictū̃m est *C* ‖ 2 cadauer *C* ‖ trahebat. (Il. X 489) *ὅντινα Τυδείδης . . . ἐξερύσασκε D* ‖ 3 *ad v.* 472 Ardentes] veloces ut . . . ardens. *P* ‖ 6 *ad v.* 474 Parte alia] scilicet templi et neritas quidem . . . mutauit poeta. *P* ‖ 7 achillen *BCP* ‖ 8 palumbes troilum ei *P* ‖ 9 achilla *C* ‖ complexibus *CP* ‖ 10 heroo *CMP*: ero=o= *L* heroico *HC²* ‖ carmine *om. P* ‖ 11 vel *ante* aetatis *scripsi:* ut *C* aut *C²* 12 intercipientibus *F. Schoellius* ‖ 13 *ad v.* 475 Infelix atque impar] ac si diceret . . . dimico tecum. *P* ‖ distingunt *libri* ‖ 14 et ut ex *C* ‖ 18 dimico tecum *om. C* 19 *ad v.* 476 Fertur] trahitur. Resupinus] quo modo (qm̃a) hastam trahebat? . . . nam corpus haerebat. *P* ‖ 20 libius *C* leuius *H* ‖ docent et apud Xenophontem in *παιδεία Κύρου* legitur *D* ‖ 21 hasta *P* ‖ 22 transsisse *C* ‖ est *om. C* ‖ 24 *ad v.* 477 Lora tenens tamen] quamquam. *P* ‖ 25 *ad v.* 478 Versa] tracta, ut Plautus 'inueniam uersam'. uenit autem . . . ut Plautus 'corpus tuum virgis ulmeis inscriptum (*sic!*). *P* ‖ inueniant *LH* inuentum *M* ‖ inueniam uersam tersa strata aut uuctaque omnia *C* ‖ 27 ut *om. BM* ‖ Plautus *om. C, supr. vers. add. C²* ‖ inscribitur *C* (inscribam *C²*)

479. INTEREA dum haec geruntur. et satis opportune a matribus festinatur ad templum, ut alibi nec non ad templum summasque ad Palladis arces. *INTEREA AD TEMPLVM cum Diomedes auxilio Minervae plurimos Troianorum fudisset, Helenus, Priami filius, vates monuit, ut Minervae numen exoraretur, et cum precibus deae ponerent vestem quam regina speciosissimam habebat, id est peplum, unde post Minervae palla peplum appellata est. dea tamen, memor iudicii Paridis, Troianis infesta permansit. et mire in pictura † temporali adverbio quamvis non possit.* NON AEQVAE id est iniquae, *infestae.* litotes figura est, ut alibi et vacuis Clanius non aequus acerris.

480. PASSIS participium est ab eo quod est 'pandor'. ideo autem non facit 'pansus', quia plerumque 'n', quod in prima verbi positione invenitur, in praeterito participio non est. de qua re euphonia iudicat, ut ab eo quod est 'tundor' et 'tunsus' facit, ut tunsae pectora palmis, et 'tusus', ut non obtusa adeo gestamus pectora Poeni. sciendum tamen est, licet alia euphoniae causa varientur vel in generibus vel in numeris, 'nactus' tamen et 'passus' 'n' penitus numquam accipere. PEPLVMQVE FEREBANT peplum proprie est palla picta feminea Minervae consecrata, ut Plautus numquam ad civitatem venio, nisi cum infertur peplum. hodie tamen multi abutuntur hoc nomine.

2 nec non] A. XI 477 ‖ 10 et vacuis] georg. II 225 ‖ 16 tunsae] A. I 481 non obtusa] A. I 567

1 *ad v.* 479 Interea] cum Diomedes . . . Troianis infesta permansit. interea autem dum haec geruntur (ierunt). Non aequae] iniquae . . . non aequus acerris. *P* ‖ oportune *libri* ‖ 3 INTEREA AD TEMPLVM cum Diomedes . . . infesta permansit. interea dum haec geruntur et satis oportune . . . arces. et mire in pectore temporali aduerbio quamuis non possit. NON AEQVAE *e. q. s.* *C* 6 paeblum *C* ‖ 7 pleblum *C* id est *ante* pleblum *supr. vers. add.* *C*[2] ‖ 8 iudici *P* pictura *Masvicius:* pectore *C* ‖ 8 tempora addit adverbio quae visi non possunt *F. Schoellius,* temporali adverbio usus est, quamvis non possit pingi *ego. cf. Serv. ad v.* 484 (VENDEBAT). *ceterum* usus est *Scioppius e Fuldensi enotavit.* ‖ id est *om. L* ‖ [illegible] iniquae *C* (non *ut videtur erasum*) ‖ 12 *ad v.* 480 Passis] participium est ab eo quod est pandor . . . non obtusa adeo gestamus. sciendum tamen est, licet alia euphoniae causa narientur (uariantur), nactus tamen . . . hoc nomine. *P* ‖ 13 prima manus priami conspexit inermes verbi *C* (manus . . . inermes *expuncta sunt*) ‖ 14 praeterito *CH:* praeteriti *LMP* 17 alia *om. C* ‖ 19 PAEBLVMQVE *et* 20 paeblum *C* ‖ 22 nomine. uel historia de peplo ex Homero capta huic loco magis congruit. nam fugantibus Achiuis Troianos campo usque ad moenia Helenus uates Priami filius mittit Hectorem ad Hecubam, ut propitiandae Palladis gratia ducat coetum matronarum Troianarum ad Palladis templum et offerat pulcherrimum et eximium suis e uestibus peplum. quod factum est supplicantibus matronis et offerente peplum Antenoris uxore, Theano nomine, uenerabili inter Troianos femina. (*Il.* VI 302 *sqq.*) *ἣ δ' ἄρα πέπλον ἑλοῦσα Θεανὼ καλλιπάρῃος θῆκεν Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠυκόμοιο, εὐχομένη δ' ἠρᾶτο Διὸς κούρῃ μεγάλοιο.* *D*

481. SVPPLICITER TRISTES ut decet rogantes. et bene addidit 'suppliciter', quia et per iracundiam, et per gravitatem, et per religionem, et per dolorem tristes sumus. *SVPPLICITER TRISTES*] * *hoc est rogantes cum tristitia.* * TVNSAE PECTORA ut oculos suffusa.

482. AVERSA irata *significat.* nec enim poterat convertere se simulacrum. sic alibi talia dicentem iamdudum aversa tuetur *si tuetur,* quomodo aversa, nisi iratam intellegas? *ergo aversa ad animum refertur.*

483. *TER CIRCVM ILIACOS*] *hoc ad Aeneam referendum est, qui sciebat.* TER CIRCVM ILIACOS apud auctores multa ad sensum, non ad aspectum possunt referri. tertio enim tractum intellegere possumus, non in pictura conspicere. unde est et illud mulcere alternos et corpora fingere lingua. *aut certe tale erat in pictura corpus, ut in eo appareret frequentis raptationis iniuria. sane huius rei ordo talis est. Patroclus cum iratum Achillem propter Briseidem sublatam ut adversum Troianos pugnaret exorare non posset, petit ab eo arma quae Peleo Vulcanus fecerat; quibus indutus dum Achilles crederetur, fugatis Troianis omnibus etiam plurimos interemit, ipse vero ab Hectore occisus est. quo dolore Achilles conpulsus, inpetratis per matrem a Vulcano armis, Hectorem proelio superatum peremit, eiusque corpus ad currum religatum circa muros Ilii traxit, quod post placatus auro repensum Priamo reddidit.* RAPTAVERAT bene forma usus est frequentativa, per quam ostendit quod per numerum dixerat.

484. EXANIMVM exanimus et exanimis dicimus, sicut unanimus et unanimis, inermus et inermis. ergo pro nostro arbitrio aut secundae erunt declinationis, aut tertiae; sed a tertia ablativum singularem in i mittunt, quia communis sunt generis. exanimis autem

4 oculos] A. I 228 ‖ 6 talia] A. IV 362 ‖ 12 mulcere] A. VIII 634 ‖ 25 exanimus . . . tertiae] exscr. Isid. orig. X 90 ‖ 28 exanimis autem . . . muris] cf. Don. ad Ter. Andr. I 4, 7 et hec. III 3, 4. Isid. orig. X 90 et diff. verb. 196

1 *ad v.* 481 Suppliciter . Tunsae pectora] ut 'oculos suffusa'. *P* ‖ rogantes hoc est rogantes cum tristia *C* ‖ 2 per *ante* gravitatem *et* religionem *om. H* ‖ 5 *ad v.* 482 Auersa] irata significat. alibi talia dicentem . . . intellegas? nec (ne) hoc etiam simulacrum poterat se auertere. ergo auersa ad animum refertur. *P* ‖ irata. Homerus (Il. VI 311) *ἀνένευσε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη D* ‖ conuertere sese *BM* se conuertere *C* ‖ 7 auersas ad *C* ‖ 9 *ad v.* 483 Ter circum] tale erat in pictura corpus . . . Priamo reddidit. Raptauerat] bene usus est propter numerum praedictum (praedictā) *P* ‖ TER CIRCVM ILIACOS hoc ad Aeneam referendum est qui sciebat. sed apud auctores *e. q. s. C* ‖ 11 tertio] ter *B* ‖ 12 et illud *CM*: *om. B*, illud *LH* ‖ 14 appararet *C* ‖ 15 hordo est talis *P* ‖ paroclus *C* (*corr.* $C^2$) patrochlus *P* ‖ breseidem *C* breseiden *P* ‖ 17 dum] clam *P* ‖ 20 proelio superatum *om. P* 22 repensum] ret epensus *P* ‖ 23 est *om. C* ‖ 25 *ad v.* 484 Examimum] exanimis et exanimus dicimus, sicut unanimus et unanimis, inermus et inermis. ergo pro (in pro) nostro arbitrio sunt prout uolumus dici (disci). *P*

est mortuus, ut hic indicat locus, exanimatus vero timens, ut exanimata sequens inpingeret agmina muris. VENDEBAT ingenti arte utitur verbis: nam hoc loco, quia pingi potuit, praesens tempus posuit, superius, quia pingi non potuit, sed referri, perfecto executus est tempore dicendo 'raptaverat', non 'raptabat'.

485. TVM VERO INGENTEM GEMITVM iam enim superius eum lacrimasse dixerat: hoc ergo addidit visum Hectoris corpus, ut etiam graviter gemeret. *non ergo tum primum, sed tum maxime.*

486. VT CVRRVS quo tractus est. AMICI autem plus est, quam si Hectoris diceret. alibi parvumque patri tendebat Iulum, cum potuerit dicere 'mihi'.

487. MANVS INERMES aut sine sceptro, aut supplices, ut dextras tendamus inermes: quod tractum est de historia: qui enim se dedunt, inermes supplicant. aut re vera inermes tunc; contra Pyrrhum enim processit armatus. sane per transitum historiam tetigit, quia constat Priamum, cum ad supplicandum tentorium Achillis fuisset ingressus, dormientem Achillem excitavisse, ut pro filii corpore rogaret eum, cum eum potuisset occidere: licet hoc Homerus propter Achillis turpitudinem supprimat.

488. SE QVOQVE PRINCIPIBVS PERMIXTVM AGNOVIT ACHIVIS aut latenter proditionem tangit, ut supra diximus: *ut excusatur ab ipso in secundo Iliaci cineres et cetera:* aut virtutem eius vult ostendere; nimiae enim fortitudinis est inter hostium tela versari, ut Sallustius Catilina longe a suis inter hostilia cadavera repertus est. Cornutus tamen dicit versu isto vadimus inmixti Danais hoc esse solvendum.

---

1 exanimata] A. V 805 || 10 parvumque] A. II 674 || 12 dextras] A. XI 414 'dextras tendamus inertis' || 22 in secundo] 431 || 23 Sallustius] Cat. 61, 4 25 vadimus] A. II 396

---

6 TVNC *HM* || 7 hoc] hoc loco *Masvicius* || etiam] et *C* || 9 CVRRVM *LH* (*quamquam* RVM *in ras., sed a prima ut videtur manu in L*), *fortasse recte propter* quo tractus est ab Achille in Patrocli ultionem ab eo prius interfecti *D* || autem *om. C* || 12 aut sine insignibus regiis sceptro *edita exempl. praeter Fabricianum.* insignibus regiis *in Burmanni et meis libris desunt.* || ut et *C* || 13 inertes *C* || quod tractum . . . inermes *om. L* (*in marg. add. l*) || 14 se dedunt] sine at. uident (dunt) *H* (dunt *a prima ut videtur manu superscriptum*) uicti se dedunt *vulgo* || tunc inermes *C* (inermis tunc *C*) || quia contra pyrrum processit *C* || 16 tangit *L* || constat enim *C* || tentorium Achilis fuisset ingressus] uenisset *C* || 17 pro filii corpore *om. C* || 18 rogaret eum cum eum *LH*: precaretur eum enim *B* rogaret eum cum *C* rogaret pro filii corpore cum eum *M* (cum *superscr. m*) || 20 AGNOVIT *BM*: AGNOSCIT *C* P. A. A. *LH* || 21 quod supra dictum est *C* || ut] aut *C*[2] licet excusetur *enotavit Scioppius* || 26 soluendum. Principibus permixtum agnouit Achiuis' quomodo se potuit in pictura cognoscere? soluitur sic: siue quod nomina erant scripta, siue ex factis facile possit agnoscere. sed melius ad

489. EOAS 'e' naturaliter longa est, fit tamen brevis interdum cum eam vocalis sequitur, ut *primo surgebat Eoo*. NIGRI MEMNONIS ARMA quia Tithonus, frater Laomedontis, raptus ab Aurora filium suum Memnonem ex ipsa progenitum, *inlectus dono vitis aureae Priamo* ad Troiae misit auxilia. *qui congressus cum Achille ab eo est interemptus, cuius mortem mater Aurora hodieque matutino rore flere dicitur.* 'nigri' autem dixit Aethiopis, unde prima consurgit Aurora. ARMA Vulcania, ut ille indicat versus *te potuit lacrimis Tithonia flectere coniunx*.

490. DVCIT AMAZONIDVM hoc est quod supra dixit *videt Iliacas ex ordine pugnas*. Homerus enim haec omnia tacuit quae facta sunt post Hectoris mortem. 'Amazonidum' autem derivatio est pro principalitate, sicut *Scipiadas duros bello* pro Scipionibus. sane Amazones dictae sunt vel quod simul vivant sine viris, quasi ἅμα ζῶσαι, vel quod unam mammam exustam habeant, quasi ἄνευ μαζοῦ. has autem iam non esse constat, utpote extinctas partim ab Hercule, partim ab Achille. PELTIS scutis brevissimis in modum lunae iam mediae. *LVNATIS autem participium a feminino genere derivatum.*

491. PENTHESILEA FVRENS furentem ideo dixit, quia sororem suam in venatione confixit simulans se cervam ferire. sed hoc per transitum tangit, nam furor bellicus intellegitur. *an 'furens', quia maiora viribus audebat. haec tamen Martis et Otreres filia fuit, quam Achilles cum adversum se pugnantem peremisset post mortem eius adamavit eamque honorifice sepelivit. 'ducit' autem et 'ardet' ad laudem picturae pertinet.*

---

2 primo] A. III 588 || 3 Tithonus frater . . . Aurora] Servium exscr. mythogr. I 139 et II 194 || 8 te potuit] A. VIII 384 || 10 videt] A. I 456 || 13 Scipiadas] georg. II 170 || 14 sane amazones . . . Achille] exscr. Isid. orig. IX 2, 64. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 353 || 17 scutis . . . mediae] exscr. Isid. orig. XVIII 12, 4. Luct. Plac. ad Stat. Theb. V 145

---

uirtutem bellatoris referendum est *Gaelferbytanus I et Fabricius, qui* transcripta *pro* erant scripta *dedit* || 1 *ad v.* 489 Eoas] e naturaliter longa est . . . ex ipsa progenitum Priamo misit in auxilium. qui congressus . . . unde prima consurgit Aurora, ut ille indicat uersus . . . coniunx. *P* || brevis] grauis *B* || 2 cum *BLHM:* qui *C* quia $C^2$ quando *P* || 5 aureae $C^2$: aurea *C* || auxilium *C* 7 deflere *mavult Burmannus* || surgit *L* || 8 Vulcania] uulcanalia *B* uulcani *C* autem uulcania dicit $C^3$ uulcania dicit *l* uulcania uulcania autem dixit *M* ut] aut *C* || 10 *ad v.* 490 Ducit Amazonidum] hoc est . . . ex ordine pugnas. Amazonidum autem diriuatio est . . . sane Amazones dictae sunt quod unam mammam . . . a feminino genere diriuatur. *P* || 15 amazose *C* AMAZOSE *L* habeant *BM:* habent *CLHP* || 16 neu amazos *C* ANOYMAZOY *H* sine mazos *P* ANEOMAZON *M* || 18 participium] primitiuum *P* || a *om. C* || 19 deriuatum *scripsi:* deriuatiuum *C* || 20 *ad v.* 491 Penthesilea furens] Martis et Otreres filia fuit . . . ad laudem picturae pertinet. *P* || 25 ad *supr. vers. add.* $C^2$

492. AVREA amphibolon est hoc loco, utrum ipsa aurea, an aurea cingula. sciendum tamen plerumque amphiboliam metri ratione dissolvi, ut aurea composuit sponda Dido 'aurea': si enim ad spondam referas, non stat versus. *SVBNECTENS subnexa habens.* EXERTAE nudatae; nudant enim quam adusserint mammam.

493. VIRGO et sexum ostendit et aetatem. *VIRGO] plus dixit, quam si feminam diceret. figuram tamen Graecam facit.*

495. *DVM STVPET aut absolute, aut dum haec stupet.* OBTVTV aspectu. IN VNO in unoquoque, hoc est singula mirabatur.

496. FORMA ut pulchra prole.

497. *INCESSIT ut incedunt pueri; sed hic 'intervenit'.* STIPANTE CATERVA ad hoc tantum sequens pertinet comparatio, quam vituperant multi, nescientes exempla vel parabolas vel conparationes adsumptas non semper usquequaque congruere, sed interdum omni parte, interdum aliqua convenire.

498. EVROTAE RIPIS fluvii Laconicae. CYNTHI montis Deli, in quo natam constat Dianam. *sane Dianam veteres ideo melius producebant, quia sub divo dea sit venandi gratia.*

499. EXERCET DIANA CHOROS hoc non ad conparationem pertinet, sed est poeticae descriptionis evagatio, *quia chori nec personis hic nec locis congruunt; saltantium enim et cantantium dicuntur.* MILLE finitus numerus pro infinito; nam de nympharum numero varia est opinio.

500. OREADES nymphae montium *Oreades dicuntur,* silvarum Dryades, quae cum silvis nascuntur Amadryades, fontium Napeae vel Naides, maris vero Nereïdes.

---

3 aurea] A. I 698 ‖ 10 pulchra] A. I 75 ‖ 11 incedunt] A. V 553 ‖ 12 quam vituperant multi e. q. s.] cf. Val. Prob. ap. Gell. IX 9, 12 sqq. ‖ 24 OREADES nymphae . . . Nereides] cf. mythogr. II 50. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 255. Isid. orig. VIII 11, 97. mythogr. III 5, 3

---

1 *ad v.* 492 Aurea] amphibolon est . . . aurea cingula. Subnectens] subnexa habens. Exertae] nudatae . . . mammam. *P* ‖ 3 Dido aurea si enim *CLM:* Dido si enim aurea *B* aurea si enim *H* ‖ 6 aetatem. plus enim dixit *e. q. s. C* 7 figuram tamen Graecam facit *ad* VIRGO VIRIS *refert F. Schoellius* (*cf. Serv. ad A.* II 53), *ad* VIRIS CONCVRRERE *ego* ‖ 8 *ad v.* 495 Dum stupet] aut absolute . . . mirabatur (mirabantur). *P* ‖ hoc *P* ‖ 11 *ad v.* 497 Incessit] hic superuenit. Stipante caterua] ad hoc tantum sequens pertinet. *P* ‖ 16 *ad v.* 498 Eurotae ripis] fluuii Laconicae. Cynthi] Cynthus mons Deli (montis delei) in qua natam constat Dianam (deanam). *P* ‖ fluuius *BC* ‖ 17 qua *C* ‖ *fortasse* Diana di ‖ 19 *ad v.* 499 Exercet Diana choros] hoc non ad comparationem pertinet . . . et cantantium dicuntur. multi uituperant comparationem hanc nescientes exempla uel parabolas uel comparationes adsumptas non semper usquequaque congruere, set interdum omni parte interdum aliquo (*sic*) conuenire. Mille] finitus . . . opinio. *P* ‖ 20 euatio quod *P* ‖ 24 *ad v.* 500 Oreades] nymphae montium, siluarum Dryades . . . Nereides. *P* ‖ 25 driades *et* amadriades *BLHM*

502. TACITVM maior enim est taciturnitatis adfectus, ut supra haec secum. sic Terentius ut mecum tacita gaudeam. *TACITVM pro tacite, ut tacitumque obsedit limen Amatae; aut tacita gaudet.* PERTEMPTANT modo vehementer temptant. alibi leviter, ut blanda vicissim gaudia pertemptant mentem. sunt enim multa quae pro locis intelleguntur, ut 'inpotens' et satis et minus et nihil potens significat. INSTANS OPERI zeugma est ad sequentia pertinens.

504. REGNISQVE FVTVRIS regnaturae Carthagini; *nam ipsa iam regnabat.*

505. TVM FORIBVS DIVAE instans praecipue foribus. et hoc loco distinguendum est; magno enim studio et labore templorum fores fiebant, quas quibusdam insignibant historiis, ut in foribus letum Androgei, item in foribus pugnam ex auro solidoque elephanto. quamvis quidam iungant 'tum foribus divae media testudine templi', ut unum intellegas tectum templi et pronai: quod si est, sub medio tecto sunt fores. sed prima melior expositio est. TESTVDINE camera incurva, *id est fornicata*, quae secundum eos qui scripserunt de ratione templorum, ideo sic fit, ut simulacro caeli imaginem reddat, quod constat esse convexum. *quidam tradunt apud veteres omnia templa in modum testudinis facta, at vero sequenti aetate divinis simulacris positis, nihilominus in templis factas esse testudines, quod Varro ait, ut separatum esset, ubi metus esset, ubi*

2 haec] A. I 37 ‖ Terentius] hec. I 2, 32 'ut tacita mecum gaudeam' 3 tacitumque] A. VII 343 ‖ 5 blanda] A. V 827 ‖ 6 impotens e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Andr. V 3, 8 ‖ 13 in foribus] A. VI 20 ‖ 14 in foribus] georg. III 26 18 camera incurva ... adversum venientibus] Servium exscr. Isid. orig. XV 8, 8

1 *ad v.* 502 Tacitum] pro tacite. Instans operi] zeuma est ad sequentia pertinens. *P* ‖ 2 gaudeam. ergo tacitum pro tacite *e. q. s.* *C* ‖ 3 liminate *C* 7 zeugma . . . DIVAE *l in marg.* ‖ zeuma *BHM* ‖ est *om.* *lC*² ‖ 8 pertinet *C*² ‖ 9 *ad v.* 504 Regnisque futuris] regnaturae urbi, nam ipsa iam regnabat. *P* regnatura carthagine *l* ‖ carthagini urbe ergo iam ipsa nam regnabat *C* ‖ 11 *ad v.* 505 Tum foribus diuae] instans praecipue foribus . . . fiebant, quamuis quidam iungant . . . Testudine] camera incurua id est fornicata ideo sic fit, ut simulacro caeli imaginem reddat quod constat esse conuexum. quidam tradunt aput veteres omnia templa in modum testudinis facta. alii hunc ordinem nolunt: tum foribus diuae templi resedit media scutorum testudine, quod saepta armis erat. hoc genus fabricae a similitudine testudinis uocatur, quae fuit uirgo quaedam parui pendens Iouis praeceptum per Mercurium, quod ille praecepit diis omnibus bestiisque ut uenissent ad nuptias Iunonis. in animal tale conuersa est, unde incuruatis aedificiis hoc nomen impositum est. *P* ‖ 12 et labore *om.* *P* ‖ 13 fiebant] faciebant *B* ‖ 14 solidoque] sectoque *BM* ‖ 15 quamuis quidam iungant . . . expositio est *om.* *B* ‖ medi//// *C* (*duae litterae erasae.* media *C*²) magna *M* (media *m*) ‖ 16 et pronai *M*: et prona *CP* (*sed in C expuncta sunt*) *om.* *LH* (*sed* et peronai *l in marg. haec addens:* peronai sunt fores) et fores *vulgo* ‖ 18 incurua] obliqua *LH et Isidorus* ‖ 21 ad *C* ‖ sequentis diuinis aetate *C* ‖ 23 seperatum *C*

*religio administraretur. bene ergo, cum de templo loqueretur, addidit ei testudinem. idem Varro de lingua Latina ad Ciceronem in aedibus locus patulus relinquebatur sub diro, qui si non erat relictus et contectus erat, appellabatur testudo. Cicero in Bruto commentatum in (quadam testudine cum servis litteratis fuisse.) quidam testudinem locum in parte atrii volunt adversum venientibus. alii hunc ordinem volunt 'tum foribus divae templi resedit, media scutorum testudine', quia saepta armis erat. hoc sane genus fabricae ab animalis similitudine quae testudo vocatur captum est: de qua fabula talis est. virgo quaedam nomine Chelone, linguae inpatientis fuit. verum cum Iuppiter Iunonem sibi nuptiis iungeret, praecepit Mercurio, ut omnes deos et homines atque omnia animalia ad nuptias convocaret. sed omnibus quos Mercurius monuerat convenientibus, sola Chelone, irridens et derogans nuptiis, neclens moras adesse contempsit. quam cum Mercurius non venisse notavisset, denuo descendit ad terras et aedes Chelones supra fluvium positas praecipitavit in fluvium ipsamque Chelonen in animal sui nominis vertit, quam nos Latine testudinem dicimus, fecitque, ut pro poena dorso tectum, velut domum suam prona portaret: unde incurvatis aedificiis hoc nomen inpositum est.*

506. SAEPTA ARMIS satellitum scilicet. *vel ut quidam volunt pro armatis, ut feta armis.* SOLIO solium proprie est armarium uno ligno factum, in quo reges sedebant propter tutelam corporis sui, dictum quasi solidum. modo iam abusive sellam regalem intellegimus. ALTE *alto fulta suggestu.* ac si diceret, in tribunali. SVBNIXA pro subnisa, ut supra diximus. *alii pro innixa accipiunt.*

507. IVRA DABAT LEGESQVE VIRIS ius generale est, sed lex

2 Varro d. l. l.] V 161 ‖ 4 Cicero in Bruto] 22, 87 ‖ 10 virgo quaedam . . . inpositum est] cf. mythogr. I 101 et II 67 ‖ 22 feta] A. II 238 ‖ solium . . . solidum] cf. Isid. orig. XX 11, 10 et diff. verb. 524 ‖ 27 ius generale . . . species] exscr. Isid. orig. V 3, 1. cf. diff. verb. 338

4 contentus *C* ‖ 5 commentantem *C* ‖ quadam testudine cum servis litteratis fuisse *e Cicerone suppleri.* in quadam testudine fuisse. alii locum *c. q. s. vulgo* ‖ 8 strutorum *C* scutulatorum *Ribbeckius* ‖ 9 Raptum *C* ‖ 10 lingae *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 11 inpatientis *C* impatientis *mythographi* impotens *vulgo* ‖ iononem *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 12 et *mythographi* uel *C* ‖ 13 conuenientibus monuerat *C* ‖ 14 derogans] detrahens *mythographi* ‖ 17 chelone *C* chelonem *mythographi* ‖ 19 domum *Masricius:* dãnum *C* uelut domum suam *om. mythographi* ‖ 21 *ad v.* 506 Saepta armis] satellitum scilicet. Solium] proprie est armarium uno ligno, in quo reges sedebant . . . sellam regalem dicimus. (*sic*) Alte] alto fulta (fultam) suggestu, ac si diceret . . . ut supra dictum est. alii pro innixa (innixam) accipiunt. *P* 23 factum *om. C* ‖ 24 intellegamus *C* ‖ 26 subnisa *B L M:* subnixa *C P H* ‖ dictum est *C* ‖ 27 *ad v.* 507 Iura dabat legesque] ius generale est, sed lex . . . iteratio. *P* ‖ VIRIS *om. B L H M* ‖ lex uero *B* nam lex *C*

iuris est species: non est ergo iteratio. *et bene 'dabat'; primi enim Locri scriptis usi sunt legibus, nam superior aetas contenta fuit moribus.* quod autem dixit 'viris', ad Didonis pertinet laudem, *et separatim enuntiandum, ut sit maior admiratio.*

508. SORTE TRAHEBAT proprie locutus est; trahuntur enim sortes, hoc est educuntur. *et bene tam regnantis quam aedificantis urbem inplere ostendit officium.*

509. CONCVRSV ACCEDERE MAGNO cum magna Afrorum multitudine. et hoc est quod formidat Aeneas, incertus qua eos mente comitentur.

512. DISPVLERAT segregaverat. et magna est inter 'di' et 'de' differentia, ut diximus. PENITVS longe a regina remotos: quae res etiam insolentes custodes litorum facit.

513. OBSTIPVIT et ad mirationem et ad timorem hic pertinet sermo, quo dicenda praeoccupat. *PERCVLSVS ad utrumque pertinet.*

514. LAETITIAQVE METVQVE laetitia propter socios, metu propter concursum. *vel quod incerti erant de voluntate Didonis.* *AVIDI CONIVNGERE pro 'ut coniungerent', vel ad coniungendum avidi.*

515. ARDEBANT cupiebant, ut formosum pastor Corydon ardebat Alexim. ardeo autem et accusativum regit et ablativum. RES INCOGNITA id est qua adfectione Poenorum populus conveniret.

516. DISSIMVLANT dissimulamus nota, simulamus ignota. ut Sallustius simulator ac dissimulator.

517. QVAE FORTVNA utrum prospera, an adversa? *et hic ostenditur, unde sit metus.*

518. CVNCTI NAM LECTI NAVIBVS bene addidit 'lecti', ne penitus omnes intellegeres. nonnulli tamen 'lectis navibus' legunt:

---

12 diximus] ad A. I 224 ‖ 19 formosum] buc. II 1 ‖ 23 dissimulamus . . . dissimulator] cf. Isid. diff. verb. 515 ‖ 24 Sallustius] Cat. 5, 4

---

1 iteratio. ius ad non scripta etiam pertinet, leges ad ius scriptum. *D* 3 quod autem dixit *om. C* ‖ viris] patris *C* ‖ separatim *enotavit Scioppius:* reparati in *C* ‖ 5 *ad v.* 508 Sorte trahebat] proprie locutus est . . . educuntur. *P* 11 *ad v.* 512 Dispulerat] segregauerat . . . litorum facit. *P* ‖ de et di *L H P* 12 ut dictum supra *C* ut supra dictum est *P* ut dictum est supra *M* ‖ remotos *ex* remotus *H* *fortasse* a Carthagine *vel* a regno Didonis remotas ‖ 13 fecit *H* facit *ex* fecit *L* ‖ 14 ad mirationem *B L H:* ad admirationem *C M* ‖ hic *om. C* 15 quo] quod *B* quo *ex* quod *L* ‖ quo dicendo quod dicendo *C* ‖ 16 *ad v.* 514 Obstipuit. Laetitia metuque] laetitia propter socios, metu propter concursum. *P* ‖ socios liberatos *edita exemplaria* ‖ 18 audi/ / *C* (auidi *C*²) ‖ 19 *ad v.* 515 Ardebant] cupiebant . . . conueniret. *P* ‖ 20 alexim *C:* alexin *B H P M* a. *L* 21 Poenorum *om. P* ‖ 23 *ad v.* 516 Desimulant] desimulamus nota, simulamus ignota. *P* ‖ 24 simulatur ac dissimulatur *L H* (*corr. l*) ‖ 27 CVNCTIS *H* ‖ 28 intellegeres. sane cuncti non idem significat . . . simul sunt iuncti *C*

quod et si sit, hypallage est, et illuc sensus recurrit. et sciendum, plerumque ut hoc loco addi aliquid generalitati et fieri specialitatem. item si dicas 'omnes scolastici laborant', generalitas est; si addas 'isti', fit specialitas, ut Sallustius transgressos omnis recipit mons Balleia prudenter addidit 'transgressos'. **cvncti* *non idem significat quod omnes. Cicero saepe ait cuncti atque omnes, quia omnes non statim sunt cuncti, nisi idem simul sunt iuncti.**

519. ORANTES VENIAM pacem propter incendium navium. et proprie verbum pontificale est: unde est tu modo posce deos veniam et paulo post pacemque per aras exquirunt. dicta autem venia ad eliciendam misericordiam; meretur enim benivolentiam numinum qui, licet innocens sit, veniam tamen tamquam peccaverit petit: unde est confessio illa in Terentio quid meritu's? crucem. *orantes veniam*] **venia quidem pro culpa petitur, sed nunc beneficium. aliqui tamen veniam pro inpunitate accipiunt, nam mox addidit 'prohibe infandos a navibus ignes'.**

520. MAXIMVS ILIONEVS rebus omnibus maximus; nec enim aliquid addidit. *ergo et aetate et honore et facundia et omni virtute accipiunt.* et non sine causa ipsum ubique inducit loquentem; ut enim Homerus dicit, Phorbas pater Ilionei semper Mercurio deo eloquentiae favente pugnavit, ut Horatius Mercuri facunde nepos Atlantis. merito ergo huic datur eloquentia. PLACIDO SIC PECTORE COEPIT more suo uno sermone habitum futurae orationis expressit. *bene ergo 'placido', ne timore consternatus videretur, quem ideo aetate maximum et patientem ostendit, ut ei auctoritas et de aetate et de*

4 Sallustius] hist. fragm. I 65 Kritz. ‖ 5 cvncti . . . iuncti] cf. Pseudo-Ascon. ad Cic. div. in Caec. I 3. Isid. diff. verb. 106 ‖ 9 tu modo] A. IV 50 ‖ 10 pacemque] A. IV 56 ‖ 13 in Terentio] Andr. III 5, 15 ‖ 14 sed nunc beneficium] cf. Don. ad Ter. ad. V 8, 19 ‖ 18 ergo . . . accipiunt] cf. Isid. orig. X 171 20 Homerus] Il. XIV 490 ‖ 21 Horatius] carm. I 10, 1

1 illic *L* (illuc *l*) illud *H* ‖ 4 transgressos *Gellius* X 26, 3 *et Nonius p.* 453, 3 *Merc.*: transgessos *C* trangressus *LHM* ‖ omnis *M*: omnes *CLH* recipit *C*: recepit *LHM* ‖ 5 balleia *C*[3]: bell////// *C* (*tres litterae radendo deletae*) belleia *L* (t taleta *superscr. l*) ballei *H* taleta *M* ‖ 8 *ad v.* 519 Orantes veniam] uenia quidem pro culpa petitur (dicitur *P*) sed nunc aut pacem aut beneficium propter incendium nanium. aliqui tamen ueniam pro inpunitate accipiunt, nam mox addidit (addit *P*) 'prohibe infandos a nanibus ignes' (*CP*, *nisi quod inter* nanium *et* aliqui *Serviana* et proprie verbum . . . quid meritu's? crucem *habet C* ‖ 10 dicta] *fortasse* hic autem venia petitur ad *e. q. s.* ‖ 12 numinum] *an* superiorum? ‖ 13 merit///// *C* meritus *LHMC*[2] ‖ 17 *ad v.* 520 Maximus Ilioneus] id est a honore uirtute facundia. Placido sic pectore coepit] bene placido, ne timore consternatus uideretur ad placandum apta (abta) definitio est. *P* ‖ 18 accipiunt] maximus *Scioppius enotavit* ‖ 20 Phorbas *om.* *C* ‖ deo eloquentiae] qui deus eloquentiae est *C*

*moribus crescat. ergo 'placido' ad placandum apto; et definitio est oratoris, qui talem se debet componere, qualem vult iudicem reddere.*

522. O REGINA secundum artem rhetoricam id ei dat quod vult inpetrare. nam eam per laudem benivolam reddidit. *quae benivolentia in principiis controversiarum secundum praecepta rhetorica quattuor modis conciliatur: a iudicum persona, a nostra, ab adversariorum, a re ipsa. quod hic invenitur: a iudicum persona 'o regina novam c. c. I. u.', a sua persona 'Troes te miseri' et cetera, ab adversariorum 'quod genus hoc hominum', a re ipsa 'hospitio prohibemur harenae'. post praeparatam igitur benivolentiam et ex sua persona miseratione commota adhibet preces 'prohibe infandos a navibus i. p. p. g. e. p. r. a.' an possint? 'non ea vis animo n. t. s. v.' quo ergo ibatis? 'est locus Hesperiam G. c. d.' et cur huc venistis? 'cum subito adsurgens f. u. O.' ne autem possint timeri, ait 'pauci vestris adnavimus oris'. an gratiam referant? 'officio nec te certasse priorem paeniteat'. quod autem Aeneam laudat, occulte etiam terrorem incutit dicendo 'nec bello maior et armis'. dicit etiam esse qui vindicent, si fiat iniuria 'sunt et Siculis regionibus u. a. q. T. q. a. s. c. A.' an recessuri sint? 'quassatam ventis liceat subd. c.' et subiunxit, etiamsi regem amisimus et Italiam non petimus, tamen ad Siciliam necessario discedemus 'si datur Italiam s. e. reliqua. sin absumpta salus e. t. p. o. T. p. h. L. u. s. i. r. I. at freta Sicaniae saltem'. NOVAM VRBEM iuxta Poenorum opinionem dixit, qui novam civitatem Carthaginem dicunt.*

523. IVSTITIA bene consideravit sexum; nec enim 'virtute' poterat dicere. *GENTES non Carthaginiensium, sed circumiacentium barbarorum.* FRENARE continere, ut contra et Numidae infreni cingunt.

524. TROES TE MISERI tacitis occurrit quaestionibus, ne ad populationem venisse videantur more qui tunc vigebat. *et videtur aliud ad dignitatem, aliud ad miserationem protulisse.* VENTIS MA-

26 et Numidae] A. IV 41

2 sedebat *C* ‖ qualem uult *scripsi:* qui talem uult *C* qualem curat *enotavit Scioppius* ‖ 4 vult inpetrare *LM*, *nisi quod* impetrare *L:* inpetrare desiderat *B* inpetrare *CH* (uult ipse *supr. vers. add.* $C^2$) ‖ nam *ex* ne *L* ‖ eam *om.* *C* ‖ 5 controuersariarum *C* ‖ rethorica *C* ‖ 6 conciliatus *C* (*corr.* $C^2$) ‖ et nostra *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 7 indicium *C* ‖ 11 prohibere *C* ‖ 12 an $C^2$*:* ///nt *C* ‖ 14 adnanibus *C* ‖ 17 fiat $C^2$*:* fia//// *C* ‖ 18 an] ant *C* ‖ 24 uirtutem *BC* ‖ 25 GENTES FRENARE non Carthaginiensium sed circumiacentium barbarorum. et bene frenare quia contra et numidae infreni cingunt *C* ‖ 28 sicut dictum est tacitis *C* ‖ tacitis] accitis *B* ‖ 29 more qui tunc vigebat *om.* *C* ‖ more latrocinandi *D* more latronum *Mascicius* ‖ et videtur *enotavit Scioppius:* ut uidetur *C* ut uideatur $C^2$ ‖ 30 aliud miserationem *C*

RIA OMNIA VECTI per maria. et est contra illud, *sicut dictum est*, cur ad Africam venerint.

526. PARCE PIO GENERI quotiens invidiosae sunt praesentes personae, rhetoricum est ad alias confugere, ut hoc loco confugit ad genus. ET PROPIVS vicinius scilicet, ut tamquam victi accipiantur, non tales *omnes credantur*, qualis Paris fuit in Spartae expugnatione raptuque Helenae. nam historiae hoc habet veritas, non voluntate Helenam secutam, sed expugnata raptam civitate, unde et recipi meruit a marito. tangit autem hoc latenter Vergilius illo loco m e d u c e D a r d a n i u s S p a r t a m e x p u g n a v i t a d u l t e r. *ergo bene non nos, sed res nostras dixit.*

527. POPVLARE *quia apud veteres haec erat maxime causa navigandi. sane* antiqui et populo et populor dicebant, unde est 'populare' et p o p u l a t q u e i n g e n t e m f a r r i s a c e r v u m c u r c u l i o. nunc tamen passiva tantum utimur declinatione. *quidam 'populare' pro ad populandum vel pro populatum accipiunt.* VERTERE *pro advertere.*

529. NON EA VIS ANIMO argumentum ab inpossibili *sicut dictum est*, ut q u i d T r o e s p o t u e r e? 'vis' autem est possibilitas. *NON EA VIS ANIMO*] *id est, nec volumus nec possumus.*

530. EST LOCVS conparatione orbis totius Italia locus est; nam provincia locus non potest dici. minus est autem 'quam' *vel 'quem locum'*, ut u r b s a n t i q u a f u i t. *aut ideo 'locus', ut ostendat parvo posse esse contentos.* HESPERIAM Hesperiae duae sunt, una quae Hispania dicitur, altera quae est in Italia. quae hac ratione discernuntur: aut enim Hesperiam solam dicis et significas Italiam, aut addis 'ultimam' et significas Hispaniam, quae in occidentis est fine,

5 ET PROPIVS e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 496 ‖ 7 nam historiae . . . a marito] cf. mythogr. II 199 ‖ 10 me duce] A. X 92 ‖ 14 populatque] georg. I 185 ‖ 15 quidam . . . accipiumt] cf. Don. ad Ter. hec. I 2, 114 ‖ 18 quid] A. I 232 ‖ 22 urbs] A. I 12 ‖ 24 quae hac . . . fine] exscr. Isid. orig. XIV 4, 19

2 uenerint. et ostendit non sponte uenisse. *Fabricius* ‖ 3 *ad v.* 526 Et propius] uicinius, ut tamquam . . . res nostras (nostra) dixit. *P* ‖ 5 genus. et infra (XII 934) confugit ad personam 'Dauni miserere senectae'. *D* ‖ vicinius scilicet] id est uicinius *BC* ‖ 6 nec tales *CP* ‖ omnes credantur *om. P* ‖ 7 nam hoc ueritas rei habet *P* ‖ 8 consecutam *M* ‖ civitate] urbe *P* ‖ 10 illo loco] cum dicit alibi *M* ‖ 12 *ad v.* 527 Populare] antiqui et populo et populor . . . utimur declinatione. *P* ‖ 14 curculio *H*: *om. BCP* g. *L* gurgulio *M* ‖ nunc autem *L* 16 aduertere $C^2$: uertere *C* auertere *enotavit Scioppius* ‖ 20 *ad v.* 530 Est locus] comparatione orbis totius unde est ·,· locũ. Hesperiam] Hesperiae duae sunt: una quae hac ratione discernitur aut enim . . . Hispaniam (spaniam). et Hesperia ab Hespero dicta stella occidentali. *P* ‖ 21 locus . . . quam] locus est dici et deest quam *C* ‖ minus est quẽ ut urbs antiqua fuit *l in marg.* ‖ 22 paruo *C* (*una littera deleta est.*) ‖ 24 Hispania dicitur . . . Italia *om. C* ‖ in *om. H*, *sed supr. vers. add. eadem ut videtur manus*

ut Horatius qui nunc Hesperia sospes ab ultima. et haec est vera Hesperia, ab Hespero dicta, id est stella occidentali. ceterum Italia Hesperia dicitur a fratre Atlantis, qui pulsus a germano Italiam tenuit eique nomen pristinae regionis inposuit, ut Hyginus docet. *GRAI COGNOMINE DICVNT bene 'Grai', ut et ipsa cognoscat, sicut in octavo Electra, ut Grai perhibent, Atlantide cretus.*

531. ANTIQVA nobilis; nec enim nova esse potest, licet primam terram suam esse dicant Athenienses. *POTENS ARMIS dicendo 'potens armis', Troianos laudavit, ut ostenderet, non se bellicosam timere provinciam.* VBERE GLEBAE 'uber' proprie est fecunditas. et bene Italiae virtutem fecunditatemque conlaudat, ne Africam petisse videantur.

532. OENOTRI COLVERE VIRI deest 'quam'. Oenotria autem dicta est vel a vino optimo, quod in Italia nascitur, vel ut Varro dicit ab Oenotro, rege Sabinorum † *quia alii partem Italiae Oenotriam tradunt ex Arcadia profectum in Italiam venisse cum Pelasgis et eam sibi cognominem fecisse.* FAMA subaudimus 'est'. MINORES maiores et minores quotiens de genere dicimus numeri sunt tantum pluralis.

533. ITALIAM Italus rex Siciliae ad eam partem venit in qua regnavit Turnus, quam a suo nomine appellavit Italiam: unde est fines super usque Sicanos non usque ad Siciliam; nec enim poterat fieri; sed usque ad ea loca, quae tenuerunt Sicani, id est Siculi a Sicano, Itali fratre. *alii Italiam a bubus quibus est Italia fertilis, quia Graeci boves ἰταλοὺς, nos vitulos dicimus; alii a rege Ligurum Italo; alii ab advena Molossio; alii a Corcyreo; alii a Ve-*

---

1 Horatius] carm. I 36, 4 ‖ et haec . . . occidentali] exscr. Isid. orig. XIV 4, 28 ‖ 6 in octavo] 135 ‖ 22 fines] A. XI 317

---

1 hesperias opes *LH* ‖ 2 id est *om. BM* ‖ est *om. C* (*add. C*[3]) ‖ 4 Hyginus docet *Hl:* hygenus docet *L* docet yginus *BC* docet higinus *M* ‖ 5 docet. uersus Ennii 'est locus Hesperiam quam mortales perhibebant' *D in margine. cf. Macrob. Sat.* VI, 1, 11 ‖ 7 *ad v.* 531 Ubere glebae] uber proprie est fecunditas. *P* ‖ 9 troianis *C* ‖ 11 laudauit *C* ‖ 13 *ad v.* 532 Oenotri coluere uiri] deest quam (qua). Oenotria autem dicta est uel a uino optimo quod in Italia nascitur † que alii partem italię oenotriam tradunt et arcadia profectum in Italiam uenisse et eam sibi cognominem (cognomine) fecisse. Minores] maiores . . . plurales. *P* ‖ 14 uino] ΟΙΝΟΥ *superscriptum in B* ‖ optimo id est οἴνῳ *D* ‖ 15 quia] quem (que *P*) *coni. F. Schoellius, qui* partem Italiae Oenotriam *secludi vult, tamquam ad* Italiam *adscripta fortasse* quamvis alii partem tantum Italiae Oenotriam tradunt. alii dicunt Oenotrum ex Arcadia. *cf. Dion. Hal. antiquit. Rom.* I 11 sqq. alii Itali fratrem Oenotrum tradunt ex Arcadia in Italiam *vulgo* ‖ 20 *ad v.* 533 Italiam] Italus rex Siciliae . . . a Sicano Itali fratre. *P* ‖ 21 a *om. LHM* ‖ 22 non usque . . . Itali fratre *PC:* hoc est usque ad ea loca quae tenuerunt Sicani id est siculi a sicano itali fratre. nam nos usque ad siciliam; nec enim fieri poterat *LHM* ‖ 24 bobus *ex* bubus *C* ‖ 25 ἰταλοὺς] italos *C* ‖ 26 molussio *C*

*neris filio, rege Lucanorum: alii a quodam augure, qui cum Siculis in haec loca venerit † quamque his regionem inauguraverit; plures † atare tenari nepote desatura Minois, regis Cretensium, filia Italiam dictam.*

534. *HUC CURSUS vel iste cursus, vel pro illuc. et cursus verbum nauticum est, ut hunc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.*

535. *CUM SUBITO si 'subito fluctu', nomen est, si per se 'subito', adverbium.* CUM SUBITO ADSURGENS FLUCTU NIMBOSUS ORION Oenopion rex cum liberos non haberet, a Iove Neptuno Mercurioque, *vel ut quidam tradunt, non Neptuno, sed Marte*, quos hospitio susceperat, hortantibus, ut ab his aliquid postularet, petiit, ut sibi concederent liberos. illi intra corium immolati sibi bovis urina facta praeceperunt, ut obrutum terra completis maternis mensibus solveretur. quo facto inventus est puer, cui nomen ab urina impositum est, ut *Οὐρίων* diceretur, quod Dorica lingua commutatum est, ut *ου* diphthongus in *ω* converteretur. quod autem plerumque prima syllaba brevis invenitur, ut hoc loco, cum sit naturaliter longa, Graecae rationis est; nam detractio fit *υ* litterae et *ο* remanet brevis, quo modo *οὔρεά τε σκιόεντα* pro *ὄρεα*. *ποίησον* pro *πόησον*. et hoc, quia aut *ω* est naturaliter longa, aut *ου* diphthongus; ceterum si sit in proprio nomine dichronos, ut omnes Latinae sunt, propriorum nominum abutemur licentia, ut in artibus lectum est.

6 hunc] A. IV 46 ‖ 7 si subito . . . adverbium] cf. Don. ad Ter. Phorm. I 4, 22 ‖ 9 Oenopion e. q. s.] exscr. mythogr. I 32, II 129. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 27, VII 256, IX 461 et 843 ‖ 19 *οὔρεα*] Hom. Il. I 157

1 folio *C* (*corr. man. rec.*) ‖ 2 quamqu$^{v}$ (*duae litterae deletae sunt*) quamque *C*$^{2}$. *fortasse* eamque ‖ plures *C*$^{2}$: plues *C* ‖ 3 tenari *C*$^{2}$, tenad *C ut videtur*. a Talo, Ariadnae nepote de satu Bacchi *coni. F. Schoellius*, Minois . . . filia *secludens. cf. Paus.* VII 4, 8 ‖ 5 HUC *scripsi:* HVC *C cf. Ribbeckii adn. ad h. v.* ‖ 7 *ad v.* 535 *Parisini scripturas infra indicabo* ‖ 8 aduerbium est *P* ‖ 9 Oenopion *LH:* oenosio *B* oenorion *M* orion *CP* ‖ liberos] filius *C* filios *P* ‖ Mercurioque . . . Marte] et Mercurio et Marte *P* ‖ 11 hortantibus *om. P* ‖ ut ab his aliquid postularet *om. BCP* ‖ petit *BCP* ‖ 12 filios darent *CP* concederent filios *BM* (at liberos *superscr. m*) ‖ 13 obrutum terra *om. CLHP* (*supra vers. add. C*$^{3}$*l*, *nisi quod* opptũ *C*$^{3}$) ‖ solueretur *HP:* solueretur *C* solueret *L* solueret *BM* 15 orion *CP* ‖ 16 *ω*] *o CP* ‖ conuerteretur. prima syllaba breuis est hic, cum sit natura longa. sed tamen ratio est, nam detractio fit *υ* literae et *o* remanet breuis. propriorum nominum abutimur licentia, ut in artibus lectum est. hic uero Orion postea uenator factus cum Dianae uim uellet inferre, ut Horatius dicit, eius sagittis occisus est, sed deorum miseratione inter sidera relatus signum famosum tempestatibus fecit (fecerunt). uerisimilius autem est a scorpione interemptum; oriente enim uno alter occidit. hoc signum ibi (ubi) est ubi hyades, circa frontem tauri. *P* ‖ 19 quo modo . . . *ποίησον om. B* ‖ osrea TECKIOENTA pro OPH ΠΟΛΗCΟΝ ΠΙΟΗCΟ *C* ΟΥΡΗΑ ΤΕC ΚΑΙΟΝΗΤΑ pro ΟΡΗΑ ΠΟΙΝCΟΝ ΠΟΝCΟΝ *L* ΟΥΡΝΑ ΤΕ CΚΙΟΕΝΤΑ PRO ΟΡΗΑ ΠΟΙΝCΟΝ PRO ΠΟΝCΟΝ *H* ΟΥΡhα ΤΕ CΚΙΟ-ΕΝΤΑ PRO ΟΡhα ΠΟΙhCΟΝ PRO ΠΟhCΟΝ *M* ‖ 20 et hoc] .f. contingit *superscr. l* 22 abutimur *C*

Orion ergo postea venator factus, *velut trium parentum viribus fisus,* dum vellet cum Diana concumbere, ut Horatius dicit, eius sagittis occisus est, ut Lucanus, inmisso scorpione periit, et deorum miseratione relatus in sidera signum famosum tempestatibus fecit. veri similius autem est a scorpione interemptum, quo oriente occidit, *quia et scorpionem tamquam ultorem pudicitiae Diana inter sidera collocavit: cuius chelae amputatae aliud signum fecerunt; nam ipsae sunt libra.* sane *ipse Orion* magnitudine sua multis oritur diebus, et ideo eius etiam apud peritos est incerta tempestas: unde dictum est 'cum subito adsurgens' ad excusationem non praevisae tempestatis. et multi superfluo quaerunt, cur ortus commemoretur Orionis, cum sit inmissa a Iunone tempestas. sed Ilioneus ista non novit quae a poeta supra dicta sunt, per musam, ut diximus, cognita. et constat numina nisi inventa occasione nocere non posse: quod in omni suo opere Vergilius diligenter observat. *bene autem 'nimbosus', qui et ortu suo et occasu tempestates commovet, sicut ait Horatius qua* t r i s t i s *O r i o n* c a d i t; *et quia hoc signum ibi est, ubi Hyades circa frontem Tauri.*

536. IN VADA CAECA incognita, latentia. PROCACIBVS AVSTRIS perseverantibus. et procax proprie petax est, nam procare est petere, unde et proci [petitores] dicuntur. *alii 'procacibus' inpudentibus tradunt.*

537. PERQVE VNDAS SVPERANTE SALO elevato mari et in undas diviso, ut solet in tempestate. 'salo' autem venit ab eo quod est hoc salum sali, nam s a l e t a b e n t e s ab eo quod est hic sal salis.

PERQVE INVIA SAXA 'invia', id est aspera, inmania. unde et Dido paulo post 'quae vis inmanibus adplicat oris'? non enim suos vituperat, sed naturam litoris culpat.

538. *HVC PAVCI cult intellegi, ut quidam tradunt, superesse et alios qui sunt in futuro vindices, si isti fuerint laesi; nam hoc est*

2 Horatius] carm. III 4, 71 ‖ 3 Lucanus] IX 836 ‖ 16 Horatius] epod. 10, 10 ‖ 20 et procax . . . tradunt] exscr. Isid. orig. X 214. cf. Nonius p. 23. M. et Don. ad Ter. hec. I 2, 84 ‖ 25 sale] A. I 173

1 Orion ergo] hic *B* hic ergo orion *C* ‖ fusis *C* fusus *m. rec.* ‖ 2 cum dianae uim uellet inferre *C* ‖ 3 perit *C* ‖ 4 relatus inter sidera *B* inter sidera relatus *C* ‖ 6 pudiciciae *C* ‖ 7 caelae *C* ‖ alium *C* ‖ ipse *C* ‖ 10 prouisae *C* 12 sed et *C* ‖ 13 ut dictum est *C* ‖ 16 qui] quia *enotavit Scioppius* ‖ 17 caint *C* ‖ yades *C* sicles *Scioppius* ‖ 19 *ad v.* 536 In uada caeca] incognita latentia . . . inpudentibus tradunt. *P* ‖ 21 petitores *seclusit F. Schoellius.* uxorum petitores *L fortasse* matrimoniorum petitores. *cf. Nonius* ‖ 23 *ad v.* 537 Salo] autem uenit ab eo que (quod) est salum sali. nam 'sale tabentes' ab eo (eo *deest*) quod est hic sal salis. *P* ‖ 25 salis, cum salum a σαλεύω *D* ‖ 29 *ad v.* 538 Dispulit] dispersit. Adnauimus oris] pro adnatauimus per syncopen (sincopen). *P* ‖ 29 in futero *vel* futoro *C* (*corr.* $C^2$) . . . futuri (*sic*) *Scioppius*

*quod ait 'dispulit'. id est dispersit.* ADNAVIMVS ORIS elegit verbum aptum naufragio ad eliciendam misericordiam: quamvis et de navibus 'natat' lectum sit, ut natat uncta carina. *ADNAVIMVS adnatavimus per syncopen, quotiens syllaba de medio subtrahitur. et bene 'adnavimus', quasi vix et opportune.*

539. QVOD GENVS HOC HOMINVM? rhetorice vituperaturus mores non ad Didonem loquitur, sed ad tertiam se confert personam. *QVAEVE HVNC TAM BARBARA MOREM P. P. bene mores accusat terrae, ut humanitas patriae potius esse videatur.*

540. HOSPITIO PROHIBEMVR HARENAE ut alibi litusque rogamus; occupantis est enim possessio litoris. unde ostenduntur crudeles qui etiam a communibus prohibeant. *HOSPITIO PROHIBEMVR HARENAE ut alibi litusque rogamus innocuum. litus enim iure gentium commune omnibus fuit et occupantis solebat eius esse possessio. Cicero in Rosciana nam quid est tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? unde ostenduntur crudeles qui etiam a communibus prohibeant.*

541. *BELLA CIENT id est movent. et bene 'cient' et 'vetant' permanet in tertia persona, ne eos in hoc barbaros et inmites appellare videatur. sane in principio modestius, hic iam commotius.* PRIMAQVE VETANT CONSISTERE TERRA id est in litore, ut alibi tuque o, cui prima frementem fudit equum magno tellus percussa tridenti.

542. MORTALIA ARMA mortalem possibilitatem. sane arma etiam consilia significant, ut quaerere conscius arma. sed hoc loco terret latenter propter Siciliam; nam et paulo post ait 'sunt et Siculis regionibus urbes', cum unam habeant in qua Acestes regnat: sed ad terrorem 'urbes' posuit. * *TEMNITIS [autem] pro contempnitis per aphaeresin dictum, quae est cum prima verbi syllaba detrahitur. alii 'mortalia arma' pro humanitate accipiunt.* *

3 natat] A. IV 398 ‖ 10 litusque] A. VII 229 ‖ 15 in Rosciana] 26, 72 21 tuque o] georg. I 12 ‖ 25 quaerere] A. II 99

2 liciendam *C* ‖ 8 inhumanitas patris *enotavit Scioppius* ‖ 10 HOSPITIO . . . prohibeant *om. C* ‖ 12 prohibent *BM* ‖ 14 occupatis *C* ‖ 18 *ad v.* 541 Cient] innocent (*lege* id est monent). Prima terra] id est in litore . . . tridenti. *P* ‖ 19 tercia *C* certa *enotavit Scioppius* ‖ persona *ex* persone *C* ‖ hoc *ex* hos *C* 21 o] hoc *C*, *om. ceteri* ‖ 24 *ad v.* 542 Mortalia arma] mortalem possibilitatem. sane per arma etiam consilia significantur, ut 'quaerere conscius arma'. alii pro humanitate accipiunt. *P* ‖ 25 arma. temnitis autem pro contempnitis per aferesin olictum quae est cum prima uerbi syllaba detrahitur. alii mortalia arma pro humanitate accipiunt. sed hoc loco *e. q. s. C* alii . . . accipiunt *scripsit Daniel in marg. exempl. Basiliensis adnotans 'reperiuntur in codice S. G.'* ‖ 28 regnabat *C* ‖ posuit] dixit *BCM*

543. AT SPERATE DEOS abusive 'timete', ut alibi hunc ego si potui tantum sperare dolorem, cum speremus bona, timeamus adversa. *veteres tamen sperare dicebant deorum auxilia spectare. Plautus in milite deos sperabo, teque postremo tamen, in Casina diis sum fretus, deos speravimus. sane opportune post blanda principia ista ponuntur; prodest enim nonnumquam subtiliter obiurgare quem roges.* MEMORES FANDI ATQVE NEFANDI iusti et iniusti. et bene 'memores', quia etiamsi non statim puniant crimina, sunt tamen memores, ut Horatius raro antecedentem scelestum deseruit pede poena claudo. *et dicendo 'fandi atque nefandi' significat 'prout meriti fueritis'.*

544. *REX ERAT bene medio verbo usus est 'erat', ne si 'fuit' dixisset, fiduciam abiecisse videretur.*

545. NEC PIETATE FVIT multum interest inter iustitiam et pietatem; nam pietas pars iustitiae est, sicut severitas. nunc ergo hoc dicit, qua parte sit iustus, id est pietate. et bene duo laudat in Aenea: pietatem, quam a Didone inpetrare contendit, et virtutem, quam vult timeri. *QVO IVSTIOR ALTER NEC PIETATE FVIT NEC BELLO MAIOR ET ARMIS] qui et beneficium referre potest, et vindicare.* BELLO MAIOR ET ARMIS non est iteratio; nam bellum et consilium habet, 'arma' tantum in actu ipso sunt. *BELLO MAIOR ET ARMIS] *hoc est scientia rei militaris et viribus dimicandi, ut aliud (sit) animi, aliud corporis.**

546. *QVEM SI FATA VIRVM SERVANT unum sensum in tres partes divisit, et potuit reprehendi idem dixisse, nisi ostenderet eum libenter voto suo inmorari. tale est illud si numina vestra incolumem Pallanta mihi et cetera.* SI VESCITVR AVRA vescor illa re, ut alibi

1 hunc] A. IV 419 || 4 in milite] IV 5, 10 || in Casina] II 5, 37 || 9 Horatius] carm. III 2, 31 || 25 si numina] A. VIII 574

1 *ad v.* 543 At sperate deos memores fandi atque nefandi] id est iustitiae et iniustitiae. *P* || SPERATE DEOS] acirologia *superscr. B* || pro timete *C*² || 3 auxilia *ex* auxilio *C* || spectare] co . . . . . . *Scioppius enotavit* || 4 postremo tamen] postremonem *C* || 8 puniunt *C* || 13 abiecisse *scripsi:* habuisse *C* || 14 interest] est *C* || 18 quam uult timeri *LHM, nisi quod* ā *in rasura in L:* qua uult timeri *B* qua uult eum timeri *C* || timeri. uel certe qui et beneficium referre potest et uindicare *C* || timeri. pietas enim in deos, iustitia in homines, quibus duabus uirtutibus regem ornatum esse conuenit. *D* || 19 *ad v.* 545 Bello maior et armis] non est iteratio, nam bellum et consilium habet. hoc est scientia rei militaris. *P* || BELLO M. E. A. non est eratio (*sic*) . . . consilium hoc habet non est scientiae militaris arma . . . sunt viribus dimicandi ut aliud animi aliud corporis *C*, *sed* non est scientiae *aut a prima aut a secunda manu in lacuna additum, et post* sunt *quinque litterarum spatium relictum.* || 21 sunt, ut intellegat eum et sapientem imperatorem et fortem esse militem, ut de Agamemnone inquit Homerus (Il. III 179) *ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμήτης. D* || 23 *ad v.* 546 Si uescitur aura] uescor uerbum inchoatiuum est. sane hic uescitur pro fruitur posuit, nam non comedit auram set uiuit ea. *P* || 26 Si uescitur aura] uerbum inchoatiuum sine preterito tem-

vescitur Aeneas simul et Troiana iuventus perpetui tergo bovis et lustralibus extis. nec nos decipiat quod dicit Plinius, ut elocutiones ex similibus formemus; nam ecce comedo illam rem dicimus, nec tamen vescor illam rem. et ipse enim dicit non usquequaque hoc esse faciendum. SI VESCITVR AVRA] **verbum inchoativum sine praeterito tempore et quod a se nascitur.** *sane hic 'vescitur' pro fruitur posuit; nam non comedit auram, sed vivit ea.*

547. AETHERIA AVRA *quia animum aëre, corpus cibo potione et ceteris diligenter nutrimus.*

548. NON METVS hoc loco distinguendum est. cuius autem rei, ex sequentibus probat; nam vult eam non timere, ne inaniter praestet. *alii 'non metus officio' legunt et hunc sensum dicunt: non metuo pro officio nostro, id est non timeo, ne non sit unde satisfaciamus officio ac parem gratiam reddamus.* OFFICIO NEC TE CERTASSE PRIOREM PAENITEAT nec tibi parum videatur prima beneficia praestitisse, cum possis maiora recipere. nam 'paeniteat' parum videatur est, ut in heauton timorumeno at enim quantum hic operis fiat paenitet, hoc est parum videtur. *sane 'certasse' quidam provocasse accipiunt, ut Terentius beneficiis si certasset audisset bene. officium autem est, quod Graeci τὸ καθῆκον appellant. Cicero de Marcello noli igitur in conservandis bonis viris defetigari, non cupiditate praesertim aliqua aut pravitate lapsis, sed opinione officii stulta fortasse, certe non inproba.*

549. SVNT ET SICVLIS REGIONIBVS VRBES *id est gratiam reddere possumus: arma latenter minatur.*

550. TROIANOQVE A SANGVINE CLARVS ACESTES cum Laomedon

1 vescitur] A. VIII 182 ‖ 17 in heauton timorumeno] I 1, 20 ‖ 18 hoc est parum videtur] cf. Don. ad Ter. eun. V 6, 12 ‖ 19 Terentius] Phorm. prol. 20. cf. Don. ad h. vers. ‖ 20 officium . . . appellant] cf. Don. ad Ter. ad. I 1, 44 ‖ 21 Cicero de Marcello] 6, 20

pora et quod a se nascitur. uescor autem illa re . . . esse seruandum. (*sic C pro* faciendum) sane hic uescitur pro fruitur posuit *C* ‖ 3 ut et locutionis *C* ‖ commedo *C* ‖ 4 et ipse enim dicit *L*: et ipsum genus dicti *B* et ipse dicit *C* et ipse eni dicit *HM*. *fortasse* et ipse Plinius dicit ‖ 5 usquaque *C* ‖ 8 *ad v.* 547 Aetheria aura] quod animam aëre, corpus cibo potioneque nutrimus. *P* ‖ 9 cetera *C* ‖ 10 *ad v.* 548 Non metus] hoc loco distinguendum est . . . gratiam reddam. *P* ‖ 12 praest *P* ‖ et] ut *P* ‖ 13 satisfaciam *et* reddam *P* ‖ 15 primam *H* ‖ 17 in heauton timorumeno] *om. B*, in ea eutontumorumono *C* in eautontimorimenon *L* in ea ut ineaut ontimorum enon *H* in heauton timorumenon *M* ‖ 22 defatigari *C* ‖ 23 fulta *Scioppius enotavit* falsa *vulgo* ‖ 25 miratur *C* (*corr. man. rec.*) ‖ 26 *ad v.* 550 Troianoque a sanguine clarus Acestes] de Aceste autem fabula talis est: cum Laomedon . . . beluae. quod (qui) cum saepe fieret timens quidam Hippotes (hippotens) filiam suam Egestam impositam naui . . . post Segesta dicta est. *P* ‖ TROIANOQVE . . . nominatur (*p.* 169, 10) *om. C*

promissam murorum mercedem Neptuno et Apollini denegasset, Neptunus iratus Troiae inmisit cetos quod eam vastaret. unde Apollo consultus, cum et ipse irasceretur, contraria respondit dicens, obiciendas puellas nobiles beluae. quod cum fieret timens Hippotes quidam nobilis filiae Egestae, cum Laomedontis regis Hesiona iam esset orta seditione religata, inpositam eam navi misit quo fors tulisset. haec ad Siciliam delata a Crimisso fluvio, quem Crinisum Vergilius poetica licentia vocat, converso in ursum vel canem conpressa edidit Acesten, qui ex matris nomine civitatem Troianis condidit, quae hodie Segesta nominatur. TROIANOQVE A SANGVINE CLARVS ACESTES *bene Troiano, ut necesse habeat si passi fuerint iniuriam vindicare, quod in principio bene tacuit. de Aceste autem fabula talis. cum Laomedon promissam murorum mercedem Neptuno et Apollini denegasset, Neptunus iratus Troiae inmisit cetos per quod vicina litoris vastarentur. unde Apollo consultus, cum et ipse irasceretur, contraria respondit dicens obiciendas puellas nobiles beluae. quod cum saepe fieret et Laomedontis Hesiona iam esset ad scopulum orta seditione religata, non nulli parentes peregre mittere filias quam domi perdere maluerunt; nam alii avehendas mercatoribus tradiderunt. timens Hippotes † vel ipsostratus filiam Egestam inpositam navi misit quo fors tulisset. haec ad Siciliam ventis delata a Crimisso fluvio, quem Crinisum Vergilius poetica licentia vocat, converso in ursum, vel ut quidam volunt in canem, conpressa edidit Egestum, quem Vergilius Acestem vocat, qui matris nomine civitatem Troianis condidit, quae ante Egesta post Segesta nominata est.*

551. QVASSATAM VENTIS *quamvis sit* iusta petitio, *tamen prope invidiose ostendit, quam sit res quam petit exigua.* SVBDVCERE in

12 de Aceste autem e. q. s.] cf. ad Aen. V 30. exscr. mythogr. I 136 et 137. II 193 || 27 SVBDVCERE . . . socii] Servium exscr. Isid. diff. verb. 156

2 cetos *L:* coetus *BH* caetos *M* || uastarent *Ml* || 3 magis aduersa *BM* t contraria *superscr. m* || 4 ippotens *L* yppotes *H* || 5 quidam nobilis *om. BM* (pater quidam nobilis *superscr. m*) || egestae *LM* aegestae *B* egeste *H* || 7 Crimisso *scripsi Casselanum secutus:* criniso *BL* (crinisio *l*) crinno *H* (*quod prima ut videtur manus primum in* crisino *tum in* criniso *mutavit*) crinoso *M* || crinisum *BHM:* crinisum *ex* crenisum *L* || 9 condidit ciuitatem *BM* (troianis *supr. vers. add. m*) || 13 laomedo *C* (*corr.* $C^2$) || apolli *C* (*corr.* $C^2$) || 14 dinegasset *C* || cetos] cos *C* ethos *P* || per quem *CP* || uina *P* || 15 uastabantur *CP* uastaretur $C^2$ || 17 esiona *C* || 18 relegata *C* || quas *C* (*corr. man. rec.*) 19 abeendas *C* (aveendas *man. rec.*) || ippotens *C* || item timens Hippotes ne ipse orbaretur *coni. F. Schoellius. fortasse* t. H. vel Hippostratus || filiam suam *P* || 21 et haec *C* || ventis *scripsi:* uenerit *C*, *om P* || cremisso *C* crisimo $C^3$ crimiso *P* || crinisus *P* || 22 ursam *C* ursem *P* || vel . . . canem] ut alii in canem *P* || 25 segestam *C* || 26 *ad v.* 551 Subducere] in terram . . . socii. *P* || QVASSATAM . . . petitio *om. B* || QVASSATAM VENTIS LICEAT SVBDVCERE CLASSEM *C* sit] sicut *C* || petio *L* || 27 subducere autem *C*

terram trahere, *hoc est subductam curare.* deducere autem in mare mittere, ut deducunt naves socii.

552. APTARE aptas legere. *legitur et 'optare', sed utrumque eligere significat. vel 'aptare' adiungere vel adfigere, ut stellis ardentibus aptum.* STRINGERE REMOS aut defrondare, ut agricolae stringunt frondes, aut 'fractos stringere remos', id est ligare, *quia supra dixerat franguntur remi.*

553. SOCIIS ET REGE RECEPTO syllepsis per numeros, ut hic illius arma, hic currus fuit.

554. SIN ABSVMPTA SALVS hoc est, si periit Aeneas, qui Troianorum salus est. *PATER OPTIME mira laus, cum et patrem et optimum dicit.*

556. NEC SPES IAM RESTAT IVLI bene de Ascanio spem dicit propter aetatem, *ut Ascanium surgentem et spes surgentis Iuli. sane et hic tribus inmoratur quae metuit, ut supra in voto.*

557. *AT FRETA SICANIAE bene recessuros se dicunt. 'freta' autem, quia freto a Sicilia dividitur Italia. sane quidam a fervore dici putant. et Sicanos quidam* αὐτόχθονας *tradunt, quidam ex Hiberia profugos de nomine fluminis Sicoris, quem reliquerant, Sicaniam nominasse.* SEDESQVE PARATAS propter Acestis cognationem.

558. REGEM aut qui nunc rex est, aut qui etiam noster futurus est.

559. TALIBVS ILIONEVS aut subaudis 'loquebatur', aut ex posterioribus 'fremebant' intellegis. ORE FREMEBANT hoc est consentiebant. et bene 'ore', quia et armis possumus fremere. *ORE FREMEBANT] *aut probantes Ilionei dicta aut rogantes Didonem.**

560. *DARDANIDAE haec hemistichia Vergilius † nominabat, quae in emendando carmine fuerat repleturus.*

---

2 deducunt] A. III 71 ‖ 4 stellis] A. IV 482 et VI 797 ‖ 5 agricolae] buc. IX 61 ‖ 7 franguntur] A. I 104 ‖ 8 hic] A. I 16 ‖ 14 Ascanium] A. IV 274 ‖ spes] A. VI 364 ‖ 17 sane . . . putant] cf. Varro d. l. l. VII 22. Isid. orig. XIII 18, 2

---

1 trahere] ducimus *CP* ‖ subductas *CP* ‖ autem *om. BC* ‖ 2 mittere *om. BCM* (*supr. vers. add. m*) ducere *P* ‖ 3 *ad v.* 552 Aptare] aptas eligere (elegere) uel aptare adiungere uel figere. Fractos stringere] religare. *P* ‖ APTARE TRABES *C* ‖ legere *LH* (i. e. colligere *superscr. l*): eligere *BC* elegere *M* 4 eligere $C^2$: elige *C* ‖ 6 remos *om. C* ‖ 7 religare *C* ‖ 8 *ad v.* 553 Sociis et rege recepto] syllepsis (silemsis) est, ut 'hic . . . fuit'. *P* ‖ sinlemsis *B* silempsis est *C* silempsis *L* syllempsis *H* sylempsis *M* ‖ numerum $C^2$ ‖ 10 *ad v.* 554 Sin absumpta (adsumpta) salus] hoc est . . . salus est. *P* ‖ ADSVMPTA *CL* ‖ si *om. C* ‖ 11 OBTIMAE *C* ‖ 14 surgentis Iuli] h. i. *C* ‖ 16 AD *C* ‖ 17 freto] freta *C* ‖ 18 Sicanos *Scioppius enotavit:* anoano *C* ‖ aut octhonos *C* αὐτοχθόνους *Scioppius enotavit* ‖ quidam] quia *Scioppius enotavit* ‖ 19 Sicaniam] Sicani *Scioppius enotavit* ‖ 20 comparationem *B* ‖ 25 consentiebant aut probantis ilionei dicta aut rogantes didonem. et bene *c. q. s. C* ‖ 27 hemystichia *C* ‖ nominabat] non amabat *F. Schoellius*

561. TVM BREVITER DIDO atqui non breviter loquitur. sed breve et longum, parvum et magnum perfectum nihil habent, sed per conparationem intelleguntur, ut supra de provincia est locus orbis, ut diximus, conparatione. item hoc loco 'breviter', id est minus, quam Ilioneus. et notandum regum esse breviloquium, ut multis in Vergilio locis probatur, feminarum verecundiam: unde utrumque dedit Didoni. VVLTVM DEMISSA nota figura est, ut oculos suffusa nitentes. *dicendo autem 'vultum demissa' aliud genus officii adiecit.*

562. SOLVITE CORDE METVM TEVCRI sicut supra Iovis oratio, partim obiecta purgat partim petita promittit. sciendum sane, quia cum petuntur vel promittuntur aliqua, a validissimis inchoandum est, ut hoc loco. et est genus argumenti a necessario. *SOLVITE CORDE METVM TEVCRI*] **qui pollicetur statim debet promittere, tunc subiungere si qua vult, ne exspectatione suspensus detineatur auditor. nam et in Aeoli oratione statim promittit.** SECLVDITE CVRAS iteratio est ad augmentum benivolentiae, *hoc est, ad confirmandum supplicum animum.* 'secludite' vero pro excludite: quod fit aut propter hiatum, aut propter suavitatem, ut a, silice in nuda conixa reliquit pro enixa.

563. RES DVRA ac si diceret 'est quiddam'. et duo formidat: vicinos barbaros et fratris adventum, quae propter novitatem personarum generaliter dicens reliquit. *RES DVRA*] *oportebat ex aliqua parte enuntiari domus calamitatem. vel ideo 'res dura', quod femina est.* ET REGNI NOVITAS quae semper habet timorem.

564. MOLIRI bene non facere, sed 'moliri', ut terroris sit, non crudelitatis.

565. QVIS GENVS AENEADVM satis propere dixit Aeneadas, quamquam ab Ilioneo audierit 'rex erat Aeneas nobis', nec haec in opere inemendato miranda sunt. *quamvis alii prolepsim velint*

3 est locus] A. I 530 || 8 oculos] A. I 228 || 19 a silice] buc. I 15

1 *ad v.* 561 Vultum demissa] nota figura est, ut 'oculos suffusa nitentes'. *P* || 2 nihil perfectae *C* || 3 intelleguntur . . . conparatione *om. L*, *in marg. suppl. l* || 5 ut . . . probatur *om. C* || 6 accidit et iam feminarum uerecundia *C* et feminarum uerecundia *M* || 7 Didoni. ut et Sophocles *γύναι γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει D* || 10 *ad v.* 562 Secludite] pro excludite . . . pro enixa. *P* || 11 partim obiecta purgat *om. C* || promittit nam et . . . promittit sciendum *C* || 13 loco. praecipue qui pollicetur . . . auditor. et est *C* || 15 ne *supr. vers.* $C^2$ || 17 supplicium *C* || 21 ac si diceret est] hoc est *BC* hoc est est *M* || est quidam *C* quiddam metuo *vulgo* || 22 personarum aduenarum *C* || 23 relinquit *BM* || 24 parti *C* || 26 *ad v.* 564 Moliri] bene non facere . . . crudelitatis. *P* terrori *L* (*corr. l*) || 27 crudelitas *L* (*corr. l*) credulitatis *M* (*corr. m*) || 28 praepropere *C* || aeneades *H* || 30 prolemnsim *C*

*esse.* TROIAE NESCIAT VRBEM aut Ilium dicit, quod in Troia est, aut 'Troiae urbem', ut urbem Patavi, urbem Buthroti.

566. INCENDIA BELLI id est vim; semper enim diluvio et incendio conparat bellum, ut in segetem veluti cum flamma furentibus austris incidit aut rapidus montano gurgite torrens. *INCENDIA BELLI aut ardorem simpliciter belli, quia semper diluvio et incendio et tempestati conparat bellum, ut in segetem veluti cum flamma f. a. i. aut rapidus montano flumine torrens et alibi saevis effusa Mycenis tempestas ierit: aut potest subtilius dictum accipi, quod Ilium conflagravit incendio.*

567. NON OBTVSA ADEO aut non multum, *vel valde*, ut in Terentio adulescentem adeo nobilem *et si adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos:* aut 'non adeo', ut tu dicis, *ut Troianorum famam ignoremus.* 'obtusa' vero stulta, id est crudelia, *ut merito Sol equos suos ab ista urbe devertat.*

568. NEC TAM AVERSVS EQVOS TYRIA SOL IVNGIT AB VRBE fabula quidem hoc habet: Atreum et Thyestem germanos, cum in dissensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam redisse: qua occasione Thyestes cum fratris uxore concubuit, Atreus vero ei filium epulandum adposuit: quae Sol ne *videndo* pollueretur, aufugit. sed veritatis hoc est: Atreum apud Mycenas primum solis eclipsin invenisse, cui invidens frater ex urbe discessit tempore quo eius probata sunt dicta. *NEC TAM A. E. T. S. I. A. V.*] **hoc est non in alio orbe habitamus.**

569. SEV VOS HESPERIAM MAGNAM μεγάλη enim Ἑλλὰς appellata est *Italia*, quia a Tarento usque ad Cumas omnes civitates Graeci condiderunt.

---

2 urbem] A. I 247 et A. III 293 ‖ 4 in segetem] A. II 304 ‖ 9 saevis] A. VII 222 ‖ 11 in Terentio] eun. I 2, 124. cf. Don. ad hunc vers. et ad V 2, 41 ‖ 12 si adeo] eun. II 3, 21 ‖ 17 fabula quidem . . . adposuit] cf. mythogr. I 22. II 147. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 325

3 INCENDIA BELLI id est vim . . . gurgite torrens (*lin.* 6) *om.* C ‖ 6 arborem C 7 ut C²: it C ‖ segitem C ‖ 9 alini C ‖ seui effusam C ‖ sierit C ‖ 11 *ad v.* 567 Adeo] multum uel ualde. Obtusa] uero stulta. P ‖ OBTVNSA BC ‖ aut] adeo aut CH non *om.* C, *supr. vers. add.* C² ‖ ut terrentius C ‖ 13 non adeo id est non in tantum ut tu dicis D ‖ 14 obdusa C ‖ 16 *ad v.* 568 Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe] hoc est non in alio (alia) orbe habitamus (abetamus). sed fabula hoc habet . . . sunt dicta. P ‖ VRBE hoc est non in alio orbe habitamus. sed fabula hoc habet C ‖ 17 thyesten CH thyestum M ‖ 18 dissensionem H ‖ in simulatam gratiam redisse *om.* P ‖ reuertisse C ‖ 19 qua] simulataque B ‖ uxore erope *ex* europe D ‖ Atreus . . . adposuit] ob quam causam atreus fratri filium adposuit epulandum CP ‖ 20 Sol abominatus *edita exemplaria praeter Gottingense* ‖ 21 aufugit] radios suos ab ea ciuitate detorsit CP ‖ ueritas hoc C (hec C³) ‖ 22 inuidus H ‖ ab urbe P

570. SIVE ERYCIS FINES Eryx Veneris et Butae, *vel ut quidam volunt Neptuni* filius fuit, qui *praepotens viribus advenas caestibus provocabat victosque perimebat. hic* occisus ab Hercule monti ex sepultura sua nomen inposuit: in quo matris fecerat templum, quod Aeneae adscribit poeta dicens tum vicina astris Erycino in vertice sedes fundatur Veneri Idaliae. in hoc autem monte dicitur etiam Anchises sepultus, licet secundum Catonem ad Italiam venerit. *ERYCIS FINES id est Siciliam.*

571. *AVXILIO TVTOS DIMITTAM non sine ordine poeta inducit Didonem et credentem ignotis et tam facile tanta promittentem; si enim bene advertatur, de illo loco pendet in primis regina quietum accipit in Teucros animum mentemque benignam.*

572. *VVLTIS ET HIS deest 'vel si'.*

573. VRBEM QVAM STATVO VESTRA EST multi antiptosin volunt, *accusativum pro nominativo*, ut sit pro 'urbs *quam statuo vestra est*'. sed si sic intellegamus, 'quam' nihilominus sequitur et syllepsis fit per casus mutationem; debuit enim dicere 'urbs quae statuitur vestra est'. melius ergo est 'vultis' bis intellegere, ut sit 'vultis regnis considere? vultis urbem quam statuo? vestra est', ut est eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenas ipsumque

---

1 Eryx Veneris . . . templum] cf. mythogr. I 53, 94, 107. II 156 || 5 tum vicina] A. V 759 || 11 in primis] A. I 303 || 14 multi antiptosin e. q. s.] cf. Don. ad Ter. eun. IV 3, 11 et Phorm. V 8, 53 sq. 'Quid vis tibi? argentum quod habes?] "vis" iterum subaudiendum est, ut sit "vis argentum quod habes?" . . . sic est illud apud Virgilium "vultis et his mecum p. c. r.? urbem quam statuo, vestra est." || 20 eruet] A. VI 838

---

1 *ad v.* 570 Siue Erycis fines] Eryx (erix) Veneris filius et Butae, ut quidam Neptuni fuit, qui praepotens uiribus aduenas cestibus prouocabat uictosque perimebat. hic ab Hercule occisus est, monti ex sepultura sua nomen inposuit. in hoc autem dicitur etiam Anchises sepultus. ergo Erycis (ericis) fines id est Siciliam. *P* || ERICIS *BLHM* || erix *libri* || ueluti *C* || 2 cestibus *C* || 3 ab hercule occisus *C* || 4 matris *B*: magistri *C* (matri *C*²) matri *ex* maris *L* matri *HM* || 5 ericino *BLM* || 6 Idaliae *om. BLHM* italiae *C* || 7 uenerit ad italiam ante nomen habuit sicilia a rege italo qui in ea regnauit *B* || 8 uenerit. ergo erycis fines *C* || 13 *ad v.* 572 Vultis et his] deest uel (uul) si. *P* || 14 *ad v.* 573 Urbem quam statuo uestra est] multi antiptosin uolunt accusatiuum ./. pronomini (accusatiuum singularem iunctum pronomini *Daniel*), ut sit urbs quam statuo. quae si sic intellegamus quae nihil sequitur et silem fit per casus motatio, debuit enim dicere 'urbs quae statuo uestra est'. melius ergo est 'uultis' bis intellegere, ut sit 'uultis regnis considere? uultis urbem quam statuo? uestra est'. *P* || 16 sed] quod *C* et *C*² || nihilhominus *L* || sequitur *supr. vers. in M, fortasse a prima manu* || et syllēsis *B* et sylempsis *C* et silēnsis *L* et syllempsis *H* et silempsis *M* et antiptosis *vulgo* || 17 mutatio *C* || 18 ut sit] a superiori uersu zeuma conectens sequentem hoc modo *add. l in marg.* || 20 ut est eruet] ut eruet *C* ut est *C*² || ipsumque Aeaciden . . . alter micenas *om. L, add. l in marg* || ipsumque Aeaciden] ipsumq: aeaccedens *C* ipsumque acidem subaudis ille per demonstrationem *add. C*³ *in marg. inf.*

Aeaciden: subaudis 'ille'. alter enim Pyrrhum vicit, alter Mycenas. item non ignara mali miseris succurrere disco.

VRBEM QVAM STATVO VESTRA EST] *hoc schema de antiquioribus sumptum possumus accipere; ait enim Cato in legem Voconiam agrum quem vir habet tollitur et Terentius eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit.*

574. AGETVR regetur.

575. *ATQVE VTINAM dicendo 'utinam' et humanitatem suam ostendit et Aeneae se cupidum.* NOTO COMPVLSVS EODEM aut quovis vento, aut re vera Noto, qui de syrtibus Carthaginem ducit; supra enim Ilioneus in vada caeca tulit penitusque procacibus austris.

EODEM 'o' naturaliter longa est, sed si corripiatur metri est, ut steteruntque comae.

576. ADFORET adveniat; temporis est futuri. EQVIDEM in omni Vergilio 'ego quidem' significat, sed in aliis et pro 'quidem' tantum ponitur, ut Tullius equidem ego ceteras tempestates. item Persius non equidem hoc dubites amborum foedere certo consentire dies. CERTOS aut veloces, aut fideles; utrumque enim hoc loco significat. aliquando et firmos, *vel fortes,* ut Sallustius apud latera certos locaverat, *ut Vergilius tam certa tulistis pectora.* aliquando et deliberati iudicii, ut certus iter.

*CERTOS] *qui cito inveniant. contrario incertos pro tardis. Sallustius et onere turrium incertis navibus.**

577. ET LIBYAE καταχρηστικῶς nam Dido Libyae regna non

---

2 non ignara] A. I 630 ‖ 4 Cato in legem Voconiam] fragm. 2 Iord. 5 Terentius] eun. IV 3, 11 ‖ 11 in vada] A. I 536 ‖ 13 steteruntque] A. II 774 ‖ 17 Persius] sat. V 45 ‖ 18 aut veloces] cf. comm. Luc. V 552 ‖ 20 Sallustius] hist. fragm. inc. 19 Kritz. ‖ Vergilius] A. IX 247 ‖ 21 certus] A. V 2 22 Sallustius] hist. fragm. III 24 Kritz.

---

1 alter enim pyrrum alter mycenas dicit. quamuis hoc seema de antiquioribus sumptum possumus accipere *C* ‖ 2 mali non miseris *M* ‖ 5 terrentius *C* ‖ 8 *ad v.* 575 Atque noto] qui de syrtibus Carthaginem ducit. Eodem] autem o naturaliter longa est, sed si corripiatur metri est, ut 'steteruntque comae'. *P* ‖ 9 aenea *C* ‖ pro quouis *C* ‖ 12 eodem autem *C* ‖ metri est ut (XII 847) uno eodem tulit partu *Fabricius* steteruntque comae *omittens* ‖ 14 *ad v.* 576 Adforet] adueniat. tempus est futuri. in Virgilio ego quidem ubique . . . ponitur. Certos] ueloces (uelocem) . . . locauerat. aliquando deliberati (aliquanto delineurati) iudicii. apud Virgilium et 'certus (certos) iter'. *P* 17 hoc *om. M* ‖ 18 cetu *LH* (certu *l*) ‖ consentire dies *om. C, in marg. add. C*[3] ‖ dies et (*Pers. sat.* I 110) per me equidem sint omnia protinus alba *D* CERTOS aut ueloces qui cito inueniant aut fideles . . . significat. contrario incertos . . . nauibus *CP*, *nisi quod* uelocem *P*, *ut supra dictum est.* ‖ 19 aliquando . . . locaverat *om. L*, *add. l in marg.* ‖ 20 latere *H* ‖ 21 de libertate *B* ‖ 24 *ad v.* 577 Libyae lustrare] καταχρηστικῶς, nam Dido Libyae regna non retinet, sed ut ostendat uoluntatem, se misisse. *P* ‖ ET LIBEAE LVSTRARE E. I. *C* catacresticos *BHM* catachristicos *C* catachresticos *L*

retinet. ET LIBYAE LVSTRARE E. I.] *ut ostendat voluntatem et libenter se misisse, qui Aeneam quaererent.*

578. EIECTVS naufragus, ut eiectum litore egentem.

579. ANIMVM ARRECTI nota figura est.

580. IAMDVDVM et cito, *vel quam primum* significat, ut iamdudum sumite poenas, et olim, ut hoc loco.

582. SVRGIT oritur. et est translatio corporis ad animum, ut alibi stat conferre manum Aeneae.

583. *CLASSEM SOCIOSQVE RECEPTOS syllepsis per numeros. 'receptos' de maris periculo liberatos, ut frugesque receptas, vel a Didone; nam et ab ea timuerant, ut ait laetitiaque metuque.*

584. *VNVS ABEST Oronten significat.* QVEM VIDIMVS IPSI SVBMERSVM quod ante doloris fuerat, ut ipsius ante oculos, nunc consolationis est, cum cernit omnes incolomes.

585. DICTIS RESPONDENT CETERA MATRIS modo *congruunt*, consentiunt, quia dixerat supra namque tibi reduces socios. alibi 'respondet' respicit, ut respondet Gnosia tellus.

587. SCINDIT SE NVBES nubes tantum dicimus, non nubs, licet dicamus trabs trabes, stirps stirpes, prex preces, plebs plebes. sed de his tantum quae legimus sunt ponenda; non enim artis sunt *ista*, sed usurpationis, qua metri causa utuntur poetae, ut vel minuant vel augeant nominativum. inde est et supellex supellectilis. *ET IN AETHERA PVRGAT APERTVM quia aër collectus nubes fecit, ut atque in nubem cogitur aër, quae puriore vento dissolvitur in aërem.*

588. RESTITIT AENEAS abscedente scilicet nube. CLARAQVE

---

3 eiectum] A. IV 373 ‖ 5 iamdudum] A. II 103 ‖ 8 stat] A. XII 678 10 frugesque] A. I 178 ‖ 11 laetitiaque] A. I 514 ‖ 13 ipsius] A. I 114 ‖ 16 namque] A. I 390 ‖ 17 respondet] A. VI 23 ‖ 24 atque] A. V 20

---

1 retinet sed ut *e. q. s.* *C* ‖ 2 misisse] missuram *sive* iussisse *coni. Burmannus* ‖ 3 *ad v.* 578 Eiectus] naufragus . . . egentem. *P* ‖ 4 *ad v.* 579 Animum arrecti] nota figura est. *P* ‖ 5 *ad v.* 580 Iamdudum] et cito uel quam primum . . . poenam ut olim hoc loco. *P* ‖ 6 et olim *om.* *C* ‖ 9 *ad v.* 583 Omnia classem sociosque receptos] silempsis per numeros. *P* ‖ CLASSE *C* ‖ synlesis *C* ‖ 11 timerant *C* ‖ 12 *ad v.* 584 Unus abest] Orontem significat. *P* 13 dolor *H* ‖ 18 *ad v.* 587 Scindit se nubes] nubes tantum dicimus . . . supellectilis. *P* ‖ nups *C* ‖ licet . . . supellectilis *om.* *B* ‖ 19 trabs] trabis *P* trabes] trabis *ex* trabes *C* traues *P* ‖ stirps stirpes *om.* *M* ‖ styrps *C* stirbs *L* ‖ stirpes] et stirpes *P* styrpis *ex* styrpes *C* *om.* *H* ‖ prex preces *L* ‖ praex *H* et precis *P* precis *C* praeces *H* ‖ plis (ples $C^2$) plebis *C* ‖ sed . . . legimus] de his tamen quae legibus *P* ‖ 20 legibus *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 22 et suppellectilis *CP* ‖ 26 *ad v.* 588 Restitit Aeneas] abscedente . . . derogauit. *P* ‖ ascendente *L* (abscedente *l*)

IN LVCE REFVLSIT laus est nimiae pulchritudinis, cui nec lucis claritas derogavit.

589. OS VMEROSQVE DEO SIMILIS similes umeros habens deo. et est Graeca figura, ut diximus supra. IPSA aut quod sequitur 'nato genetrix', aut certe 'ipsa', id est pulchritudinis dea.

590. DECORAM CAESARIEM a caedendo dicta caesaries, ergo tantum virorum est. quod autem dicit 'decoram' vult etiam in Aenea naturalem fuisse pulchritudinem, ne si totum tribuat Veneri, nihil Aeneae sit reliquum, vel contra nihil relinquatur matris favori: quod sequens melius indicat comparatio. ut Horatius fortes creantur fortibus magna arte nec eruditioni aliquid nec natalibus derogat. IVVENTAE iuventus est multitudo iuvenum, Iuventas dea ipsa, sicut Libertas, iuventa vero aetas; sed haec a poetis confunduntur plerumque.

591. PVRPVREVM pulchrum, ut Horatius purpureis ales oloribus. LAETOS HONORES non terribiles, ut esse in viris fortibus solent.

592. MANVS vel artificis, vel ars ipsa. *ADDVNT bene 'addunt', quia et ipsa materies habet naturalem pulchritudinem.* EBORI DECVS ebur a barro dictum, id est elephanto, ut Horatius quid tibi vis, mulier, nigris dignissima barris? sane naturam huius nominis nec derivatio nec obliqui casus reservant. et eboris enim et eburneus facit, non eburis, sicut murmuris.

---

6 a caedendo . . . est] exscr. Isid. orig. XI 1, 29 ‖ 10 Horatius] carm. IV 4, 29 ‖ 12 iuventus . . . aetas] exscr. Isid. diff. verb. 310. cf. ad Aen. IV 32 et 559. Suet. prat. p. 274 Reiffersch. Beda de orthogr. VI p. 18 Gil. 15 Horatius] carm. IV 1, 10 ‖ 18 MANVS . . . ipsa] cf. Isid. orig. XI 1, 66 20 ebur . . . barris] exscr. Isid. orig. XVI 5, 19. cf. XII 2, 14 ‖ Horatius] epod. 12, 1

---

1 est nimiae *om.* *P* ‖ pulcritudinis *L* pulchritudini *P* ‖ 4 ut supra dictum est *C* ‖ IPSA autem *B* ‖ 6 dicta est *C* ‖ 7 *fortasse* vult etiam naturalem in Aenea fuisse ‖ 9 reliquum vel contra *om.* *L* (*supr. vers. add. l*) ‖ 11 magna arte . . . confunduntur plerumque *om.* *C* ‖ 12 iuuenta *L ut videtur* (iuuentus est *l*) ‖ iuuenum ut (VIII 151) rebus spectata iuuentus *Fabricius* ‖ iuuentas *ex* iuuentus *H* ‖ 13 Libertas. Tullius (*disp. Tusc.* I 26, 65) Iuuentate pocula ministrante *Fabricius* ‖ aetas unde (IV 559) et membra decora iuuentae *Fabricius* ‖ 15 oloribus *M*: *om.* *B* oloribus *ex* soloribus *C* otoribus *L* (*corr. l*) oleribus *H* ‖ 17 solet *Cl* ‖ solent. notandum autem reges formosos semper describi, ut dignitas et auctoritas magis ad sui contemplationem obseruantiamque alliciat *D* ‖ 18 *ad v.* 592 Ebori decus] ebur barro dictum . . . sicut murmuris. *P* ‖ 19 EBORI DECVS . . . murmuris] EBORI ebur a barro id est elefanto dictum est. eboris et eborneos facit contra regulam non eburneus sicut murmureus et murmuris *B* ‖ 20 a *om.* *C* (*supr. vers. add.* $C^2$) ‖ 22 diriuatio *CLHP* diriuationes *M* deriuationes *l* ‖ 23 eburneas *C* (eburneus $C^2$) eburne *L* (eburneus *l*) eburneos *P* *fortasse* et eburneus enim et eboris facit

593. PARIVSVE LAPIS candidissimus est, lygdinus nomine, qui apud Parum nascitur. *PARIVSVE LAPIS c. A.] ut in decimo qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum.*

594. TVM SIC quid est 'sic'? et sui gratia praepotens et matris auxilio.

595. *INPROVISVS bene, quia maiora nobis et pulchriora solent videri, †non paulatim aliqua, sed subito stupenda conspicere.* CORAM QVEM QVAERITIS hoc loco distinguendum; nam si unum esset, 'adest' diceret, non 'adsum'. *et coram non nulli ad personam, ut 'coram Vergilio', palam ad omnes referri volunt, ut 'palam omnibus'. Varro coram de praesentibus nobis, palam etiam de absentibus. sane coram quidam adverbium putant, quia non subsequitur casus, quidam praepositionem loquellis, non casibus servientem.*

596. *EREPTVS liberatus; et utitur poeta familiarius hoc verbo eripe me his, invicte, malis et eripui, fateor, leto me.*

597. O SOLA propter Polymestoris factum, qui fide violata defecit ad Graecos, ut habemus in tertio. MISERATA et miseror et misereor unum significat, sed miseror accusativum regit, ut hoc loco, item nec miseratus amantem est, misereor genetivum, unde est miserere animi non digna ferentis.

598. QVAE NOS RELIQVIAS DANAVM si Troianos significat, simpliciter intellegis; si ad se refert, quod Achillem evasit favore

---

1 PARIVS LAPIS ... nascitur] exscr. Isid. orig. XVI 5, 8 || 2 in decimo] 134 9 coram . . . omnibus] cf. Don. ad Ter. Andr. III 2, 10. adelph. IV 3, 17. Isid. diff. verb. 91. Suet. prat. p. 286 Reiffersch. Gloss. Sangerm. ap. Hildebr. p. 80 || 10 Varro] de serm. lat. V fragm. 89 Wilm. || 15 eripe] A. VI 365 eripui] A. II 134 || 17 in tertio] 53 || 19 nec miseratus] A. IV 370 || 20 miserere] A. II 144

---

1 *ad v.* 593 Pariusue lapis] ligdius nomine qui apud Parum (parium) nascitur lapis candidissimus ut in x (in f.) 'qualis . . . aurum'. *P* || LAPIS et candidissimus *C* LAPIS lapis hic candidissimus *M* || lygdinus *scripsi. cf. Plin. nat. hist.* XXXVI § 62: lycidius *B* lygdius *C* liedius *L* lydius *H* lycdius *M* || qui] uel quia *M* || 2 parum insulam *BMC³l* || 3 TVM *om. B* TVMQVE *C* TV (nc) *L* TVNC *HM* || 6 *ad v.* 595 Coram] nonnulli ad personam . . . non casibus seruientem. *P* || uidere *C* || si non p. a. s. s. suppeditantur conspicere *coni. F. Schoellius. fortasse* quae non p. a. s. s. st. conspicimus || 9 *fortasse* ad certam personam 10 Vergilio *C:* uiro *P* || 11 etiam *om. P* || absentibus dicit *P* || 13 propositionem *P* || loquellis *P:* laquellis *C* (*corr. man. rec.*) || 14 *ad v.* 596 Ereptus] liberatus. *P* || famuliarius *C* || 16 *ad v.* 597 O sola] propter Polymestoris (solimestoris) factum, qui fide uiolata defecit ad Graecos. *P* || polimetoris *B* polimestoris *CM* polymetoris *L* || 17 ad *C:* in *BLHMC³* || ut habemus in tertio *om. C* || habemus *LH:* dicit *B* ostendit *Ml* || 18 miseror] misereor *CL* (*corr. C²l*) || 19 loco et facit participium miseratus ut est nec miseratus *C* || 20 ferentis et facit participium miseritus *C* || 21 *ad v.* 598 Quae nos relliquias Danaum] pro Danaorum. Terrae] propter . . . interitum. *P* || RELLIQVIAS *BC³* RELLIQVIAE *C* || 22 intelligendum *B* intellegendum *M* || achillen *BCM*

Neptuni. *'Danaum' autem pro Danaorum.* TERRAEQVE MARISQVE 'terrae' propter Cretensem pestilentiam, 'maris' propter Orontis interitum.

599. *OMNIBVS EXHAVSTIS veteres sic dicebant 'clades hausi', id est pertuli.* OMNIVM EGENOS egeo honestius genetivo iungitur quam ablativo, cui iungit Cicero, ut eget ille senatu. item contra Vergilius quorum indiget usus. *quidam autem 'egenos' pro egentes dictum tradunt, nomen pro participio.*

600. VRBE DOMO SOCIAS hoc est et publico et privato dignaris hospitio.

601. NON OPIS EST NOSTRAE DIDO 'opis' possibilitatis. et secundum Ateium philologum opes numero tantum plurali divitias significant, ut Troianas ut opes, numero tantum singulari auxilium, ut fer opem, serva me obsecro, ab utroque possibilitatem. NEC QVICQVID VBIQVE EST meminit historiae. multi enim post excidium Troiae orbis diversa tenuerunt, ut Helenus Epirum, Antenor Venetiam, alii Sardiniam secundum Sallustium, alii vicina syrtibus loca secundum Lucanum, ut portusque quietos ostendit Libyae Phrygio placuisse magistro.

603. *DI TIBI ordo est 'dii tibi praemia ferant'.* SI QVA PIOS RESPECTANT NVMINA si quidem, ut Horatius si tamen impiae non tangenda rates transiliunt vada; nec enim congruit optare dubitantem: aut certe ad se rettulit, qui cum pius esset, tot laborabat incommodis. *SI QVA PIOS R. N. S. Q. V. I. E.] 'qua' et 'quid' addidit, erat enim integrum 'si pios numina respiciunt et iustitia usquam est'.*

604. SI QVID VSQVAM IVSTITIAE EST si valet apud homines iustitia. ET MENS SIBI CONSCIA RECTI secundum Stoicos, qui dicunt, ipsam virtutem esse pro praemio, etiamsi nulla sint praemia.

7 quorum] buc. II 71 ‖ 13 Troianas] A. II 4 ‖ 14 fer opem] Ter. Andr. III 1, 15 ‖ 18 Lucanum] IX 43 ‖. 21 Horatius] carm. I 3, 23

1 neptuni id est maris uel dei *B* ‖ 2 propter] per *B* ‖ propter] per *B* 4 *ad v.* 599 Omnibus exhaustos] sic ueteres dicebant clade hausi id est pertuli. *P* ‖ EXHAVSTIS *Ribbeckius adnotat. ad h. v.:* EXAVSTOS *C* ‖ cladem *Ribbeckius l. l.* ‖ 5 egeo *Cl:* eget *BLHM* ‖ 11 *ad v.* 601 Non opis] non possibilitatis. secundum alios opes numero tantum plurali diuitias significat, numero uero tantum singulari auxilium, ut 'fer opem serua me', ab utroque possibilitatem. *P* ‖ NON OPIS id est possibilitatis *B* ‖ 12 ateium *BCM:* atheium *LH* ‖ 13 significat *BC* ‖ ut *ante* opes *om. Cl* ‖ tantum *om. LHM* ‖ auxilium terentius iuno lucina fer *LHM* ‖ 15 EST G. D. *C* ‖ 16 orbis *ex* urbis *C* ‖ 19 lybie *H* libiae *M* ‖ frigio *CL* ‖ 20 DII *C* ‖ 21 impia *C* impie *LHM* ‖ 22 uasa *L* (*corr. l*) ‖ 24 incommodis aut certe qua *C* ‖ 29 praemio. unde et Cicero (*Cato mai.* 3, 9) conscientia bene actae uitae multorumque bene factorum recordatio iucundissima *D*

605. FERANT *adferant vel tribuant.* QVAE TE TAM LAETA TVLERVNT SAECVLA alibi nati melioribus annis; felicitas enim temporum ex nascentum meritis comprobatur, *ut e contrario Terentius hocine saeculum! o scelera, o genera sacrilega! et digna laus regibus, ut bono tempore nati esse dicantur.*

606. QVI TANTI TALEM GENVERE PARENTES secundum artem rhetoricam parentes quos ignorat laudat ex liberis. simul sciendum omnia hoc loco laudis praecepta servata; nam et a parentibus laudat, ut 'qui tanti talem genuere parentes'; et ab ipsa, ut 'urbe domo socias'; et a futuro, ut 'nomenque tuum laudesque manebunt'. *'talem' autem, tam iustam, tam piam.*

607. IN FRETA abusive modo maria; nam proprie fretum est mare naturaliter mobile, ab undarum fervore nominatum. DVM MONTIBVS VMBRAE LVSTRABVNT CONVEXA alii hoc loco distinguunt et dicunt, quamdiu inclinata in montibus latera umbrae pro solis flexu circumibunt, ut lustrat Aventini montem: aut 'lustrabunt' inumbrabunt, unde lustra et ferarum cubilia et lupanaria per contrarium dicimus, quia parum inlustrantur. alii tamen 'convexa sidera' volunt, id est pendentia, ut et caeli convexa per auras, id est suspensa, planetasque intellegunt, quia non sunt fixi, sed in aëre feruntur. 'pasci' autem aquis marinis sidera, id est ignes caelestes, physici docent, secundum quos Lucanus ait atque undae plus quam quod digerat aër. **alii 'sidera convexa' nobis inminentia, vel quae per convexum polum pascuntur. vel quae per con-*

---

2 nati] A. VI 649 ‖ 3 Terentius] ad. III 2, 6. cf. Don. ad hunc vers. 16 lustrat] A. VIII 231 ‖ 17 unde lustra . . . illustrantur] exscr. Isid. orig. XIV 8, 29 ‖ 19 et caeli] A. VII 543 ‖ 20 planetasque . . . feruntur] exscr. Isid. orig. III 70, 20 ‖ 22 Lucanus] X 260

---

1 *ad v.* 605 Ferant] adferant. *P* ‖ 3 nascentum *HM:* nascentium *BCl* nacente *L* ‖ e] te *C* ‖ terrentius *C* ‖ 7 laudauit *BCM* ‖ 12 *ad v.* 607 In freta] abusiue . . . ab undarum feruore dictum. *P* ‖ 13 mobile et terris uicinum aut inclusum, ut fretum Siculum ab undarum feruore nominatum. *D* nominatum] tunc tantum fretum dicitur quando a uentis mare agitatur. dictum fretum a fremitu. mare proprie dictum *add. l in marg.* ‖ 14 distinguunt *M:* distingunt *CLH* ‖ 15 flexibus *M* ‖ circumibunt. aut lustrum facient montibus, id est rotatu solis uertentur circa montium sinus. ut lustrat *D* ‖ 16 ut] *om. C* unde *L* (ut *l*) ‖ lustrat auentini montem *oblitterata in C* ‖ inumbrabunt *C*[3] *in rasura* ‖ 17 unde *om. C* ‖ 18 quiarum *C ut videtur* qd parum *C*[2] *vel C*[3] ‖ 20 quia *LH:* quae *B* qui *CM* ‖ fixae *B* ‖ 21 feruntur. alii sidera conuexa nobis imminentia uel quae per conuexum polum pascuntur. uel quae con peruexum disposita exhalatione terrae ali credantur. quamuis fysici pasci aquis marinis sidera id est ignes caelestes doceant secundum quos . . . aer. quidam radios solis . . . caelum dixit. *C* ‖ 22 *ad v.* 608 Pascet] translatiue dicitur. fysici (fysice) autem pasci aquis marinis sidera dicunt, id est ignes caelestes. *P*

*rexum disposita exhalatione terrae ali credantur.** *quidam radios solis pasci asserunt umore terreno. 'polus' autem caelum dixit.*

609. *HONOS honor, an honos quaeritur, quia nominativus pluralis 'res' terminatus singularem in or mittit, ut amores amor, honores honor, exceptis monosyllabis, ut flos mos ros.*

610. *QVAE ME CVMQVE VOCANT TERRAE id est in quibuscumque terris fuero.*

611. *ILIONEA paenultimam huius nominis syllabam natura brevem licentia, qua in nominibus propriis omnes syllabae vocales possunt esse communes, produxit.*

613. OBSTIPVIT animo perculsa est, quod iam futuri amoris est signum. PRIMO ASPECTV id est pulchritudine. *SIDONIA pro Tyria a vicinitate.*

614. CASV DEINDE id est miseratione. ET SIC ORE LOCVTA EST pleonasmos. sic vocemque his auribus hausi.

615. QVIS TE NATE DEA quis, qualis; admirantis enim est, non interrogantis, ut quis globus, o cives! non enim interrogat ille qui nuntiat. hoc autem Dido, ut post indicat, ex Teucri narratione cognovit.

616. QVAE VIS qualis. INMANIBVS ORIS ut Sallustius mare saevum, inportuosum. *INMANIBVS ORIS] non de suo regno ait, sed illas oras significat, quas Ilioneus ait per invia saxa dispulit.* ADPLICAT secundum praesentem usum per 'd' prima syllaba scribitur, secundum antiquam orthographiam, quae praepositionum ultimam litteram in vicinam mutabat, per 'p', secundum euphoniam per 'a' tantum. praepositio enim cum ad conpositionem transierit aut vim suam retinet, ut indico, aut mutat ultimam litteram, ut sufficio, aut perdit, ut coemo.

7 paenultimam . . . produxit] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 225 ‖ 15 vocemque] A. IV 359 ‖ 16 admirantis enim est] cf. Don. ad Ter. Andr. IV 3, 4 17 quis] A. IX 35 ‖ 20 Sallustius] Iug. 17, 5 ‖ 22 per invia] A. I 537 ‖ 23 ADPLICAT] cf. Don. ad Ter. Andr. V 4, 21

3 honor an honos *Masvicius:* honore et honos *C* honor rectius quam honos dicitur *coni. F. Schoellius. cf. Serv. ad Aen.* I 253 ‖ 6 id est . . . fuero] id est ubicumque terrarum habitavero. est autem tmesis quaecumque *vulgo* 8 *ad v.* 611 Ilionea] paenultimam natura breuem . . . produxit *C* ‖ 11 *ad v.* 613 Sidonia] pro Tyria a uicinitate (pro ciuitate). *P* ‖ 14 *ad v.* 614 Et sic ore locuta est] pleonasmus, ut 'uocem his auribus ausi'. *P* ‖ sine miseratione *C* 15 omnibus *C* (auribus *C*²) ‖ ausi *CL* (*corr. C*² *vel C*³) ‖ hausi id est accepi *B* ‖ 16 *ad v.* 615 Quis te nate dea] quis, qualis . . . o cives. *P* ‖ 18 autem *om. C* ‖ post ea *C* ‖ 20 *ad v.* 616 Adplicat] secundum praesentem usum . . . coemo. *P* ‖ QVAE VIS qualis *om. C* ‖ 21 inportuosum: non ergo de suo *C* ‖ 23 scribitur *om. P* ‖ antiquam autem *P* ‖ 25 litteram] consonam *P* ‖ secundum uero *P* ‖ 26 praepositio enim . . . coemo] hoc loco seruius contra priscianum loquitur *l in marg.* ‖ 27 indico *HMP:* dedo *B* indico *ex* iudico *C* induco *L*

617. TVNE ILLE AENEAS *et hoc admiratirum, non interrogativum. 'ille' autem honoris est, ut sic Iuppiter ille monebat, vel 'tune ille' videtur beneficium Veneris admirari in eo, quem adamatura est.* DARDANIO ANCHISAE bene Anchisen addidit, *ne cui diceret esset incertum;* cum multis enim Venus concubuit. sed sciendum Anchisen, *ut fabula loquitur,* pastorem fuisse et cum eo amato Venerem concubuisse. unde Aeneas circa Simoin fluvium natus est; deae enim vel nymphae enituntur circa fluvios vel nemora. quod cum iactaret Anchises, adflatus fulmine oculoque privatus est.

619. TEVCRVM MEMINI SIDONA VENIRE *quidam 'memini venire' pro 'memini venisse' accipiunt.* TEVCRVM SIDONA VENIRE historia hoc habet, Herculem cum Colchos iret perdito Hyla, *qui aquatum profectus, ut fabula loquitur, a nymphis adamatus et raptus est, ut veritas habet, lapsus in fontem altissimum necatus est,* post peragratam Mysiam navibus Troiam venisse. a cuius portu cum eum Laomedon arceret, occisus est, et eius filia Hesiona belli iure sublata comiti Telamoni tradita est, qui primus ascenderat murum, unde Teucer natus est; nam Aiacem ex alia constat esse procreatum. tunc Hercules Priamum quoque redemptum a vicinis hostibus in paterno regno locavit: unde et Priamus dictus est *ἀπὸ τοῦ πρίασθαι,* id est emi. ceterum quae de liberata dicuntur Hesiona constat esse fabulosa. sed Teucer cum Troia eversa sine fratre esset reversus, qui se furore propter perdita Achillis arma interemerat, *vel, ut quidam volunt, quia non defenderat Aiacis fratris interitum, ut alii, quod ossa fratris non rettulisset, ut non nulli, quod Tecmessam concubinam vel eius fratris filium Eurysacen ad avum Telamona de Troia secum non reduxerit, quia ille alia navi vectus*

---

2 Iuppiter] A. VII 110 ‖ 5 sciendum . . . privatus est] exscr. mythogr. I 217. II 195. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 575 ‖ 10 quidam . . . accipiunt] cf. Don. ad Ter. Andr. II 5, 18 ‖ 11 historia hoc habet e. q. s.] cf. mythogr. I 136 et 138. II 199. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 393

---

1 *ad v.* 617 Tune ille Aeneas] et hoc admiratiuum, non interrogatiuum. bene Anchisen addit. cum multis concubuit Venus. fabula autem hoc narrat, pastorem fuisse anchisen et cum eo . . . adflatus est fulmine. *P* ‖ sed] et *F. Schoellius* ‖ 7 simoenta *B* ‖ 9 adflatus est oculoque priuatus *CM*, *sed* oculoque priuatus $C^3$ *in marg.* ‖ 10 *ad v.* 619 Teucrum Sidona uenire] quidam memini uenire pro memini uenisse accipiunt. historia tamen hoc habet . . . in paterno locauit. sed Teucer . . . ex quo Dido cuncta cognouit. *P* ‖ TEVCRVM MEMINI SIDONA VENIRE quidam memini . . . accipiunt. historia tamen hoc habet *C* ‖ 13 ut fabula loquitur *om. P* ‖ et *om. P* ‖ 14 est] et *C* ‖ 18 inde *C* (et inde $C^3$ *ut videtur*) natus est Teucer *BM* ‖ 21 ΠΡΙΑϹΤΑΙ *BM* ΠΙΑΙ *C* ‖ 24 ut quidam volunt] ut alii *P* ‖ 24 iacis *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 25 ut alii quod] uel quia *P* ‖ retulisset *CP* ‖ ut nonnulli . . . concubinam *om. P* ‖ 26 tecmissam *C* ‖ eurysacena *CP*

*felicius navigaverat*, Salamine pulsus *a patre* Sidona venit, ex quo Dido cuncta cognovit. Aiax autem Achillis patruelis frater fuerat, quoniam Telamon et Peleus fratres fuerunt, Aeaci filii.

621. *BELVS quidam alium patrem Elissae dicunt.* *OPIMAM pro opulentam non nulli accipiunt.* VASTABAT CYPRVM quam subactam concessit Teucro, ut in ea conlocaret imperium, **qui ex responso Apollinis illuc perrexerat** *et civitatem Salaminam ex nomine patriae ibi condidit, licet alii dicant ab ipso Teucro Cypri superatos incolas et sic conditam civitatem: unde 'auxilio Beli' accipi potest, etiam Teucro auxilium a Belo ad occupationem insulae praestitum.*

622. *DICIONE potestas dictis constat, id est imperio. et quaerendus nominativus huius nominis. sed de hac re historia longe aliud continet.*

623. CASVS hoc loco ruinae, *ut ceciditque superbum Ilium*, non fortunae intellegendus est casus.

624. *PELASGI Graeci a Pelasgo Iovis et Larissae filio.*

625. IPSE HOSTIS *TEVCROS* Troianorum laudis exaggeratio, quod etiam ab hoste laudantur. *et quidam 'hostis' singularem, quidam pluralem legunt.* *LAVDE quidam pro virtute accipiunt, ut primam merui qui laude coronam.* FEREBAT laudabat, praeferebat.

626. TEVCRORVM A STIRPE VOLEBAT propter genus maternum, ut supra diximus. et plus est quod dixit 'volebat', quasi materno gaudens refutaret genus paternum. *sane 'stirps' cum de origine dicimus generis feminini est, ut heu stirpem invisam, cum de ligno masculini sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum.*

627. TECTIS SVCCEDITE NOSTRIS ad convivium vocat; nam iam

---

13 ceciditque] A. III 2 ‖ 18 primam] A. V 355 ‖ 22 sane stirps e. q. s.] cf. Serv. ad Aen. III 94. VII 99. XII 208 ‖ 23 heu] A. VII 293 ‖ 24 sed] A. XII 770

---

1 salamina *CP* ‖ sidonam *libri, nisi quod* sidoniam *L* ‖ 2 Aiax autem . . . Aeaci filii *om. C*, *post* natus est (*p.* 181 *lin.* 18) *in marg. add.* $C^3$ Aeaci filii *omittens.* ‖ 3 Aeaci] aiaci *L* (aiacis *l*) ‖ 4 *ad v.* 621 Opimam] pro opulentam nonnulli accipiunt. Vastabat Cyprum] quam subactam concessit Teucro ex responso Apollinis, Teucerque ibi Salaminam ciuitatem ex nomine patriae condidit, licet alii ab ipso Teucro esse superatos, unde etiam Teucro auxilium a Belo ad occupationem insulae praestitum. *P* ‖ patrem Elissae *Masvicius:* patrum melissae *C* ‖ 6 consensit *B* ‖ Teucro ex responso Apollinis illuc perrexerat ut in ea conlocaret imperium qui eam ciuitatem *C* ‖ 8 gendro *C* (teucro $C^2$ 10 auxiliom *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 11 *ad v.* 622 Ditione] potestate, omnis enim potestas dictis constat, id est imperio. *P* ‖ 13 *ad v.* 623 Casus] hoc loco ruinae, non fortunae intelligendus est casus. *P* ‖ corruinae *C* ‖ 15 *ad v.* 624 Pelasgi] Graeci a Pelasgo Iouis et Larissae (loriscae) filio. *P* ‖ pellasgo *C* ‖ larisse *C* ‖ 16 *ad v.* 625 Ipse hostis Teucros] Troianorum . . . laudantur. *P* ‖ qui *CP* (quod $C^2$) 18 uirtutem *C* ‖ 20 *ad v.* 626 Teucrorum a stirpe uolebat] propter genus maternum . . . genus paternum. *P* ‖ 21 dictum est *CP* ‖ plenus *C* plenus *P* 22 stirpe *C* ‖ nunc ad *Ml*

supra dixit 'urbe, domo socias'. *dicitur autem 'o tectis succedite', ut succeditque gemens stabulis, et tecto adsuetus coluber succedere.*

628. *ME QVOQVE quemadmodum vos.* SIMILIS FORTVNA scilicet adversa.

629. *DEMVM postea.*

630. NON IGNARA MALI MISERIS SVCCVRRERE DISCO quare 'non disco'? quia non sum ignara; bis enim intellegimus 'non', ut supra diximus. sic Sallustius segnior neque minus gravis et multiplex cura.

631. *SIMVL AENEAN IN REGIA DVCIT TECTA et hoc et quod sequitur videtur auspicium nuptiarum.*

632. *SIMVL DIVVM TEMPLIS INDICIT HONOREM apud maiores nostros mos fuit, ut magistratus post res serias quae consulto peragebantur in fine actus adderent 'diis honorem dico', vel alio modo 'hinc ad deos', quod poeta, amator antiquitatis, subtiliter docet; infert enim Didonem post habitum cum Aenea colloquium et iunctam hospitalitatem, 'quare agite o tectis iuvenes succedite nostris' et supra 'urbem quam statuo vestra est' et 'Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur', [post actum publicum], diis sacra iussisse; nam subiungit 'simul Aenean in regia ducit tecta, simul divum templis indicit honorem'.* INDICIT HONOREM id est iussit fieri supplicationes. et bene 'indicit', quia Troiani inopinato venerant. et feriae aut legitimae sunt aut indictae. indici autem dicuntur, quia paupertas maiorum ex conlatione sacrificabat, aut certe de bonis damnatorum: unde et supplicia dicuntur supplicationes, quae sunt de bonis supplicia passorum. Sallustius in suppliciis deorum magnifici. hinc etiam sacrum et venerabile et exsecrandum intellegimus, quia sacrae res de bonis exsecrandorum fiebant. *INDICIT HONOREM] * indictiva sacrificia dicebantur*

---

1 succeditque] A. VII 501 || tecto] georg. III 418 || 7 supra] ad 573 || 8 Sallustius] hist. fragm. I 56 Kritz. || 22 et feriae . . . fiebant] exscr. Isid. orig. VI 19, 82 || 25 Sallustius] Cat. 9, 2

---

1 o tectis succedite *F. Schoellius:* et tecto succedere *C* || 2 adsuietus *C* 3 SIMILIS . . . aduersa *om. C* || 4 aduersa *om. LH* || scilicet errandi et aliena inquirendi *D* || 5 *ad v.* 629 Demum] postea. *P* || DEMVN *C* || 7 ignara] mali. discimus enim quod nesciebamus. illa sciebat succurrere, quia non erat ignara mali nec opus erat ut disceret *add. M et in marg.* $C^3$*l* || intellegemus *C* (intellegimus $C^2$) || 8 dictum est *C* || 18 post actum publicum *seclusit F. Schoellius. fortasse* id est p. a. p. || 19 iussisre *C* (*corr.* $C^2$) || 21 supplicationem *C* || 22 et *om. BMl* || 23 indici *CL:* indicia *B* indicia *H* indictae *M*$C^3$*l* || quae *C* (quia $C^2$) || pauperes *L* (t paupertas *superscr. l*) || consolatione *B* || sacrificabat] at sacrificabant *superscr. l* || sacrificabat. et iterum indictiua sacrificia dicebantur . . . indicebantur aut certe *C* || 24 dampnatorum *L* || et *om. C* || dicebantur *C*

*quae subito ad praesens tempus indicebantur.* dicebantur sacra et honoraria, quod utrumque hoc loco complexus videtur.*

635. TERGA SVVM non declinatio 'u' *litteram* hoc loco geminat, sed ratio nominis in quo est 'u', sicut et in 'rum' mittit genetivum pluralem non per declinationem, sed quia est in nomine 'r', ut patrum. alituum vero ubi legimus, parenthesis est, sicut Mavortis, nam alitum facit.

636. MVNERA LAETITIAMQVE DEI id est *Liberi patris, ac per hoc* vinum: aut certe ut multi legunt 'laetitiamque die', id est diei, ut supra dicta munera sint multorum dierum usui sufficientia, intellegamus autem missa aliqua etiam ad usum diei. †* *in caesi dilegitur.* non nulli 'dii' legunt, sicut veteres 'famis fami'. Plautus in mercatore qui aut Nocti, aut Dii, aut Soli, aut Lunae. sane quidam hunc versum intellegi non putant posse, ut est ille quem tibi iam Troia.*

637. *SPLENDIDA INSTRVITVR pro instruitur et splendida fit.* LVXV modo abundantia, alibi luxuria. et notandum, quia affluentiam ubique exteris gentibus dat, Romanis frugalitatem, qui et duobus tantum cibis utebantur et in atriis sedebant edentes: unde Iuvenalis quis fercula septem secreto cenavit avus? et Vergilius perpetuis soliti patres considere mensis. *MEDIIS TECTIS iuxta cottidianam consuetudinem ait 'mediis', ut si dicamus 'in media domo sua sedens turbatus'.*

639. LABORATAE VESTES labore perfectae, ut laboratasque

---

11 nonnulli ... fami] cf. Gell. IX 14, 8 || 12 in mercatore] I 1, 13 Ritschl. 14 quem] A. III 340 || 18 Iuvenalis] sat. I 94 || 19 Vergilius] A. VII 176

---

1 dicebantur sacra et] *fortasse* erant et sacra || 3 *ad v.* 635 Terga suum] non declinatio . . . nam alitum facit. *P* || 4 et in rum] trum *C* et tram *P* 6 epenthesis *vulgo. cf. Pon. ars gramm. p.* 396, 4 K. || Mavortis] uel induperatoris *add. LHMC*$^3$ *cf. Don. l. l.* || 7 facit] uel martis aut imperatoris *add. LHM* et martis et imperatoris *add. C*$^3$. *ceterum in B ad v.* 639 *haec tantum adnotata sunt* Terga suum] parenthesis est sicut mauortis nam alitum facit alituum uero parenthesis est. || 8 *ad v.* 636 Munera laetitiamque dei] id est Liberi patris. *P* || MVNERA LAETITIAMQVAE DEI in caesi dilegitur id est liberi patris: hoc (ac *C*$^2$) per ho. uinum alii die legunt ut sit laetitiamque dei (i *superscr. C*$^2$) ut supradicta munera sint multorum. intellegemus (a *superscr. C*$^2$) autem missa aliqua etiam ad usum diei; nonnulli dii legunt *e. q. s. C* (*supra* caesi . . . laetitiamque *haec Serviana* id est uinum . . . usui sufficientia *scripsit C*$^3$) || 11 *fortasse* ad usum huius diei || in caesi dilegitur *huc transposui. scribendum videtur* in Caesellii dii legitur. *cf. Gell. noct. att.* IX, 14 *Kretschmerus d. Gell. font. p.* 95 *sqq. Ribbeckius proleg. p.* 173 || 12 famiis *C* || quia ut *C* || 14 possi *C* 15 *ad v.* 637 Splendida instruitur] pro instruitur et splendida fit. Luxu] modo abundantia . . . frugalitatem. *P* || 16 habundantia *CHM* || affluentia *HP* 17 det *M* || 18 edebant sedentes *C* || 19 quis] iouis *C* qui *H* || 21 consetudinem *C* || ut si *scripsi:* et si *C* || 23 *ad v.* 639 Laboratae uestes] labore perfectae. et hic stragulas super quas discumbitur dicit uestes, non quibus induimur, sic enim dicebantur . . . superbos faciat. *P*

premunt ad pectora ceras. et est sermo in compendium coactus, sicut rapuitque in fomite flammam, id est raptim fecit. *et sane 'vestes' non illas dicit quibus induimur, sed stragulas, super quas discumbitur, sic enim dicebantur 'vestes stragulae.'* OSTROQVE SVPERBO *claro, pretioso, id est per se superbo, aut quia superbos faciat.*

640. INGENS ARGENTVM MENSIS aut subaudi 'exponunt', aut mensas argenteas accipe. CAELATAQVE IN AVRO insculpta. et nomen hoc in principali aliam habet naturam, in derivatione mutat. nam celum dicitur ferrum ipsum unde operantur argentarii, quod producitur naturaliter, sed in derivatione mutatur; diphthongus namque est 'caelataque in auro'.

641. *FORTIA FACTA PATRVM veteres enim in conviviis solebant fortia parentum facta narrare, quae hic etiam insculpta dicit. et hic resolvit poeta illud quod reprehenditur, cur in templo Iunonis non Poenorum, sed Troianorum et Graecorum facta depinxerit, scilicet quod suorum res pretiosiore materia signatas habuerit.* SERIES ordo conexus.

642. PER TOT DVCTA VIROS a Belo, primo rege Assyriorum, ut ab antiquo durantia cinnama Belo usque ad Belum, patrem Didonis, qui et ipse Assyrius fuit, *quamvis alio nomine pater Didonis fuisse dicatur.* hinc est quam Belus et omnes a Belo soliti, cum inter patrem et filiam medius nullus existat. et hoc regis nomen ratione non caret; nam omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipsorum lingua El dicitur, unde et Ἥλιος. ergo addita digammo et in fine facta derivatione a Sole regi nomen imposuit.

---

2 rapuitque] A. I 176 ‖ 9 nam celum . . . argentarii] cf. Isid. orig. XX 4, 7 ‖ 20 quam Belus] A. I 729 ‖ 22 nam omnes . . . dicitur] exscr. Isid. orig. XIV 3, 12. cf. VIII 11, 23

---

1 ceras *HMC*²: aras *C* caeras *L* terras *h* ‖ 4 stragulas *C* ‖ 5 praecioso *C* quia *P*: quo *C* (quod *C*²) ‖ 6 *ad v.* 640 Ingens argentum mensis] aut subaudis exponunt . . . caelataque in auro. *P* ‖ subaudi *LH*: subaudis *BCMl* ‖ 8 in principa,,/,,, *C* in principali *C*² aliam *superscr. C*³. *fortasse* in principalitate quam habet naturam ‖ 9 celum *LH*: caelum *BCH* ‖ nam caelum est unde *CP* (dicitur ferrum ipsum *superscr. C*³) ‖ unde] quo *M* cum quo *l* ‖ 10 natura *B* 12 *ad v.* 641 Fortia facta] quae ibi . . . ueterum. Series] ordo conexus. *P* FORCIA PATRVM EACTA *C* ‖ conuiis *C* ‖ 13 inseulta *C* ‖ 15 *fortasse* Dido depinxerit 16 praeciosiore *C* ‖ 17 *ad v.* 642 Per tot ducta uiros] a Belo . . . medius nullus existat. *P* ‖ 18 cinnam.abelo *C* cinna a be=lo *L* (ma *superscr. l*) cinna Abelo *H* usque abel=um *L* (d *superscr. l*) ‖ 20 hinc est] sed hic ait *CP* ‖ 21 existat. haec est generis series: Iuppiter, Epaphus, Belus priscus, Agenor, Phoenix, Belus minor qui et Metres, Dido et Pygmalion *D* ‖ 23 h. e. l. *C* (el *superscr. C*³) helios *C* elios *LHM* ‖ digammos *libri* ‖ 24 facta deriuatione *om. L* (*add. in marg. l*) ‖ diriuatio *C* (diriuationis . us *C*³) diriuatione us *Ml* ‖ et rege *C* (regi *C*² *vel C*³)

643. AENEAS sequitur 'rapidum ad naves', cetera per parenthesin dicta sunt.

644. RAPIDVM AD NAVES PRAEMITTIT ACHATEN non praemittit, nec enim sequitur ipse, sed praerapidum, quod ex adfectu patris, *id est eius qui mittit*, intellegendum est, non ex Achatae velocitate. et sic praerapidum dixit, quomodo Terentius per pol quam paucos, hoc est perquam paucos; 'pol' enim ipsum per se plenum est iurantis adverbium, cui praepositio separatim numquam cohaeret.

645. FERAT adferat, nuntiet, ut feret haec aliquam tibi fama salutem.

646. STAT modo 'est', *ut Graio stant nomine dictae;* alias 'horret', ut stant lumina flamma et stabat acuta silex; item 'plenum est', ut iam pulvere caelum stare vident et stant et iuniperi et castaneae hirsutae; item 'positum est', ut stant manibus arae; item 'placet', ut stat conferre manum Aeneae et stat casus renovare omnes. pro loco ergo hic sermo intellegendus est.

647. ILIACIS EREPTA RVINIS commendat ex loci difficultate, ut nec tuta mihi valle reperti; item ex persona, ut 'ornatus Argivae Helenae' et 'Ilione quod gesserat olim', ut hoc Priami gestamen erat: quemadmodum plerumque ex longinquitate, ut ex Aethiopia est usque haec. EREPTA *ostendit valde pretiosa, quae meruerunt ex ruinis civitatis eripi.* laborat *autem poeta* hoc sermone probare, ab Aenea non esse proditam patriam, si ornatus Helenae, quam cum Antenore Troiam prodidisse manifestum est, ex incendio eripuit bellorum casu, non pro praemio proditionis accepit.

648. SIGNIS AVROQVE signis aureis, ut molemque et mon-

6 Terentius] hec. I 1, 1 ‖ 9 feret] A. I 463 ‖ 11 stat . . . intellegendus est] cf. Nonius p. 391 M. ‖ Graio] A. III 210 ‖ 12 stant] A. VI 300 ‖ stabat] A. VIII 233 ‖ 13 iam] A. XII 407 ‖ stant] buc. VII 53 ‖ 14 stant] A. III 63 ‖ 15 stat] A. XII 678 ‖ 16 stat] A. II 750 ‖ 19 nec] buc. II 40 ‖ 20 hoc Priami] A. VII 246 ‖ 22 ex Aethiopia] Terent. eun. III 2, 18 ‖ 27 molemque] A. I 61

1 *ad v.* 643 Aeneas] sequitur . . , dicta sunt. *P* ‖ *ad v.* 644 Rapidum ad naues praemittit Achaten] non praemittit . . . cohaeret. *P* ‖ 4 ipse sequitur *CP* sequetur *M* ‖ 5 achatis *C* ‖ 12 et . . . silex *om. C* ‖ silex et stant iuniperi et castaneae hyrsutae *H* ‖ 13 et stant . . . hirsutae *om. CH* (*supr. vers. add.* $C^3$) 15 item placet . . . omnes *om. C* ‖ 18 commendat] munera *supra vers. add.* $C^3l$ necessitate *BM* (*vel* difficultate *superscr. m*) difficultate uel necessitate *L* 19 item ex . . . usque haec] item ex longuitate iliacis erepta ruinis ut ex aethiopia est usque haec *C* (*suppleuit* $C^3$ *in marg.*) ‖ 20 ut] et $BC^3$ ‖ 21 ex] et *H* ‖ longinquitate *scripsi:* longitudine $BLHMC^3$ interualli longitudine *Fabricius* ‖ ut terentius $MC^3l$ ‖ 22 haec ancilla] *B* ‖ praeciosa *C* ‖ 23 ciuitatibus *C* 24 aenean non esse proditorem patriae *B* ‖ 25 quam . . . manifestum est *om. C* (*supr. vers. add.* $C^3$) ‖ 26 pro *C* proprio $C^2$, *ut videtur.* ‖ 27 *ad v.* 648 signis aureis ut molemque et montes. Pallam rigentem] duram . . . ἀπὸ τοῦ πάλλειν. *P*

tes. PALLAM RIGENTEM duram propter aurum, sicut vel novas vestes videmus. significat autem tunicopallium, quod secundum Varronem palla dicta est ab inrugatione et mobilitate, quae est et circa finem huiusmodi vestium, *ἀπὸ τοῦ πάλλειν*.

649. ET CIRCVMTEXTVM VELAMEN cycladem significat. ACANTHO genus virgulti flexuosum, quod vulgo herbacanthum dicunt, in cuius imitationem arte vestis ornatur. *Varro ita refert: Onesicritos ait, in India esse arbores, quae lanam ferant, item Epicadus in Sicilia, quarum floribus quom dempti sint nuclei ex his inplicitis mulieres multiplicem conficere vestem. hinc uestimenta acanthina appellata.*

650. ORNATVS ARGIVAE HELENAE a vicinitate dixit 'Argivae'. et paulo post 'Mycenis', cum Spartana fuerit, quae civitas est in Laconica; nam legimus me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter. et vide iam omen infelicitatis futurae, cum adulterae suscipit munera. * *QVOS ILLA MYCENIS hic quoque commendatio muneris a persona, quae in fuga magni fecerit.* *

651. *PERGAMA CVM PETERET eo tempore quo a Paride sollicitata est Helena Venere faciente, quae ei praemium pro victoria, quam de malo aureo acceperat, alienum matrimonium concilians solverat. nota fabula omnibus tradita est, quamvis vera historia hoc habere dicatur, non sollicitatam a Paride Helenam, sed cum non ei consentiret, ut absente eo tempore Menelao sponte eum sequeretur ad Troiam, expugnata civitate vi a Paride sublatam. unde factum est, ut Paris timore, ne qui*

---

2 quod . . . *ἀπὸ τοῦ πάλλειν*] cf. Isid. orig. XIX 25, 2 ‖ 5 cycladem significat] cf. Isid. orig. XIX 24, 10 ‖ ACANTHO genus e. q. s.] exscr. Isid. orig. XVII 9, 21 ‖ 14 me duce] A. X 92

---

1 vel *CHP:* et *LMC*³ ‖ 2 tunicapallium *C*³ ‖ 4 circa finem] in fine *MI* finem *B* ‖ ΠΑΛΛΙΝ *C* ΠΑΛΕΙ *L* ΠΜΛΕΙΝ *H* ΠΑΛΑΕΙΝ *M* ‖ 5 *ad v.* 649 Et circumtextum uelamen] cicladem significat. Achantho] ʰerba anchantho id est flexiuile uirgulto in cuius emitationem arte uestis ornatur et conficitur. Varro cum dēti sint nuculei exis implicitis mulieres multiplicem conficere uestem hinc uestimenta achantina appellata. *P* ‖ ACHANTO *BLHM* ACHANTHO *C* ‖ 6 genus uirgulti flexuosum] achantho id est flexibili uirgulto *C* ‖ quod . . . dicunt *om. C* (quod uulgo herba chantum *superscr. C*³) ‖ herbachanthum *B* herbacanthum *L* herbachantum *HM* ‖ 7 Onesicritos *C:* Nescientes *Scioppius enotavit*, *inde* Neanthes *Vossius ad Vell. Paterc.* II 56 Ctesias *Masvicius* ‖ 9 siciliae *C* quom *scripsi:* com *C* ‖ nuclei *Scioppius enotavit:* nuculei *C* ‖ 10 hinc] hic *C* ‖ 11 achantina *C* ‖ 12 *ad v.* 650 Ornatus Arginae Helenae] a uicinitate dixit, nam ait etiam 'Mycenis', cum Spartana fuerit. nam legimus 'me duce Dardanius Spartam expugnauit (expugnabit) adulter'. *P* ‖ ORNATVS ARGIVAE HELENAE QVOS ILLA MYCENIS hic quoque . . . magnificerit *C* ‖ 13 et paulo post] nam ait etiam *C* ‖ 18 *ad v.* 651 Pergama cum peteret] eo tempore . . . faciente. Inconcessosque hymenaeos] et fato et legibus. Hymenaeus quidam aput Athenas . . . liberatoris uirginitatis. *P* ‖ sollicita *C* (*corr. C*²) ‖ 19 in praemium *Scioppius* 20 solverat] sicut *Scioppius*

*cum insequerentur, non recto itinere properaret ad patriam, sed deverteret ad Aegyptum et ad regem Proteum veniret. qui cum esset sacrificus et agnovisset alienam uxorem a Paride raptam, duci eum dicitur subtraxisse et nescio quibus disciplinis phantasma in similitudinem Helenae formatum Paridi dedisse, quod in undecimo plenius invenies.* INCONCESSOSQVE HYMENAEOS et fato et legibus. Hymenaeus autem ut alii dicunt deus est nuptiarum, ut alii, quidam iuvenis fuit, qui die nuptiarum oppressus ruina est, unde expiationis causa nominatur in nuptiis. falsum est autem; nam vitari magis debuit nomen extincti. sed hoc habet veritas: Hymenaeus quidam apud Athenas inter bella saevissima virgines liberavit, quam ob causam nubentes eius invocant nomen, quasi liberatoris virginitatis. hinc etiam apud Romanos Thalassio invocatur. cum enim in raptu Sabinarum plebeius quidam raptam pulcherrimam duceret, ne ei auferretur ab aliis, Thalassionis eam ducis nobilis esse simulavit, cuius nomine fuit puellae tuta virginitas.

652. *EXTVLERAT secum exportaverat.* MATRIS LEDAE MIRABILE DONVM vel quod ipsa filiae, vel quod ei Iuppiter dederat.

653. PRAETEREA SCEPTRVM ILIONE bene offert munera apta personis, sicut etiam Latino in septimo. *ILIONE QVOD GESSERAT OLIM quia etiam feminae sceptro utebantur. 'gesserat' autem pro gestaverat, ut hoc P r i a m i g e s t a m e n e r a t. et quaeritur, utrum hoc sceptrum de Thracia, an de Troia sublatum. quidam Aeneae ab Iliona datum dicunt. sed quamvis apta nupturae reginae sint munera, tamen futurorum malorum continere omen videntur.*

654. MAXIMA NATARVM PRIAMI quia ante etiam feminae regnabant, praesertim primogenitae; unde est 'maxima'. haec autem uxor Polymestoris fuit, *quae post captum Ilium eiecta a viro manu sua interiit.* MONILE ornamentum gutturis, quod et segmentum

6 Hymenaeus . . . virginitas] exscr. mythogr. II 219. III 11, 3. cf. Isid. orig. XV 3, 6 ‖ 22 hoc Priami] A. VII 246 ‖ 29 ornamentum . . . cunis] exscr. Isid. orig. XIX 31, 12

2 protheum $C^2$ ‖ 4 fantasma *C* ‖ helaenae *C* ‖ 5 formatam *C* ‖ undecimo] 2 *Scioppius. cf. ad Aen.* XI 262 ‖ 7 ut alii . . . nuptiarum *om. C* (quidam . . . nuptiarum *add.* $C^3$) ‖ 8 est *om. C* (*add.* $C^3$) ‖ 9 sed falsum est *BM* ‖ 10 hoc magis habet *BMC*$^3$ ‖ 12 numen *M* ‖ apud troianos *M* ‖ 13 thalassio *LM:* thalasio *BCH* ‖ 15 thalasioni *B* thalasionis *LM* ‖ 16 virginitas] *Masvicius hoc loco repetivit quae Daniel e Floriacensi et Turonensi ad Aen.* IV 99 *primus ediderat.* ‖ 17 exportauerunt *C* (*corr.* $C^2$) ‖ 19 *ad v.* 653 Gesserat] pro gestauerat. *P* ‖ ILIONE *om. C* ‖ 23 tratia *C* ‖ datum *ex* tatum *C* ‖ 24 nuptarae *C* ‖ 26 *ad v.* 654 Maxima] id est primogenita, quae fuit uxor Polymestoris (polimestoris). post captum Ilium eiecta a uiro manu sua interiit. Monile] ornamentum gutturis . . . paruula (pauula) cunis. *P* ‖ 27 est] ait *BM* ‖ 28 polymestoris *CH:* polimestoris *BLM* ‖ 29 segimentum *H*

dicunt, ut Iuvenalis segmenta et longos habitus, licet segmentatas vestes dicamus, ut ipse et segmentatis dormisset parvula cunis.

655. BACATVM ornatum margaritis. dicimus autem et haec margarita et hoc margaritum et haec margaris, quod Graecum est, quo modo Nais. sane multi separant gemmam a margarita, ut Cicero nullam gemmam aut margaritam, et gemmas volunt dici diversi coloris, margaritas vero albas; vel gemmas integras, margaritas pertusas. DVPLICEM aut latam, ut duplici aptantur dentalia dorso, item at duplex agitur per lumbos spina: aut certe re vera duplicem gemmis et auro. *sane inmiscet Romanam consuetudinem; coronis enim feminae utebantur.*

656. HAEC CELERANS celeriter facere cupiens.

657. AT CYTHEREA ab insula quae numero tantum plurali dicitur, ut sunt alta Cythera. NOVAS ARTES ars τῶν μέσων est, unde sine epitheto male ponitur. *veteres autem artes pro dolis ponebant, ut Terentius in heauton timorumeno offendi quendam ibi militem eius noctem orantem: haec arte tractabat virum, item in Phormione artificem probum; nam et Graeci dolos τέχνας dicunt, ut in secundo periurique arte Sinonis.*

658. FACIEM MVTATVS nota figura est. quod autem addidit 'et ora', perissologia est.

659. FVRENTEM INCENDAT REGINAM incendat et furere faciat, ut animumque labantem inpulit. *IMPLICET proprie ait; inpliciti enim morbo dicuntur; nam et amor morbus.*

661. DOMVM TIMET AMBIGVAM in qua habitat mutabilis femina, ut varium et mutabile semper femina, item Iuno in quarto suspectas habuisse domos Carthaginis altae. *AMBIGVAM*]

1 Iuvenalis] sat. II 124 et VI 89 || 4 dicimus . . . margaritum] cf. Charis. p. 57, 27 K. Nonius p. 213 M. || dicimus autem . . . pertusas] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 63 || 6 Cicero] in Verr. act. II 4, 1, 1 || 9 duplici] georg. I 172 || 10 at duplex] georg. III 87 || 15 sunt] A. X 86 || 17 in heauton timarumeno] II 3, 124 || 19 in Phormione] II 1, 29 || 20 in secundo] 195 || 24 animumque] A. IV 22 || 27 varium] A. IV 569 || 28 suspectas] A. IV 97

1 habitu *BM* || 4 *ad v.* 655 Bacatum (bacchatum)] ornatum margaritis. Duplicem coronam] aut latam . . . dorso, aut re uera duplicem gemmis et auro. *P* || 5 margaris] margaritas *C* margaritis $C^2$ margaris $C^3$ || 7 geminam *C* et gemmas . . . pertusas *om. C* || 14 *ad v.* 657 At Cytherea] ab insula . . . sunt alta Cythera (cithera). *P* || 16 ponitur, ut bonas artes malasque artes dicamus *vulgo* || 17 ut *F. Schoellius:* et *C* || terrentius *C* || 19 techas *C* (technas *man. rec.*) || 21 *ad v.* 658 Faciem mutatus] nota . . . perissologia est. *P* || 23 incendat *om. C* 24 labentem *BL* || 26 *ad v.* 661 Ambiguam] modo incertam, alias ambiguam . . . mentem. *P* || DOMVM AMBIGVAM modo incertam in qua *C*

**modo incertam**. *alias 'ambiguam' pro gemina duplicique accipitur, ut agnorit prolem ambiguam.* BILINGVES fallaces; nec enim ad linguam rettulit, sed ad mentem.

662. *ATROX IVNO quantum ad Venerem pertinet saeva, non quod ita de ea poeta iudicet.* ET SVB NOCTEM CVRA RECVRSAT circa noctem. et sciendum quia, cum tempus significatur, sub praepositio accusativo cohaeret, ut aut ubi sub lucem densa inter nubila sese diversi rumpunt radii. *et bene 'sub noctem cura recursat', quia vehementiores curae vel circa noctem vel per noctem sunt. 'recursat' autem recurrit et revertitur; quasi semper in mentem venit.*

663. **ALIGERVM compositum a poeta nomen.** ERGO HIS ALIGERVM DICTIS ADFATVR AMOREM Latini deum ipsum 'Cupidinem' vocant, hoc quod facit 'amorem'. sed hic imitatus est Graecos, qui uno nomine utrumque significant; nam Amorem dixit deum: sed discrevit epitheto. sane numen hoc ratione non caret. nam quia turpitudinis est stulta cupiditas, puer pingitur, ut inter quas curam Clymene narrabat inanem, id est amorem, item quia inperfectus est in amantibus sermo, sicut in puero, ut incipit effari mediaque in voce resistit. alatus autem ideo est, quia amantibus nec levius aliquid nec mutabilius invenitur, ut in ipsa probatur Didone; nam de eius interitu cogitat, cuius paulo ante amore deperibat, ut non potui abreptum divellere corpus. sagittas vero ideo gestare dicitur, quia et ipsae incertae velocesque sunt. et haec ratio paene in omnibus aliis numinibus pro potestatum qualitate formatur.

664. NATE MEAE VIRES aut quia Veneria voluptas exerceri sine amore non potest, aut secundum Simoniden qui dicit, Cupidinem

2 agnovit] A. III 180. cf. Nonius p. 245 M. ‖ 7 aut ubi] georg. I 445 15 nam quia . . . velocesque sunt] exscr. mythogr. III 11, 18. cf. mythogr. II 35. Isid. orig. VIII 11, 80 ‖ 16 inter quas] georg. IV 345 ‖ 18 incipit] A. IV 76 ‖ 22 non potui] A. IV 600 ‖ 26 aut quia . . . velint] exscr. mythogr. II 35

1 gemino *C* ‖ 3 mentem. item apud Liuium de Hannibale 'inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil ueri, nihil sancti, nullius diei metus, nullum ius iurandum, nulla religio. *D* ‖ 4 *ad v.* 662 Atrox Iuno (primo)] quantum . . . indicet. Recursat] recurrit (recurrat) . . . uenit. *P* ‖ aena *C* (faeua $C^2$) ‖ quia *P* ‖ 12 AMOREM aligerum . . . nomen sanae latini *C* ‖ 13 hoc quod *C*: hoc quoque *B L H* eo quod *M1* hoc quod ille *F. Schoellius* ‖ hic] illic *M* ‖ 14 nomine ἔρωτος *Fabricius* ‖ 15 numen *C*: nomen *B L H M* ‖ 19 est *om. L* ‖ 20 nihil leuius nihil mutabilius *B C* nec leuius aliquid nihil mutabilius *M* ‖ 22 corpus. idem ex Terentio patet 'in amore haec sunt uitia, iniuriae, suspiciones, inimicitiae, induciae, bellum, pax rursum. uel quia amorem et libidinem sequitur punctura poenitentiae et dolor. sagittas uero *D cf. mythogr.* III '*sagittas fert quae et ipsae incertae sunt et veloces, sive, ut vult Remigius, quia conscientia criminis perpetrati stimulet mentem.*' ‖ 26 *ad v.* 664 Nate meae uires] quae ueneriam uoluptatem exerceris. Solus nate] id est solus qui . . . terrori (errori). *P* ‖ 27 simonidem *B M*

ex Venere tantum esse progenitum: quamquam alii dicant ex ipsa et Marte, alii ex ipsa et Vulcano, alii vero Chai et primae rerum naturae eum esse filium velint. *sane et hic persuasoriam agit, sicut superius, ubi Iuno ad Aeolum loquitur* Aeole, namque tibi. *sed ibi quia dea cum homine loquebatur, principio opus non fuit, hic vero principio usus est, quia dea cum deo loquitur ad benivolentiam comparandam. 'nate' ab indulgentissimo nomine: causa amoris 'mea magna potentia': quid possit facere 'qui tela typhoea temnis': pro quo 'frater ut Aeneas pelago tuus': contra quem 'odiis Iunonis iniquae': nam quod dicit 'frater tuus', non 'filius meus', ostendit etiam ei profuturum qui rogatur; nam ex eo genere est illud 'et nostro doluisti saepe dolore'. sequitur causa 'hunc Phoenissa tenet Dido': timor ipsius 'et vereor quo se Iunonia vertant hospitia': rem ipsam 'quocirca capere ante dolis': modus 'qua facere id possis': quamdiu 'noctem non amplius unam': an difficile sit 'et notos pueri puer indue vultus': quomodo 'ut cum te gremio accipiet laetissima Dido': subito amabit 'occultum inspires ignem fallasque veneno': nihil promisit; quid enim promitteret deo?* SOLVS, NATE qui Iovis contemnis fulmina, quae diis ceteris solent esse terrori.

665. PATRIS SVMMI nunc quidem de Iove proprie dixit. sciendum tamen pro qualitate rerum vel personarum summum deum dici vel patrem; nam unusquisque eum summum putat esse quem colit, ut s u m m e d e u m s a n c t i c u s t o s S o r a c t i s A p o l l o. TYPHOËA multi 'Typhoia' legunt, ut cerialia et cerealea. 'Typhoëa' autem dixit non quibus Typhoeus usus est, sed quibus Iuppiter in Typhoeum: a spoliis [id est virtute] et victoria epitheton posuit, ut Scipio Africanus et Metellus Creticus. TEMNIS aphaeresis est pro contemnis. hac autem laude hoc agit, facile eum posse Iunonem contemnere qui contemnit et Iovem.

---

4 Aeole] A. I 65 ‖ 23 summe] A. XI 785

---

6 eo *C* deo $C^2$ ‖ 8 pro quo *vix apparet, quia radendo corruptum est* 9 nam quod dicit] *fortasse* et quod dicit. *praeterea* contra quem 'odiis Iunonis iniquae' *post* dolore (*lin.* 11) *collocanda videntur.* ‖ 12 quo se iunon uerẽ hosp̃ quo $C^2$, *ut videtur, in rasura.* Q. SE. I. V. Rem ipsam QVO *enotarit Scioppius. aut ipse aut Daniel pro* hosp *e coniectura* rem ipsam *scripsisse videtur.* ‖ 20 *ad v.* 665 Patris summi] summum unusquisque putat esse eum quem colit, ut . . . Apollo. Typhoea non dixit quibus Typhoeus usus est, sed quibus Iuppiter in Typhoeum. et epitheton a spoliis et uictoria posuit, ut . . . contemnis. hoc dicit . . . qui Iouem contemnit. *P* ‖ 21 deum *om. B* eum $C^2$ ‖ 24 cerialia et cerealia *L:* cerealia *B* ecerealia *C* cerealia et cerealia *HM* typhoea *BMt:* typhoia *CLH* ‖ 26 et epitheton a spoliis et uictoria posuit *C* id est uirtute *om. M*, *expunctum est et a manu recentiore glosa superscriptum in L* ‖ 27 TEMPNIS *HM* ‖ 28 agit] ait *H* ‖ 29 contempnere *HM* ‖ contempnit *M*

666. AD TE CONFVGIO personarum ratio facit laudis augmentum. TVA NVMINA possibilitatem. et notandum unum deum plura habere numina, ut supra diximus *de Iunone*.

667. FRATER VT AENEAS conciliatio a qualitate personae. 'ut' autem est quemadmodum, quod in pronuntiatione extenditur, quando temporis non est.

668. IACTETVRQVE vacat 'que'. ODIIS IVNONIS INIQVAE iusta causa petitionis ostenditur. 'odium' autem 'o' in nomine breve est, in verbo longum, ut 'odi', quemadmodum 'liquor' 'li' brevis est, 'liquitur' longa.

669. NOTA TIBI Graeca figura est, ut Terentius mira vero militi quae placeant. NOSTRO DOLVISTI SAEPE DOLORE 'nostro' aut eo quo et ego, aut 'doluisti' ideo quia me dolentem vidisti, ut 'dolea illa re'.

670. PHOENISSA de Phoenice. TENET moratur. *BLANDIS VOCIBVS ideo dixit 'blandis', ut ostenderet Didonem facile amore incendi posse, quae ante iam blanda est, quam amat.*

671. QVO SE IVNONIA VERTANT HOSPITIA 'quo' in quam partem. 'Iunonia' autem 'hospitia' Carthaginem dicit, ubi habitabat Iuno, ut hic illius arma: aut certe hoc ipsum vereor, quod Aeneae Carthago in hospitium patuit, ut est timeo Danaos et dona ferentes.

672. HAVD TANTO CESSABIT CARDINE RERVM aut δεικτικῶς dixit, ne in tantum quidem, hoc est brevi occasione cessabit; aut simpliciter intellegendum est, non poterit in tanta rerum opportunitate cessare, ut sit de proverbio tractum. quo dicitur 'res in cardine est', hoc est in articulo. *quidam sic intellegunt: cum in incerto*

---

11 Terentius] eun. II 2, 57 ‖ 20 hic] A. I 16 ‖ 21 timeo] A. II 49 ‖ 26 ut sit . . . cardine est] cf. Isid. orig. XV 7, 6

---

1 *ad v.* 666 Tua numina] notandum est enim unum deum plura habere numina, id est possibilitatem. *P* ‖ 3 dictum est *C* ‖ 7 IACTETVRQVE uacat que *om. B* ‖ *ad v.* 668 Odium] autem . . . longa. *P* ‖ 8 iustae *Ml* ‖ 9 nerbo nero *P* ‖ 11 figura est] qua plurale singulari redditur dixit enim ut iactetur aeneas odiis iunonis iniquae. nota tibi subaudis sunt. quasi diceret notum tibi est *add. M et l in marg.* ‖ 15 *ad v.* 670 Phoenissa] de Phoenice. Tenet] moratur. *P* ‖ MORATVR tenet *LH* ‖ 18 *ad v.* 671 Quo se Iunonia uertant hospitia] quo in quam partem . . . arma. *P* ‖ 19 habitat *BH* ‖ 21 et] ed *C* hec *C*[2] 23 *ad v.* 672 Haud tanto c. c. r.] aut δεικτικῶς dixit . . . in articulo. *P* dicticos *libri* ‖ 24 aut simpliciter intellegendum est] tamquam dicat apercius ne hanc quidem ledendi oportunitatem omittet qua eneam hospitio suae urbis uti uidet. licet sit hec ipsa permodica *add. l in marg. sup.* ‖ 26 cessare] quippe cum a suis cernat eum in quem semper ledendi oportunitates requirit *add. M et l in marg.* ‖ quo *M:* quod *BCP* de quo *LH*

*statutae res sunt, in cardine esse dicuntur, et translationem verbi a ianua tractam volunt, quae motu cardinis hac atque illuc impelli potest.*

673. QVOCIRCA quapropter. MEDITOR mente pertracto.

674. NE QVO SE NVMINE MVTET 'quo' vel vacat, vel pronomen est. et bene supprimit nomen Iunonis, ne eius frequenti commemoratione Cupidinem terreat; magis enim vult eum intellegere, quam audire Iunonem. aut certe adverbium est, ut sit, timeo ne se numine Dido aliquam commutet in partem.

675. MECVM id est cum officio Venerio, nec potest intellegi 'quemadmodum ego'; aliter *enim* a matre Aeneas amatur, aliter a Didone. *MECVM per meos amores, id est me adnitente.*

676. QVA id est quomodo. ACCIPE audi, *ut accipe nunc Danaum insidias*, ut contra 'da' dic; ut da, non indebita posco et da Tityre nobis. MENTEM dispositionem, consilium.

677. ACCITV evocatione. et est quartae declinationis.

678. VRBEM SIDONIAM quam tenent Sidonii. MEA MAXIMA CVRA et Aeneas cura est, sed Ascanius maxima, cui regnum Italiae Romanaque tellus debentur: et ubique Ascanius maxima cura Veneris introducitur, ut Veneris iustissima cura, item hunc tegere et dirae valeam subducere pugnae.

679. *DONA RESTANTIA quae restiterunt, quae superfuerunt. et ante pelagus posuit, cum post Troiae eversionem navigaverit Aeneas.*

680. SOPITVM SOMNO unum quidem est sopor et somnus, sed modo 'sopitum' inrigatum intellegimus. *CYTHERA sicut supra dictum est genere neutro pluraliter, ut alibi sunt alta Cythera.*

681. IDALIVM Cypri nemus est, in quo oppidum breve, ut paulo post Idaliae lucos, item Idaliumque nemus. SACRATA SEDE vel templi vel oppidi.

---

12 ACCIPE . . . dic] cf. Don. ad Ter. eun. III 1, 11 ‖ accipe] A. II 65 13 da non] A. VI. 66 ‖ 14 da] buc. I 18 ‖ 17 cui] A. IV 275 ‖ 19 Veneris] A. X 132 ‖ 20 hunc] A. X 50 ‖ 25 sunt] A. X 86 ‖ 27 Idaliae] A. I 693 Idaliumque] A. X 52 'Idaliaeque domus'

---

3 *ad v.* 673 Quocirca] quapropter . . . pertracto. *P* ‖ 4 *ad v.* 674 Quo] uel uacat uel pronomen est. aut certe aduerbium, ut sit . . . partem. *P* ‖ 9 *ad v.* 675 Mecum] id est cum officio Venerio, uel 'mecum' per meos amores, me adnitente. *P* ‖ 11 a didone mecum ergo per meos amares (amores *C*²) id est me adnitente *C* ‖ 12 *ad v.* 676 Qua] id est quomodo . . . dic ut 'da non indebita posco'. Mentem] dispositionem consilium. *P* ‖ QVA FACERE *C* ‖ 13 da dic *C:* dic da *LH* dic id est da *MI* ‖ ut *om. LHM* ‖ da non] dic non *MI* ‖ 14 posco regna meis facitis *C* ‖ et da Tityre nobis *om. C* ‖ 15 *ad v.* 677 Accitu] euocatione . . . declinationis. *P* ‖ 16 *ad v.* 678 Urbem Sidoniam] quam tenent Sidonii. *P* ‖ 21 *ad v.* 679 Dona restantia] quae restiterunt superfueruntque. *P* ‖ 23 *ad v.* 680 Sopitum somno] unum . . . neutro pluraliter. *P* ‖ 24 inrogatum. *P* ‖ 26 *ad v.* 681 Idalium] Cypri nemus est . . . nemus. *P* ‖ ut] et *C*

682. NE QVA 'qua' vacat, ut frequenter diximus. MEDIVS inportunus, incongruus.

683. TV FACIEM ILLIVS 'faciem' pro vultu posuit. nullus enim faciem alterius potest accipere, sed vultum, qui pro mentis qualitate formatur: unde infra est 'et notos pueri puer indue vultus'. TV FACIEM ILLIVS] *quod difficile numini non est, ut in faciem mutetur alterius. sane 'illius' in Georgicis corripuit, ut illius inmensae.* NOCTEM NON AMPLIVS VNAM ut supra diximus artis poeticae est non omnia dicere: unde nunc praemisit 'noctem unam'; nec enim dicturus est aut abscessum Cupidinis aut adventum Ascanii.

684. PVERI PVER argumentum a facili. *LAETISSIMA DIDO non est epitheton perpetuum, id est cum laeta esse coeperit.*

686. REGALES INTER MENSAS epulas intemperantes, in quibus castitas rara est et facilis amoris occasio: unde est sine Cerere et Libero friget Venus. LATICEMQVE LYAEVM latex proprie aqua est *fontium* ab eo quod intra terrae venas lateat, sed et vinum latet intra uvam, unde nunc dixit laticem. 'Lyaeum' autem pro 'Lyaeium' dixit, figurate ponens principalitatem pro derivatione.

688. OCCVLTVM INSPIRES IGNEM definitio amoris est ignis occultus. VENENO venenum dictum *ab eo* quod per venas eat. *ideo post ait longumque bibebat amorem.*

689. PARET AMOR DICTIS ut supra pro Cupidine amorem ponit. *sane notandum, quod interdum ubi inducit minorem festinantem parere, maiori respondentem cum non facit, ut hoc loco Cupidinem, ut in quarto ille patris magni parere parabat imperio. et in septimo exin Gorgoneis Alecto infecta venenis.*

690. ET ALAS EXVIT laus ingens Ascanii per transitum, siquidem *Cupido* alis tantum depositis Ascanius fuit.

3 faciem e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I. 89. Isid. orig. XI 1, 34. diff. verb. 589 ‖ 7 illius] georg. I 49 ‖ 14 sine Cerere] Ter. eun. IV 5, 6 ‖ 15 latex proprie . . . lateat] exscr. Isid. diff. verb. 65 ‖ 19 definitio . . . occultus] Don. ad Ter. eun. IV 3, 6 ‖ venenum . . . eat] exscr. Isid. orig. XII 4, 41 ‖ 21 longumque] A. I 749 ‖ 24 in quarto] 238 ‖ 25 in septimo] 341

1 qua] quo *C* ‖ diximus *om. BC* ‖ 3 *ad v.* 683 Faciem] pro uultu posuit . . . mutetur alterius. *P* ‖ 5 uultus aut certe quod *CP*, *nisi quod* quia *P* 6 in *om. C* ‖ 8 dictum est *C* (dicticon $C^2$) ‖ 11 id est cum laeta esse coeperit; non est epitheton perpetuum *malim* ‖ 13 *ad v.* 686 Laticem] liceum autem pro licium figurate ponens principalitatem pro diriuatione. *P* ‖ 14 rata *H* rea *M* (. . corrupta † rara *superscr. m*) ‖ et *om. M* (*supr. vers. add. m*) ‖ 17 lyaeum *HM*: lyeum *BC* (*nisi quod* ũ *in ras. C*) lieum *L* ‖ 18 lyaeium *M*: liacium *BLH* lyei-um *C* (ei *et* u *litterae ab alia manu instauratae sunt*) ‖ 19 *ad v.* 688 Occultum inspires ignem] uenenum dictum quia per uenas eat . . . amorem. *P* 22 ut supra cupidinem amorem posuit *C* ‖ 27 *ad v.* 690 Et alas exuit] hoc est deposuit. *P* ‖ 28 Cupido *Fabriciana quoque anni 1575.* si quidem deus *in Leidensi suo fuisse testatur Burmannus.* ‖ tantum *om. C*

691. PLACIDAM PER MEMBRA QVIETEM aut epitheton est quietis, aut ideo 'placidam' dixit, quia est quies, quae potest etiam somniorum terrore turbari.

692. INRIGAT *infundit: proprie quia et somnus sic pingitur quasi cornu infundat.* FOTVM sublatum, *complexum.*

693. AMARACVS hic puer regius unguentarius fuit, qui casu lapsus dum ferret unguenta, maiorem ex *unguentorum* confusione odorem creavit: unde optima unguenta amaracina dicuntur. hic postea in herbam sampsucum versus est, quam nunc etiam amaracum dicunt.

695. IAMQVE IBAT cum vix Venus ista dixisset. sane neque festinantibus personis neque minoribus est respondendi facultas, ut hoc loco Cupidini, Mercurio supra item in quarto, ut in septimo Furiae.

697. CVM VENIT aut pro 'cum veniret', aut ut 'cum' sit adverbium temporis pro dum; nec enim potest coniunctivi modi particula iungi indicativo. sane sciendum, malo errore 'cum' et 'dum' a Romanis esse confusa. AVLAEIS velis pictis, quae ideo aulaea dicta sunt, quod primum in aula Attali regis Asiae, qui populum Romanum scripsit heredem, inventa sunt. ideo autem etiam in domibus tendebantur aulaea, ut imitatio tentoriorum fieret, sub quibus bellantes semper habitavere maiores: unde et in thalamis hoc fieri hodieque conspicimus. Varro tamen dicit vela solere suspendi ad excipiendum pulverem, quia usus camerae ignorabatur: unde Horatius interea suspensa gravis aulaea ruinas in patinam fecere, trahentia pulveris atri, quantum non Aquilo Campanis excitat oris. sciendum sane omnia Graeca nomina in η exeuntia, cum derivationem faciunt, η in ae diphthongon

6 hic puer . . . dicunt] exscr. mythogr. I 34. II 182 Isid. orig. IV 12, 8. XVII 9, 14 || 11 sane . . . facultas] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 303 cf. ad p. 194, 24 sq. || 18 quae ideo aulaea . . . inventa sunt] exscr. Isid. orig. XIX 26, 8 || 25 Horatius] sat. II 8, 54. cf. Porphyr. ad hunc. vers.

2 quae] qui *C* || 4 *ad v.* 692 Inrigat] infundit proprie quia (quae) et somnus . . . complexum. *P* || 5 sublatum a fouendo *D* || 6 *ad v.* 693 Amaracus] hic puer regius . . . quam nunc amaracum (amaracus) dixit. *P* || ungentarius *LM* || 7 ungenta *L* || maiorem . . . ungenta *om. L* (*add. l in marg.*) 8 amaricina *L* amarachina *P* || 9 sampsucum *M*: samsucum *BH* sampsuchum *C* sam su cum *L* samsacum *P* || versus est] dicitur uersus *CP* || quam] quia *H* quod *B* || etiam *om. CP* || 10 dixit *CP* || 11 sane . . . furiae *om. BC* 15 *ad v.* 697 Cum uenit] aut pro cum ueniret . . . confusa. *P* || aut ut *scripsi*: ait ut *CP* aut *BLHM cf. ad Aen.* II 155 || 18 AVLAEIS uelis pictis . . . MEDIAMQVE (*pag.* 196 *lin.* 9) *om. C* || 22 semper *om. B* || 23 hodie *B* || 25 unde Horatius . . . oris *om. B* || suspensus *H* || 26 atrii *H* || 27 oris] agris *libri Horatiani* || sane] tamen *l*

convertere, ut αὐλή aulaea, Ἴδη Idaea, Αἴτνη Aetnaea. SVPERBIS nobilibus, ut ceciditque superbum Ilium.

698. AVREA si 'Dido aurea', pulchram significat, et est nominativus, si 'sponda aurea', septimus quidem est, sed synizesis fit, et spondeus est. SPONDA antiqui stibadia non habebant, sed stratis tribus lectis epulabantur, unde et triclinium sterni dicitur. sic Cicero sterni triclinia, et in foro sterni iubebat. unde apparet errare eos, qui triclinium dicunt ipsam basilicam vel cenationem. MEDIAMQVE LOCAVIT ipse enim apud maiores domini fuerat locus, ut aperte Sallustius docet igitur discubuere: Sertorius inferior in medio, super eum L. Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis; in summo Antonius, et infra scriba Sertorii Versius; et alter scriba Maecenas in imo, medius inter Tarquinium et dominum Perpernam. *LOCAVIT collocavit.*

699. IAM PATER AENEAS religiosus, quia pater proprie omnium deorum epitheton est, ut ubique ostendit Vergilius.

700. OSTRO pro purpura posuit, unde tingitur purpura.

701. DANT MANIBVS FAMVLI LYMPHAS humilis character, qui ἰσχνὸς dicitur; vilia enim describuntur. *CEREREMQVE CANISTRIS hic panem, alibi triticum, ut tum Cererem corruptam undis. EXPEDIVNT proferunt.* TONSISQVE FERVNT MANTELIA VILLIS 'tonsis villis' vel minutis vel compositis, *ut tonsa coma, pressa corona est;* constat enim maiores mappas habuisse villosas, *quibus etiam in sacris utebantur, sicut in georgicis manibus liquidos dant ordine fontis germanae, tonsisque ferunt mantelia villis; de*

2 ceciditque] A. III 2 ‖ 7 Cicero] in Verr. act. II 3, 26, 65 ‖ 10 Sallustius] hist. fragm. III 3 Kritz. ‖ 20 tum] A. I 177 ‖ 22 tonsa] A. V 556 ‖ 24 in georgicis] IV 376

1 aule (ll superscr.) *B* aule *LH* aulae *M* ‖ IΔH *B:* ide *LH* idae *M* ‖ *Αἴτνη* Aetnaea *om. B post* idaea *addens* caliopn caliopaea sed illa dip ã in e produc ã in ./. pro in quibusdam locis solet mutari. ‖ *Αἴτνη om. H* aethne *L* aethnae *M* 3 *ad v.* 698 Aurea locabit] collocabit. *P*, LOCAVIT collocauit *C* ipse enim . . . IAM (*lin.* 15) *omittens* ‖ 4 aurea *B: om. LHM* ‖ sinizis *BLH* sinizisis *M* ‖ 5 stibadia *B:* stupadia *L* stipadia *HMl* (lectum de culcitis *superscr. l*) ‖ 9 caenationem *BM* ‖ domi *B* dni *M* (domini *m*) ‖ 11 L. *Kritzius:* tucius *BK* tut us *L* titus *M* ‖ 13 sertorius *L* ‖ uersius *H:* uirsius *B* uisius *ex* uerisius *vel* uersius *L* uirsius *ex* uersius *M* ‖ maecenas *L:* accenas *B* maccennas *H* mecaenas *M* ‖ 14 arquinium *BH* Tarquitium *Kritzius* ‖ domum *BH* domi *L* (domicium *l*) domitium *M* ‖ ppernam *L* (ppmã *l*) perpenna *M* ‖ 15 *ad v.* 699 Iam pater Aeneas] religiosus (regiosus) . . . Virgilius. *P* ‖ 17 *ad v.* 700 Ostro] pro pura inposuit unde et tinguitur. *P* ‖ posuit] dixit *B* ‖ unde et *C* ‖ tinguitur *libri* ‖ 18 *ad v.* 701 Cereremque] hic panem . . . utebantur. mantelia (mantilia) uero a (a *om.*) tergendis manibus dicta. et est . . . apocope est. *P* ‖ 19 ἰσχνὸς] isenos *BHMl* ex *C* senos *L* ‖ 20 ut *om. C* ‖ 21 MANTELIA *HM* MANTILIA *CL* ‖ 24 liquido *C* (liquidos *C²*) ‖ 25 fonti *C* (fontis *C²*) ‖ germa *C* (germanae *C²*) ‖ feri *C* mant *C* (mantilia *C²*)

*supplicaturis enim hoc dixit.* 'mantelia' vero a manibus *tergendis dicta*, et *est nominativus* mantele, quo modo torale. quod autem legimus ne turpe toral, apocope est.

703. QVINQVAGINTA hoc est multae. ORDINE LONGO id est dispositione, secundum Tullium, qui in oeconomicis dicit, quid ubi ponendum sit; nec enim debent universa confundi. CVRA PENVM STRVERE inter penum et cellarium hoc interest, quod cellarium est paucorum dierum, unde et in cellam dicitur imperatum frumentum, penus vero temporis longi. sane dicimus et hic et haec et hoc penus, sed a masculino et a feminino genere quarta est declinatio, a neutro tertia, quo modo pecus pecoris. unde Horatius portet frumenta penusque, masculino vero genere Plautus nisi mihi annuus penus datur, feminino Lucilius posuit, ut uxori legata penus. quartae autem declinationis esse Persius docet, ut in locuplete penu defensis pinguibus Umbris.

704. STRVERE ordinare, conponere, unde et structores dicuntur ferculorum conpositores. ET FLAMMIS ADOLERE PENATES colere. sed adolere proprie est augere. in sacris autem *κατ' εὐφημισμὸν* adolere per bonum omen dicitur; nam in aris non adolentur aliqua, sed cremantur *et consumuntur.* *ET FLAMMIS ADOLERE PENATES*] *quia veteres in focis sacrificabant, ut ipse alibi hortor amare focos.*

705. TOTIDEMQVE PARES AETATE MINISTRI non numerus habet admirationem, sed aetatis aequalitas.

706. QVI DAPIBVS *MENSAS ONERENT* dapes regum sunt, epulae

---

1 mantelia . . . dicta] cf. Isid. orig. XIX 26, 6 ‖ 3 ne turpe] Hor. ep. I 5, 22 ‖ 7 inter penum . . . longi] cf. Gell. IV 1, 14. Isid. orig. XV 5, 7 9 sane dicimus . . . hoc penus] cf. Gell. IV 1, 2 et Nonius p. 51 M. ‖ 11 Horatius] ep. I 16, 72 ‖ 12 Plautus] pseud. I 2, 45 ‖ 13 Lucilius] XVI 5 Müll. 14 Persius] sat. 3, 74 ‖ 18 adolere e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 514 ‖ 21 hortor] A. III 134 ‖ 24 dapes . . . privatorum] exscr. Isid. orig. XX 2, 6

---

1 a *om. C* (*supr. vers. add. C²*) ‖ 2 et mantele] an telo *B* et telo *L* (*et ex corr. o in a mutavit l, qui superscr.* t ante lotis) anctelo *H* et ///telo *M* (*duae litterae erasae*) ante lotis *Burmanni Leidensis et Regius* mantilia vero a manibus ante lotis et est nominativus mantile *Lion* ‖ 3 legimus in Horatio *Fabricius* ‖ 4 *ad v.* 703 Quinquaginta] hoc est . . . dispositione. Cura penum struere] inter . . . pinguibus umbris. *P* ‖ id est] deest *H* uel deest id est *L*

5 oecomicis *B* ///oecomicis *C* (oeconomicis *C²*) ‖ 8 in cellam *BLM:* in cella *CP* cellam *H* ‖ ducitur *l* ‖ 10 et a feminino *om. CP* ‖ a feminino *HB* feminino *BL* ‖ 12 penũque *P* ‖ masculini uero generis *P* ‖ 13 annus poenis *P* lucius *C* ‖ 15 plenu *L* ‖ 16 *ad v.* 704 Struere] ordinare componere . . . amare focos. *P* ‖ strictores *P* ‖ 18 *κατ' εὐφημισμὸν om. CP* ‖ 22 *ad v.* 705 Centum non numerus sed aequalis abet admirationem. *P* ‖ non numerus sed aequalitas habet admirationem *C* ‖ 24 *ad v.* 706 Qui dapibus] quidam dapes regum uolunt esse, epulas priuatorum. Onerent] de ueterum more dixit . . . adponebantur. Et pocula ponant] similiter more antiquo dixit quia (quae) . . . dicuntur. *P* quidam dapes regum uolunt esse epulas priuatorum *C*

privatorum. *'onerent' autem potest et ad abundantiam retulisse et de veterum more dixisse, quibus cum accubuissent omnis cena semel adponebatur. et quidam volunt hoc secundum veterem caerimoniarum ritum adverti debere, quod flamini Diali mensa inanis non anteponebatur; nam cum dicit 'qui dapibus mensas onerent et pocula ponant', et alibi et vina reponite mensis, quid aliud ostendit, quam mensam vacuam non antepositam Aeneae, quem ubique omnia sacerdotia inducit habuisse?* ET POCVLA PONANT secundum antiquum locutus est morem, *quia veteribus non in manus dabantur pocula, sed mensis adponebantur, ut hodieque apud plures pocula in canistris argenteis adponantur, quae canistra siccaria dicuntur.*

708. *TORIS PICTIS pro in toris pictis. et torus dictus est, quod veteres super herbam tortam vel sedebant vel discumbebant, ut proximus ut viridante toro consederat herbae. IVSSI DISCVMBERE bene 'iussi' de regiis satellitibus dixit, qui utique subiecti habebantur imperio, nec tamquam hospites fuerant invitati. discumbere autem iuxta consuetudinem suorum temporum dixit, quia olim sedentes vescebantur, ut ipse alibi gramineoque viros locat ipse sedili et perpetuis soliti patres considere mensis.*

709. MIRANTVR DONA AENEAE, MIRANTVR IVLVM hoc ad Tyrios rettulit. *MIRANTVR IVLVM quem putabant Iulum.*

710. FLAGRANTISQVE DEI VVLTVS hoc ad poetam refertur. * *FLAGRANTIS ardentis divinitate.* * SIMVLATAQVE VERBA composita in Ascanii similitudinem. et hoc ex persona poetae accipiendum.

712. PRAECIPVE INFELIX propter casum futurum, ut probant sequentia 'pesti devota futurae'. *ideo ergo infelix. 'pesti' autem amori vel malo. 'devota' vero de oratione Augusti translata locutio, quam habuit in laudatione funeris Marcelli, cum diceret, illum inmaturae morti devotum fuisse.*

6 et vina] A. VII 134 || 12 torus . . . discumbebant] cf. Isid. orig. XX 1, 2 || 13 proximus] A. V 388 || 18 gramineoque] A. VIII 176 || perpetuis] A. VII 176

1 ad *om.* C (*supr. vers. add.* C²) || 4 flamini C flamen C² *vel* C³ || 10 odieque C (hodieque C²) odie P || 11 apponuntur P: apponebantur C || dicuntur. m. C || 12 *ad v.* 708 Toris pictis] pro in toris pictis . . . qui utique subiecti erant imperio nec tantum quod hospites fuerant. discumbere autem quod olim sedentes uescebantur ideo dixit. P || torus] toris C || quia P || 13 sedeant C *corr.* C² || proximus ut *om.* P || 14 bene iussi *om.* P || 19 patris C || 20 MIRANTVR IVLVM *om.* C || 21 IVLLVM C || putebant C || 22 *ad v.* 710 Flagrantesque dei uultus] ardentes diuinitate. hoc . . . ex persona poetae. P || FLAGRANTIS ardentis diuinitate hoc C || 25 *ad v.* 712 Deuota] de oratione Augusti translata elocutio . . . deuotum fuisse. P || 27 oratione] noratione C *ut videtur*, notatione C² *vel* C³ || 28 laudatione] translatione P

713. EXPLERI MENTEM NEQVIT Graeca figura est. TVENDO dum intuetur. et omnis gerundi modus tam ab agentis quam a patientis significatione similiter profertur, ut cantando tu illum, id est dum cantas, et frigidus in pratis cantando rumpitur anguis, id est dum ei cantatur.

714. ILLE VBI postquam, ut Horatius nos ubi decidimus, hoc est postquam; nam si loci esset, 'quo' diceret. ergo 'ubi' interdum adverbium loci est, interdum temporis.

716. ET MAGNVM arduum; difficile est enim imitari verum filii adfectum. *FALSI IMPLEVIT GENITORIS AMOREM non veri, vel pro eo qui fallebatur, ut sit, implerit amorem eius quem decipiebat simulando eum esse patrem suum, et est magis absolutum participium; nam illic nomen est falsi Simoentis ad undam.*

717. REGINAM PETIT non simpliciter dixit 'petit'; nam petere est proprie insidiari.

718. GREMIO FOVET sustinet, ut et fotum gremio.

719. INSIDAT *in sinu sedeat,* legitur *tamen* et 'insideat', *id est ut quidam volunt insidias faciat.* AT MEMOR ILLE MATRIS hoc est praeceptorum matris.

720. ACIDALIAE Acidalia Venus dicitur vel quia inicit curas, quas Graeci ἄκιδας dicunt, vel certe a fonte Acidalio qui est in Orchomeno Boeotiae civitate, in quo se Gratiae lavant, quas Veneri esse constat sacratas; ipsius enim et Liberi filiae sunt: nec inmerito; gratiae enim per horum fere numinum munera conciliantur. ideo autem nudae sunt, quod gratiae sine fuco esse debent, ideo conexae,

---

2 et omnis . . . dum ei cantatur] Servii comm. in Don. p. 412, 21 ‖ 3 cantando] buc. III 25 ‖ 4 frigidus] buc. VIII 71 ‖ 6 Horatius] carm. IV 7, 14 13 falsi] A. III 302 ‖ 16 et fotum] A. I 692 ‖ 20 Acidalia . . . solet reverti] exscr. mythogr. II 36. III 11, 2

---

1 *ad v.* 713 Tuendo] dum intuetur. et omnis gerundi modus . . . dum ei cantatur. *P* ‖ 2 tuetur *Lm* ‖ argenteis *C* ‖ 4 et] item *B* sed *HM* (et *m*) 6 *ad v.* 714 Ille ubi] postquam . . . ergo ubi interdum aduerbium temporis. *P* decimus *L* (*corr. l*) ‖ 7 posquam *L* ‖ 8 temporis] aduerbium temporis *C* ‖ 9 *ad v.* 716 Falsi genitoris] non ueri . . . Simoentis ad undam. *P* ‖ 11 quem decipiebat] *desinit Cassellani quaternio septimus* ‖ 12 illi *P* ‖ 13 falsis *P* ‖ 14 nam petere non solum adire, sed etiam est proprie insidiari *D* ‖ 16 *ad v.* 718 Gremio fouet] sustinet . . . gremio. *P* ‖ 17 *ad v.* 719 Insidit] in sinu sedeat. legitur tamen et insidias facit cr̃a n pene ul brẽu ẽ altius pene ut ꝓducitur. (*lege* paeneultima breuis est, alterius paeneultima producitur.) *P* ‖ id est *inseruit Masvicius* * ut quidam uolunt *Daniel, quem haec e Cassellano edidisse conicio, cuius folium* LVII *e codice sublatum a Francisco Modio acceperat.* ‖ 20 *ad v.* 720 Acidaliae] Acidalia Venus dicitur a fonte Acidalio . . . esse sacratas. Abolere Sichaeum incipit] ordo . . . inferre. *P* ‖ 21 acidas *libri* ‖ 22 horcomeno *L* ‖ 24 gratia *B* grati *L* (gratiae *l*)

quia insolubiles esse gratias decet: Horatius segnesque nodum solvere Gratiae. quod vero una aversa pingitur, duae nos respicientes, haec ratio est, quia profecta a nobis gratia duplex solet reverti, unde est supra nec te certasse priorem paeniteat. *sane Veneri multa nomina pro locis vel causis dicuntur inposita. nam Venerem vocari quidam propter promptam veniam dicunt. alii Suadam appellant, quod ipsa conciliatio Suada sit. dicitur etiam Obsequens Venus, quam Fabius Gurges post peractum bellum Samniticum ideo hoc nomine consecravit, quod sibi fuerit obsecuta: hanc Itali † Postvotam dicunt. dicta est etiam Equestris Venus, dicta et Cloacina, quia veteres cloare purgare dixerunt. dicitur et Myrica et Myrtea et Purpurissa. est et Erycina, quam Aeneas secum advexit. dicitur et Salacia, quae proprie meretricum dea appellata est a veteribus, et Lubentina, quae lubentiam mentibus novam praestat, quamvis alii hanc Lubiam dicunt, quod eo numine consilia in medullas labantur. alii Mimnerniam vel Meminiam dicunt, quod meminerit omnium. est et Verticordia, est et Militaris Venus, est et Limnesia quae portubus praeest. ipsa et Victrix et Genetrix ex Caesaris somnio sacrata. est et Venus Calva ob hanc causam, quod cum Galli Capitolium obsiderent et deessent funes Romanis ad tormenta facienda, prima Domitia crinem suum, post ceterae matronae imitatae eam exsecuerunt, unde facta tormenta, et post bellum statua Veneri hoc nomine collocata est, licet alii Calvam Venerem quasi puram tradant, alii Calvam, quod corda amantum calviat, id est fallat atque eludat. quidam dicunt porrigine olim capillos cecidisse feminis et Ancum regem suae uxori statuam calvam posuisse, quod constitit piaculo; nam post omnibus feminis capilli renati sunt, unde institutum, ut Calva Venus coleretur. apud Cyprios Venus in modum umbilici, vel ut quidam volunt, metae colitur. apud Ephesios Venerem Automatam dixerunt, vel Epidactiam. ratio autem horum nominum talis est. Meliboea et Alexis amore se mutuo dilexerunt et iuramento se adstrinxerunt, ut cum tempus nuptiarum venisset sibimet iungerentur: sed cum virginem parentes sui alii despondissent et hoc Alexis vidisset, sponta-*

1 Horatius] carm. III 21, 22 ‖ 4 nec te] A. I 548

1 docet *H* ‖ nudum *H* ‖ 5 sane Veneri . . . Epidaeti sacrauit (*p.* 201, 8) *Daniel in margine exemplaris Basileensis e Cassellano adscripsit.* sane Veneri . . . ueniam dicunt *perierunt charta a bibliopego circumcisa* ‖ 9 Postuortam *F. Schoellius* 11 purgare] *cf. Plin. nat. hist.* XV § 119 *'in eo loco qui nunc signa Veneris Cluacinae habet. cluere enim antiqui purgare dicebant'*: pugnare *C* ‖ 13 alatia *C* ‖ 14 lubentium *C* ‖ 15 *an* Labiam? ‖ 18 uictima *C* ‖ netrix *C* ‖ 29 auto-
aet
matam *scripsi:* automatem *C* ‖ 30 epidecia *C* ‖ 30 meliboea *scripsi:* meliboce *C*

*neum subiit exilium. virgo autem ipso nuptiarum die semet de tecto praecipitavit: quae cum inlaesa decidisset, in fugam conversa pervenit ad litus ibique scapham ascendit, ex qua sponte funes soluti esse dicuntur. voluntate itaque deorum pervecta est ubi amator morabatur: quam cum ille parans cum sodalibus convivium suscepisset, pro ipso rei eventu templum constituit. quod ergo sponte fuissent* (*funes*) *soluti, Automatae Veneri nomen sacravit, quodque cum epulas pararet virgo ei aquis fuisset advecta, Epidactiae sacravit.* ABOLERE SICHAEVM INCIPIT ordo naturalis. prius enim est avellere inhaerentia, et post nova inferre. sic Terentius ut metum in quo nunc est adimam atque expleam animum gaudio.

721. VIVO AMORE aut vivi hominis, aut certe vehementi. PRAEVERTERE praeoccupare: propter Iunonem sine dubio.

722. RESIDES pigros, ad amandum inertes; iuraverat enim nulli se esse nupturam. *resides sane milites otiosi et pigri dicuntur, ut residesque movebit Tullus in arma viros.* unde contra instantes dicimus industrios.

723. QVIES EPVLIS propter regalem affluentiam. contra supra ait postquam exempta fames. MENSAEQVE REMOTAE licet sub extranea persona, Romanorum tamen exsequitur morem, apud quos duae mensae erant: una epularum, altera poculorum.

724. CRATERAS Graecum est ab eo quod est 'hic crater'; nam Latine haec cratera dicitur, unde Persius si tibi crateras argenti incusaque pingui auro dona feram. ET VINA CORONANT 'vina' pro poculis posuit, et est tropus synecdoche, ut Cererem dicimus pro frumento. sic Plautus vinum precemur; nam hic deus praesens adest. 'coronant' autem est aut inplent usque ad marginem, aut quia antiqui coronabant pocula, et sic libabant: unde est magnum cratera corona induit, inplevitque mero.

---

10 Terentius] Andr. II 2, 2 ‖ 16 residesque] A. VI 814 ‖ 19 postquam] A. I 216 ‖ 22 graecum est . . . feram] exscr. Isid. orig. XX 5, 3 ‖ 23 Persius] sat. II 52 ‖ 29 magnum] A. III 525

---

6 funes *addidi* ‖ 7 uirago *C* ‖ 8 Epidaetiae *scripsi:* epidaeti *C* ‖ 9 inhaerentia] morientia *P* ‖ 12 *ad v.* 721 Resides] pigros (pigras) . . . nupturam. resides sane proprie principes otiosi et pigri dicuntur: unde contra instantes dicimus industrios. *P* ‖ 15 nullis *BL* (nulli *l*) ‖ resides sane . . . viros *Daniel dedit in textu* ‖ 18 *ad v.* 723 Quies epulis] propter regalem affluentiam. *P* 19 fames propter naturae necessitatem, non autem luxuriam. *D* ‖ 21 poculorum nam ideo sequitur crateras *Daniel e Cassellano ut videtur* ‖ 22 *ad v.* 724 Crateras] graecum . . . unde Persius 'si tibi crateras argenti iniustaque multo'. Vina] pro poculis posuit. Coronant] autem (ait) est aut implent . . . mero. *P* 24 inclusaque *LHM* (*Persii versum om. B*) ‖ 28 libabant *BHM:* bibebant *P et Daniel* libant *L* (libabant *l*) ‖ 29 mero. hoc tractum est ex Homero, qui ait in Iliade (I 470) *κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο D*

725. IT STREPITVS TECTIS id est ad tecta, ut it clamor caelo. legitur autem et 'fit strepitus tectis'.

726. ATRIA ut supra diximus. tangit Romanam historiam; nam ut ait Cato et in atrio et duobus ferculis epulabantur antiqui: unde ait Iuvenalis quis fercula septem secreto cenavit avus? ibi etiam pecunias habebant: unde etiam qui honoratiores erant liminum custodes adhibebantur, ut qui Dardanio Anchisae armiger ante fuit, fidusque ad limina custos. ibi et culina erat: unde et atrium dictum est; atrum enim erat ex fumo. *alii dicunt Atriam Etruriae civitatem fuisse, quae domos amplis vestibulis habebat: quae cum Romani imitarentur atria appellaverunt. alii atria magnas aedes et capacissimas dictas tradunt, unde atria Licinia et atrium Libertatis.* LYCHNI Graeco sermone usus est, ne vile aliquid introferret. a lychno autem lucerna dicta est, unde et brevis est 'lu', ut Iuvenalis dispositae pinguem nebulam vomuere lucernae. Horatius ungor olivo, non quo furatis inmundus Natta lucernis. si enim a luce diceretur, non staret versus. LAQVEARIBVS principaliter lacus dicitur, ut Lucilius resultant aedesque lacusque; diminutio lacunar facit, ut Horatius nec mea renidet in domo lacunar; inde fit alia diminutio lacunarium et per antistoichon

---

1 it clamor] A. V 451 ‖ 5 Iuvenalis] sat. I 91 ‖ 7 qui] A. IX 644 ‖ 8 unde et . . . fumo] cf. Isid. orig. XV 3, 4. gloss. Sangerm. ap. Hildebr. p. 21 9 alii . . . appellaverunt] cf. Varro d. l. l. V 161 ‖ 13 graeco . . . introferret] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 521. cf. Macrob. Sat. VI 4, 17 ‖ 14 a lychno . . . staret versus] exscr. Isid. orig. XX 10, 2 ‖ Iuvenalis] immo Persius sat. V 181 ‖ 15 Horatius] sat. I 6, 121 ‖ 17 principaliter . . . laquearium] exscr. Isid. orig. XV 8, 6 et XIX 12 ‖ 18 Lucilius] ex libr. inc. 40 Mueller. ‖ 19 Horatius] carm. II 18, 2

---

1 *ad v.* 725 Fit strepitus tectis] id est ad tecta, ut clamor caelo. *P* ‖ IT *om. B* FIT *LHM Daniel* ‖ 2 caelo id est ad caelum *B* ‖ legitur autem . . . strepitus *om. B* ‖ fit *LM* (fit *fuit, ut videtur*) fit *H* it *Daniel* ‖ tectis *ex* tectus *L* 3 *ad v.* 726 Atria] morem Romanorum tangit . . . epulabantur antiqui. Lychni ligni] graeco sermone usus est. a luco enim lucerna dicta est, unde et breuius lu. 'dispositae pinguem nebulam uomuere lucernae'. si enim a luce diceretur non staret uersus. Laquearibus] principaliter lacus dicitur (ditur), diminutio lacunar, inde fit alia diminutio lacunarium. legitur et lacuaribus. *P* dictum est *Daniel* ‖ tangitque morem Romanorum *Daniel* ‖ 6 etiam *post* unde *om. BM Daniel. fortasse* et famuli ‖ honoratiores serui *Fabricius* ‖ 9 alii . . . atrium Libertatis *in textu habet Daniel* ‖ Atriam *scripsi:* Atria *Daniel* ‖ 11 aedes *Burmannus:* sedes *Daniel. cf. gloss. Sangerm. ap. Hildebr. p.* 21 '*Atria porticus. magnae aedes et capacissimae atria dicebantur*'. ‖ 13 LICHNI *L* LYCNI *H* 14 lycno *Karoliruhensis CXVI* lichno *L* ligno *H. cf. Ritschelius mus. rhen.* X 448 ‖ breuis est lu Lucilio ut Persio *Fabricius* ‖ 15 disposite *LH* ‖ lingue *H* nebulae *B* ‖ mouere *B* uomere *M* ‖ Horatius . . . lucernis *om. B* ‖ 16 ungor *L* iungur *H* ‖ furatis *LHM* fundatis *Daniel* fraudatis *libri Horatii* ‖ 17 luce *MP Daniel:* lucere *BLH* ‖ 19 retinet *L* ‖ 20 antisticon *LHM*

laquearium. *legitur et lacuaribus. Cicero Tusculanarum tectis caelatis lacuatis.*

727. NOCTEM VINCVNT luminis est exaggeratio. FVNALIA 'funalia' sunt quae intra ceram sunt, dicta a funibus, quos ante usum papyri cera circumdatos habuere maiores: unde et funera dicuntur, quod funes incensos mortuis praeferebant. *alii funalia appellarunt quod † in cicendula lucet, quos Graeci πυρσοὺς vocant: Varro de vita P. R. facibus aut candela simplici † aut ex eo funiculo facto, earum vestigia quod ubi ea figebant appellarunt funalia. non nulli apud veteres candelabra dicta tradunt quae in capitibus uncinos haberent, quibus affigi solebant vel candelae vel funes pice delibuti: quae interdum erant minora, ut gestari manu et praeferri magistratibus a cena remeantibus possent.*

728. HIC tunc; est ergo adverbium temporis.

729. QVAM BELVS primus rex Assyriorum, ut supra diximus, quos constat Saturnum, quem et Solem dicunt, Iunonemque coluisse, quae numina etiam apud Afros postea culta sunt. unde et lingua Punica Bal deus dicitur. apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione et Saturnus et Sol. *alii hunc Belum Saturni temporibus regnasse eiusdemque dei hospitem fuisse tradunt.*

---

1 Cicero Tusculanarum] I 35, 85 et III 19, 41. trag. Rom. fragm. rec. Ribb. p. 26 ed. II. Ennianae poes. rel. rec. Vahl. p. 104 ‖ 4 funalia sunt . . . funera dicuntur] exscr. Isid. orig. XX 10, 5. cf. XI 2, 34 et XIX 4, 1. et Don. ad Ter. Andr. I 1, 88 ‖ 15 primus . . . et Sol] exscr. Isid. orig. VIII 11, 23

---

1 laquearium facit *Daniel* ‖ legitur . . . lacuatis *in textu habet Daniel* 2 laqueatis *Ciceronis libri et hoc loco et Tusc.* III § 44. ‖ 3 *ad v.* 727 Funalia] funalia quae sunt intra ceram, dicta a funibus quos (quae) ante usum papyri cera circumdatos habuere maiores: unde et funera dicuntur. *P* ‖ 4 quae sunt intra ceram *Daniel* ‖ sunt unde sunt dicta *B L* sunt unde sint dicta *H* sunt unde dicta *M. cf. Isid. orig.* XIX 10, 5 ‖ 7 in cicendula *Daniel.* in fune ut cicendula *Barthius ad Claud. epithal. Hon.* 206. *fortasse* in candela. *cf. Paulus Festi s. v.* '*cicindela*' *p.* 42 *M.* ‖ 8 facibus . . . funalia] facibus aut candela simplici, aut ea ex funiculo facta earum fastigia quibus eas figebant, appellarunt funalia *Barthius l. l.* facibus, aut candela simplici, aut ex funiculo facta, cera vestita: quibus ea figebant, appellabant funalia *Salmasius exerc. Plin. p.* 266. facibus aut candela, simplici aut ex funiculo facta cera vestita, quam ubi affigebant, appellarunt funalia *H. Kettnerus Varronis de v. P. P. libr.* IV *quae extant p.* 29. facibus aut candela simplici aut ex cera et funiculo facta locarunt vestigia locaque ubi ea figebant appellarunt funalia *F. Schoellius, qui propter* πυρσοὺς *de signis igne datis Varronem dixisse censet. fortasse* facibus aut candela simplici, ex cera aut ex sebo et funiculo facta: earum vestigia (*i. e. imas partes*) ubi affigebant appellarunt funalia. *cf. Donatus l. l.* ‖ 11 candelae *scripsi:* candelaber *Daniel* solebat vel candela *Salmasius l. l.* ‖ 13 remeantibus *in contextu omisit Daniel, dedit in appendice tamquam a Scioppio e codice suppletum.* ‖ 14 *ad v.* 728 Hic] tunc. ergo aduerbium temporis est. *P* ‖ 15 *ad v.* 729 Quam Belus] primus rex Assyriorum, ut supra dictum est. *P* ‖ dictum est *Daniel* ‖ 16 quem eundem et *Daniel* ‖ 19 alii . . . tradunt *habet Daniel in textu*

730. TVM FACTA SILENTIA TECTIS *mos erat apud veteres, ut lumine incenso silentium praeberetur, ut † optativam sibi laudem loquendo nullus averteret. apud Romanos etiam cena edita sublatisque mensis primis silentium fieri solebat, quoad ea quae de cena libata fuerant ad focum ferrentur et in ignem darentur, ac puer deos propitios nuntiasset, ut diis honor haberetur tacendo † que nos cum intercessit inter cenandum, Graeci quoque θεῶν παρουσίαν dicunt.*

731. HOSPITIBVS NAM TE DARE IVRA LOQVVNTVR scilicet exemplo Lycaonis, qui cum hospites susceptos hospitio necaret, a suscepto Iove, postquam ei epulas humanas adposuit, versus in lupum ostendit hospitii iura non esse violanda.

732. TYRIISQVE DIEM *atqui nox erat, sed per 'diem' accipimus et noctem. et quidam volunt masculini generis 'diem' bonum significare, feminini malum.* TROIAQVE PROFECTIS bene noluit 'profugis' dicere.

733. ESSE VELIS secundum Etruscam disciplinam locutus est; sic enim dicunt 'volens propitiusque sis'.

734. ADSIT LAETITIAE BACCHVS DATOR alii 'adsis' legunt, secundum quos 'Bacchus' aut antiptosis est, aut antiquus vocativus, ut socer arma Latinus habeto. DATOR bene autem addidit 'dator laetitiae', quia est et dator furoris. ET BONA IVNO aut propitia, id est non irata Troianis, ut sis bonus o felixque tuis, aut magis 'bona' caelestis; est enim et inferna, ut Iunoni infernae dictus sacer. *aut, sicut supra dictum est, χρηστή, quod est bona, quam inter penates Troiani habuisse dicuntur.*

735. COETVM *modo convivium; et bono verbo ad dignitatem duorum in uno populorum usus est.*

736. LATICVM LIBAVIT HONOREM more sacrorum: et tangit

---

8 scilicet . . . violanda] exscr. mythogr. II 60 ‖ 20 socer] A. XII 192 ‖ 22 sis bonus] buc. V 65 ‖ 23 Iunoni] A. VI 138 ‖ 24 supra] ad 378 ‖ 29 more sacrorum e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 11, 3 sqq.

---

1 mos erat apud *Daniel omittit in textu, in appendice profert tamquam a Scioppio suppletum.* ‖ lumine *scripsi:* lumini *Daniel* ‖ 2 ut optativam . . . averteret] ut optata a divis sibilando et loquendo nullus averteret *coni. F. Schoellius* ‖ 5 in ignem *Burmannus:* igni *Daniel in textu* ignem *in appendice Scioppium facit e Fuldensi testantem* ‖ 6 que nos] κενὸς χρόνος *F. Schoellius* quae res *Mascicius. ceterum quattuor scholia ad* TVM FACTA SILENTIA TECTIS *videntur servata esse: primum* mos erat . . . praeberetur, *secundum* ut . . . adverteret, *tertium* apud Romanos enim . . . nuntiasset, *quartum* ut diis honor haberetur . . . θεῶν παρουσίαν dicunt. ‖ 11 violanda: unde dicitur Iupiter ξένιος, id est hospitalis. *D* violanda. Graeci τὸν ξένιον Δία appellant *Daniel* ‖ 14 uoluit *LH* noluit *D* ‖ 16 *ad v.* 733 Esse uelis] secundum eurusticam disciplinam dictus est . . . propitiusque sis. *P* ‖ et rusticam *H* ‖ 17 dixit *B* ‖ 26 *fortasse* et bono verbo ad significandam duorum unionem populorum usus est. ‖ 28 sacrorum diis enim . . . libabatur et tangit *C*

ritum Romanorum, qui paniceas sacratasque mensas habebant, in quas libabant, ut est heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus. LATICVM LIBAVIT HONOREM] **diis enim hospitalibus et Iovi in mensam libabatur.**

737. LIBATO delibato. SVMMO TENVS *usque ad labra.* ATTIGIT ORE et verecundiam reginae ostendit, et morem Romanum. nam apud maiores nostros feminae non utebantur vino, nisi sacrorum causa certis diebus. denique femina quae sub Romulo vinum bibit occisa est a marito, Mecennius absolutus, id enim nomen marito. sic Granius Licinianus cenae suae.

738. TVM BITIAE per transitum Poenorum ducum nomina introducit. nam Bitias classis Punicae fuit praefectus, ut docet Livius, Iopas vero rex Afrorum, unus de procis Didonis, ut Punica testatur historia. *servavit autem τὸ πρέπον: quare non Aeneae dedit, ne aut contumeliosum videretur aut petulans.* INCREPITANS inclamans, ut aestatem increpitans seram, aut certe arguens familiariter segnitiem tarde accipientis, cum esset avidus in bibendo; *nam sequitur 'ille impiger'. melius tamen accipimus clara voce hortatum, ut Plautus neque ego ad mensam publicas res clamo, neque leges crepo et Horatius quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepet?* HAVSIT modo accepit, nec possumus intellegere bibit, cum hoc sequatur 'et pleno se proluit auro'. alibi vidit, ut hausit caelum mentemque recepit, alibi audivit, ut vocemque his auribus hausi, alibi vulnerat, ut latus haurit apertum. et multa alia pro loco significat.

---

2 heus] A. VII 116 ‖ 7 nam apud . . . diebus] exscr. Isid. orig. XX 3, 2 13 Livius] fragm. 6 Hertz. ‖ 16 aestatem] georg. IV 138 ‖ 19 Plautus] cf. Ritschelii adnot. crit. ad mil. III 1, 43 sqq. ‖ 20 Horatius] carm. I 18, 5 ‖ 21 HAVSIT modo accepit e. q. s.] cf. Nonius p. 319 M. ‖ 23 hausit] A. X 899 24 vocemque] A. IV 359 ‖ latus] A. X 314

---

5 *ad v.* 737 Summo tenus] usque ad labra. Attigit ore] et uerecundiam reginae . . . certis diebus. *P* ‖ LIBATO SVMMO TENVS ATTIGIT ORE Usque ad labra. Et verecundiam *Daniel, neque Cassellanum aliud habuisse adnotatum est.* ‖ 7 feminae *om. P* ‖ uinum *P* ‖ 8 denique femina . . . cenae suae *om. C* ‖ 9 mecennius *B* mece//nius *L* Metennius *H* mecenius *M* metenius *l* ‖ 10 licinianus *B H M:* lucian=us *L* (lucianius *fuisse videtur*) ‖ caenae *B M* caene *H* ‖ suae V. unde in institutis Romanorum, uini usus Romanis feminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur *D. post* suae II *vel* V *intercidisse veri simillimum videtur philologis Bonnensibus, qui Granii quae supersunt a.* 1858 *ediderunt* (*p.* 46) ‖ 11 *ad v.* 738 Tum Bitiae (betiae)] nomina ducum Poenorum. nam Bitias (boetias) classis Punicae fuit praefectus, ut docet Liuius. Iopas uero unus de procis Didonis, ut Punica testatur historia. ideo autem non (non *om.*) Aeneae dedit ne contumeliosum uideretur aut petulans . . . pauperem crepet. *P* ‖ TVNC *B L H M* ‖ 18 *an* hortatam? ‖ 21 crepat *Horatius*

739. PROLVIT *bibendo profudit.*

740. POST ALII PROCERES ergo et Bitias unus est de proceribus; nam exoche sine similitudine numquam fit. sane 'proceres' de his est quae nominativum in usu non habent, ut supra et victor dicione tenebat. nam nec hoc in usu habet nominativum, licet in compositione dicamus condicio. proceres autem ideo secundum Varronem principes civitatis dicuntur, quia eminent in ea, sicut in aedificiis mutuli quidam, hoc est capita trabium, quae proceres nominantur. CRINITVS IOPAS aut puerum intellege, aut imitabatur Apollinis formam, cuius fuerat etiam artis imitator.

741. DOCVIT QVAE MAXIMVS ATLAS 'quae' legendum est non 'quem'; nec enim istum docere potuit, qui Didonis erat temporibus, sed docuit Herculem: unde et dicitur ab Atlante caelum sustinuisse susceptum propter caeli scientiam traditam. constat enim Herculem fuisse philosophum, et (haec) est ratio, cur illa omnia monstra vicisse dicatur. sane Atlas Graecum est, sicut et Nilus; nam Ennius dicit Nilum Melonem vocari, Atlantem vero Telamonem. *DOCVIT QVAE MAXIMVS ATLAS*] * *id est quae ipse scit, quae ipse modulatus est* ⁎ *hic Atlas Iapeti filius in Africa natus dicitur. hic quod annum in tempora diviserit et primus stellarum cursus vel circulorum vel siderum transitus naturasque descripserit, caelum dictus est sustinere. qui nepotem suum Mercurium et Herculem docuisse dicitur.* *

742. HIC CANIT bene philosophica introducitur cantilena in

4 et victor] A. I 622 ‖ 5 nam . . . nominativum] cf. Servii comm. in Don. p. 434, 1 K. ‖ 6 proceres autem . . . nominantur] exscr. Isid. orig. IX 4, 17 16 nam . . . Telamonem] cf. comm. Luc. X 215. Isid. orig. XIII 21, 7 ‖ Ennius] incert. libror. rel. 49 Vahl.

---

1 *ad v.* 739 Proluit] bibendo (uineudo) profudit *P*, *quae verba inepte inter* auro *et* alibi *conlocavit Daniel. in Fuldensi alium ea locum habuisse non est adnotatum.* ‖ 2 *ad v.* 740 Proceres] de his est quae nominatinum non habent (habet) ut 'ditione', licet in compositione dicamus condicio. proceres autem principes ciuitatis qui eminent in ea. *P* ‖ 5 decionem *B* supra et uictor *et* tenebat *omittens* ditione *L* ‖ 6 conditio *LH* ‖ 8 mutuli *BHM*: mutali *L* (mutili *l*) 10 imitator] quod graece phoebos (*l.* φοῖβος) crinitus latine dicitur *add. B* quo circa apud Ouidium de se loquens ait (*metam.* I 564) 'utque meum intonsis caput est iuuenile capillis'. *add. D* ‖ 11 *ad v.* 741 Personat. quae legendum est non 'quem', id est quae ipse scit quae ipse modulatus (malulatus) est. nec enim istum docuit qui fuit temporibus Didonis. hic Atlas . . . docuisse dicitur. constat enim Herculem (hercholem) philosophum fuisse. *P* ‖ ANHLAS *L* ATLANS *H* ATHLAS *M* ‖ 12 quem id est quae ipse scit ipse modulatus est. nec enim istum docuit qui fuit temporibus didonis. hic atlas . . . docuisse dicitur, unde et hercules caelum ab atlante susceptum sustinuisse narratur propter caeli . . . telamonem *C* 13 ab atlante] atlantem *B* 15 haec *e mythographo recepi: om. libri mei* 17 thelamonem *LHM* ‖ 18 id est quae Iopas canit, ipse modulatus est Atlas *F. Schoellius, ordinem quem C praebeat servandum esse censens. ego lacunam indicavi quae nescio an his explenda sit* sed Atlas primus homines docuit. ‖ 19 apeti *P* ‖ 20 primus lēgē *P* 21 transitum *C* quia *C* 23 *ad v.* 742 Errantem lunam] id est obliquo . . . circulus terrae. Solisque labores] sane septem (quattuor) planetae sunt . . . uolubilitatem. *P*

convivio reginae adhuc castae: contra inter nymphas, *ubi solae feminae erant*, ait Vulcani Martisque dolos et dulcia furta. ERRANTEM LVNAM quia ἑλικοειδής est, id est obliquo incedit cursu, non recto, ut Sol: scilicet ne incidat in centrum terrae et frequenter patiatur eclipsin; vicinus enim est eius circulus terrae. SOLISQVE LABORES 'canit' per omnia intellegimus. planetae septem sunt, Saturnus Iuppiter Mars Sol Venus Mercurius Luna. sed quinque et contra mundum feruntur, et cum mundo quando retrogradi sunt; Sol vero et Luna semper contra mundum. ideo ergo dixit 'Solis labores': laborat enim nitens contra venientis sphaerae volubilitatem. nec nos debet Homerus movere, qui ait ἥλιον ἀκάμαντα; non enim eum dixit non laborare, sed laborem non sentire. *LVNAM SOLISQVE LABORES*] *amat sane ubique Solem et Lunam iungere.*

743. VNDE HOMINVM GENVS si fabulam respicis, a Prometheo intellege, vel a Deucalione et Pyrrha; si autem veritatem requiris, varia est opinio philosophorum. alii enim de umore dicunt, alii de igni, alii de atomis, alii de quattuor elementis. *PECVDES pro omnibus posuit.* VNDE IMBER scilicet de nubibus, quae secundum Lucretium de terrae anhelitu nascuntur, qui nebulas creat: quae cum altius fuerint elevatae, aut solis calore resolutae aut vi ventorum conpressae mittunt leves pluvias vel exprimunt concitatiores. ET IGNES scilicet ex nubium conlisione. nam omnium rerum conlisio ignem creat, ut in lapidibus cernimus, vel attritu rotarum, vel in in silvis arborum.

744. ARCTVRVM stella est post caudam maioris ursae, posita

2 Vulcani] georg. IV 346 ‖ 3 id est obliquo . . . patiatur] comm. Luc. I 78 7 sed quinque . . . mundum] cf. Isid. orig. III 70, 20 ‖ 18 scilicet . . . concitatiores] exscr. Isid. orig. XIII 10, 2 ‖ 22 scilicet . . . arborum] exscr. Isid. orig. XIII 9, 1 ‖ 25 stella . . . *οὐρά*] exscr. Isid. orig. III 70, 9

---

3 elico *BLH* elicoides *M* elicoides est *l* ‖ 6 sane septem planetae *C* 7 sol luna mars mercurius iuppiter uenus saturnus *CP* ‖ 8 et contra *CP*: econtra *B* contra *LHM* ‖ mundum] modum *Lion* ‖ retrograndi sunt *LP* retrogradiuntur *H* ‖ 9 ergo *om.* *CP* ‖ 10 venientis] ruentis *CP* ‖ 11 ΗΑΙΟΝΑ ΚΑΜΑΝΤΑ *B* ΑΙΟΝΑ ΚΑ(A)-CΑΝΤΑ *L* haiona ΚΑΜΝΤΑ *H* haiona ΚΑΜΑΝΤΑ *M* ‖ 12 sentire] sustinere *H* ‖ 14 *ad v.* 743 Vnde hominum genus] si fabulam respicis . . . nam omnium rerum conlisio ignem creat. *P* ‖ ad fabulam *L* ‖ respitiens *L* respicit *H* ‖ 15 uel phyrra *L* et phyrra *HMl* ‖ 16 enim *om.* *C***P* ‖ 17 pro omnibus animalibus *uel* pro animalibus *Burmannus* ‖ 19 alitu *C** *P* ‖ 20 elevatae fuerint *C** elevatae fuerit *P* ‖ solutae *BM* ‖ 21 emittunt *P* ‖ Et ignes scilicet] Ignes autem *P* 25 *ad v.* 744 Arcturum] ut fabulam tradunt haec fuit Callisto (calisto) comes Dianae (deanae), quam Iuppiter mutatus in Dianam (deanam) stupravit, ex qua natus est filius nomine Arcas et reliqua. Pluuiasque hyadas] hyades stellae sunt . . . sic ergo ait pluuiasque hyadas. alii hyadas ab y littera dicunt. has quidam uirgilias . . . filiae Atlantis. quidam Hyades ab Hyante (iante) fratre . . . septemtriones; non enim . . . de pluribus, id est Helicen (ilicen) et Cynosuram (cinoseturam., et proprie . . . a nonnullis dicuntur. *P*

in signo bootae, unde arcturus dicta est, quasi ἄρκτου οὐρά. *hanc quidam agere arcton dicunt, quia arceram veteres vehiculum vocabant. haec autem ut fabulae loquuntur Callisto fuit, comes Dianae, quam Iuppiter mutatus in Dianam stupravit, ex qua natus est filius nomine Arcas. cetera in libro I. georgicorum plenius narrata sunt.* PLVVIASQVE HYADAS hyades stellae sunt in fronte tauri, quae quotiens nascuntur pluvias creant: unde et Graece ὑάδες dictae sunt ἀπὸ τοῦ ὕειν, Latine suculae a suco. sic ergo ait 'pluviasque hyades', ut Plemyrium undosum. alii dicunt hyadas dictas vel ab y littera vel ἀπὸ τοῦ ὑὸς, id est sue, in cuius formatae sunt faciem: *nam ideo eas quidam suculas, sues scilicet, dici tradunt. has quidam vergilias dicunt, quod vere florido oriantur.* hae autem fuerunt ut alii dicunt, Atlantis filiae, ut alii Liberi nutrices, *quae se in pelagus furore praecipitaverunt. alii Erechthei filias pro patria se morti obtulisse aiunt, quas Pliadas vocant, quod Pleiones filiae esse dicantur. quidam hyadas ab Hyante fratre, quem iuventum extinctum usque ad mortem doluerunt, dictas putant.* GEMINOSQVE TRIONES *id est* septemtriones, *id est Helicen et Cynosuram; non enim semper de duobus dicunt geminos, sed de pluribus. et proprie triones* sunt boves aratorii, *qui terram terunt.* non ergo incongrue dixit 'triones', quia septemtriones plaustra a nonnullis dicuntur.

745. QVID quam ob causam 'properent se tinguere soles hiberni'. ratio hoc facit hemisphaerii, quia hieme breviore sol utitur circulo. TINGVERE demergere. SOLES vero pro diebus posuit, ut tris adeo incertos caeca caligine soles erramus.

746. VEL QVAE TARDIS MORA NOCTIBVS OBSTET id est aestivis, tarde venientibus; 'vel' enim disiunctiva est coniunctio, nec patitur

5 georg. I 138 ‖ 7 hyades . . . dici tradunt] cf. Gell. XIII 9, 4. exscr. Isid. orig. III 70, 12 ‖ 9 Plemyrium] A. III 693 ‖ 11 has quidam . . . oriantur] cf. Isid. or. III 70, 13 ‖ 19 et proprie . . . terunt] cf. Isid. or. III 70, 7 ‖ 25 tris] A. III 203

1 boetae *BLH* ‖ ἄρκτου οὐρὰ *L*: arctura *BH* arctu ura *M* ‖ 2 arcetram *C* *cf. Non. p. 38 ed. Bas.* ‖ 3 haec] ursa *debuit dicere is qui commenta quae in C habemus composuit.* ‖ 7 unde graece hyades apo to sin dictae sunt *P* ‖ hyades *libri, nisi quod* yades *BH* ‖ 8 YAIN *B* YIN *LHM* ΓΙΝ *l* ‖ sucu *P* ‖ yadas *BL* ‖ 9 vel *om. BCP* ‖ 11 siculas *C* ‖ 12 oriuntur *P* ‖ 14 erechei *C* ‖ 15 priadas *C* ‖ prionis *C* ‖ 16 usque ad mortem extinctum *P* ‖ 18 septemtriones] triones *Ml* ‖ helicem *C* ‖ 19 tirones *P* ‖ 20 aratoriae *L* ‖ terant *P* ‖ ergo] enim *P* ‖ tyrones *P* ‖ qui quattuor triones *P* ‖ 21 a nonnullis plaustra dicuntur *CP*. *ceterum duo scholia satis inepte cum Serviano videntur coniuncta esse: alterum* id est septem triones; non enim semper de duobus dicunt geminos, sed de pluribus, *alterum* id est Helicen et Cynosuram. *verba quae sunt* et proprie triones *haud scio an Servii sint.* ‖ 22 *ad v.* 745 Quid] quam ob causam properent . . . posuit *P* ‖ 23 sol utitur] soluitur *LH* uoluitur *l* ‖ 24 dimergere *LM* ‖ 26 *ad v.* 764 Vel] disiunctiua est coniunctio, nec patitur bis eandem rem dici. Tardis] non longis. causa ergo longorum dierum. ratio similiter haec hemisphaerii est. *P* ‖ OBSTET tardis non longis sed aestiuis id est tarde *C*

bis eandem rem dici: ergo hoc dicit, quae causa est longorum dierum. sed et hic ratio hemisphaerii est. * *TARDIS non longis.* *

747. INGEMINANT PLAVSV TYRII TROESQVE SEQVVNTVR *imitantur. et* bono usus est ordine, ut prius plauderent cives; nec enim aliter poterant audere peregrini, *qui exspectabant, ut noscerent morem:* unde supra et vos o coetum Tyrii celebrate faventes.

748. NEC NON ET VARIO arte poetica utitur, ut praemittat aliquid, quo sequens liber videatur esse coniunctus: quod in omnibus servat.

749. *LONGVM hic permaturum, aut qui non erat nisi ipsius morte finiendus.* BIBEBAT AMOREM adlusit ad convivium. *sic Anacreon* ἔρωτα πίνων.

750. SVPER PRIAMO de Priamo. nam eius praepositionis officio fungitur, pro qua ponitur, ut supra et sub noctem cura recursat, *id est circa noctem. et sciendum, quod cum tempus significatur, 'sub' praepositio accusativo haeret semper.* ROGITANS scilicet quo modo sit venditus rex; *vel qui cum post decennale bellum exitus tulerit.*

751. AVRORAE FILIVS Memnon. ideo autem dixit 'quibus armis', quia Vulcaniis armis usus fuisse narratur. *AVRORAE FILIVS ARMIS quia etiam ei fecerat arma Vulcanus. qui cum auxilium Troianis ferret, apud Troiam occisus est. hic in tanto amore apud suos socios fuit, ut post eius mortem cum eum nimium deflerent miseratione deorum in aves conversi dicantur et quotannis venire ad tumulum eius et ibi lamentatione et fletibus se dilacerare, donec aliquantae ibidem moriantur.*

752. QVALES DIOMEDIS EQVI non debemus eos equos intellegere, quos Aeneae sustulit, nec enim congruit; sed de his interrogat, quos sustulit Rheso. 'quales' autem dixit, ac si diceret, anne sic feroces ut illi a quibus ducebant originem. Diomedes enim, rex Thracum, habuit equos qui humanis carnibus vescebantur. hos Hercules occiso crudeli tyranno abduxisse perhibetur: de quibus dicuntur supra memorati equi originem ducere. *aut ideo 'quales', qui potuerint esse ita divini, ut inter fatalia Troiana numerarentur; nam ideo et supra ardentes ait.*

753. IMMO AGE vidit specialia cito posse finiri, et contulit se

6 et vos] A. I 735 ‖ 11 Anacreon] poet. lyr. Gr. rec. Bergk p. 1043 ed. III 14 et sub] A. I 662 ‖ 29 Diomedes . . . perhibetur] cf. mythogr. II 151

1 dierum ratio similiter hemisphaerii est *C* ‖ 3 PLAVSVM *L* PLAVSVT *H* 5 audire *H* audiri *M* ‖ 6 unde] ut *L* ‖ 8 quo *M*: quod *BLH* ‖ 11 adluxit *H* 13 *ad v.* 750 Super Priamo] de Priamo (pria) . . . haeret semper. *P* ‖ 27 Aeneas *B* ‖ 29 anne *C*: nec *BLHM* num *malim* ‖ 31 adduxisse *H*

ad generalitatem. ET A PRIMA DIC HOSPES ORIGINE NOBIS id est a raptu Helenae: quod quidem Dido cupit, sed excusat Aeneas. et dicit ruinam se Troiae breviter esse dicturum, habita ratione temporis, ut suadentque cadentia sidera somnos.

754. INSIDIAS DANAVM hoc ad Troianorum favorem, ne videantur virtute esse superati. *et laudandum quod 'insidias' tantum dixerit, non et captum Ilium; nam et ipse Aeneas accipe nunc Danaum insidias.* CASVSQVE TVORVM ut eventu Troia corruerit, non fati necessitate.

755. ERRORESQVE TVOS et responsio hunc ordinem sequitur. nam primo dicit Troiae ruinam, post errores suos. SEPTIMA AESTAS per aestates annos intellege; nam sic ante olympiadas conputabant. septem autem annos esse Dido cognovit ex Teucro.

---

4 suadentque] A. II 9 ‖ 7 accipe] A. II 65

---

5 ad] in *L* ‖ 10 *ad v.* 755 Errores septima aestas] per aestates . . . Dido cognouit. *P* ‖ 11 primum *L* ‖ 12 conputabis *H*

SERVII GRAMMATICI

# IN VERGILII AENEIDOS LIBRVM SECVNDVM COMMENTARIVS.

---

1. CONTICVERE OMNES quia supra ⟨I 725⟩ dixit fit strepitus tectis. 'conticuere' autem pro conticuerunt: quod metri causa fit vel ratione clausularum. nec est ut quidam dicunt dualis numerus, qui apud Latinos numquam penitus invenitur. et bene 'omnes' addidit; poterant enim simul quidam, sed non omnes, tacere. INTENTIQVE ORA TENEBANT aut ora intuebantur loquentis, aut inmobiles vultus habebant, ut tenuitque inhians tria Cerberus ora, id est inmobilia habuit. aut 'tenebant' habebant, *ut sit figura et intellegamus 'intenta tenebant'*, ut Terentius nam Andriae illi id erat nomen. teneo. ideo autem hoc addidit, quia potest quis tacere, nec advertere.

2. INDE aphaeresis est, pro deinde: *vel ut quidam volunt 'tunc'.* TORO AB ALTO summus enim semper est pontificalis locus; *non enim licebat supra regem sacrificulum quemquam accumbere. cum enim dicit de Didone* ⟨I 698⟩ *aurea conposuit sponda mediamque lo-*

---

3 nec est . . . invenitur] cf. Charis. p. 175, 13 K. Ribbeckii proleg. p. 169 || 7 tenuitque] georg. IV 483 || 9 Terentius] Andr. I 1, 58

---

1 *ad v.* 1 Conticuere omnes] quia supra dixit 'fit strepitus'. 'conticuere' autem pro conticuerunt. metri causa fit uel ratione (ratio) clausularum. Ora tenebant] id est inmobiles uultus habebant, ut 'tenuitque inhians (hyians) tria Cerberus ora'. *P* || 2 quod *om.* *C* || metri////// *C* (*duae litterae erasae sunt*)

5 quidam *M C²l:* quidem *C L H* || 8 id est immobilia habebant (*sic!*) aut tenebant (intenti) ut sit figura et intellegamus intenta habebant ut terentius *C* (intenti *superscr.* *C²*. *delevit F. Schoellius*) || 9 id erat *Cl*: deret *L* deerat *H* erat *M E* || 12 *ad v.* 2 Orsus] hic coepit (cepit) alibi finit, ut 'sic Iuppiter orsus'. *P* || inde *C H* (deinde *C²h*) || uelut *C* || 13 summus enim (pontificalis) locus est *C* (pontificalis *superscr.* *C²*) || est semper *L M*

*cavit ostendit illam regali, non sacerdotali loco discubuisse.* et Aeneas ubique quasi sacratus inducitur. dictus autem a tortis herbis est torus. *et videtur hic ostendisse* ⟨I 639⟩ *ostroque superbo et* ⟨I 697⟩ *aulaeis iam se regina superbis, ut aulam significaret. 'ab alto' vero pro 'ex alto'; mutavit praepositionem.* PATER AENEAS *honoris hoc nomen est.* ORSVS *propter longam narrationem. et 'orsus' hic 'coepit', alibi 'finit', ut* ⟨XII 806⟩ *sic Iuppiter orsus.*

3. INFANDVM quia viro forti victum se dicere et doloris et pudoris est. IVBES vis, ut iubeo Chremetem: nam aliter hoc verbum Aeneae persona non recipit. *RENOVARE retexere, iterare.*

4. TROIANAS VT OPES sic Horatius aut pingues Phrygiae Mygdonias opes. *'ut' autem quem ad modum.* LAMENTABILE REGNVM id est magnum, quasi dignum multa lamentatione, ut ⟨VI 481⟩ hi multum fleti ad superos. DANAI Argivi, dicti a Danao rege. nam Graeci proprie sunt Thessali a Graeco rege.

5. *MISERRIMA VIDI est enim poena et in atrocitate spectaculi, ut* [*in*] ⟨XI 263⟩ *Aetnaeos vidit Cyclopas Ulixes et* ⟨III 623⟩ *vidi egomet, duo de numero.*

6. PARS MAGNA FVI propter amissam coniugem. et hoc se commendat, ut paulo post ⟨746⟩ aut quid in eversa vidi crudelius urbe? FANDO dum ipse dicit. alibi dum dicitur, ut ⟨81⟩ fando aliquod si forte tuas pervenit ad aures, quia gerundi modus est. *quidam per infinitivum modum dictum accipiunt.*

7. MYRMIDONVM Myrmidones sunt Achillis socii, Dolopes Pyrrhi, qui eum de Scyro secuti sunt. dicti autem sunt Myrmidones propter

---

2 dictus ... torus] exscr. Isid. orig. XX 1, 2 ‖ 9 iubeo] Ter. Andr. III 3, 1. cf. Don. ad. hunc vers. et Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 608 ‖ 11 Horatius] carm. I 12, 22 ‖ 14 DANAI Argivi . . . a Graeco rege] cf. Isid. orig. IX 2, 72 et 69

---

1 et *om. C.* κ (*i. e. 'autem'*) *post* Aeneas *supr. vers. add. C*², *ut videtur: quod 'hic' interpretatus est Bergkius* ‖ 2 thorus autem ab herbis tortis dictus est *C* ‖ 3 torus, ut (V 388) 'proximus ut viridante toro consederat' *D* ‖ 8 *ad v.* 3 Infandum] quia (quae) uiro forti uictum se dicere doloris et pudoris. Renouare] retexere, iterare. *P* ‖ quia] q *C* ‖ et doloris et pudoris est *L:* et doloris est et pudoris *C* et doloris et pudoris *H* dolori et pudori est *M* doloris et pudoris est *E* ‖ 9 chremeten *C* chrementem *L* cremetem *H* ‖ 10 personam *C* personam *L* ‖ 11 *ad v.* 4 Lamentabile] dignum lamentatione. Danai] dicti . . . a Graeco (ḡco) rege. *P* ‖ pinguis *Horatius* ‖ frigiae *M* ‖ 12 migdonias *CH* ‖ opes. Opes semper dictae ad magnificentiam, sicut divitiae ad usum. *D* ‖ 14 Argivi] Danai *H* ‖ 15 graco *H* graio *M* (at. greco *superscr. m*) ‖ 16 poena *C*²*:* pona *C* ‖ in XI. *coni. Bergkius* ‖ 18 ego et *C* ‖ 19 *ad v.* 6 Pars maxima] propter coniugem amissam. Fando] dum ipse dicit . . . accipiunt. *P* ‖ coniugem amissam *C* ‖ 21 dum *ante* dicitur *om. P* ‖ 22 aliquod *CH:* aliquid *LMC*² aliqui *P. cf. Ribbeckii adnot. ad A.* II 6 ‖ 23 quidam] siue *P* ‖ pro *P* pro infinitivo modo *Daniel* ‖ 24 *ad v.* 7 Myrmidonum] Myrmidones sunt Achillis socii, Dolopes Pyrrhi. Myrmidones autem a rege mirmidono dicti iouis et eurimedontis filio. *P* ‖ MYRMIDONVM . . . a rege Myrmidono (*p.* 213 *lin.* 4) *om. C*

hanc causam: Aeacus cum in arbore fici formicas, id est μύρμηκας vidisset, optavit tot sibi socios evenire, et statim formicae in homines versae sunt. sed hoc fabulae est. nam Eratosthenes dicit Myrmidones dictos a rege Myrmidono. *MYRMIDONVM Myrmidones sunt Achillis socii, Dolopes Pyrrhi, quos ut quidam volunt de Scyro insula duxit ad Troiam. dicti autem sunt Myrmidones propter hanc causam: Aeacus, Iovis et Aeginae filius, cum vellet matris suae perpetuam memoriam permanere, insulam, in qua regnabat, a nomine eius Aeginam appellavit. hoc indignata Iuno pestilentia cives eius omnes absumpsit; quod cum vidisset Aeacus petit a Iove, ut formicae, id est* μύρμηκες, *quas casu animadverterat plures, in homines et suos socios verterentur. qui statim mutati in homines Myrmidones appellati sunt. sed hoc fabula est. nam Eratosthenes dicit, Myrmidonas dictos a rege Myrmidono, Iovis et Eurymedusae filio. sane amat hos exercitus iungere; nam et post ait ⟨29⟩ hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles.* AVT DVRI MILES VLIXI 'duri' non laboriosi, sed crudelis, ut ⟨X 44⟩ quem dat tua coniunx dura. nam Vergilius pro negotiorum qualitate dat epitheta, cum Homerus eadem etiam in contrariis servet. sensus autem est 'sine lacrimis haec nec a quovis hostium dicerentur'. illud autem quod Asinius Pollio dicit caret ratione, de Achaemenide dictum 'miles Ulixi', Myrmidonas vero et Dolopas praesentes esse, acceptos ab Heleno; sic enim dicti frangitur dignitas. *MILES VLIXI] [sane] quaedam si singulariter proferantur, interdum gratiora sunt, ut ⟨I 574⟩ Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur. 'Ulixi' autem vetus genetivus est, ut ⟨I 30⟩ atque inmitis Achilli.*

---

1 Aeacus cum . . . a rege Myrmidono] exscr. mythogr. I 67 et II 204. cf. Isid. orig. IX 2, 75

---

1 Aeacus iouis *Karolir.* 116 aeacusio *H* Aeacus Iovis et Aeginae filius, cum post amissos pestilentia socios in arbore *D* ‖ μύρμηκας] myrmicas *LH* mirmicas *ME* ‖ 3 fabulae *ME:* fabule *ex* famule *H* fabula *L* (fabulae *l*) 4 mirmidonas *M* ‖ dictos] dicte sunt *H* ‖ 5 Scyro *Bergkius:* ferro *C* ‖ 7 iouis iouis *C* ‖ 8 insulam *C*²*:* insuam *C* ‖ 9 apellauit *C* ‖ 11 μύρμηκες] mirmyces *C* 13 myrmidonais *C* ‖ dictos *ex* dictas *ut videtur C* ‖ 14 iouis *C*²*:* ioues *C* ‖ Eurymedusae *vulgo:* eurimedone *C* ‖ 15 et *C*²*: om. C* ‖ 16 laboriosi, quia non laudaret eum cum esset hostis, unde ille (*Ovid. met.* XII 547) 'nam neque Deiphobum nec Polydamanta neque ipsum Hectora laudamus; quis enim laudaverit hostem'? sed duri id est crudelis *D* ‖ 17 quam det *Vergilius* ‖ 18 eandem *H* ‖ 20 pollii *ex* pollio *H* ‖ 22 heleno ut tamquam de ipsis intellegimus eneam dicere. nec hos quidem (ne eos quidem *l*) posse calamitates troiae sine lacrimis explicare. sed si sic intellegamus frangitur dignitas *E* ut tamquam . . . intellegamus *l quoque in marg.* ‖ sic enim dicti frangitur *M:* sic enim frangitur dicti (dicti *superscr.*) *C* si sic enim dicit frangitur *L* (dicti *superscr. l*) sic enim dicit frangitur *H* si sic enim intellegamus dicti frangitur *m* ‖ 23 singulariter *C*²*:* sigulariter *C*

8. TEMPERET *abstineat.*

9. PRAECIPITAT pro praecipitatur: verbum pro verbo, ut diximus. *et duas causas praetendit, quibus dicit non posse universa narrari, dolorem et tempus.* CADENTIA SIDERA aut epitheton est siderum, quae semper et oriuntur et occidunt; aut certe maiorem partem noctis vult esse transactam. *per sidera autem noctem significat, quae somnos suadeat.*

10. CASVS COGNOSCERE cognoscendorum casuum: et Graeca figura est. *'casus' autem fortunam, pericula; nam si 'mortem' dixisset, 'nostrorum' debuit dicere.*

11. ET BREVITER praescribit, quia Dido dixerat ⟨I 753⟩ a prima dic, hospes, origine nobis. *ergo non ad Didonis voluntatem, sed narrantis officium. et quibusdam hic hysterologia videtur; prius enim est, ut Troiae laborem, post Aeneae casus agnoscat.* SVPREMVM *postremum, ultimum dicit. eversionem enim Troiae tantum omissis superioribus narrat.*

12. QVAMQVAM ANIMVS MEMINISSE HORRET 'quamquam' melius praesenti iungitur tempori, ut 'quamquam scio, quamquam lego'. quod autem dixit 'meminisse horret' defectivi verbi ratio est; nec enim potuit dicere 'meminere'. et in his quae corrupta sunt naturaliter, ut 'odi' 'novi' 'memini' et omnia, tempora quae inveniuntur et suo et aliorum funguntur officio, ut 'memini' praeteritum est, legimus tamen et memini videre, quo aequior sum Pamphilo et memini me turribus altis Corycium vidisse senem. quod si fit et in verbis integris, ut ⟨III 282⟩ iuvat evasisse tot urbes, quanto magis in corruptis? REFVGIT propter metrum pro praesenti praeteritum posuit.

13. INCIPIAM *deest 'tamen', quia, cum praeponitur 'quamquam',*

8 cognoscendorum casuum] cf. Macrob. d. diff. et soc. gr. lat. q. verbi XIX 31 || 20 et in his e. q. s.] cf. Servii [Sergii] comm. in Don. p. 437, 1 K. 23 memini videre] Ter. Andr. II 5, 18. cf. Don. ad hunc vers. || 24 memini me] georg. IV 125

1 *ad v.* 8 Temperet] abstineat. *P* || 2 *ad v.* 9 Praecipitat] praecipitatur. verbum pro verbo. Cadentia sidera] aut epithetou . . . suadeat. *P* || dictum est *C* || 6 vult] dicit *P* || 8 *ad v.* 10 *et* 11 Casus cognoscere] fortunam, pericula (periculam). et breuiter. Supremum] postremum, ultimum. *P* || 8 est autem greca figura *C* || 11 praescripsit *C* || 12 a prima *C*: prima *L H M E* || 15 SVBREMVM $C^2$ || 20 corruptae *L E* || naturaliter *om* *C* || 21 novi coepi memini *vulgo* || et omnia *L H*, *om.* *C* omnia *M E l* || tempora] duo tempora *C* || 22 fungitur *C* (funguntur $C^2$) || ut memini uidere quo equior sum pamphilo praeteritum est et memini coricium (*sic* $C^2$ coicium *C*) uidisse senem quo fit et *C* || 23 videre] uidere o *H* || quo *ex* quę *M* || Pamphilo, ubi praeteritum praesens significat item memini *D* || 25 euassisse *C* || 28 *ad v.* 13 Incipiam] deest tamen. Fatis repulsi] oraculis, ut est 'cum virgo poscere (poposcerat) fata.' *P* || quia . . . tamen $C^2$ *in marg. sup. citandi signo super* tamen *collocato* || quanquam $C^2$

*subiungi necesse est 'tamen'.* FRACTI BELLO in hoc libro duplex intentio est: ne vel Troiae quod victa est, vel Aeneae turpe videatur esse quod fugit. *FRACTI BELLO*] * *bene defendit causam suorum, quod in bello non inpares fuerint.* * *sane amat in adversis hoc verbo uti, ut* ⟨170⟩ *fractae vires et* ⟨VII 594⟩ *frangimur heu fatis, inquit.*

FATISQVE REPVLSI oraculis: *ut est* ⟨VI 45⟩ *cum virgo poscere fata:* secundum Plautum tribus, vita scilicet Troili, palladii conservatione, integro sepulcro Laomedontis, quod in Scaea porta fuit, ut in Bacchidibus lectum est; secundum alios vero pluribus: ut de Aeaci gente aliquis interesset, unde Pyrrhus admodum puer evocatus ad bellum est; ut Rhesi equi tollerentur *a Graecis;* ut Herculis interessent sagittae, quas misit Philoctetes, *quibus Paris peremptus est,* cum ipse non potuisset adferre morte praeventus.

14. DVCTORES sonantius est quam 'duces', ut ⟨557⟩ regnatorem Asiae: quod heroum exigit carmen. LABENTIBVS velocibus, ut ⟨XI 588⟩ labere nympha polo et ⟨IV 223⟩ labere pinnis. cursu enim lapsus celerior est.

15. INSTAR nomen est indeclinabile, licet Probus instaris declinaverit, ut nectaris. et caret praepositione, sicut 'peregre', quamvis Serenus lyricus 'ad instar' dixerit. 'instar' autem est ad similitudinem: unde non restaurata, sed instaurata dicuntur aedificia ad antiquam similitudinem facta. EQVVM de hoc equo varia in historiis

---

3 bene defendit . . . fuerint] cf. Don. ad Ter. hec. I 2, 39 ‖ 9 in Bacchidibus] IV 9, 29 ‖ 15 LABENTIBVS velocibus . . . celerior est] exscr. Isid. orig. X 158 ‖ 18 licet Probus . . . nectaris] Probi cath. p. 17, 1 K. ‖ 19 et caret . . . dixerit] cf. Charis. p. 111, 21 et 212, 18 K. et [Sergii] explan. in Don. p. 511, 25 K. ‖ 20 instar autem . . . facta] cf. Varro ap. Macrob. Sat. I 11, 5 et Isid. orig. XIX 10, 1

---

1 FRACTI BELLO bene defendit . . . fuerint duplex ergo est in hoc libro intentio *C* ‖ 2 ne *om. C* ‖ 7 scilicet uita troili et si palladium permansisset in troia integro *C* ‖ 8 sepulchro *libri* ‖ fuerat *C* ‖ 9 bachidibus *LM* baccidibus *H* acchidibus *E* bacchidibus comedia *C* ‖ pluribus] plurima fuerunt fatalia troianis *C* ‖ 10 evocatus] ductus *C* ‖ 11 bellum est] unde dictus est Neoptolemus *νέος εἰς πτόλεμον add. D* ‖ 13 cum . . . praeventus *om. C* ‖ 14 *ad v.* 14 Ductores. Labentibus] uelocibus cursu, ut 'labere pennis'. cursu enim lapsus (lapsu) celerior est. *P* ‖ 15 herocum *vel* herooum *C* hereum *L* heroicum $C^2l$ ‖ 17 pennis *L* ‖ celerior est. vel 'labentibus' labilibus *D* ‖ 18 *ad v.* 15 Instar] nomen . . . peregre quamuis Serenus ad instar . . . facta. Equum] Hyginus et Tubero de hoc equo dicunt machinamentum . . . ut alii porta quam (portam qua) eis Antenor aperuit equum habuit pictum. non nulli . . . hostes. equus depictus est in frontibus domorum ipsorum, unde et Antenoris et ceterorum domus id est proditorum agnitae sunt. Palladis arte] aut ingeniose . . . Troianis. *P* est *om. C* ‖ Probus *om. C, supr. vers. add.* $C^2$ ‖ declinet *C* ‖ 19 nectaris *CP:* nestoris *LHME* ‖ sicut] ut *CP* ‖ peregre] peregre rus *L* peregerus *H* ‖ 20 liricus *CL* ‖ 22 facta, ut in tertio (62) 'ergo instauramus Polydoro funus' *D*

de hoc equo uariạe in historis (i *superscr.* over historis) dictum *C* (i *superscr.* $C^2$)

lecta sunt: ut Hyginus *et Tubero* dicunt, machinamentum bellicum fuit, *quod equus appellatur, sicut aries, sicut testudo, quibus muri vel discuti vel subrui solent:* unde est ⟨46⟩ aut haec in nostros fabricata est machina muros: ut alii, porta quam eis Antenor aperuit, equum pictum habuisse memoratur, vel certe Antenoris domus, quo posset agnosci. *non nulli signum equi datum, ut internoscerent Graeci suos, vel hostes. a quibusdam dicitur facta proditione praedictum, ne quis eas domos violaret, quarum ante ianuam equus esset depictus, unde Antenoris et ceterorum domus agnitae sunt.* aut *quia* equestri proelio victa est Troia. aut a monte Hippio, post quem se absconderant Graeci, unde et alludit 'instar montis equum'; *ut* ⟨VIII 691⟩ *pelago credas innare revulsas Cycladas.* aut re vera hoc fuit, quod Vergilius sequitur. *sed melius machinamenti genus accipimus.* PALLADIS ARTE aut ingeniose, aut dolose, ac si diceret, consilio iratae deae, quae fuit inimica Troianis.

16. AEDIFICANT translatio, ut Cicero navem tibi aedificatam esse Messanae. item INTEXVNT ut *ipse alibi* ⟨XI 326⟩ bis denas Italo texamus robore navis. *AEDIFICANT] aedificari enim habitacula hominum dicimus; nam ideo hic de equo 'aedificant', qui erat homines recepturus; vel propter magnitudinem. INTEXVNT] quia naves texi dicuntur; nam ideo ubi naves fiunt textrinum vocatur.* ABIETE COSTAS non sine ratione Vergilius hoc loco abietem commemorat, item acerem et pinum paulo post: nam fulminata abies interitum dominae significat, et Troia per feminam periit. acer vero in tutela Stuporis est: et viso equo stupuere Troiani, ut ⟨31⟩ pars stupet

---

1 machinamentum . . . solent] cf. Plin. nat. hist. VII 202 ‖ 16 Cicero] in Verr. act. II lib. II, 5, 13 'C. Heium iuratum dicere audistis isti navem onerariam maximam Messanae esse publice coactis operis aedificatam'.

---

1 ut enim *C* ‖ dicit *LHME* ‖ 2 equus $C^2$: equis *C* ‖ 5 equum . . . memoratur] equum habuit pictum *C* ‖ vel certe . . . agnosci *om. C* ‖ 6 possit *E* 8 quis] is *in ras.* $C^2$ ‖ 9 antenoris $C^2$: anteris *C* ‖ 10 hyppio *L* hyppio *H* ipso *C* lippio *M. fortasse* Hippo ‖ absconderunt *C* ‖ 11 adlusit *C* ‖ equum *om. C* 12 innare] in mare *C* ‖ 14 ingeniosae aut dolosae *E* ‖ 16 *ad v.* 16 Aedificant. Intexunt] quia naues dicuntur texi, nam ubi naues fiunt textrinum uocatur, ut ipse 'bis denas Italo texamus robore naues'. Abiete] solutio est spondei nunc in proceleumaticum (proclematicum). sciendum autem Virgilium seruasse ubique ista in solutione sibi excusationem sinaliphae, quod alii contemnunt. *P* AEDIFICANT translatio aedificari enim . . . magnitudinem ut cicero . . . messanae INTEXVNT (*sic* $C^2$ intexuit *C*) quia naues . . . uocatur ut ipse alibi . . . naues *C* translatio a nauibus *LHME* ‖ nauim *m* ‖ 22 hoc uirgilius loco *C* ‖ abietem *om. C, supr. vers. add.* $C^2$ ‖ 23 acerem *LHME cf. ad Aen.* IX 87, *ubi* acere *libri mei praeter Hamburgensem, qui* acerte *praebet:* acerum *C. idem exhibuisse videtur is liber quo Priscianus usus est, qui* VI 44 (I *p.* 232, 13 *H.*) 'haec acer arbor aceri (*fort.* haec acer (arbor) aceri) dicit Servius in commento Virgilii'. *cf. Prisc.* V 15 ‖ et fulminata *C* ‖ 24 periit *L:* perit *CHM* ‖ 25 ut uiso *E*

innuptae donum exitiale Minervae. pinus in tutela quidem est matris deum; sed et fraudum et insidiarum, quia eius poma cadentia per fraudem interimunt: et hic equus plenus insidiarum est. ABIETE solutio est spondei, nunc in proceleumaticum, alias in dactylum, ut ⟨I 1⟩ arma virum, alias in anapaestum, ut fluviorum rex Eridanus. sciendum sane, Vergilium ubique in solutione ista servare sibi excusationem synaliphae: quod alii contemnunt.

17. VOTVM oblatum: nam participium est. *VOTVM P. R. S.*] *id est vovisse pro reditu.* **Accius in Deiphobo inscriptum dicit Minervae donum armipotentes Danai abeuntes dicant.** *EA FAMA VAGATVR hoc est reditus fama tantum fuit, non et simulationis; nam incipiunt et insidiae patefactae esse.* EA FAMA VAGATVR bene excusat, ne reus sit conscientiae.

18. HVC pro illuc. *HVC in equum, vel in hanc rem.* DELECTA CORPORA delectorum virorum. SORTITI contraria sunt dilectus et sortitus. sed intellegimus, plures quidem electos, sorte tamen ex ipsis ductos, qui includerentur. VIRVM pro virorum, qua figura et in prosa utimur. dicit sane Plinius [in naturali historia] hoc in neutro non esse faciendum, scilicet propter casuum similitudinem, nisi forte nimia metri necessitas cogat. *FVRTIM num a plebe, hoc est nullo sciente, id est latenter? nam et furtum*

---

4 ABIETE solutio est . . . contemnunt] cf. Servius comm. in Don. p. 425, 14 K. 'nam pro spondeo, qui legitimus est versus heroici, invenimus etiam dactylum positum, ut 'arma virumque cano', non numquam anapaestum, ut 'fluviorum rex Eridanus', aliquando proceleumaticum, ut 'genua labant' et 'arietat in portas' et 'abiete costas'. et Isid. orig. I 16, 28 ‖ 5 fluviorum] georg. I 482 ‖ 9 Accius in Deiphobo] trag. Rom. fragm. rec. O. Ribbeck p. 152 ed. II ‖ 21 nam et furtum . . . subripuit] cf. Isid. orig. V 26, 18 et X 106

---

2 fraudium *L* ‖ 3 interimunt] unde Martialis (XIII 25) 'poma . . . caput' *add. Masvicius* ‖ 4 sane abite *C* (abiete $C^2$) ‖ nunc *om. L* ‖ alias in dactylum *om. LHME, sed Servii sunt* ‖ 5 uirumq; *C* (cano troiae q. p. a. o. *supr. vers. add.* $C^2$) arma virum tabulaeque et Troia gaza per undas *Fabricius* ‖ 6 heridanus *C* ‖ sane] autem *C* ‖ 7 synaliphae *L:* sinaliphae *reliqui* ‖ 8 *ad v.* 17 Votum] oblatum. nam participium est, id est uouisse pro reditu. Ea fama uagatur] hoc est reditus. *P* ‖ 9 *fortasse* vovisse se ‖ Accius . . . dicant *huc transposui, post* conscientiae *hab. C* ‖ deifoebo *C* ‖ Minervae donum armipotentes abeuntes Danai dicant *Bergkius* [Deáe] Mineruae dónum armipotenti ábeuntes Danaí dicant *Ribbeckius* ‖ 11 reditus *P:* pro reditu *C* ‖ tantum fama *malim. ceterum* fama tamen *enotavit Scioppius* ‖ nam] nondum *add. F. Schoellius. cf. Tib. Donatus ad hunc vers.* ‖ 12 patefactae esse. Bene ergo excusat *C* ‖ 14 *ad v.* 18 Huc] pro illuc, in equum uel in hanc rem. Delecta corpora] . . . cogat. Furtim] latenter, unde fures . . . subripiunt. *P* ‖ DILECTA *H* ‖ 15 dilectorum *HE* ‖ *scholium ad* SORTITI *post scholium ad* VIRVM *hab. C* ‖ SORTITI] SORTIQ: *H* ‖ dilectus *C:* delectos *L* dilectos *H* delectus *MEl* ‖ 16 sortitus *MEl:* sors *C* sortitos *LH* ‖ 18 qua] quasi *H* ‖ in naturali historia *seclusi.* de re grammatica *Fabricius, sed Servius quotiens grammaticum Plinii praeceptum profert titulum libri non nominat.* ‖ 19 hoc] hic *C* ‖ non *om. C* (*supr. vers. add.* $C^2$)

*ideo dicitur, quod magis per tenebras admittatur; unde fures qui quasi per furvum tempus, hoc est nigrum, aliquid subripiunt.*

19. CAECO LATERI pro caecis lateribus. et nota aliter dici caecum hominem, id est non videntem, aliter caecum latus, id est obcaecaturum, absconsurum. *CAVERNAS INGENTES non nulli omnia loca concava cavernas dictas a veteribus asserunt, ut* ⟨VIII 242⟩ *et umbrosae penitus patuere cavernae. alii fustes curvos navium, quibus extrinsecus tabulae adfiguntur, cavernas appellarunt: unde, quia naves texi dicuntur et cavernae navium sunt, permansit in metaphora, ut et 'intexunt' diceret et 'cavernas'. alii quodcumque in arcum formatum est, quod flexum et in altitudine curvatum ad sedem deducitur cavernam dici tradunt.*

20. INGENTES ut diximus, epitheto levavit tapinosin. VTERVMQVE uterus est mulierum: *nam praegnantis proprie est.* quem modo ideo dixit, quia dicturus est ⟨238⟩ feta armis. alvus est quo defluunt sordes, ut Sallustius simulans sibi alvum purgari. venter qui videtur, ut Iuvenalis Montani quoque venter adest abdomine tardus. *sane et in tragoedia de hoc equo ἐγκύμονα legitur; hinc ergo hic 'uterum' dixit.* ARMATO MILITE ut supra ⟨I 378⟩ ex hoste. *ARMATO MILITE] singularem numerum pro plurali posuit, ut* ⟨XI 286⟩ *ultro Inachias venisset ad urbes Dardanus pro Dardani; et alibi pluralem pro singulari, ut* ⟨XII 60⟩ *desiste manum committere Teucris, cum solus esset Aeneas.*

21. TENEDOS Tenes quidam infamatus, quod cum noverca concubuisset, hanc insulam vacuam cultoribus tenuit: unde Tenedos

---

14 uterus est mulierum . . . uenter qui videtur] cf. Isid. orig. XI, 1, 132—134 et diff. verb. 38 ‖ 16 Sallustius] hist. fragm. I 42 Kritz ‖ 17 Iuvenalis] Sat. IV 107 ‖ 24 Tenes quidam . . . nominatur] exscr. mythogr. II 186 et Isid. orig. XIV 6, 23

---

1 qui *om. P* ‖ 3 *ad v.* 19 *et* 20 Caeco lateri] pro caecis lateribus. aliter autem caecus homo non uidens, aliter caecum latus absconsurum et obcaecaturum (obscenaturum). Ingentes] nonnulli omnia loca concaua dicunt. alii fustes curuos nauium, quibus extrinsecus tabulae adfiguntur cauernas appellarunt. permansit in metaphora ut 'intexunt' diceret et (et *om cod.*) 'cauernas'. sane dicendo 'ingentes' epitheto leuanit tapinosin. Uterumque] uterus est mulierum, nam praegnantis proprie est quem modo . . . feta (fetam) armis. Armato milite] ex hoste. scilicet . . . posuit. *P* ‖ 8 apellarunt *C* ‖ 9 sunt *scripsi:* sint *C* ‖ metafora *C* ‖ 12 tradunt. sane dicendo ingentes epitheto leuanit tapinosin *C* ‖ 14 quem modum *C*, *inde* quemadmodum *Bergkius* ‖ 15 ideo] eo *H* | quo effluent *L* quod efluunt *H* ‖ 18 tardus] pinguis *C* ‖ ἐγκύμονα *ex Eurip. Tro.* 11 *Dorrillium coniecisse Burmannus adnotavit:* EXPOIMONA *C* ‖ 19 hinc *scripsi:* hanc *C. possis et* bene ‖ 20 ARMATO MILITE ex hoste scilicet et singularem numerum *C* ‖ plurali *C*[2] *in marg.:* singulari *C* ‖ 24 *ad v.* 21 Tenedos] insula est contra Ilium. *P* ‖ TENEDOS Tenes quidam . . . unde Tenedos dicta est *om. C* tennes *LHm* ‖ infirmatus *L* (infamatus *l*) ‖ concubuisset fugiens hanc insulam vacuam cultoribus obtinuit *Isidorus*

dicta est. ideo ergo ait 'notissima fama'. sic Cicero Tenen ipsum cuius ex nomine Tenedos nominatur. *TENEDOS insula est contra Ilium, quae ante Leucophrys dicta est; nam Tenes, Cycni filius, infamatus a noverca, quod cum ea voluisset concumbere, cultoribus vacuam tenuit: unde Tenedos dicta est. alii dicunt, quod se propter supra dictam causam ex ipsa insula in mare praecipitaverit. huius soror Hemithea fuisse dicitur.*

22. INSVLA DIVES OPVM *ut alibi* ⟨IX 26⟩ *dives equum. et* hic genetivo iungit. Statius, quod rarum est, et ablativo, ut satis ostro dives et auro. *PRIAMI DVM REGNA M. † qui et ipsa a Graecis est.*

23. *SINVS reductus litoris secessus.* STATIO statio est ubi ad tempus stant naves, portus ubi hiemant. MALE FIDA aut minus fida propter periculum navium, quia statio est, quam plagiam dicunt: aut certe fida Graecis. MALE hoc est 'in nostram perniciem', ut Lucanus de syrtibus sic male deseruit: et hanc significationem raro invenimus. sane 'male fidus' *non infidus, sed* minus fidus intellegitur. 'male' enim minutionem habet, non negationem.

24. *DESERTO vel ab his, qui Troianae partis erant; aut certe ideo 'deserto', ut facilius latere possint. CONDVNT pro abscondunt.*

25. ABIISSE PETIISSE 'abisse' dicimus et 'petisse', sed propter metrum epenthesis facta est. *MYCENAS a parte totum, id est Graeciam.*

26. OMNIS TEVCRIA subaudis 'gens'. et absoluta est elocutio. *SOLVIT quasi ante aerumnis vincti essent.*

---

1 Cicero] in Verr. act. II lib. I 19, 49 ‖ 2 insula est . . . fuisse dicitur] cf. Suidas s. v. Τενέδιος ἄνθρωπος II p. 1070, 20 Bernh. ‖ 9 Statius] Theb. II 406 12 statio est . . . hiemant] exscr. Isid. orig. XIV 8, 39. diff. verb. 535 ‖ 14 quam plagiam dicunt] cf. Isid. orig. XIII 16, 10 ‖ 16 Lucanus] IX 310

---

1 tennem *L* tennen *H* ‖ ipsum *om. C* ‖ 3 leucofrye *C* ‖ tennes *C* ‖ Cycni *Ryckius ex Tzetze in Lycophr. v. 232 et schol. Hom. Il. I 38:* gysis *C* ‖ 7 dicitur. ideo ergo . . . nominatur *C* ‖ 8 in *L* (hic *l*) ‖ 10 qui et ipse a Graecis occisus est *coni. Burmannus*, ipse *enim enotavit Scioppius. fortasse* quia et ipsa a Graecis vastata est ‖ 12 *ad v.* 23 Sinus] reductus litoris secessus. Statio] ubi ad tempus stant . . . hiemant. Male fida] periculosa scopulis (scopolis) uel a Graecis. sane 'male fidos' non infidos, sed minus fidos intellegitur. male . . . negationem. *P* ‖ STATIO MALE FIDA *C* ‖ statio est *om. L* ‖ 13 portus uero *P* male fida autem aut *C* ‖ 14 navium *om. C* ‖ est quam *om. H* ‖ plagiam] id est litus sine portu *superscr. l* ‖ dicunt] uocant *C* ‖ 15 MALE *non ut lemma insignitum, sed simpliciter scriptum in M. fortasse* nam 'male' potest esse 'in nostram perniciem', ut . . . deseruit. sed hanc . . . invenimus. ‖ hoc] alibi *coni. F. Schoellius* ‖ 16 ulcanus *C* (lucanus $C^2$) ‖ syrtibus] styrpibus *C* ‖ 17 male fidos *C* malefidus *M* ‖ infidos *C* ‖ minus fidus] *om. LH, supr. vers. add. l* infidos *C* (minus fidos $C^2$) ‖ 19 *ad v.* 24 Condunt] pro abscondunt. *P* ‖ 21 *ad v.* 25 Abiisse] abisse pro (*sic*) petisse dicimus, sed . . . id est Graecia. *P* ‖ PETISSE *C* ‖ abivisse dicimus et petivisse, sed propter metrum syncope facta est *Fabricius* ‖ 23 *ad v.* 26 Omnis Teucria] subandis gens. Solvit] quasi . . . essent. *P* ‖ 24 antea erumnis *C* antea aerumnis *Bergkius* ‖ uicti *P*

27. PANDVNTVR PORTAE signum pacis est, ut Sallustius apertae portae, repleta arva cultoribus; *ut 'clausis portis' signum belli est* ⟨VIII 385⟩ *quae moenia clausis bellum acuant portis.* *IVVAT IRE autem, exire, aut ire longius.* DORICA CASTRA mala est compositio ab ea syllaba incipere, qua superius finitus est sermo; nam plerumque et cacenphaton facit, ut hoc loco. sane Dorus Neptuni filius fuit, unde Dori originem ducunt.

28. *LITVSQVE RELICTVM quod nostrum fuerat.*

29. *HIC pro illic. et totum hoc ita accipiendum.* TENDEBAT tentoria habebat, ut ⟨VIII 605⟩ et latis tendebat in arvis. SAEVVS ACHILLES propter Hectorem tractum. et talis ubique inducendus est, ut Horatius iura neget sibi nata.

30. CLASSIBVS HIC LOCVS magis ad equites referre debemus, ut ⟨VII 716⟩ et Ortinae classes: unde et classica dicuntur. *ACIE hic exercitu. aliter* ⟨VI 789⟩ *huc geminas nunc flecte acies.* HIC ACIES legitur et 'acie'. nam potest utrumque.

31. *PARS STVPET (ET MIRANTVR) figurate, ut* ⟨I 212⟩ *pars in frusta secant.* INNVPTAE quae numquam nubit, nam virgo potest et nubere. *DONVM ἀμφιβολία, non quod ipsa dedit, sed quod ei oblatum est.* DONVM EXITIALE quantum ad Troianos.

32. PRIMVSQVE THYMOETES ut Euphorion dicit, Priamus ex Arisba filium vatem suscepit. qui cum dixisset quadam die nasci puerum, per quem Troia posset everti, pepererunt simul et Thymoetae uxor et Hecuba, quae Priami legitima erat. sed Priamus Thymoetae filium uxoremque iussit occidi. inde ergo nunc dicit

---

1 Sallustius] hist. fragm. III 74 Kritz. ‖ 6 sane Dorus . . . ducunt] cf. Isid. orig. IX 2, 20 ‖ 12 Horatius] a. p. 122 ‖ 21 Priamus ex Arisba . . . iussit occidi] exscr. mythogr. I 212

---

1 *ad v.* 27 Dorica castra] mala est . . . originem ducunt. *P* ‖ est *om.* *C* ‖ aparte *C* (aperte $C^2$) ‖ 2 portae *om.* *C* ‖ clausis *post* moenia *om.* *C* ‖ 3 bellum] ferrum *Vergilius* ‖ 4 Iuuat ire autem *enotavit Scioppius:* iuuat me aut *C* ‖ 6 nam *om.* *C* ‖ 7 dorii *P* ‖ 9 *ad v.* 29 Hic] pro illic. Tendebant] tendoria habebant, ut 'et dotis tendebant in aruis'. *P* ‖ et totum . . . accipiendum] *videtur scholiastes significare voluisse, in iis quoque quae sequuntur 'hic' pro 'illic' dictum esse.* ‖ *scholium ad* tendebat *scholio ad* saevus Achilles *postponit* *C* ‖ 10 armis *C* (aruis $C^2$) ‖ 11 tractum *om.* *C* ‖ 13 *ad v.* 30 Classibus hic locus] magis . . . dicuntur. Hic acies] hic exercitus. *P* ‖ 14 ortyne *C* (ortine $C^2$) ortunae *LHM* (ortynae *lm*) ‖ classes] id est turmae *add.* *D* ‖ huc $C^2$*:* hoc *C* ‖ 16 HIC ACIES legitur . . . utrumque *om.* *C* ‖ aciae *L* ... acie *H* (*duae litterae deletae sunt*) aciē *M* ‖ 17 *ad v.* 31 Pars] figurate, ut 'pars in frusta (frustra)'. Donum] ἀμφιβολία . . . oblatum est. Exitiale] periculosum id est Troianis. *P* ‖ 18 nam uirgo potest et nubere quae numquam nubit *C* ‖ 19 amphibolia *C* ‖ sed quod *Daniel:* sed quia *P* quod *om.* *C* ‖ 20 troias *C* ‖ 22 arsiba *C* ‖ 23 posset troia conruere *C* (corruere $C^2$)

'sive dolo', quia iustam causam proditionis habere videbatur. alii volunt 'dolo' *scilicet Graecorum*, quo omnes decepti sunt.

33. *ARCE LOCARI velut tutamen. et non incassum arcis Troianae prope multis locis mentio fit. in hac enim arce huiusmodi saxum fuisse dicitur, quod ab alio contritum sanguinem emitteret. namque Helenam ad incitandos in se amatores saepe ex hoc saxo lapillum uti fuisse solitam.*

34. SIC FATA FEREBANT ut etiam cives contra patriam sentirent.

35. AT CAPYS quidam: non pater Anchisae. et bene nec se, nec patrem huic consilio dicit interfuisse, per quod interitus patriae imminebat. quamquam Aeneas quasi obtrectator Priami non adsit, ut Homerus dicit, Anchises vero propter caecitatem, ut docet Theocritus. *alii hunc Capyn adfinem Aeneae tradunt, et ideo ei ab Aenea dari recti consilii principatum. hic est qui Capuam condidit. sed hoc post multa saecula claruit. nam his temporibus, quibus Caesar occidi habuit, Capuae iuvencae aeneae dicitur inscriptum fuisse, isdem temporibus unum de genere conditoris periturum.*

36. *PELAGO pro in pelagus. DANAVM INSIDIAS bene qui suadet ut praecipitetur, non dicit 'donum Minervae', sed 'Danaum insidias' et 'suspecta dona'.*

37. SVBIECTISQVE VRERE FLAMMIS 'que' copulativa coniunctio est, 'aut' disiunctiva. quomodo ergo has iunxit, *cum non utrumque, sed alterutrum fieri poterat quod suadebatur?* poetarum est partem pro parte ponere, ut torvum pro torve, *et* volventibus pro volubilibus: coniunctionem ergo pro coniunctione posuit, ut ⟨VI 616⟩ s a x u m i n g e n s v o l v u n t a l i i r a d i i s q u e r o t a r u m 'que' pro 've' posuit; nam sonantius visum est. *antiqua tamen exemplaria 've' habere inveniuntur; 've' enim proprium significatum habet, ut interdum pro vel accipiatur.*

---

4 in hac enim arce . . . emitteret] cf. Ampelii lib. mem. VIII 11

---

1 quia . . . videbatur] quia habuit iustam causam proditionis *C* ‖ aliique *C* ‖ 5 namque] atque *enotavit Scioppius* ‖ 6 incitandos *C*²*:* incitando *C* ‖ lapillis *enotavit Scioppius* ‖ 9 quidam alius *C* ‖ 10 interesse *M* (interfuisse *m*) ‖ per quos *C* ‖ 11 imminet patriae *C* ‖ 15 occidi habuit] occisus est *Bergkius* ‖ 16 iuuencae *C*²*:* iuuentae *C* ‖ fuisse isdem *C*²*:* fuerat *C* ‖ 18 *ad v.* 36 Pelago] pro in pelagus. *P* ‖ 19 non dicit *C*² *in marg.: om. C* ‖ 21 *ad v.* 37 Subiectisque urere flammis] 'que' copulatiua coniunctio est, non disiunctiua, quae hic esse debuit. sed poetarum est . . . uolubilibus. ergo coniunctionem (coniunctio) pro coniunctione posuit, id est 'que' pro 'ue', nam sonantius (sonatius) uisum est. *P* ‖ 22 has iunxit *LHM*, *nisi quod* iuncxit *LH:* per adṭ iunxit *C* (per aut adiunxit *Scioppius enotavit* 'aut' adiunxit *coni. Bergkius* 'que adiunxit *in archetypo Cassellani fuisse videtur*) ‖ 23 est] mo=s est *L* (r *vel* n *erasa*) ‖ 24 ludibilibus *C* (uolubilibus *C*²) ‖ 25 ergo *om. C* ‖ 27 antiquata men *C*

38. TEREBRARE *quidam aperire ac rescindere accipiunt, alii terebrare simpliciter accipiunt, quia adiecit temptare. et hinc ostenditur adversa sententia: non enim ab omnibus creduntur insidiae.*

39. INCERTVM instabile, unde est 'studia in contraria'. *'incertum' ergo aut temporale est, aut perpetuum epitheton vulgi.* sane 'vulgus' magis masculini generis est, quam neutri, quia in 'us' exeuntia neutra in 'ris' mittunt genetivum, excepto 'pelagus', quod in hoc nomine creavit errorem.

40. ANTE OMNES aut perissologia est, quia dixit 'primus'; aut 'ante omnes', id est videntibus omnibus.

41. LAOCOON omnia in 'oon' exeuntia tertiae sunt declinationis, ut Laocoontis Demophoontis Hippocoontis. *ARDENS omnis adfectus tribus rebus ostenditur, vultu voce gestu, sicut hic futura dicturo primum iram et commotionem animi quae vultu ostenditur dedit, dein celeritatem corporis, inde vocis magnitudinem.*

42. *ET PROCVL quidam hoc loco 'procul' 'unde primum exaudiri potuit' tradunt: alii 'iuxta' volunt, ut s e r t a p r o c u l.* *O MISERI bene hoc coepit, quia non erant suadenti utilia credituri.* QVAE TANTA INSANIA? quia insanorum est contra se sentire. *aut 'insania' dementia.*

43. *CREDITIS AVECTOS HOSTES vehementius est, quam si dixisset 'non navigaverunt'.*

44. DONA CARERE DOLIS DANAVM? ordo est 'dona Danaum', non 'dolis Danaum'; *non enim quaecumque sunt dona Danaum sunt.*

SIC NOTVS VLIXES? quia, ut ait Homerus, voluntate verberatus et sub habitu mendici Troiam ingressus exploravit universa. *hic sane Ulixes, filius Laertae, Penelopae maritus fuit. qui filios habuit Telemachum ex Penelope, ex Circe vero Telegonum, a quo etiam inscio cum is ipse patrem quaereret, occisus est. huic Ulixi primus Nicomachus pictor pilleo caput texisse fertur. huius post Iliense bellum*

---

17 alii iuxta volunt] cf. Don. ad Ter. hec. IV 3, 1 ‖ serta] buc. VI 16

---

1 *ad v.* 38 Terebrare] quidam . . . simpliciter accipiunt (accipitur). *P* ‖ scindere *P* ‖ 4 *ad v.* 39 Vulgus] magis (magis *om. cod.*) masculini generis est quam neutri. *P* ‖ incertum *C*²*:* agnigrarum *C* (ꝯu *in marg.*). *fortasse* aut ignarum. ergo aut temporale est aut perpetuum epitheton ‖ 5 pitheton *C* ‖ 6 magis *om. C* (tam *supr. vers. C*²) ‖ 9 *ad v.* 40 Ante omnes] aut . . . omnibus. *P* ‖ quia dixit] quasi dixit *P* quisi dixisset *C* (quasi dixisset *C*²) ‖ aut *om. C* (*supr. vers. add. C*²) ‖ ‖ 11 *ad v.* 41 Laocoon (laacohon) ardens] omnis . . . gestu. *P* ‖ LAOCOON . . . Hippocoontis *om. C* ‖ 16 *ad v.* 42 Procul] quidam . . . serta procul. *P* ‖ primum *P: om. C* ‖ 17 tradunt *om. P* ‖ iuxta *PC*²*:* iusta *C* ‖ 18 erant *C*²*:* erat *C* ‖ 22 *ad v.* 44 Dona. sic notus Ulixes?] quia . . . uniuersa. *P* ‖ 23 dolis Danaum] vel distinguendum est Danaum, id est ex Danais *add. D* (*i. e. 'Danaum' iungendum cum 'sic notus Ulixes'*) ‖ 24 uerberatus uoluntate *C* ‖ 25 uniuersam *L* ‖ 28 nichomachus *C*

*errores Homerus notos omnibus fecit. de hoc quoque alia fabula narratur. nam cum Ithacam post errores fuisset reversus, invenisse Pana fertur in penatibus suis, qui dicitur ex Penelope et procis omnibus natus, sicut ipsum nomen Pan videtur declarare: quamquam alii hunc de Mercurio, qui in hircum mutatus cum Penelope concubuerat, natum ferunt. sed Ulixes posteaquam deformem puerum vidit, fugisse dicitur in errores. necatur autem vel senectute, vel Telegoni filii manu aculeo marinae beluae extinctus. dicitur enim, cum continuo fugeret, a Minerva in equum mutatus.*

46. IN LIGNO bene 'ligno' quasi dissuasorie, non simulacro, ut paulo post ⟨232⟩ ducendum ad sedes simulacrum. nam in suasione vel dissuasione tam sensus quam verba considerantur. *LIGNO] *adfectavit tapinosin dicens 'ligno'; infirmare enim vult fictam eorum religionem.**

47. *INSPECTVRA DOMOS, bene 'inspectura'; muris enim portisque deiectis, qui apud Troiam hoc machinamento perrupti sunt, necesse erat domos inspici.* *VENTVRAQVE DESVPER VRBI hoc est oppressura civitatem.*

48. *AVT ALIQVIS LATET ERROR non confirmat, ut plus in eo fraudis videatur esse, quam fuit.* ERROR id est dolus, ut ⟨VI 27⟩ inextricabilis error. et est figura ab eo quod praecedit id quod sequitur. distinguendum sane 'error', et sic dicendum 'equo ne credite Teucri'. item 'quicquid id est, timeo', hoc enim melius est. *EQVO LATET id est sub praetexto, sub specie equi. alii 'equo' in equo accipiunt. (NE) CREDITE (ne) confidite, id est nolite eorum fiduciam habere, qui timendi sunt, etiam cum ultro offerunt dona.*

49. *QVICQVID ID EST 'timeo' inquit 'quicquid omnino in equo est; ceterum Danaos, etiam dona ferentes'.*

---

4 quamquam . . . natum ferunt] cf. comm. Luc. III 402 || 7 necatur autem . . . extinctus] cf. Hygin. fab. 127

---

1 notus *C quod in* notius, *tum in* notos *mutavit corrector* || 2 nam cum Ithacam post errores *Masvicius:* Nam itac/// errores *C* (cũ *et* ci post *superser. C*[2]) nam cum Italiam post errores *enotavit Scioppius* || 3 penatibus *C*[2]*:* panetibus *C* || 4 quanquam *C*[2]*:* quam *C* || 6 deformen *C* || refugisse *coni. Burmannus* || 7 negatur *C* || telogonii *C* || 8 enim *om. C, superser. C*[2] || 10 LIGNO merito quasi dissuasor adfectauit tapinosin dicens ligno, non simulacro infirmare enim uult fictam eorum religionem ut paulo post *C* || dissuasorie *ME* desuasor *L* (dehortator *superser. l*) desuasore *H* de suasore *Regius Burmanni* || 12 vel] et *C* || 15 *ad v.* 47 Inspectura] hoc est oppressura ciuitatem. *P* || portisque *ex* postisque *C* || 16 hoc *C*[2]*:* hac *C* || 18 *ad v.* 48 Error] id est dolus, ut 'inextricabilis error'. *P* || 19 fu=it *C* fuerit *coni. Bergkius* || error autem *C* || 21 error sane *L* Teucri. Quicquid id est timeo] dicendum Quid, id est sive bonum sive malum, et iungendum cum praecedentibus. vel distinguendum est timeo Danaos: vel, id est et dona ferentes. hoc enim melius est. *Fabricius* || 22 sed alii equo latet *enotavit Scioppius* || 23 sub praetexto *C*[2]*:* suprae texto *C* || alii contra *enotavit Scioppius* || 26 inquit *ex* inquid *C* || quicquid *C*[2]*:* quid quid *C* || omnino *ex* omni-

51. IN LATVS *quidam inter ventrem et latus percussum intellegunt. [multi ita volunt intellegi 'in latus stetit, in alvum contorsit hastam.'] quidam deesse aliquid putant, ut sit sensus 'inclinans se in latus ad ictum vehementiorem intorsit hastam', nam si latus equi accipias, contrarium erit quod subiunxit 'alvum'.* FERI quadrupedis: ab eo quod toto corpore feratur, *ut* ⟨VII 489⟩ *pectebatque ferum et paulo post* ⟨500⟩ *saucius at quadrupes.* CVRVAM ALVVM Plautus masculino ait genere, quo non utimur. percussum sane intellegimus inter ventrem et latus.

52. RECVSSO pro concusso, praepositio pro praepositione.

53. CAVAE CAVERNAE Graeca figura, ut 'vitam vivere', 'mortem mori'. *quae autem a veteribus cavernae appellatae sint superius* ⟨19⟩ *dictum est.*

54. FATA DEVM 'fata' modo participium est, hoc est 'quae dii loquuntur', ut Statius et vocem fata sequuntur. *SI MENS NON LAEVA FVISSET Troianorum scilicet; bene ergo dixisit. sane* LAEVA modo contraria. et sciendum laevum, cum de humanis rebus est, esse contrarium, cum de caelestibus, prosperum, ut ⟨693⟩ intonuit laevum, quia sinistra numinum intuentibus dextra sunt.

55. FOEDARE dilacerare. foedum enim tam apud Vergilium, quam apud Sallustium non turpe significat, sed crudele, ut ⟨502⟩ sanguine foedantem quos ipse sacraverat ignis, Sallustius foedi oculi. *alii 'foedare' secundum Graecos accipiunt. quid enim foedius, quam duces Graecorum latentes deprehendi? LATEBRAS autem amare dixit.*

---

7 Plautus] Pseud. III 2, 34 ‖ 15 Statius] Theb. I 213 ‖ 22 Sallustius] Cat. 15, 5

---

nino *C. fortasse scholium sic constituendum* Quicquid id est timeo] quicquid omnino in equo est, ceterum timeo Danaos etiam dona ferentes. ‖ 1 *ad v.* 51 In aluum contorsit hastam] quidam deesse putant aliquid, ut sit sensus 'inclinans se in latus ad ictum uehementiorem contorsit hastam (in astam); nam si latus equi accipias, contrarium erit quod (quae) subiunxit 'aluum feri (fieri). Latus] quidam inter uentrem et latus percussum intellegunt. multi ita uolunt intellegi 'in latus' * quadrupedis. ab eo qui toto corpore feratur ut 'pectebatque feram'. Curuam aluum] Plautus masculino genere protulit quo (eo) non utimur. *P* ‖ 6 feratur. unde semifer, id est centaurus, quasi medius equus *D* ‖ 8 quo non inuenimus *L* (d *superscr. l. idem sup. vers. add.* at quo non utimur) quod non utimur *H* ‖ percussum . . . latus *om. C* ‖ 10 *ad v.* 52 Recusso] . . . praepositione. *P* ‖ 11 *ad v.* 53 Cauae cauernae] . . . mori. *P* ‖ 12 sint *ex* sunt *C* ‖ 14 *ad v.* 54 Fata deum] fata . . . sequuntur. Laeua] modo contraria . . . intuentibus. *P* ‖ participium est] participium et *CP* ‖ 15 locuntur *LMP* ‖ secuntur *CPM* sequitur *L* (sequuntur *l*) ‖ 19 nimium *LH* (numinum *l*) ‖ dextra sunt intuentibus *CP* ‖ 20 *ad v.* 55 Foedare] dilacerare . . . foedantem. *P* ‖ FOEDARE LATEBRAS *C*

56. STARES si 'staret' legeris, 'maneres' sequitur propter ὁμοιοτέλευτον. et est apostropha.

57. *ECCE MANVS haec particula prope rem gestam ante oculos lectoris inducit. sane saepe dictum est, Vergilium inventa occasione mentionem iuris pontificalis facere in quacumque persona. antiquis itaque caerimoniis cautum erat, ne vinctus flaminiam introiret, si introisset, solveretur vinclaque per impluvium effunderentur inque viam publicam eicerentur. flaminia autem domus flaminis dicitur, sicut regia regis domus. [quod] hic de Sinone rem flaminis a rege factam debemus accipere, ⟨146⟩ ipse viro primus manicas atque arta levari vincla iubet Priamus; quod factum sub divo, illo versu ostendit ⟨153⟩ sustulit exutas vinclis ad sidera palmas et ⟨154⟩ vos aeterni ignes, id est sidera: quod utique incongrue dictum videtur, nisi sub divo Sinonem stantem haec dixisse accipiamus. ideo autem 'iuvenem' dicendo nomen suspendit, quo gravior narratio fieret, si ordine suo referrentur quae gesta sunt.* MANVS REVINCTVM ut ⟨I 228⟩ oculos suffusa.

58. TRAHEBANT cum festinatione adducebant, ut ⟨VI 753⟩ conventus trahit in medios. et modo 'trahebant' ad desiderium ducentum et Sinonis pertinet simulationem. *non quia renititur Sinon, nam contrarium esset 'qui se ignotum venientibus ultro'.*

59. QVIS SE quibus se. alii 'qui se' legunt.

60. *HOC IPSVM vel ut caperetur, vel quod Graeci simulabant.* HOC IPSVM per 'm', quia usurpatum est 'ipse', et est naturale 'ipsus', ut ipsus mihi Davus. dicimus ergo 'ipsus ipsa ipsum', ut 'do-

---

5 antiquis itaque . . . regis domus] cf. Gellius X 15, 7 sq. ‖ 25 ipsus] Ter. Andr. III 3, 44

---

1 *ad v.* 56 Stares] si 'staret' 'maneres' sequitur . . . apostropha. *P* ‖
f
STARES si stare et *L* (S *altera et* et *ab alia manu in rasura.* f *superscr. l*) ‖ legeris *om. C* ‖ 3 *ad v.* 57 Manus reuinctum] ut 'oculos suffusa'. *P* ‖ occulos *C* ‖ 6 cerimoniis *C* ‖ 7 imfluuium *C* ‖ 9 quod *secl. F. Schoellius* ‖ 10 uiro] uero *C* 15 si *C* sed *enotaverunt Scioppius et Bergkius* ‖ referentur *Commelinus primus* 18 *ad v.* 58 Trahebant] modo ad ducentium desiderium pertinet, non quod renititur (sentitur) Sinon, namque contrarium esset 'qui se ignotum uenientibus ultro'. *P* ‖ duce/// bant *C* ‖ 19 medios *C:* medium *LHME* ‖ et modo]
v
modo ergo *C* ‖ 20 ducentum desiderium *C* ‖ ducentem *H* ‖ et Sinonis *et* simulationem *om. C* ‖ 21 contrarium $C^2$*:* contraum *C* ‖ 22 QVIS SE . . . legunt *om. C* quibus se *om. H* ‖ 23 *ad v.* 60 Hoc ipsum] uel ut caperetur uel quia Graeci simulabant. 'ipsum' autem per m, non per d, quia (quae) usurpatum est 'ipse' et est naturale 'ipsus' (ipsius) ⁎ mihi Dauus . . . doctum. Ut strueret] incoatum a Graecis perficeret, hoc est confirmaret praeiacta dolorum semina. *P* ‖ HOC IPSVM per] ipsum autem per *C* ‖ 24 per m] generis masculini *enotavit Scioppius* ‖ ipse *C:* ipsum *LH* ipsud *MEl* ‖ naturalis *C*

ctus docta doctum'. VT STRVERET ut confirmaret praeiacta dolorum semina. et respexit ad superiora, ut ⟨16⟩ aedificant. *VT STRVERET*] * *vel astrueret vel incoatum a Graecis perficeret. quod ipse exposuit 'Troiamque aperiret Achivis'.* *

61. FIDENS ANIMI ut ⟨XII 19⟩ o praestans animi iuvenis. et est nomen; desiit enim esse participium, quia genetivo casui cohaeret et potest recipere conparationem. *sane veteres fiduciam interdum pro crimine et audacia ponebant, ut Sallustius ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur. et Vergilius nam quis te, iuvenum confidentissime.* IN VTRVMQVE 'in' modo 'ad' significat, alibi pro 'contra', ut etiam supra ⟨I 304⟩ diximus. *sane sequenti versu exposuit, quid est 'in utrumque paratus'.*

62. VERSARE DOLO dolo evertere, et subaudis Troianos; aut 'dolos versare', hoc est exercere. *hinc versutus, quod facile se ad ea quae usus poscit vertit. Plautus versutior es, quam rota figularis. OCCVMBERE MORTI novae locutionis figura et penitus remota. Ennius ut vos vostri liberi defendant, pro vostra vita morti occumbant obviam.*

63. VISENDI frequentativum est 'viso', ut 'verso' 'facesso', licet rarum sit; nam in 'to' exeunt frequentativa.

64. CIRCVMFVSA RVIT figura ὑπαλλαγή, ruit *primo* et *sic* circumfusa est. *CERTANT cum supra 'iuventus ruit' dixerit, subiunxit 'certant'. figuratum est, quia iuventus enuntiatione singulare est, intellectu*

---

8 Sallustius] hist. fragm. II 87 Kritz. ‖ 9 Vergilius] georg. IV 445 ‖ 15 Plautus] Epid. III 2, 35 ‖ 16 Ennius] p. 71 Ribb. ed. II. p. 111 Vahl.

---

1 VT STRVERET uel astrueret uel incoatum a grecis perficeret hoc est confirmaret preiacta dolorum semina quod ipse exposuit troiamque aperiret achius (achiuis *C*²). strueret autem respexit ad superiora ut aedificant *C* ‖ ut confirmaret *H* confirmaret *LME* ‖ praeiacta *CP:* periuria et *LHME* ‖ 2 aedificant *C:* aedificaret *LHME* ‖ 5 *ad v.* 61 Fidens animi] desinit esse participium, quia (quae) genetiuo cohaeret. sane ueteres fiduciam interdum pro crimine et audacia ponebant, ut psallita fiducia quam ergenteis purgatores dicuntur et Virgilius 'nam quis te iuuenum confidentissime?' *P* ‖ 6 nam desiit *C* ‖ quia] qua *H* ‖ 7 conparationem] participium enim et accusatiuo coheret (coheret accusatiuo *l*) et non recipit comparationem *add. M et lc in marg. cf.* [*Sergii*] *explanat. in Don. p.* 514, 38 *K.* ‖ 8 Sallustius] fat *C* ‖ argumentis *Donatus et Nonius:* argentis *C* ‖ 9 purgatiores *C*²*:* purgatiorem *C* ‖ demittuntur *C* ‖ 10 quis te] qui iste *C* ‖ 11 alibi contra ut supra dictum est *C* ‖ 13 *ad v.* 62 Versare dolo] dolo euertere . . . poscit uertit. *P* ‖ DOLOS *H* ‖ uertere *L* ‖ 14 quod *C*²*:* quid *C* ‖ 15 poscit *C*²*:* possit *C* ‖ figuralis *C* ‖ 17 vostri *Masvicius:* nostri *C* uestri *C*² (uestri *enotavit Scioppius*) ‖ uostra *C* uestra *C*², *quod enotavit Scioppius* ‖ 18 obuiam *om. Scioppius* fortiter *Masvicius* ‖ 19 *ad v.* 63 Visendi] frequentatiuum uerbum est. *P* ‖ 21 *ad v.* 64 Circumfusa ruit] figuratum est, quia iuuentus enuntiatione singulare est, intellectu plurale. Inludere capto] et inludo tibi et te dicimus. simile insulto tibi et te. *P* ‖ ypallage *CH* ypalage *L* yppallage *M* ‖ ruit] ut *H*

*plurale.* INLVDERE CAPTO et 'inludo tibi' dicimus, ut hoc loco, et 'inludo te', ut ⟨IX 631⟩ verbis virtutem inlude superbis, et 'inludo in te'. simile est *et* 'insulto'. *quidam 'inludere' per ludum ac iocum saevire in iniuriam alicuius intellegunt, ut silvestres uri adsidue capraeque sequaces (inludunt). 'capto' autem, quod ita Troiani putabant.*

65. *ACCIPE audi, ut 'da' dic, ut qui sit da Tityre nobis. INSIDIAS servavit ordinem respondendo ad illud, quod regina interrogaverat* ⟨I 754⟩ *insidias, inquit, Danaum.* CRIMINE AB VNO hoc est causa, ut ⟨X 188⟩ crimen amor vestrum: ab eo quod praecedit id quod sequitur. si enim simpliciter intellexeris 'crimine', de negotio ad personam vitiosum transitum facis. alii sic legunt 'Danaum insidias et crimina'.

67. TVRBATVS quasi turbatus, ut ⟨XI 648⟩ exultat Amazon, id est quasi Amazon. *et hoc ad fidem faciendam: non enim turbatus, supra enim ait 'seu versare dolos, seu certae occumbere morti'. INERMIS quidam supplex accipiunt, ut* ⟨I 487⟩ *tendentemque manus Priamum conspexit inermes.*

69. HEV modo una est syllaba, sed interdum propter metrum duae fiunt, ut eheu quam pingui macer est mihi taurus in ervo, sicut 'prendit' et 'prehendit', et secundum Plinium multa sunt talia. TELLVS et AEQVORA bene conciliat miserationem, de communibus duobus exclusus elementis. sane 'tellus' 'us' longa est: et sunt pauca quae 'us' producunt, ut senectus iuventus salus virtus palus servitus incus tus rus mus pus, tunc scilicet cum genetivus in 'tis' vel in 'ris' exit et habet paenultimam longam. ideo

---

1 et inludo tibi e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Andr. IV 4, 19 et Phorm. V 7, 22 ‖ 4 silvestres] georg. II 374 ‖ 7 qui sit] buc. I 18 ‖ 14 quasi turbatus] cf. Don. ad Ter. enn. III 5, 48 ‖ 20 eheu] buc. III 100 'heu: heu quam pingui' e. q. s. ‖ 23 sane tellus e. q. s.] cf. Serv. in Don. p. 452, 30 K.

---

2 ut verbis] uti uerbis *C* ‖ 3 in te ut apud Terentium *D* ‖ quidam *C²*: quidem *C* ‖ 4 ac *ex* oc *C* ‖ 7 *ad v.* 65 Accipe] audi . . . nobis. Crimine ab uno] hoc est causa . . . et crimen. *P* ‖ 12 facit *P. citandi signo super* facis *posito* uitiosum est de negotio ad personam transire uel de persona ad negotium. sed de causa ad causam et persona ad personam non est uitiosum *l in marg.* ‖ 13 crimina *MEl* crimine *LH* crimen *CP* ‖ 14 quasi turbatus] facit autem uirgilius frequenter ut hanc particulam subtrahat *add. E et l in marg.* ‖ 15 id est *om. C* ‖ 16 dolos *ex* dolor *C* ‖ 17 supplex *C²*: suplex *C* ‖ 18 inermen *C* 19 *ad v.* 69 Heu] modo . . . pingui macer, sicut prendit . . . sunt talia. Tellus et aequora] bene †ale conciliat suam miseriem, quia (quae) Graeci tenebant maria, Troiani terras. sane 'tellus' us longa est. et pauca sunt quae us producunt, ut senectus iuuentus, tunc scilicet . . . sterilisque (starilisque) diu palus *P* ‖ 20 fiunt *om. L* ‖ eheu *CPME*: heu *L* eu *H* ‖ 21 aruo *LC²* ‖ 22 talia *CP*: alia *LHME* ‖ 23 elementis quia Graeci (*p.* 228, 6) . . . aduertere. sane tellus . . . aequalitate *C* ‖ 24 salus . . . pus *om. C* ‖ 26 exiit *C* ‖ peneultimam *HP*

autem 'tis' et 'ris' diximus, quia palus, licet paludis longa sit 'lu', brevis tamen non numquam invenitur, quia in 'dis' exit genetivus, ut Horatius sterilisque diu palus aptaque remis. 'aequora' vero modo maria, alibi campos, ut ac prius ignotum ferro quam scindimus aequor: dictum enim est ab aequalitate.

*HEV QVAE NVNC ... ACCIPERE*] **quia Graeci tenebant maria, Troiani terras. sane quod deflet, ideo ei prima brevis datur oratio. et est controversiae schema: nam principium satis docte sumptum est; hac enim exclamatione et miseriae auctu benivolum sibi iudicem fecit, querelae autem novitate attentum. quis enim non cuperet audire, quo pacto idem homo et Graecis et Troianis esset invisus? denique subiecit 'quo gemitu conversi animi, compressus et omnis impetus: hortamur fari quo sanguine cretus, quidve ferat; memoret quae sit fiducia capto'. habet ergo benivolentiam et attentionem. ingressus deinde causam, quia timebat, ne persona Graeci suspecta esset quasi hostis, hoc fatetur primum et ex sequentibus sanat 'neque me Argolica de gente negabo: hoc primum; nec si miserum Fortuna Sinonem finxit, vanum etiam mendacemque inproba finget'. subiungit fabulam ex qua sibi fidem paret dicturus de equo. de Palamede autem et Iphigenia ad Troianos nil pertinet, de quibus vera incipit et in falsa desinit; facile enim quae sequuntur credibilia sunt, cum prima recognoscuntur: quae per singula loca vel versus facilius poterimus advertere.**

70. DENIQVE aut vacat, sicut 'gentium', aut novissime significat.

71. ET SVPER et insuper. IPSI *quos pro merito meo minime deceat saevos esse,* [*hoc est*], quibus sum praestaturus salutem.

72. INFENSI infensus proprie est plus quam inimicus, *ab inimico maior.* POENAS CVM SANGVINE id est et tormenta et mortem. potest enim aliud esse sine alio.

73. *CONVERSI ANIMI bene, quia dixerat 'et super ipsi Dardanidae infensi', ut ostenderet eos, cum advenienti inludere certarent, audito eius gemitu ad miserationem esse conversos.*

---

3 Horatius] a. p. 65 || 4 ac prius] georg. I 50 'at prius' e. q. s. || 5 dictum enim est ab aequalitate] cf. Isid. orig. XIII 12, 1. diff. verb. 66

---

1 diximus] dicta sunt *CP* || 2 tis *C* (dis *C*²) || exiit *P* || 3 sterelisque *C* sterelique *H* || 6 Graeci *supr. vers. add.* *C*², *om.* *C* || 7 controuersiae *C*²: contra uersiae *C* || 8 scema *C* || principium *C*²: princium *C* || ha//c *C* || 10 nouitate *C*²: nouite *C* || quo *man. rec.*: tuo *C* || 18 ex qua *C*²: equa *C* || 19 autem *C*² *inseruisse videtur* || 23 *ad v.* 70 *et* 71 Denique] aut . . . significat. cum insuper et super. *P* || genetiuum *C* || 26 *ad v.* 72 Infensi] infensus proprie est ab inimico maior. Poenas cum sanguine] id est tormenta . . . sine alio. *P* || INFESSI infessus *C* (*corr.* *C*²) || 27 et *ante* tormenta *om.* *CH* || morte *H* || 30 infensi *C*²: infessi *C*

74. *IMPETVS quo in Sinonis ferebamur interitum.* *HORTAMVR bene, non 'iubemus', utpote miserantes.* QVO SANGVINE CRETVS quibus sit parentibus natus: nam Graecum esse constabat.

75. FERAT adferat, id est nuntiet. MEMORET QVAE SIT FIDVCIA CAPTO aut dicat quae tanta sit in captivo fiducia, ut audeat dicere 'et super ipsi': aut certe 'memoret' est meminerit, ut significet, meminerit in captivo *per* veriloquium vitae esse fiduciam. unde et responsio talis est 'fatebor vera'. alii 'memorem' legunt, ut sit sensus, hortabamur ad loquendum memorem, hoc est qui diligenter factionis suae meminerat. *MEMORET QVAE SIT FIDVCIA CAPTO] vel [ut] memor sit, quid in captivo victori liceat, vel 'quidve ferat memoret', id est quid afferat dicat, ut simpliciter accipiatur quod sequitur, quid illud sit quod ei fiduciam apud hostes capto pariat, ut putet a Troianis sibi esse parcendum.*

77. FVERIT QVODCVMQVE id est quicumque me sequitur eventus. *FVERIT QVODCVMQVE] sive miseratus vitam concedere volueris, sive non. est autem parenthesis, et respicit ad illud 'memoret, quae sit fiducia capto'. suspendendum ergo 'rex'. sane 'quodcumque' vetusta voce mortem significari Lucilius docet in XII. hunc, si quid pueris nobis me et fratre fuisset, hoc est, si mors vel me vel fratrem oppressisset. ergo ut quidam volunt urbane animum hominis mortem contemnentis ostendit. 'vera' inquit, ut et falsa, quae postea dicturus est, vera credantur: ideo primo a veris coepit. ordo autem est, fatebor cuncta vera, neque me Argolica de gente negabo. quod sciebant Troiani confessus est, ut ei de ceteris crederetur.*

79. HOC PRIMVM hoc maximum est *vel principale* apud me, verum dicere. *(vel) HOC PRIMVM 'fatebor' subaudis. NEC SI MISERVM FORTVNA SINONEM FINXIT quidam ita intellegunt: si me Fortuna ad hanc miseriam perducere potuit, non valebit etiam stultum facere, ut*

---

19 Lucilius in XII] 8 Muell.

---

1 interito *C* (interitu *enotavit Bergkius*) qui in Sinonis ferebatur interitum *enotavit Scioppius* ‖ 4 *ad v.* 75 Ferat] adferat, id est nuntiet (nutriat). memoret (memor)] ut dicat 'quae sit fiducia capto'. memor autem qui diligenter factionis suae meminerit. *P* ‖ id est] ide *L* idē ÷ *l* ‖ nuntiet *Daniel:* nuntiat *C*, *om. LHME*, *ita ut* memoret *ad* id est *referatur, et insequentis scholii lemma sit* QVAE SIT FIDVCIA CAPTO ‖ 5 fiducia in captiuo *C* ‖ 6 ipsi] Dardanidae infessi (infensi $C^2$) *add. C* ‖ significet] sit intellectus *C* ‖ 7 ueloquium *L* (*corr. l*) 9 hortamur *C* ‖ 11 ut *secl. F. Schoellius:* uelut *C*, *non* ueluti *quod Scioppius et Bergkius enotaverunt* ‖ 15 *ad v.* 77 Fuerit quodcumque] id est . . . euentus. *P* 19 *fortasse* voce vetuste ‖ Xh *C* ‖ 20 est *om. C*, *supr. vers. add.* $C^2$ ‖ 22 inquid *C* ‖ 26 *ad v.* 79 Hoc primum] hoc maximum. Hoc primum] et subaudis 'fatebor'. Sinonem] † sinon et anticlian ulixis consubrini ergo. nec inmerito (merito) Virgilius . . . Ulixes hoc fecit. *P*

*putem me mentiendo proficere.* SINONEM Autolycus quidam fur fuit, qui se varias formabat in species. hic habuit liberos Aesimum, unde natus est Sinon, et Anticliam, unde Ulixes: consobrini ergo sunt. nec inmerito Vergilius Sinoni dat et fallaciam et proditionis officium, ne multum discedat a fabula, quia secundum Euphorionem Ulixes haec fecit. *SINONEM melius, quam si 'me' dixisset; solet enim et in nomine quaedam esse emphasis, ut* ⟨I 48⟩ *et quisquam numen Iunonis adoret.*

80. FINXIT conposuit, formavit, ut ⟨VIII 634⟩ et corpora fingere lingua. et notandum quia omnis Sinonis oratio diasyrtica est: nam et negotium exprimit, et Troianorum insultat stultitiae, ut hoc loco. FINXIT VANVM fallacem. et vanus est qui etiam sine utilitate mentitur, mendax qui tantum ad decipiendum. sane 'vanus' stultus apud idoneos non invenitur, ut ait Iuvenalis sic libitum vano qui nos distinxit Othoni.

81. FANDO ALIQVOD SI FORTE TVAS PERVENIT AD AVRES dum dicitur. et utitur bona arte mendacii, ut praemittat vera et sic falsa subiungat. nam quod de Palamede dicit verum est, quod de se subiungit falsum. et sciendum ex hac historia partem dici, partem supprimi, partem intellegentibus linqui. nam Palamedes, ut Apollonius dicit, septimo gradu a Belo originem ducens, cum dilectum per Graeciam ageret, simulantem insaniam Ulixen duxit invitum. cum enim ille iunctis dissimilis naturae animalibus salem sereret, filium ei Palamedes opposuit. quo viso Ulixes aratra suspendit, et ad bellum ductus habuit iustam causam doloris. postea

---

14 Iuvenalis] sat. III 159 ‖ 20 Nam Palamedes e. q. s.] exscr. mythogr. I 35, II 200. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 93

---

1 proficere sane autolycus *C* ‖ SINONENIM *L M E* SIÑENIM *H* ‖ autolicus *L H* fuit fur *C* ‖ 2 liberos Aesimum *Ryckius ex Tzetze ad Lycophr. Cass.* 344. *cf. Tryphiod.* 294: liberos simum *C* liberosissimum *L* liberos sissimum *H* liberos sinum *M E l* liberos Sisyphum *vulgo* ‖ 3 anticlyan *C* autoliam *L H M E* ‖ 4 et *ante* fallaciam *om. C P* ‖ fallatiam *C H* ‖ 5 descendat *C* ‖ $^{ey}$forionem *C* (ey *incertum utrum* $C^2$ *an man. rec. scripserit*) eufurionem *H* ‖ 6 hoc *C* ‖ 7 enfasis *C* 9 *ad v.* 80 Finxit] composuit formauit. et sciendum quia omnis . . . insultat stultitiae. Vanum] fallacem et qui etiam sine utilitate mentitur . . . Othoni. *P* FINXIT uero *C* ‖ et ut *H M* ‖ 10 fingere lingere *L* ‖ 12 ut hoc loco *om. C* et ut hoc loco finxit *Lion, quod nescio unde petitum sit.* ita Terentius (*ad.* II 2, 2) 'est quod te audio nescio quid concertasse cum hero' *add. Fabricius* ‖ FINXIT *om. C* ‖ 13 dicipendum *P* ‖ 14 nanus uero *P* ‖ non *om. C* ‖ 16 FANDO . . . cum h aspiratione (*p.* 231 *lin.* 16) *om. C P* ‖ ALIQVOD *M h* ALIQVID *L H E* ‖ 20 partem supprimi *om. M e* ‖ relinqui *H* ‖ palamedis *H* ‖ 21 pollonius *H* appollonius *M* ‖ dicit] ait *M* ‖ 22 dilectum militum *M* ‖ 23 iniunctus *L* (iunctis *l*) ‖ 24 palamedis *H M* (palamedes *m*) ‖ obtulit *L* (opposuit *l*) ‖ suspendit] ne filium offenderet; quod non insaniae, sed prudentiae fuerat indicium *add. D*

cum Ulixes frumentatum missus ad Thraciam nihil advexisset, a Palamede est vehementer increpitus. et cum diceret adeo non esse neglegentiam suam, ut ne ipse quidem si pergeret quicquam posset advehere, profectus Palamedes infinita frumenta devexit. qua invidia Ulixes auctis inimicitiis fictam epistolam Priami nomine ad Palamedem, per quam agebat gratias proditionis et commemorabat secretum auri pondus esse transmissum, dedit captivo, et cum in itinere fecit occidi. haec inventa more militiae regi adlata est et lecta principibus convocatis. tunc Ulixes cum se Palamedi adesse simularet, ait, si verum esse creditis, in tentorio eius aurum quaeratur. quo facto invento auro, quod ipse per noctem corruptis servis absconderat, Palamedes lapidibus interemptus est. hunc autem constat fuisse prudentem. nam et tabulam ipse invenit ad conprimendas otiosi seditiones exercitus, ut Varro testatur. secundum quosdam ipse repperit litteras. quae res forte sit dubia, tamen certum est * χ ab hoc inventas cum h aspiratione.

82. INCLITA GLORIA propter dilectum et frumenta.

83. FALSA SVB PRODITIONE sub falso crimine proditionis. et rem notam per transitum dicit; unde et paulo post 'haud ignota loquor'. quamquam ibi possit intellegi, haud ignota nobis, sed forte etiam ad vos potuit pervenire. sciendum sane factum hoc vere et Troianos scisse. sed Sinon callide quasi ignorantibus quae vera sunt dicit, ut fidem sequentibus faciat. *PELASGI a Pelasgo Terrae filio, qui in Arcadia genitus dicitur, ut Hesiodus tradit.*

84. INFANDO INDICIO propter aurum clam suppositum. '*indicio' autem delatione.* QVIA BELLA VETABAT iam hoc falsum est, sed dicitur ad Sinonis commendationem; *nam aliam ob causam Pa-*

13 nam et tabulam . . . testatur] cf. Isid. or. XVIII 60 || 24 Hesiodus] cf. fragm. 55 ap. Marckscheff. (p. 301)

1 tratiam *L* traicam *H* Troiam *mythogr I* || adfixisset *H* || 4 palamedis *H* 5 fictam *ex* factam *L* || 6 per quem *LH* (quam *l*) || 7 secretum] certum *Guelferb. I* || 8 fecit] iussit *vulgo* || adlata *H:* allata *LM mythogr. I* oblata *mythogr. II et Guelferb. II teste Bodio* || 11 et invento *Guelferb. I* inventoque *mythogr. II* || 12 abconderet *L* (absconderat *l*) || 13 aleam tabulam *Vossianus Burmanni, inde* aleam ac tabulam *coni. Burmannus* || 14 testatur] dicit *M* || 16 *lacunam indicavi.* *////χ L (duae litterae deletae sunt) χ HME mythographi* ϑ φ χ *Guelferb. I teste Bodio. cf. Victorini a. gramm. p. 194, 14 K. et Keilii adnotatio.* θ φ χ ab hoc inventas cum η *coni. F. Schoellius* aspiratione *secludens* inuentas *LH Guelferb. I:* inuentam *M mythogr. I* inuentum *E mythogr. II* (inuentam *e*) || h aspiratione *LH:* aspiratione *ME mythographi.* respectu k litterae sine aspiratione *add. D* || 17 *ad v.* 82 Inclita gloria] propter dilectum et frumenta. *P* || INCLYTA *CLH* || 18 *ad v.* 83 Pelasgi] a Pelasgo . . . tradit. *P* 20 sed] si *L* || 21 sciendum *om. L, supr. vers. add. l* || uere *e supr. vers.: om. ME* bene *C* uenire *L* uenire *H* || 22 ut *C* (et $C^2$) || 24 archadia *C* || 25 *ad v.* 84

Infando indicio] propter aurum . . . periit. *P* || 26 QVIA] QVAE *P* || 27 paladimes *P*

*lamedes periit. et bene ad captandam circa amicos eius miseriam adiungitur, quia pacis auctor fuit.*

85. CASSVM privatum, vacuum. *[et] CASSVM est quasi quassum et nihil continens; nam et vas quassum, quod humorem in se non continet et est vacuum: unde et retia casses, quod multum in se vacui habeant.* NVNC CASSVM LVMINE LVGENT] *[sane] vult Sinon suadere, vere fugisse Graecos, si Palameden lugere potuerunt.*

86. ILLI ME COMITEM *oratorie se commendat. 'illi' id est qui bella vetabat. et bene 'comitem', non militem, quem eius inimici velut sub parem insequerentur.* ET CONSANGVINITATE PROPINQVVM *excusatio a necessitudine, sed hoc totum falsum est.*

87. PAVPER *excusatio a fortuna:* haec enim fuerat causa militandi, ut Terentius cum hinc egens profugiet aliquo militatum. PRIMIS (HVC MISIT) AB ANNIS *aut adolescentiae, aut belli. et est excusatio, quia patri parendum necessario fuit; ideo ait 'misit'.*

88. DVM STABAT REGNO quia et ipse unus de regibus fuit. *et bene addidit dignitatem eius quem fingebat propinquum, ut ei iusta causa fuerit indignationis adversus Ulixem.*

89. ET NOS pluralis numerus pro singulari, *ut Sallustius nos in tanta doctissimorum copia. an 'nos' se et patrem dixit?* ET NOS] *id est ut Palamedes.* NOMEN gloriam, ut ⟨XII 515⟩ nomen Echionium matrisque genus Peridiae. *alii 'nomen' nobilitatem accipiunt, ut ⟨V 621⟩ cui genus et quondam nomen natique fuissent.*

90. INVIDIA propter advectum frumentum. PELLACIS per blanditias decipientis. pellicere enim est blandiendo elicere.

91. CONCESSIT *pro decessit.*

92. ADFLICTVS *suspendendum, ne videatur adflictum se dicere, quia*

---

3 Cassum est quasi quassum e. q. s.] cf. Nonius p. 45 M. ‖ 13 Terentius] adelph. III 3, 31 ‖ 19 Sallustius] hist. fragm. I 5 Kr. ‖ 25 Pellacis per blanditias decipientis e. q. s.] cf. Isid. or. X 204

---

3 *ad v.* 85 Demisere (Demis est). Cassum] priuatum . . . uacui habeant. *P* CASVM *H* ‖ quasi quassim *P* ‖ 5 quod] qui *P* ‖ 6 *fortasse* persuadere ‖ 7 palemeden *C* ‖ 10 excusatio *C*²: excussatio *C* ‖ 12 *ad v.* 87 Pauper] haec enim . . . militatum. Primis ab annis] aut adolescentiae aut belli *P* ‖ excussatio *P* ‖ 14 adoliscentiae *C* ‖ 15 excussatio *C* ‖ 16 *ad v.* 88 Dum stabat regno] quia . . . fuit. *P* ‖ 17 ut ei *C*²: et ei *C* ‖ 19 *ad v.* 89 Consiliis. Nos] pluralis pro singulari, ut Sallustius . . . Nomen] gloriam uel nobilitatem ut alii ut 'qui genus et quondam nomen'. *P* ‖ ET *om.* *C* ‖ pluralem pro singulari *C* ‖ singulari ad euitandam iactantiam *D* (*Stephanus quoque edidit*) ‖ 20 an nos *P*: et nos *C* ‖ 21 id est *om.* *P* ‖ palamides *P* ‖ ut . . . Peridiae *om.* *C* ‖ 22 matrisque *M*: matrique *HE* matri *L* (matrique *l*) ‖ perideae *L* pieridae *E* ‖ 25 *ad v.* 90 Inuidia] propter . . . elicere. *P* ‖ 26 blandiendo] per blanditias *CP* ‖ elicere] decipere *D* ‖ 27 *ad v.* 91 Haud (aut). Concessit] pro decessit. *P*

*in tenebris vitam trahebat, sed quia amicum perdiderit.* *VITAM IN TENEBRIS ideo lugentibus inimica lux est, quia caruerunt ea hi quos dolent; ideo tenebras petunt et atra veste amiciuntur et capita velant, ut videantur cum defunctis agere, imitantes tenebris inferorum faciem.*

93. *INSONTIS AMICI duo posuit, et 'insontis' et 'amici'. et plus est quod amicum dixit, quam propinquum.* MECVM INDIGNABAR quomodo ergo 'nec tacui demens'? intellegimus istum quasi tacuisse primo, post inpatientia doloris erupisse. *ET CASVM INSONTIS M. I. AMICI] [aut] quod interim non vindicarem amici insontis interitum.*

94. FORS SIQVA bene 'siqua', quia est et bona et mala. *TVLISSET non nulli pro retulisset intellegunt.*

95. *SI PATRIOS VMQVAM REMEASSEM VICTOR AD ARGOS bene dubitat, ut ostendat, propter Palameden omnes sibi Graecos inimicos fuisse. VICTOR autem ut quidam volunt voti compos, ut est* ⟨I 192⟩ *quam septem ingentia victor corpora fundat humi, quia aliter dictum potuit non bene a Troianis accipi. ARGOS Argi ab Argo dicti, quem custodem vaccae, in quam Io fuerat commutata Mercurius occidit.*

96. PROMISI per contrarium ait pro minatus sum, quia minamur mala, promittimus bona. sic Horatius contra a t q u i v u l t u s e r a t m u l t a e t p r a e c l a r a m i n a n t i s, id est promittentis. *[et] PROMISI VLTOREM deest 'futurum'.*

97. *HINC MIHI pro 'hac causa' vel 'propter hoc'. et est adverbium locale pro coniunctione causali.* PRIMA MALI LABES quia secuta sunt postea oraculum et adscita Calchantis factio. *'adscita' sane dicitur adsumpta.* 'labes' vero ruinam significat, a lapsu.

98. CRIMINIBVS causis, ut supra ⟨65⟩ e t c r i m i n e a b u n o. *NOVIS aut magnis, aut quae nullus sperasset; aut aliis atque aliis.* SPARGERE VOCES ut Cicero e t s p a r g e r e v e n e n a d i d i c e r u n t.

---

19 Horatius] sat. II 3, 9 ‖ 28 Cicero] in Catil. II 10, 23

---

1 perdideret *C* (i *superscr. ead. man.*) ‖ 2 lugentibus *C*² *supr. vers, om. C* 3 velant *scripsi:* uelantur *C. ceterum* capite uelantur *enotavit Bergkius* ‖ 5 et insontis *Scioppius enotavit:* ut insontis *C* ‖ 8 erupisse *ex* eripuisse *M* ‖ erupisse] in uocem *supr. vers. add. C*² ‖ 9 insontis *in rasura C*² ‖ 10 *ad v.* 94 Fors siqua] bene siqua, quia (male quae) est et bona et mala. Tulisset] nonnulli pro retulisset. *P* ‖ 12 *ad v.* 95 Si patrios uictor (uictos)] ut quidam . . . occidit. *P* 14 campos *C* (*corr. C*²) ‖ 15 corpora fundat humi *om. CP* c. f. h. *supra vers. C*² quia] que *P* ‖ 16 ARGOS *P om. C* ‖ 17 comitata *P* ‖ 18 *ad v.* 96 Promisi] pro minatus sum. per contrarium dixit, quia (quae) . . . futurum. *P* ‖ 19 sic autem Horatius *P* ‖ contrahat qui *CP* ‖ 22 *ad v.* 97 Hinc mihi] pro hac causa . . . causali. quia (que) secuta sunt . . . a lapsu. *P* ‖ 23 secuta est *H* secutae sunt *ME* ‖ 24 in postea *H* ‖ ascita *L* ‖ adscita . . . adsumpta] *Servium interpretatur scholiastes.* ‖ 26 *ad v.* 98 Criminibus] causis, ut 'crimine ab uno'. Nouis] quae nullus sperasset. *P* ‖ 28 Spargere voces] miscere, ut Cicero *D* ‖ et spargere] spargere ut *C*

99. AMBIGVAS *aut* dubias, ne si aperte ageret, accusatio esse videretur, * *aut suspicionum et criminum plenas.* * CONSCIVS aut peracti sceleris, [*de nece Palamedis*] aut dolorum suorum, ut est in tertio 〈629〉 oblitusve sui est Ithacus. *aut certe sciens hunc meum animum.* ARMA modo fraudes vel dolos, nam arma sunt instrumenta cuiuslibet rei: unde et insidiantis fraudes 'arma' nominavit. *alii 'arma' pro opibus vel auxiliis accipiunt. alii 'arma' consilium, alii occasionem, non nulli insidias intellegunt: quidam 'conscius arma' hypallagen putant pro 'conscientia arma', ut* 〈III 595〉 *et quondam patriis ad Troiam missus in armis et* 〈181〉 *arma deosque parant comites et* 〈XI 229〉 *alia arma Latinis quaerenda.*

100. NEC REQVIEVIT ENIM aut vacat 'enim', aut pendet sensus, ut et posterior 'donec Calchante ministro': arte enim agitur, semiplena dicendo ut cogat et interrogare et avidius audire Troianos. CALCHANTE MINISTRO 〈129〉 'me destinat arae', et est aposiopesis. *et mire 'ministro', quasi non exierit a se responsum.*

101. *SED QVID EGO aposiopesis. et bene reticuit, ne taederet illos tam longae orationis, nihil ad se pertinentis, nisi studium audiendi intermissione renovasset.* *AVTEM hic abundat.* INGRATA nec vobis placitura, nec mihi gratiam conciliantia. *INGRATA] quorum iam non libenter memini.*

102. QVIDVE MOROR? vestram scilicet festinationem, *vel mortem.* OMNES et eos, qui prodesse disponunt. VNO ORDINE uno reatu. et est de antiqua tractum scientia, quia in ordinem dicebantur causae propter multitudinem vel tumultum festinantum, cum erat annus litium. Iuvenalis expectandus erit qui lites inchoet annus.

26 Iuvenalis] sat. XVI 42

1 *ad v.* 99 In vulgum ambiguas] dubias uel suspicionum *. Conscius] aut peracti sceleris et de nece Palamedis (pelamidis) . . . nominauit. alii arma pro consiliis accipiunt (accipiuntur). *P* ‖ aut dubias aut suspicionum et criminum plenas ne si aperte *C* ‖ 2 uideatur *M* ‖ 3 de nece palamedis *secl. F. Schoellius* 4 est *post* sui *om. CL* ‖ ithacus discrimine tanto *CP* ‖ 6 et *om. CP* ‖ insidiantis *HMC²:* insidiantes *CLP* ‖ 8 occassionem *C* ‖ 9 ypallagen *C* ‖ 10 patris *C* ‖ 12 *ad v.* 100 Nec requieuit enim] aut uacat . . . me destinat arae (distinaret). *P* ‖ 13 et posterior *LHP:* et superior *C* ex posterioribus *MEl* ‖ ministro] *om. C* magistro *P* ‖ arte] ante *P* ‖ agitur *LHME:* agit ut *CP* ‖ semiplene *P* 14 ut cogat et interrogare *LE:* cogat et interrogare *CPM* cogat et ut interrogare *H* ‖ et *ante* avidius *om. CP* (*add. C²*) ‖ audire] aut dicere *H* ‖ 15 me destinaret *C* ‖ arae intellegitur *vulgo* ‖ et est aposiopesis *om. C* est aposiopesis *om. L* (*supr. vers. add. l*) ‖ possiopessis *H* taposiopesis *M* ‖ 16 non exierit a se responsum *Burmannus:* non exuerit a te responsuro *C* ‖ 17 *ad v.* 101 Sed quid ego] et bene reticuit . . . orationis. Autem] hic abundat. Ingrata] id est uobis. *P* ‖ 20 gratia *H* ‖ conciliant *C* ‖ iam non libenter quorum *C* ‖ 23 ut eos *C* ‖ qui vobis prodesse *D* ‖ 24 ordine *H* ‖ 25 multitudinem uel *om. C* 26 annus litium] anolicium *H* ‖ Iuvenalis . . . annus *om. C* ‖ expectandus *ex* expentandus *H* ‖ qua *H* quo *h* ‖ 26 anno *H*

103. *IDQVE AVDIRE SAT EST me Graium esse.* IAMDVDVM modo 'quam primum'. *SVMITE POENAS scilicet ut satis faciatis Graecis, qui me oderunt. et dicendo mortem suam gratam esse Graecis, et Troianorum benivolentiam conciliat, et ut sibi reliqua credantur extorquet.*

104. HOC ITHACVS VELIT ET MAGNO MERCENTVR ATRIDAE callide hoc dicto impetrat vitam, adserens mortem suam illorum hostibus esse placituram. ideo autem dicit 'mercentur', quia sacrorum est, ut fugiens victima ubicumque inventa sit, occidatur, ne piaculum committatur. ergo Sinon qui victima fuerat, *quippe qui propter reditum sacrificio fuerat destinatus, nec possent Graeci nisi vel empta morte Sinonis ad patriam redire,* iure et votis et praemio Graecorum interimitur. 'Ithacus' vero pro 'Ithacensis', principale pro derivativo. MAGNO MERCENTVR id est pretio, ut ⟨X 503⟩ Turno tempus erit magno cum optaverit emptum intactum Pallanta.

105. ARDEMVS SCITARI festinamus inquirere. *et ecce, quo proficit aposiopesin ante fecisse.* QVAERERE CAVSAS cur a Graecis eius optaretur interitus.

106. *IGNARI aut nescientes, aut imprudentes.* ARTISQVE PELASGAE ars τῶν μέσων est. ideo adiecit 'Pelasgae', *hoc est malae.*

107. *PROSEQVITVR mire, ut ab initio coeperat.* PAVITANS quasi pavitans. *PAVITANS] hoc est simulans se pavere. et non tam propter mortem: nam erit illi contrarium 'iamdudum sumite poenas': sed ut videretur cum timore civium suorum consilia vel secreta patefacere.* FICTO PECTORE pectus pro verbis posuit: nam numquam fingitur pectus.

---

1 Iamdudum modo quam primum] cf. Don. ad Ter. Andr. I 4, 1 || 12 Ithacus vero . . . derivativo] exser. Luct. Plac. ad Stat. Achill. II 44

1 AVDERE *C* (*corr. C*[2]) || 3 troianorum *C*[2]*:* troiarum *C* || 5 *ad v.* 104 Ithaeus (itacus) pro Ithaecnsis (itacensis), principale pro diriuatiuo. *P* || 7 mercentur] coercentur *H* || 8 uictimam *H* || sit *om. L* || 9 comitatur *C* || qui] quia *C, om. H* quippe . . . redire] *possis hoc scholium constituere* HOC . . . ATRIDAE] quia Sinon propter . . . vel empta morte eius ad patriam redire. || 11 morte *om. C, in marg. add. C*[2] || 12 Ithacus . . . derivativo *hoc loco om. C* || itacus *L* itachus *HM* || itacensis *L* itacesius *H* || 13 diriuatiuo *LH* || MAGNO *om. C* || MERCENTVR uero *C* || id est] *om. C* idus *H* || pretium *C* || ut illud *C* || 14 erat *C* (*corr. C*[2]) 15 palanta *H* || pallanta. Ithacus uero pro ithacensis. principale pro diri *in his desinit Cassellani quaternio octavus. nonus interiit. enotavit ex eo non nulla Franciscus Modius in usum Danielis, quae is margini exemplaris Basileensis, quod in bibliotheca Bernensi asservatur, adscripsit. quae Modius aliter legisse videtur ac Scioppius infra commemorabuntur.* || 16 festinemus *H* || 17 apotiopesim *C* || 20 τon meson *L* ton meson *Hm* tomeson *M* || Pelasgae. fraudulenti enim sunt habiti, ut Plautus (Asin. I 3, 47) 'graeca mereamur fide'. *D* || 21 *ad v.* 107 Prosequitur. Ficto pectore] pectus pro uerbo posuit. nam numquam (non numquam) fingitur pectus. *P* || 23 erit] esset *malim*

108. SAEPE FVGAM DANAI hoc secundum Homerum verum est, *apud quem suadet Agamemnon Graecis relicto bello fugere. et ut ostendat propter bellum fugere, ait 'cupiere', non 'voluere'.*

109. MOLIRI parare. *et hoc verbo difficultatem rei ostendit.* *LONGO decennali.* FESSI BELLO Troianos laudando: si enim fatigati sunt Graeci, horum virtus probatur: [et] sibi favorem conciliat.

110. FECISSENTQVE VTINAM nec enim hic arae destinaretur. *et est significatio optandi a praeterito tempore.* PONTI HIEMPS bene addidit 'ponti', quia est et temporis.

111. EVNTES ire cupientes, ut cum canerem reges et proelia, id est cum canere vellem. et est figura Graeca, ubi statuisse aliquid pro inchoatione habetur.

112. PRAECIPVE contra illud, ne diceretur numina non esse placata. *et bene aliud agens equi mentionem introduxit.* *TRABIBVS ACERNIS speciem pro genere posuit, id est pro quocumque ligno. nam variat ligni genera in hoc equo, ut* ⟨16⟩ *abiete costas et* ⟨258⟩ *pinea claustra, ita hic 'acernis'.*

113. AETHERE pro aëre posuit poetica licentia.

114. SVSPENSI aut solliciti, ut ⟨VI 151⟩ nostroque in limine pendes, quia tempestas nec post dona mutabatur: aut ad nimbos refertur distinctione mutata, *ut distinguamus 'nimbi suspensi'.* SCITANTEM participium pro participio est, id est scitaturum. alii 'scitatum' legunt, id est inquisitum. ORACVLA ad templa de quibus dantur oracula. *alibi 'oracula' responsa, ut lapsis quaesitum oracula rebus et* ⟨III 456⟩ *quin adeas vatem precibusque oracula poscas.*

---

10 cum canerem] buc. VI 3 ‖ 19 Suspensi solliciti] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. V 168 ‖ 21 SCITANTEM c. q. s.] cf. Don. ad Ter. eun. III 4, 10 ‖ 24 lapsis] georg. IV 149

---

3 *fortasse* eos fugere ‖ 4 *ad v.* 109 Moliri] parare . . . decennali. Fessi bello] fauorem sibi (ibi) conciliat dicendo fatigatos esse Graecos uirtute Troianorum. *P* ‖ 5 Troianos . . . conciliat *LH et libri Burmanni, nisi quod Leidensis* laudat *pro* laudando *exhibet:* fauorem sibi conciliat (conciliant *ME*) dicendo fatigatos esse grecos uirtute troianorum *C* ME et l supr. vers.* ‖ 7 *ad v.* 110 Fecissent utinam] significatio optandi a praeterito tenpore. Ponti hyems] bene . . . temporis. *P* ‖ destinaretur *CEl:* destinarentur *M* destinabatur *LH* ‖ 9 et temporis et aëris *D* ‖ 11 et est figura graeca *LE:* et est figura *H* et est greca figura *M* et a Graecis figura est *vulgo* ‖ ubi] urbis *H* ‖ 12 haberetur *H* ‖ 13 *ad v.* 112 Praecipue. Trabibus acernis] speciem . . . ligno. *P* ‖ 14 placita *M* 18 *ad v.* 113 Staret. Aethere] pro aere posuit poetica licentia. *P* ‖ AETHERE aetherem *LE* ‖ 19 *ad v.* 114 Suspensi] solliciti, ut 'nostroque (nostra) in limine pendes'. aut ad nimbos refertur, ut dicatur nimbi suspensi. Scitatum] participium . . . poscas. *P* ‖ nostraequae *H* ‖ lumine *LH* (*corr. l*) ‖ 20 pendens *LH* 21 SCITATVM *C* ‖ 22 sciscitaturum *H* scissitaturum *M* ‖ 24 datur *LH* (*corr. l*)

115. ADYTIS adytum est locus templi secretior, ad quem nulli est aditus nisi sacerdoti. TRISTIA DICTA REPORTAT renuntiat. more suo breviter habitum futurae orationis ostendit.

116. SANGVINE PLACASTIS VENTOS ET VIRGINE CAESA CVM PRIMVM hic distinguendum est, quia et semel ad Troiam ventum est, et ante quam ad eam veniretur de Iphigenia est sacrificatum. cuius fabula talis est. cum Graeci ad Aulidem venissent, Agamemnon Dianae cervam *cum venatur* occidit ignarus. unde dea irata flatus ventorum, *qui ad Troiam ducebant*, removit. quam ob rem cum nec navigare possent, et pestilentiam sustinerent, consulta *per Calchantem* oracula dixerunt, Agamemnonio sanguine, *hoc est immolata Iphigenia* Dianam esse placandam. ergo cum ab Ulixe per nuptiarum simulationem, *qui Iphigeniam Achilli iungendam fingebat*, adducta Iphigenia in eo esset ut immolaretur, numinis miseratione sublata est cervaque subposita, et translata ad Tauricam regionem regi Thoanti tradita est sacerdosque facta Dictynnae Dianae, *vel ut quidam volunt Orthiae Dianae. quae* cum secundum statutam consuetudinem humano sanguine numen placaret, agnovit fratrem Oresten, qui accepto oraculo carendi furoris causa cum amico Pylade, *a cuius patre, Strofio nomine, fuerat nutritus*, Colchos petierat, et cum his occiso Thoante, simulacrum sustulit absconditum fasce lignorum: unde et Facelitis dicitur, non tantum a face, cum qua pingitur, propter quod et Lucifera dicitur: et Ariciam detulit. sed cum postea Romanis sacrorum crudelitas displiceret, quamquam servi immola-

---

7 cuius fabula talis est e. q. s.] cf. mythogr. I 20 II 202.

---

1 *ad v.* 115 Mittimus. Adytis (aditis)] adytum (adytus) . . . sacerdoti. Reportant] renuntiant. *P* ‖ ADITIS aditum *libri mei* ‖ nullus *H* ‖ 2 accessus *L* (at aditus *superscr. l*) ‖ sacerdoti. ἀπὸ τοῦ ᾱ καὶ δύω ingredior, id est sine alicuius ingressu. *D* ‖ renuntiat *om. HME* ‖ 4 *ad v.* 116 Sanguine] fabula est. cum Graeci ad Aulidem uenissent, Agamemnon Dianae (deance) ceruam occidit ignarus in uenatione. unde dea irata flatus uentorum qui ad Troiam ducebant suspendit. ob quam rem consulta per Calchantem oracula dixerunt (dx̃) Agamemnonio sanguine, hoc est immolata Iphigenia (figenia) placandam Dianam (deanam). eum ergo esset adducta ut immolaretur, numinis miseratione sublata est, cerua supposita, et translata ad Tauricam regionem regi Thoanti (thoante) tradita est sacerdos facta Orthiae (ortiae) Dianae. *P* ‖ 7 cuius fabula] fabula uero *ME* ‖ 8 ceruam *CE et mythographi:* ceruum *LHM* ‖ 9 removit] suspendit *C** ‖ ob quam rem *C** ‖ 10 nec pestilentiam *C* ‖ 12 per nuptiarum simulationem] quasi tradenda sit nuptum *superscr. l* ‖ 15 cerua *H* ‖ 16 dictynnae *C:* dictinnae *L* dictinne *HE* dictymnae *M* ‖ 17 ortiae *C** ‖ 18 orestem *L* ‖ 19 carendi] curandi *Masvicius.* cavendi *libri Burmanni, quamquam hoc testimonium typothetae errore videtur corruptum esse; Stephanus certe Daniel Fabricius, quos idem edidisse Burmannus testatur,* carendi *dederunt.* ‖ causa] matrem enim suam dicitur occidisse eoque furebat *add. L, expunxit l* ‖ 20 trofio *C* ‖ 22 fascelis *LC** facilis *H* fasciolis *M* fascelidis *Elm. cf. Probi praef. ad Verg. buc. p.* 3 *K.* ‖ 23 propter . . . dicitur *om. M* ‖ dicitur] sed a fasce etiam (etiam a fasce *E*) lignorum *add. LE* ‖ aritiam *L*

rentur, ad Laconas est Diana translata, ubi sacrificii consuetudo adulescentum verberibus servatur, qui vocabantur Bomonicae, quia aris superpositi contendebant, qui plura posset verbera sustinere. Orestis vero ossa Aricia Romam translata sunt et condita ante templum Saturni, quod est ante clivum Capitolinum iuxta Concordiae templum. VIRGINE CAESA non vere, sed ut videbatur. et sciendum in sacris simulata pro veris accipi: unde cum de animalibus quae difficile inveniuntur est sacrificandum, de pane vel cera fiunt et pro veris accipiuntur. hinc est etiam illud ⟨IV 512⟩ sparserat et latices simulatos fontis Averni. nam et in templo Isidis aqua sparsa de Nilo esse dicebatur.

117. *ILIACAS DANAI VENISTIS AD ORAS figuratum: cum primum venire velletis. sane hoc de Iphigenia verum est.*

118. *SANGVINE QVAERENDI REDITVS hoc falsum est. et bene oraculorum naturam servat, ut a re ipsa semper incipiat, ut alibi ⟨III 94⟩ Dardanidae duri; dicendo enim 'Dardanidae' ostendit quae loca petere debeant.*

119. ARGOLICA quia occurrebat occidi potuisse captivum. *ergo ideo addidit 'Argolica', ne non esset triste oraculum. videtur sane peritia iuris pontificalis animalis hostiae mentionem fecisse, cum dicit 'animaque litandum Argolica'; nam et 'animam' dixit, et 'litare' verbo pontificali usus est, id est sacrificiis deos placare.*

120. *OBSTVPVERE ANIMI omnes enim crediderunt se perire posse, antequam unus esset delectus.*

121. CVI FATA PARENT cui praeparent mortem. *FATA id est responsa. sunt qui ita dividant: 'cui fata parent' vitam, 'quem poscat Apollo', ut moriatur.*

122. *HIC pro tunc. VATEM nunc divinum, alias poetam ⟨VII 41⟩*

---

6 et sciendum . . . de Nilo esse dicebatur] exscr. mythogr. III 6, 30 extr. 19 videtur sane peritia . . . deos placare] cf. Macrob. Sat. III 4, 4 ‖ 28 Vatem nunc divinum . . . alias sacerdotem] cf. Isid. or. VII 12, 15 et diff. verb. 451

---

2 adolescentulum *C** ‖ serbatur *E* seruabatur *e* ‖ bōmonicae *L* homonicae *C* ‖ 3 qui plura nerbera sustineret *C* ‖ 4 ab aritia *Ml* ‖ 5 quod est . . . templum *om. ME* ‖ ad clinum *ex* an clinum *L* ‖ 9 etiam] *om. M* et *E* ‖ 10 in *om. H* ‖ 12 ILIACAS . . . petere debeant (*lin.* 17) *hab. marg. exempl. Basil.* ‖ 14 *ad v.* 118 Litandum] offerend mod uerb (offerendum. modo verbum *Daniel. fortasse* offerendi modo verbum). sed hoc in liquidis fit id est lito ut libo. a lito autem fit litus eo quod interluit. *P. non fuerunt hae nugae in Cassellano: quas qui invenit litandi et libandi verba inter se confudisse videtur* ‖ 15 a re] arte *Modius enotavit* ‖ incipiat *Modius enot.*, incipiant *Scioppius* ‖ 18 ergo ideo . . . deos placare (*lin.* 22) *hab. margo exempl. Basil.* ‖ 19 non] *fortasse* hosti *aut* Troianis ‖ 22 est, id est *suppl. Masvicius*, *om C* ‖ 25 *ad v.* 121 Ossa. Cui fata parent] cui praeparent mortem. Fata] id est responsa. *P* ‖ 28 *ad v.* 122 Hic] pro tunc . . . cassida. *P*

*tu vatem, tu diva mone, alias sacerdotem, ut* ⟨XI 774⟩ *et aurea vati cassida.* MAGNO TVMVLTV ad factionem tegendam.

123. *PROTRAHIT quasi nolentem.* NVMINA DIVVM pro oraculis posuit. et quaeritur modo, non quid dicant, nam planum est; sed quis debeat immolari. *QVAE SINT EA NVMINA DIVVM*] * *id est ut ambiguitatem oraculorum interpretetur.* *

124. *FLAGITAT id est invidiose poscit, unde et quod flagitatione dignum est flagitium dicitur. MIHI quidam graviter pronuntiandum tradunt 'mihi', hoc est Sinoni.* * MVLTI CRVDELE CANEBANT 'multi' bis intellegendum, id est multi videbant taciti, multi etiam dicebant, ne sit contrarium 'canebant taciti'. *quamvis multi sic exponant: qui mihi amici erant dicebant, qui inimici, tacebant, ut provenirent quae praesentiebant.*

126. BIS QVINOS SILET ILLE DIES dicimus et 'bis quinis silet ille diebus'. *BIS Q. S. I. D.*] *scilicet auctoritatis quaerendae gratia, ut sit ἀξιοπιστία eius qui invitus diceret.* TECTVS aut multitudini se subtrahens, aut tegens consilium suum. *aut cautus, ne intellegeretur.* *RECVSAT abnegat.*

127. *PRODERE bene prodere: me enim dicturus, quem sciebat. OPPONERE obicere, destinare.*

128. VIX TANDEM aut iunge, et vacat 'tandem'; aut separa, et est exaggeratio a synonymis, ut abiit excessit, evasit erupit. *et est ordo 'vix tandem rumpit vocem'.*

129. COMPOSITO ex pacto. RVMPIT VOCEM hoc est erumpit in vocem, et dictum est per contrarium. nam si 'silentium rumpere' est loqui, ut ⟨X 63⟩ quid me alta silentia cogis rumpere?,

---

7 unde et . . . dicitur] cf. Don. ad Ter. eun. II 3, 90 ‖ 22 abiit] Cic. in Cat. II 1, 1 ‖ 24 RVMPIT VOCEM hoc est erumpit in vocem] cf. Don. ad Ter. eun. III 5, 2

---

3 *ad v.* 123 Protrahit] quasi nolentem. Numina diuum] pro oraculis posuit, id est ut ambiguitatem oraculorum interpretetur. *P* ‖ 4 posuit id est ut ambiguitatem oraculorum interpretetur. quaeritur enim non quid dicant, nam planum, sed quid debeant immolari *C* ‖ quaerit *H* ‖ 7 *ad v.* 124 Flagitat] id est . . . dicitur. *P* ‖ 8 MIHI multi posterioribus, multi primis iungunt * ad oram est unus tamen sensus et quidem graviter . . . Sinoni *e Fuldensi Scioppium enotarisse Daniel testatus est. cf. Serv. ad v.* 132. ad oram *illud inde explicandum esse, quod Scioppius* est . . . sensus *ad oram codicis adscripta fuisse dixerit, Burmannus intellexit.* ‖ quidam *Peerlkampius* ‖ 10 intellegendum est *L* ‖ uidebunt *H* ‖ 14 *ad v.* 126 Bis. Tectus] aut tegens consilium suum, aut cautus ne intellegeretur. Recusat] abnegat. *P* ‖ 19 *ad v.* 127 Prodere] dolo ostendere. Opponere] obicere, destinare. *P* ‖ me . . . sciebat] *fortasse* id est eum dicere quem sciebat ‖ 21 *ad v.* 128 Vix tandem] aut iunge . . . uocem. *P* ‖ aut uacat *P* separa *ex* separas *H* ‖ 22 a] ex *PC** ‖ ut Cicero 'tandem aliquando Quirites'; item abiit *e. q. s. Lion* ‖ evasit *PC*M El:* euanuit *LH* ‖ 24 *ad v.* 129 Composito. Rumpit uocem] hoc est . . . est loqui; uocem uero rumpere est tacere. *P* ‖ ex pacto, vel ordine inter eos instituto. *D* ‖ erupit *H* ‖ 25 si *om. PC**

'vocem rumpere' est tacere. sed aliqua interdum simpliciter, interdum per contrarium intelleguntur.

130. ET QVAE SIBI QVISQVE TIMEBAT ideo hoc addidit, quia dixerat 'adsensere omnes', ne videretur fuisse cunctis suae gentis invisus. *aut 'adsensere omnes' ad provocandam in se Troianorum misericordiam dicit, cum eorum hostes omnes ad crudelitatem consensisse adserat. est autem figuratius, si legatur 'timebant'.*

132. MIHI multi posterioribus, multi primis iungunt; unus tamen est sensus. PARARI infinitus modus pro indicativo. et est figura propria historiographorum, ut Sallustius equitare, iaculari, cursu cum aequalibus certare; ut poetarum propria est ⟨I 320⟩ nuda genu et ⟨VII 399⟩ torvum clamat. quod autem ait Cicero bellicum canit non est figura, sed sermo naturalis; est enim soni nomen. *quidam sane 'parari' pro 'parabantur' accipiunt et ad omnia hoc subaudiunt.*

133. SALSAE FRVGES sal et far, quod dicitur mola salsa, qua et frons victimae et foci aspergebantur et cultri. fiebat autem de horna fruge et horno sale, ut Horatius et horna fruge. VITTAE quibus victimae coronabantur.

134. LETO non sacrificio: invidiose locutus est. *et est hysteroproteron, prius enim erat ut vincula rumperet, et sic fugeret.* VINCVLA RVPI atqui solutae sunt hostiae; nam piaculum est in sacrificio aliquid esse religatum: unde est ⟨IV 518⟩ unum exuta pedem vinclis, in veste recincta item ⟨III 370⟩ vittasque resolvit sacrati capitis. ergo vincula religionis intellege, ut ⟨VIII 651⟩ et vinclis innaret Cloelia ruptis, scilicet foederis; nec enim obsides umquam ligantur. sed huic expositioni illud occurrit, unde iste ligatus fuerit, quia eum Troiani non ligarunt; ultro enim se

---

10 Sallustius] Iug. 6, 1 ‖ 13 Cicero] pro Murena 14, 30 ‖ 18 Horatius] carm. III 23, 3. cf. mythogr. III 6, 32 ‖ 22 nam piaculum est e. q. s.] cf. mythogr. III 6, 30

1 uocem uero *PC** ‖ 2 intelleguntur *LC*m:* intellegantur *H* debemus intellegere *M* ‖ 4 uideatur *M* ‖ 5 prouocandum *C* ‖ 6 omnis *C* ‖ 8 *ad v.* 132 Iam. Parari] infinitus modus pro indicatiuo, hoc est pro 'parabantur' (parare). *P* primis] prioribus *vulgo* ‖ 9 infiniti *L* infinitiuus *l* ‖ 10 historiaegraphorum *H* iaculari *C*:* iaculare *HME* iaculare *ex* iacilare *L* ‖ 13 est *ante* figura *om. H* sed naturalis est sermo *L* ‖ 16 *ad v.* 133 Salsae fruges] sal et far . . . de horna (orna) fruge. Vittae] quibus uictimae coronabantur. *P* ‖ 17 frons] fors *P* asperguntur *M* ‖ fiebat *HE:* fiebant *LC*P* fit *M* ‖ 18 orna *et* orno *et* orna *libri* ‖ 20 *ad v.* 134 Leto] non sacrificio. et est hysteroproteron . . . fugeret. *P* ‖ LETO] bene loeto *supr. vers. add. ml* ‖ 24 uinctis *H* ‖ retincta *H* 26 uinculis *L* ‖ 27 obligantur *C* ‖ sed huic . . . se obtulerat *om. C* ‖ 28 fuerit] quando a troianis inuentus est *supr. vers. add. l*

obtulerat. unde est intellegendum a Graecis magis ligatum ante tempus sacrificii; nam consuetudo illa quam supra diximus erat in ipso tempore sacrificiorum. ante enim ligari et Iuvenalis docet, dicens sed procul extensum petulans quatit hostia funem.

135. LIMOSOQVE LACV ut verisimilem fugam faciat, circumstantiis utitur. notandum sane, Vergilium sub aliorum persona causam exsequi nobilium, ut hoc loco Marii, item paulo post Pompeii, ut ⟨557⟩ iacet ingens litore truncus. PER NOCTEM OBSCVRVS bona elocutio est rem temporis ad personam transferre, ut 'matutinus venit'. *VLVA herba palustris. sane in arte rhetorica omnem narrationem cum rei partibus dicunt convenire debere, loco tempore materia causa persona. hic ad singula respondetur: nam persona Ulixis ponitur ad fallendum aptissima; causa, quia timeret ne ultor esset Palamedis; tempus ad nocendum aptissimum, cum sibi quisque timeret; modus agendi 'bis quinos silet ille dies'; materia 'salsae fruges et circum tempora vittae'; locus 'per noctem obscurus in ulva delitui'.*

136. SI FORTE DEDISSENT medium se praebet: nam nec negat, nec confirmat eos navigasse, ne aut eis demat securitatem, aut quod supra dixit falsum sit, non posse navigare Graecos, nisi homine immolato: ut illorum sit quicquid elegerint. et artis est in argumentorum angustia incertis uti sermonibus. *SI FORTE DEDISSENT*] [* *id est*] *quia iam scire non poterat, quid facturi essent, cum ipse fugisset.* *

137. ANTIQVAM caram. et bene commemorat liberos et parentem, ut ostendat se non deseruisse ut vilem, sed mortis fugisse terrore. *et bene † ignotos finxit sibi liberos et parentem, ut maior miseratio ex pluribus nasceretur. quidam sane non 'dulces', sed 'duplices' legerunt, quia 'dulces' leve esset et commune epitheton liberorum.*

3 Iuvenalis] Sat. XII 5

1 unde est intellegendum ... sacrificiorum] aut certe intelligendum est ligatum ante tempus sacrificii nam consuetudo illa quae supra scripta est in ipso tempore sacrificiorum erat *C* ‖ est *om. HME* ‖ 3 ligari et] ligabantur ut *C* M* docet dicens *om. C* M, supr. vers. add. m* ‖ 5 *ad v.* 135 Limoso. Ulua] palustris. *P* ‖ 6 personis *El* ‖ 7 pompei *M* ‖ 8 tuncus *H* ‖ 9 locutio *ME* ‖ referre *L super* re *scr.* at trans *l* ‖ 10 matutinus] gt. pro mane *superscr. l* ‖ 18 Mediū ef ep̄bet *H* ‖ 19 eis] his *E* illis *malim.* eis *secl. F. Schoellius* ‖ 21 immolato id est quia iam ... fugisset ut troianorum sit quicquid elegerint *C* (immolato: aut ideo quia *e. q. s. coni. F. Schoellius*) ‖ sit *om. L* (*add. l*) ‖ delegerint *H* 22 inter argumentorum angustias *MEl* ‖ argumentorum] argumento. Nam *H* 26 se *om. L* (*add. l*) ‖ 27 terrorem *Cl* ‖ apud ignotos *Burmanno teste Dorvillius* ignotis *Burmannus* gnatos *F. Schoellius* liberos *secludens* ‖ 29 et] *fortasse* ut

139. QVOS ILLI *de quibus illi.* FORS ET POENAS forte et poenas. alii iungunt 'forset', ut sit forsan. et bene elicit misericordiam ostenditque, non se habere causam redeundi post mortem suorum: *ne eum Troiani non reciperent, suspicantes ad suos quandoque rediturum.*

140. EFFVGIA et 'fuga' dicimus et 'effugium', sicut 'lana' et 'lanitium', ut si tibi lanitium curae. hinc est 'aequitas' et 'aequum'. *sed hic dicendo 'effugia' verbo sacrorum et ad causam apto usus est. nam hostia quae ad aras adducta est immolanda, si casu effugeret, 'effugia' vocari veteri more solet; in cuius locum quae supposita fuerat, succidanea; si gravida fuerat, forda dicitur; quae sterilis autem est, taurea appellatur: unde ludi Taurei dicti, qui ex libris fatalibus a rege Tarquinio Superbo instituti sunt propterea, quod omnis partus mulierum male cedebat. alii ludos Taureos a Sabinis propter pestilentiam institutos dicunt, ut lues publica in has hostias verteretur.* CVLPAM HANC *vel quod fugi, vel quod me defensorem Palamedis dixeram.* PIABVNT expiabunt: et τῶν μέσων est; nam plerumque et impiare significat. *hic tamen 'piabunt' bene addidit, quia nisi per sanguinem diis accepta hostia non est: quod merito ex persona Sinonis inducitur, quia fatetur sacra per suam fugam fuisse violata. et vult etiam beneficii sibi debitores esse Troianos, quod interim Graeci ablegati sunt.*

141. QVOD TE PER SVPEROS *propter quod. et finita narratione subiungit epilogos; neque enim quae non putaret credituros argumenta subicere debuit. sane per huius modi preces ostendere vult vera se*

---

7 si tibi] georg. III 384 ‖ 11 succidanea] cf. Gell. IV 6, 5 ‖ 12 unde ludi Taurei dicti e. q. s.] cf. Festus s. v. Taurei ludi ‖ 23 QVOD TE propter quod] cf. Don. ad Ter. Andr. III 3, 24 'Id te oro] deest "ob", ut sit "ob id", ut Vergilius "quod te per superos oro".

---

1 *ad v.* 139 Quos illi] de quibus illi. Fors et poenas] forte et poenas. alii iungunt 'forset', ut forsan. *P* ‖ 2 fors et olic *L* ‖ forsit ut forsan *F. Schoellius. cf. ad* XI 50 ‖ 6 *ad v.* 140 Effugia] pro fuga. dicimus et effugium . . . et aequum. ergo more antiquo hostia si effugisset effugia nocabatur, quae autem subposita fuerat succidanea, si granida forda (forua), si sterilis (sterelis) taurea (taure *ex* torue) appellabantur, unde ludi Taurei dicti, qui ex libris fatalibus a rege Tarquinio Superbo instituti sunt. Piabunt] expiabunt. et τῶν μέσων (ton meson) est. nam plerumque et impiare significat. hic tamen piabunt. *P* et fuga] pro fuga *C** ‖ 7 lanicium *H* ‖ si] sit *LHP* ‖ lanicium *H* ‖ curae *om. P* ‖ hinc] hic *P. fortasse* simile ‖ et *om. M* ‖ 11 forna *C* ‖ 16 CVLPAM HANC . . . dixeram *hab. margo exempl. Basil.* ‖ 17 TON MESON *L* TωN MECON *H* ton meson *M* ‖ 18 hic tamen . . . (*p.* 243 *lin.* 3) appellat *hab. margo exempl. Basil.* ‖ 19 hostia *Scioppius enotavit*, piatio *Daniel* ‖ 21 beneficii *Daniel:* beneficiis *Scioppius enotavit* ‖ ablegati *Burmannus:* obligati *C* ‖ 23 *ad v.* 141 Quod te per superos] id est propter quod. *P* ‖ finita *Daniel:* infinita *C* ‖ narratione] ratione *Lion* infinita *servans* ‖ 24 neque enim quae non *Masvicius:* neque n. q. non *C* neque enim quasi non *Daniel*

*dicere.* CONSCIA NVMINA VERI *bene medium tenuit; † nam ea numina invocans, quae sunt conscia numina veritatis, quia et pontifices dicunt, singulis actibus proprios deos praeesse. hos Varro certos deos appellat.*

142. PER SI QVA EST *aut* diasyrtice deridet, ut diximus ⟨80⟩, *aut certe hoc ait: si aliqua est fides. quam cum sibi non adscribit, facit ut in eo esse credatur.* RESTET *supersit.* VSQVAM *quia apud Graecos dicit fidem esse corruptam.*

143. INTEMERATA *incorrupta vel integra. alii tamen volunt 'intemerata' de libris sacris commutatis litteris esse praesumptum, † timaram enim fidem, id est sanctam appellabant, ut sit sensus, oro per fidem vehementer sanctam, si tamen est usquam penes homines.* ORO ordo est 'quod te oro per superos'. LABORVM *periculorum, malorum.* MISERERE *quidam pro 'misereare' accipiunt.*

144. NON DIGNA FERENTIS indigno luctu affecti.

145. ET MISERESCIMVS aut per se plenum est, aut cohaeret sequentibus, quia non potest primis: dicimus enim aut 'illam rem miseror', aut 'illius rei misereor', non 'illis'. *quidam 'miserescimus' pro miseremur, genus inchoativum volunt, ut 'horreo horresco', 'gelo gelasco': aliter 'lentesco' inchoativum, nullo praecedente verbo; neque enim est 'lento', ut sit 'lentesco'.* VLTRO autem non est sponte: nam iam rogaverat: sed insuper. et venit ab eo quod est 'ultra'; plus enim quam rogaverat, praestiterunt.

147. VINCLA] *pro 'vincula' per syncopen dictum.* ARTA VINCLA aut epexegesis manicarum est, aut utrumque habuit.

148. QVISQVIS ES licet hostis sis. et sunt, ut habemus in Livio, imperatoris verba transfugam recipientis in fidem 'quisquis

---

17 quidam miserescimus . . . lentesco] cf. Diom. p. 343, 17 K. et Prisc. I p. 397, 22 H. ‖ 25 in Livio] fragm. 58 ap. Hertzium

---

1 non nomine invocans *vel* non nominatim vocans *F. Schoellius* ‖ 2 inuocavit *Daniel* ‖ numina *om. Daniel* ‖ 3 certos] certe *Lion. cf. Prellerus Roem. mythol. p.* 63 ‖ 4 *ad v.* 142 Per si qua est] aut diasyrtice ridet, aut certe . . . corruptam. *P* ‖ deridet *M:* irridet *L* ridet *HC** deridet troianos *El* ‖ ut diximus *om. C** ‖ 6 ut in eo *P:* uti nec *C* ‖ RESTAT *PC** ‖ VMQVAM *P* ‖ aput *P* ‖ 8 *ad v.* 143 Intemerata] incorrupta . . . penes homines. *P* ‖ 9 commotatis *P* ‖ praesumtum *P* ‖ 10 sanctam appellabant *C:* scientiam in saeris dicebant *P* ‖ sensis *C* 11 vehementer *om. P* ‖ 15 *ad v.* 145 His. Ultro] plus enim quam rogauerat praestiterunt. *P* ‖ 16 illam] illa *L* ‖ 17 miseror] miser//or *L.* ut hic ita subsequatur miserescimus manicas atque arta uincula *add. E et l in marg.* ‖ misereor] qui casus hic non est nam illis misereor nemo dicit ut dicatur his lacrimis *add. E et l in marg. in E tamen et hoc et superius additamentum expunctum est.* ‖ non illis *expunxit l* ‖ 19 miseremur *scripsi:* miserescimur *C* ‖ 21 nam] non *M* ‖ 23 *ad v.* 147 Arcta uincla] pro 'uincula' per syncopen (sincopam) dictum. *P* ‖ 24 efexegesis *L* efexesis *H* effexegesis *M* ‖ 25 et uerba sunt ut habemus in liuio imperatoris transfugam *C* ‖ sunt ut] sicut *L* ‖ 26 uerba] sunt *supr. vers. add. l* quis *L*

es 'noster eris'. item ⟨X 228⟩ vigilasne, deum gens verba sunt, quibus pontifex maximus utitur in pulvinaribus: quia variam scientiam suo inserit carmini. AMISSOS OBLIVISCERE *ut obliviscor iniurias tuas, Clodia. dicimus autem et 'amissorum obliviscere'. et 'obliviscere' quidam pro contemne vel neglige, ut ⟨V 703⟩ oblitus fatorum.* HINC IAM aut ex hoc tempore, aut ex hac oratione, *qua tibi salutem in tuto polliceor,* aut ex eo, quod te dicis Ulixis factione laborasse.

149. EDISSERE VERA hic distinguendum; vera enim audire desiderat. *'edissere' autem ordine cuncta narra, unde qui plane loquuntur dissertores fiunt et diserti vocantur. sane hoc ab illo Priamus exigit, quod ipse ei statim obtulit ⟨57⟩ 'cuncta equidem tibi rex'.*

150. QVO MOLEM quam ob causam, *in quem usum.* et ad hoc respondit Sinon ⟨187⟩ 'ne recipi portis'. et est color, qui in coniecturali statu saepe requiritur. *hunc tamen equum quidam longum centum viginti, latum triginta fuisse tradunt, cuius cauda genua oculi moventur.* QVIS AVCTOR? ad hoc respondit ⟨185⟩ 'Calchas attollere iussit'.

151. QVIDVE PETVNT? quid desiderant? utique ut placetur Minerva. *QVAE RELLIGIO? quae consecratio. MACHINA BELLI ecce subtiliter secutus [est] historiam machinamenti bellici mentionem facit. et servat dignitatem regiam; breviter enim reges interrogant, non ut minores, quos plus loqui necesse est.*

152. *DOLIS ET ARTE unam rem secundo dixit, quia ars τῶν μέσων est, sicut supra ⟨106⟩ diximus.* AD SIDERA ad locum siderum, vel quia semper sunt sidera, sed solis splendore vincuntur.

154. AETERNI IGNES aut ararum, quas fugit, ut exsecratio sit propter posteriora 'vos arae'; aut certe Solem et Lunam significat.

3 obliviscor] Cicero pro Caelio 20, 50

1 reris *H* ‖ 2 quia uariam *ex* qui auaritiam *L* ‖ 3 inserit *om. L, in marg. add. man. rec.* ‖ 4 dicimus autem *scripsi:* dn. n. *C* ‖ 6 ratione *LM* (oratione *l*) 7 aut] an *C* ‖ 9 *ad v.* 149 Noster. Edissere uera] hic distinguendum . . . tibi rex. *P* ‖ 10 locuntur *P* ‖ 11 dissertores fiunt *Daniel:* dissertor fit *P. cf. Nonius p.* 224 *M.* dissertores fiunt et *om. C* ‖ appellantur *C* ‖ 13 *ad v.* 150 Quo molem] quam ob causam, in quem usum (ussum). *P* ‖ 14 ne *ex* nec *L* ‖ et est color . . . requiritur] *cf. Iul. Victor p.* 387, 11 *H.* ‖ 15 saepe requiritur] sep sequitur *H* 16 centum viginti] ulnas *vel* pedes *vel certe mensurae aliquod nomen intercidisse censet Burmannus* ‖ 17 ad hoc *om. LH* ‖ 19 *ad v.* 151 Quidue petunt?] quid desiderant? Quae religio?] quae consecratio? Machina belli] ecce subtiliter secutus est historiam machinamenti bellici (storiam machinamentis belli) mentionem facit. *P* ‖ 21 est *seclusit Masvicius* ‖ 24 *ad v.* 152 Dolis et arte] unam rem secundo dixit, quia (quae) ars τῶν μέσων (ton meson) est, sicut supra diximus. *P* ‖ 25 AD SIDERA in altum ad locum siderum *D* ‖ 26 sidera] desidera *L* ‖ 27 *ad v.* 154 Aeterni ignes] aut ararum . . . optare prospera. *P* ‖ 28 posteriora ut uos *P*

exsecratio autem est adversorum deprecatio, iusiurandum vero optare prospera. *NON VIOLABILE quod graeci ἄφθαρτον dicunt.*

155. TESTOR modo iuro, alibi testificor, ut <432> testor in occasu vestro. VESTRVM NVMEN quia secundum philosophos dicuntur sidera elementa esse, sed habere proprias potestates. ENSESQVE NEFANDI invidiose ad pluralem transit numerum, ut Terentius non perpeti meretricum contumelias.

156. VITTAEQVE DEVM aut quae habentur in honore deorum, aut quas habent ipsa simulacra. *VITTAEQVE [et] multi hic distingunt et sic subiungunt 'deum quas hostia gessi'. consuetudo apud antiquos fuit, ut qui in familiam vel gentem transiret prius se abdicaret ab ea, in qua fuerat, et sic ab alia reciperetur: quod hic ostendit; dicit enim Sinon, iure iam se Troianorum civem esse, quia apud Graecos hostia fuerit, adeo nec pro homine, nec pro cive habitus sit.* GESSI paene gessi; non enim vere gesserat, sed quantum ad Graecos pertinet, *qui cum immolaturi fuerant,* dicit. *HOSTIA uero victimae et dicta quod dii per illam hostiantur, id est aequi et propitii reddantur, unde hostimentum aequationem.*

157. FAS MIHI subaudis 'sit'. et bene a diis petit veniam, ne videatur proditor: nam et haec quae dicturus est tacuit, antequam audiret 'noster eris'; si enim voluntate proderet, sequebatur quod ait Cicero nemo umquam sapiens proditori credendum putavit. *aut 'fas mihi' ideo, quia non licet solvere sacramentum militare adversariis vel hostibus; ideo dixit 'liceat arcana dicere'. et cum ostenderit, se rem dicere quam non licet, ei facilius credetur.* SACRATA RESOLVERE IVRA scilicet ut non incidat in sacramenti poenam: *nam miles legibus sacramentorum rogabatur, ut exiens ad bellum iura-*

---

1 execratio . . . prospera] cf. Isid. diff. verb. 202 ‖ 3 Testor modo iuro] cf. Isid. diff. verb. 561 ‖ 6 Terentius] eun. I 1, 3 ‖ 16 Hostia vero . . . aequationem] cf. Non. p. 3 M. et Paul. Festi s. v. hostia et hostimentum ‖ 22 Cicero] in Verr. act. II. lib. I 15, 38

---

1 autem *om L* (*add. l*) ‖ 2 ἄφθαρτον dicunt *Masvicius:* ἀφέαρτον dicuntur *C* ‖ 3 *ad v.* 155 Testor] modo iuro . . . proprias potestates. *P* ‖ 5 sed] et *PC** 6 transiit *M* ‖ 7 merrtricum *H* ‖ 8 *ad v.* 156 Vittae] dicimus quas habent simulacra (simulacre). Hostia (ostia)] uero uictima, et dicta quod dii per illam hostiantur (ostientur) . . . aequationem. Gessi (gesi)] . . . quantum ad Graecos (grēm) pertinet (pertineret). *P* ‖ aut qui *C* ‖ honore *CLE:* honorem *HM* 9 distingunt *C* ‖ 10 quos *C* ‖ 14 adeo] atque adeo *Masvicius. fortasse* ideoque 15 bene *M* (pene *m*) ‖ uera *LH* (uere *l*) ‖ 16 pertineret *C* ‖ dixit *C* ‖ 17 hostiantur *Burmannus. cf. Nonius:* ostientur *C** ‖ 18 aequatio est *F. Schoellius* 19 *ad v.* 157 Fas. Sacrata] ut non incidat in sacramenti poenam; nam miles legibus (legimus) sacramentorum rogabatur, ut exiens ad bellum iuraret, se nihil (et ut nihil) contra rem publicam facturum. *P* ‖ sit] sit est *L* (t *videtur deleta. fuit fortasse* sit uel est) sed *H* ‖ dis *H* ‖ 21 si enim . . . umquam *om. L* (*add. in marg. l*) ‖ sequeretur *l* ‖ 24 et] ut *Masvicius* ‖ 25 crederetur *Masvicius*

*ret, se nihil contra rem publicam facturum:* quia militiae tria sunt genera. plerumque enim 'evocati' dicuntur, et non sunt milites, sed pro milite: unde Sallustius neu quis miles neve pro milite, item ipse ab his omnes evocatos et centuriones: plerumque 'tumultuarii', hoc est qui ad unum militant bellum: plerumque 'sacramento rogati', quia post electionem in rem publicam iurant, *sicut dictum est.* et hi sunt qui habent plenam militiam; nam viginti et quinque annis tenentur. haec tria genera tangit Vergilius: sacramenti hoc loco, tumultuarii illo ⟨VIII 4⟩ simul omne tumultu coniurat trepido Latium, evocationis ⟨VIII 9⟩ mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem.

158. FAS ODISSE VIROS ut supra diximus, omnia diasyrtice loquitur; nam et ad Graecos possunt, et ad Troianos referri. *et 'odisse' hic praesentis temporis, quod non facit 'odere'.* ATQVE OMNIA FERRE SVB AVRAS *hinc videtur subtiliter non se implicare periurio; ipse enim lectos hostes produxit ex equo ⟨258⟩ et pinea furtim laxat claustra Sinon. et hoc vult credi contra Graecos dicere, cum pro ipsis dicat.*

159. *SIQVA TEGVNT callide occultant.* SIQVA TEGVNT propter ea quae latent in equo. NEC LEGIBVS VLLIS si Graecorum, propter 'noster eris', si Troianorum, quia Graecus. *alii ita: nullis naturae legibus, quibus fas non est patriam prodere; et volunt hoc esse 'sacrata resolvere iura'.*

160. *TV MODO pro tantummodo.* *PROMISSIS pro 'in promissis'.*

161. *SERVES TROIA FIDEM magnificentius, quam si diceret 'Troiani'.* SERVES TROIA FIDEM quia quod rex promittit videtur res publica polliceri. *VERA FERAM pro dicam.* *MAGNA REPENDAM magna*

3 Sallustius] hist. fragm. inc. 15 Kr. ‖ 4 ipse] Cat. 59, 3 ‖ 14 quod non facit odere] cf. Don. ad Ter. eun. prol. 40 ‖ 21 alii ita e. q. s.] cf. Isid. diff. verb. 338 ‖ 24 Tu modo pro tantummodo] cf. Don. ad Ter. eun. V 8, 43

1 quia *om. Daniel* ‖ 2 enim *om. M* ‖ 3 unde Sallustius . . . milite *om. L* (*in marg. add. l*) ‖ 5 militent *H* ‖ 6 sacramento *ex* sacramentum *H* ‖ quia *om. L* (*add. l*) qui *Leidensis Burmanni* ‖ lectionem *coni. Burmannus* ‖ 8 annis *om. L* (*add. l*) ‖ 10 loetum *M* (at latium *superscr. m*) ‖ 12 *ad v.* 158 Fas odisse viros] ut supra dictum est omnia . . . odere. *P* ‖ VERO *H* VIROS *ex* VEROS *M* ‖ 14 temporis añ *P* ‖ 19 *ad v.* 159 Si qua tegunt] callide occultant. *P* ‖ SI QVA TEGVNT uel callide occultant uel propter ea *C* ‖ 21 alii ita . . . (*v.* 201) sorte ductos fusti necat *in exemplari Basileensi Daniel correxit et supplevit. ad* alii ita . . . iura *in margine adnotavit 'ex v. codice collegii Fuldensis cuius fragmentum duarum paginarum prae manibus habui', quae nescio an ad ea quoque quae secuntur pertineant. ex his scripturis quae memorabiles esse videntur Danielis nomine addito infra proferam.* ‖ 22 quibusq. *Daniel* ‖ 24 *ad v.* 160 Tu modo] pro tantummodo. Promissis] pro 'in promissis' (missis). *P* ‖ 25 *ad v.* 161 Vera feram. Si magna rependam] magna praemia resoluam. et uidetur duo promittere, primo ueriloquium (ueriloquum), deinde salutem. *P*

*praemia resolvam pro mea impunitate. et videtur duo promittere Troianis, primo veriloquium, deinde salutem ex suorum proditione. alii volunt dubium esse, vobis feram, Graecis rependam.*

162. OMNIS SPES DANAVM more suo a veris incipit: nam et favit Minerva Graecis, et constabat raptum esse Palladium. TYDIDES SED ENIM hysteroproteron est 'sed enim ex quo impius Tydides'; nam hysterologia unius sermonis est, ut ⟨V 663⟩ transtra per et remos.

163. IMPIVS vero propter numina vulnerata. *EX QVO autem vel die vel facto.*

164. SCELERVMQVE INVENTOR VLIXES *propter se et* propter Palamedem occisum ipsius factione.

165. FATALE τῶν μέσων est: nam et quod custodit, et quod interimit pro loco intellegitur. AVELLERE ostendit invitum numen esse sublatum.

166. PALLADIVM Helenus apud Arisbam captus a Graecis est et indicavit coactus fata Troiana, in quibus etiam de Palladio. unde dicitur a Pyrrho regna meruisse: quamquam praestiterit Pyrrho, ut per terram rediret, dicens omnes Graecos, quod et contigit, naufragio esse perituros. *alii dicunt Helenum non captum, sed dolore, quod post mortem Paridis Helena iudicio Priami non sibi, sed Deiphobo esset adiudicata, in Idam montem fugisse, atque exinde monente Calchante productum de Palladio pro odio prodidisse.* tunc Diomedes et Ulixes, ut alii dicunt, cuniculis, ut alii, cloacis ascenderunt arcem, et occisis custodibus sustulere simulacrum. *qui cum*

---

16 Helenus apud Arisbam e. q. s. ap. Servium exscr. mythogr. I 40. cf. 142

---

4 *ad v.* 162 Omnis spes Danaum] more suo . . . per et remos. *P* ‖ 5 fauet *MP Daniel* ‖ constabat] contra *P* constat *E et Daniel* (constabat *e*) ‖ 7 nam *om. P et Daniel* ‖ ysterologia *L* isterologia *H* histerologia *Mh* sterogia *P* ‖ est *om. P et Daniel* ‖ 9 *ad v.* 163 Impius] propter numina uulnerata (uuluera). Ex quo] autem uel die uel facto. *P* ‖ impium uero *LHME* ‖ uulneratu // *duabus litteris erasis M* (uulnerata *m*). uulnerata numina Martem et Venerem *Fabricius* ‖ 11 *ad v.* 164 Scelerumque inuentor Ulixes] propter se et propter palimedes (*sic!*) factione occisum. *P* ‖ propter se et *om. Daniel* uel *ante* propter *inserens* ‖ palameden *LH* ‖ 12 ipsius *om. Daniel* ‖ 13 *ad v.* 165 Fatale] τῶν μέσων (ton meson) . . . esse sublatum. *P* ‖ TON MESON *L* Tan meson *H* ton meson *M* ‖ et quod *ante* interimit *om. L* (*add. l*) ‖ 16 *ad v.* 166 Palladium] fabula (fauula) autem haec est. Diomedes et Ulixes . . . ad castra Graecorum egit. *P* ‖ arisban *L* arispam *ME* ‖ 17 palladio dixit *D* ‖ inde *LH* ‖ 18 quamquam praestiterit] quoniam praedixerat *mythographus* ‖ 19 ut per terram rediret] ut non ea die qua graeci ceteri nauigaret *C* ut non . . . nauigaret et faceret eum per terram redire *vulgo* ‖ per *om. M* ‖ quod et contigit *om. M* (*supr. vers.*
at um *l* at passuros *l* at perituros *m*
*add. m*) ‖ 20 naufragio esse pertituros *ex* periturus *L* naufragio esse passuros *M*
† o *e* † perituros *e*
naufragium esse passuros *E* ‖ 23 Calchantem *Daniel* ‖ pro odio *om. Daniel*

*reverterentur ad naves, Ulixes, ut sui tantum operis videretur effectus, voluit sequens occidere Diomedem: cuius ille conatum cum ad umbram lunae notasset, religatum prae se usque ad castra Graecorum egit.* ideo autem hoc negotium his potissimum datur, quia cultores fuerunt Minervae. hoc cum postea Diomedes haberet, *ut quidam dicunt:* quod et Vergilius ex parte tangit, et Varro plenissime dicit: credens sibi non esse aptum, propter sua pericula, *quibus numquam cariturum responsis cognoverat, nisi Troianis Palladium reddidisset,* transeunti *per Calabriam* Aeneae offerre conatus est. sed cum se ille velato capite sacrificans convertisset, Nautes quidam accepit simulacrum: unde Minervae sacra non Iulia gens habuit, sed Nautiorum. hinc est in quinto ⟨704⟩ (tum senior Nautes,) unum Tritonia Pallas quem docuit. quamquam alii dicant, simulacrum hoc a Troianis absconditum fuisse intra extructum parietem, postquam agnoverunt Troiam esse perituram: quod postea bello Mithridatico dicitur Fimbria quidam Romanus inventum indicasse: quod Romam constat advectum. et cum responsum fuisset, illic imperium fore, ubi et Palladium, adhibito Mamurio fabro multa similia facta sunt. verum tamen agnoscitur hastae oculorumque mobilitate: unde est ⟨172⟩ 'vix positum castris simulacrum, arsere coruscae luminibus flammae' vel ⟨175⟩ 'hastamque trementem'. sed ab una tantum sacerdote *videbatur,* ut Lucanus ⟨I 598⟩ Troianam soli cui fas vidisse Minervam. dicunt sane alii, unum simulacrum caelo lapsum, *quod nubibus advectum et in ponte depositum,* apud Athenas tantum fuisse, *unde et γεφυριστής dicta est. ex qua etiam causa pontifices nuncupatos volunt: quamvis quidam pontifices a ponte sublicio, qui primus Tybri impositus est, appellatos tradunt, sicut Saliorum carmina loquuntur. sed hoc Atheniense Palladium a veteribus Troianis Ilium translatum.* alii duo volunt: hoc de quo diximus, et illud Atheniense. *alii, cum ab Ilo Ilium conderetur, hoc Troianum caelo lapsum dicunt: alii a Dardano de Samo-*

1 effectus *P et Daniel in exemplari Basileensi:* effector *Daniel edidit, neque Fuldensem dissentire in appendice adnotatum est.* || 2 diomeden *P* || 3 usque in *Daniel* || 4 datum *Lion* || 7 esse *om. L (add. l)* || pericula] piacula *coni. Maius ad mythogr.* || quibus se numquam *Daniel* || 10 se *om. CL (add. l)* reuertisset *C* || 11 iuli *L* (iulia *l*) || 12 Nautiorum *C:* nautorum *LHME* Nautarum *mythographus et duo libri Burmanni* || 13 dicant] ducunt *L* || 15 parietem templi *Daniel* || agnouerant *l* || 16 uindicasse *mythographus* || 18 Mamurio fabro] artifice *Daniel* || 19 uerum tamen] quod est tamen uerum *Daniel* || uerum tamen ... sacerdote (*lin.* 22)] Verum tamen cognitum hastae oculorumque nobilitate (*sic*) est ab una tantum sacerdote. *mythographus* || oculorum *M* || 20 unde est hoc *E* || 21 coruscis *LHM* || 23 troianum *H* || cui fas soli *LH* || mineruam *ex* mineruem *H* || 24 advectum *Daniel:* adfectum *C* || 25 γεφυριτης *Daniel* || 26 ex qua causa etiam *Daniel* || 27 Tyberi *Daniel* || 28 locuntur *Daniel* || 31 labsum *Daniel* || Samo-Tracia *C*

*thracia Troiam translatum: alii multa fuisse Palladia, sed hoc a Diomede et Ulixe furto ablatum tradunt.*

167. SACRAM EFFIGIEM quasi *de* caelo lapsam. *et tres simul res dixit, quare numen irasceretur: quod antistites caesi, quod tolleretur, quod cruentis manibus.*

169. EX ILLO facto, vel tempore. FLVERE *delabi. et τῶν μέσων* est; nam ideo addidit 'retro'. contra Sallustius rebus supra vota fluentibus.

170. AVERSA DEAE MENS propter illud 'manibusque cruentis'.

171. TRITONIA aut quasi terribilis, *ἀπὸ τοῦ τρεῖν*, id est timere, aut *a Tritone amne Boeotiae, aut a Tritonide palude Africae, iuxta quam nata dicitur,* secundum Lucanum ⟨IX 354⟩ et se dilecta Tritonida dixit ab unda. sane 'Tritonia' antonomasivum est, quia proprium est Minervae: nam epitheta sunt quae variis possunt vel personis vel rebus adponi. et haec caute observanda sunt, sicut et propria nomina, quae plerumque ex appellativis sunt, ut est Victor vel Felix.

172. VIX modo 'mox' *significat.* CASTRIS *pro in castris.* SIMVLACRVM *inter consecratas res, id est aedes, areas, etiam simulacra accipiuntur, quod in bucolicis* ⟨VII 31⟩ *scriptum est. hic ergo ipso nomine simulacri consecrationem eius ostendit; quis enim ignorat Palladium simulacrum Minervae esse? quam autem sacrum fuerit, hinc docet, quod ait 'nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris. vix positum castris' et reliqua, ut appareat, et loco motum vim tamen conse-*

---

7 Sallustius] hist. fragm. inc. 70 Kr. ‖ 10 Tritonia aut quasi terribilis e. q. s.] exscr. mythogr. III 10, 1 extr. cf. Isid. orig. VIII 11, 74

---

3 lapsum *CH* lapsam *ex* lapsum *L* ‖ 4 antistites] arcis tres *Daniel* ‖ 6 *ad v.* 169 Ex illo] facto vel tempore. Fluere] delabi (delapsi). et est *τῶν μέσων* (ton meson); nam ideo addidit 'retro'. *P* ‖ facto] fato *M* ‖ et est *C* ‖ 7 addit *Daniel* ‖ Sallustius econtra *C et Daniel* ‖ super *Daniel* ‖ 9 ADVERSA *M* ‖ 10 *ad v.* 171 Tritonia] a Tritone amne (amno) Boeotiae, aut a Tritonide palude Africae, iuxta quam nata dicitur. secundum autem Lucanum. a personis (sonis) uel rebus apponi. et haec . . . ex appellatiuis sunt. *P* ‖ aut . . . timere] aut q. inter nubilis *ἀπὸ τοῦ θροεικοαι* ï timore *C* aut quasi interribilis *ἀπὸ τοῦ θροεῖσθαι* id est timere *Daniel* ‖ ΑΠΟ ΤΥΤRΙΤΙΝ *L* (ΥΤRΙΤΙΝ *in ras. l*) ΑΠΟΥΤΡΙΝ *H* ΑΠΟ ΤΟΥ ΤRΙΝ *ME* ‖ id est] quod est *Me* ‖ 12 Lucanum] qui ait *add. m* delecta *ex* dilecta *H* ‖ 13 trytonida *H* ‖ hab *H* ‖ ab unda] uel Tritonia per *ἐτυμολογίαν*, quia cum sit de sapientia, in partes tres diuiditur: in intelligentiam de tempore praesenti, in prouidentiam de futuro, in memoriam de tempore praeterito *add. D* ‖ est] id est uice nominis ponitur *quae vulgo adduntur, mei libri omittunt* ‖ 14 minerua *Ml* ‖ 15 obseruande *P* ‖ 16 numina *P* ‖ 18 *ad v.* 172 Vix] modo 'mox' significat. Castris] . . . Mineruae esse. Arsere] . . . tremulum est. *P* ‖ 19 id est] *fortasse* ut ‖ areas *P*: aereas *edidit Daniel, neque Fuldensem dissentire adnotatum est. cf. ad buc.* VII 31 ‖ 20 accipiuntur *P*: accipiunt *Daniel edidit neque in appendice quicquam adnotavit.* ‖ 24 etsi loco motum *coni. Burmannus*

*rationis habuisse.* *ARSERE subaudimus 'cum', ut sit 'cum arsere'.* *CORVSCAE 'coruscum' alias fulgens, alias tremulum est.*

173. *LVMINIBVS FLAMMAE ARRECTIS hypallage est, lumina enim arsere flammis.* SALSVS SVDOR bene addidit 'salsus', ut significaret laborem futurum, ne forte alter in simulacro *quilibet* umor intellegeretur. *SALSVS SVDOR*] * *indicium commoti numinis fuisse dicitur.* * *Probo sane displicet 'salsus sudor', et supervacue positum videtur. hoc autem Ennius de lamis dixit.*

175. EMICVIT *exsiluit,* quasi quae consistebat invita, *locumque damnaret.* *PARMAMQVE FERENS HASTAMQVE TREMENTEM his enim signis Palladium a ceteris discernebatur, quod supra dictum est.*

176. TEMPTANDA AEQVORA si vel fugere possint post iram Minervae.

178. ARGIS adverbium loci est. et respexit Romanum morem: nam si egressi male pugnassent, revertebantur ad captanda rursus auguria. *item in constituendo tabernaculo si primum vitio captum esset, secundum eligebatur; quod si et secundum vitio captum esset, ad primum reverti mos erat. tabernacula autem eligebantur ad captanda auspicia. sed hoc servatum a ducibus Romanis, donec ab his in Italia pugnatum est, propter vicinitatem; postquam vero imperium longius prolatum est, ne dux ab exercitu diutius abesset, si Romam ad renovanda auspicia de longinquo revertisset, constitutum, ut unus locus de captivo agro Romanus fieret in ea provincia, in qua bellabatur, ad quem, si renovari opus esset auspicia, dux rediret.* *NVMENQVE aut pro Palladio posuit 'numen', ut* ⟨IV 204⟩ *media inter numina divum, aut 'numen' Minervam dixit.* REDVCANT *placent,* reconcilient.

---

2 coruscum alias . . . est] cf. gloss. Sangerm. ap. Hildebr. p. 81 ‖ 8 Ennius] inc. libr. rel. XXX ap. Vahl. p. 136

---

3 *ad v.* 173 Luminibus flammae arrectis] hypallage est . . . flammis. Salsus sudor] indicium commoti numinis fuisse dicitur, ne forte alter in simulacro quilibet humor intelligeretur. Probo sane superuacuo positum uidetur . . . dixit. *P* ‖ 5 futurum uel certe indicium . . . dicitur ne forte *C* ‖ 8 lamis] lacrimis *Vahlenus* ‖ 9 *ad v.* 175 Emicuit] exsiluit, quasi quae consistebat inuita locumque damnaret. Parmamque f. h. tr.] . . . dictum est. *PC**. *fortasse* EMICVIT exsiluit quasi locum damnaret. EMICVIT quasi quae *c. q. s.* ‖ consistebat] considerabat *H* ‖ 12 *ad v.* 176 Tentanda (Tentando) aequora] si uel fugere post iram Mineruae possint. *P* ‖ possent *LH* possint *ex* possunt *E* ‖ 14 *ad v.* 178 Argis] aduerbium in loco est. quod autem ait 'omina ni repetant' more Romano dixit. nam si . . . auguria. Numenque] numen Minervam dixit. Reducant] placent, reconcilient. *P* ‖ loci *L*: in loco *HME* ‖ et respexit] quod autem ait omina ni repetant respexit *C* ‖ 15 reuertebatur *P* ‖ rurisus *P* 17 quod si *Commelinus:* quod sit *C* ‖ 18 reuerti mos] reuertendum *Daniel* ad captanda eligebantur *Daniel* ‖ 17 ab his *omisit Daniel* ‖ 20 imperium *Daniel:* ministerium *C* ‖ 22 constitutum est *Daniel* ‖ de captiuo agro] de captando augurio *Daniel*

179. QVOD *id est Palladium.*

180. VENTO PETIERE *hic ostenditur, illos navigasse.*

181. ARMA DEOSQVE PARANT COMITES ingenti arte de futuro sollicitos facit, ut praesentem firmet securitatem. ARMA DEOSQVE P. C.] *ingenti arte de futuro sollicitos facit, ut videatur periculum denuntiando secreta Argivorum prodere, quatenus praesentem firmet securitatem, ut eos faciat incautos.*

182. INPROVISI ADERVNT sicut et factum est. [*et*] *artificiose; neque enim mentitur, et tamen decipit; nam verum metum falso metu abegit, ut dum reversuros timent, non timeant, ne non abierint.* DIGERIT OMINA interpretatur numinis commotionem. [*vel*] *futuri ordinem pandit, id est oraculorum. vel ordinat et disponit.*

183. HANC PRO P. M. P. N. L. E. S. *respondet ad interrogationem* ⟨150⟩ *'quo molem hanc immanis equi statuere'.*

184. NEFAS QVAE TRISTE PIARET *contaminati Palladii scilicet.* PIARET *autem expiaret.*

185. IMMENSAM CALCHAS ATTOLLERE *hoc est* ⟨150⟩ *'quis auctor, quae machina belli?'*

187. NE RECIPI P. A. D. I. M. P. *cum equi magnitudo necessaria ad recipiendos milites fuerit, inducendi equi desperationem facit, ut magis iniciat cupiditatem inducendi.*

188. ANTIQVA SVB RELIGIONE favore pristino. NEV POPVLVM A. S. R. T.] *id est loco Palladii secundum antiquam religionem tutelam colenti populo praestare: constat enim apud Troianos principe loco Minervam cultam.*

189. NAM SI VESTRA MANVS quia occurrebat exurendum esse equum, si intro ferri vel prodesse non poterat. VIOLASSET *pro violaverit.* DONA MINERVAE *quae Minervae data sunt. et minatur occulte, ne quis equum tentare audeat.*

190. QVOD DII PRIVS O. I. I. *adeo se ostendit favere Troianis, ut nomen etiam Graecorum exsecretur. 'ipsum' autem Calchantem ac-*

---

1 *ad v.* 179 Quod] id est palladium. *P* ‖ 2 ostendit *Daniel* ‖ 5 ingenti arte . . . incautos] *cum Servianis videntur haec parum apte coniuncta esse* videtur periculum denuntiando secreta Argivorum prodere, ut eos faciat incautos. 7 ut eos] *fortasse* et eos; *'quatenus' enim idem valet atque 'ut'*. ‖ 10 ut *Gronovius ad Liv.* I 53, 7: et *C* ‖ timeant *C:* timent *Daniel* ‖ ne *C. per errorem Burmannus et Lion* sic *Scioppium enotavisse dixerunt.* ‖ abierint *Daniel, Commelinus, Masvicius:* abegerint *C* ‖ 11 DIGERIT *H* ‖ OMNIA *HME* OMĪA *L* (IA *in ras. l*) ‖ vel futuri . . . disponit *edidit Daniel, ego e Parisino non enotavi.* 15 *ad v.* 184 Effigiem. Nefas quae triste piaret] contaminati palladii (palladis) scilicet. Piaret] autem (*sic!*). *P* ‖ 22 ANTIQVA SVB RELIGIONE id est loco . . . religionem id est fauore pristino tutelam *e. q. s. C* ‖ 26 *ad v.* 189 Nam (num). Violasset] pro uiolauerit. Dona Mineruae] quae Mineruae (minerua) data sunt. *P* ‖ 31 exsecretur *Daniel:* exueretur *C* exsecraretur *coni. Burmannus*

*cipimus: nam quasi Troianus detestatur quae in illos ominose dicta sunt.*

192. ASCENDISSET *pro ascenderit.* ut ⟨237⟩ scandit fatalis machina muros.

193. *VLTRO statim, mox.* ASIAM Asiaticos, ut ⟨X 365⟩ *Latio dare terga sequaci; nam et* paulo post ⟨265⟩ urbem sepultam pro civibus posuit. PELOPEIA Argiva, a Pelope. *unde et Peloponnesus.* NOSTROS NEPOTES *utique Graecos posteros. an* diasyrtice; nam iam quasi Troianus loquitur.

195. *TALIBVS INSIDIIS bene 'insidiis', ut ostendat non se virtute, sed insidiis esse superatos; nam ideo subiecit 'quos neque Tydides, nec Larissaeus Achilles n. a. d. d. n. m. c.* PERIVRI *quia dixit 'vos aeterni ignes'. et 'periuri'* in verbo 'r' non habet: nam 'peiuro' dicimus corrupta natura praepositionis: quae res facit errorem, ut aliqui male dicant 'peiurus', ut 'peiuro'.

196. CREDITA RES aut fides habita, aut commissa respublica. CAPTIQVE DOLIS *sicut dictum est,* virtuti non cedit, dolis dicit se esse superatum: non quod Troianis victos esse turpe non fuerit, sed quod Graecis turpius vicisse per dolos. COACTIS *id est expressis,* ut Terentius (una me hercule falsa lacrimola,) quam oculos terendo (misere,) vix (vi) expresserit.

197. *QVOS N. T. N. L. A. bene utrique honorem virtutis dat, a quibus victus est.* LARISSAEVS ACHILLES a vicinitate: nam Phthius fuit. utraque tamen Thessaliae civitas est. *Larissa autem a nympha Larissa est appellata, ex qua Neptunus creavit † Pelago et Phthion. Achillem autem Homerum secutus Phthiatem non dicit, quem perhibent*

13 Periuri in verbo e. q. s.] exscr. Isid. orig. X 222 || 19 Coactis id est expressis] cf. Don. ad Ter. eun. I. I. et gloss. Sangerm. ap. Hildebr. p. 56 20 Terentius] eun. I 1, 22

1 Troianus detestatur *Commelinus:* troianis testatur *C et Daniel* || 3 *ad v.* 192 Ascendisset] pro ascenderit. *P* || 5 *ad v.* 193 Vltro] statim mox. Asiam] Asiaticos, ut paulo post . . . posteros. an diasyrtice quasi Troianus loquitur? *P* || 7 pelopensus *P* || 8 an] vel *Masvicius* || 10 *ad v.* 195 Periuri] quia dixit 'uos aeterni ignes'. et periuri in uerbo 'r' non habet . . . dicant peiurus (peiuros). *P* || 13 peiora *P* || 14 praepositio *P* || res facit] respicit *P* || 15 peiurus ut peiuro *scripsi:* peiurus peiuro uel peiurant *LH* peiurus peiuro peiuranti *M* peiurus peiuri peiuranti *E* peiurus ut peiuro uel peiurant *Vossianus et Regius Burmanni* || 16 *ad v.* 196 Credita res] fides habita (abita) aut commissa respublica. Coactis] id est expressis, ut Terentius . . . expresserit. *P* || 17 uirtute *H* || dolis se dicit esse superatum *M* || 18 se . . . superatum] Troiam esse superatam *vulgo* || 21 terrendo *H* || 22 *ad v.* 197 Larissaeus Achilles] a uicinitate . . . Larissa autem a nympha Larissa est uocata. *P* || 23 LARISSEVS *HM* pthius *LM* phius *HP* || 25 ciuitatis *H* || 26 Pelagonta et Phthian *coni. Burmannus. cf. Steph. Byz. s. v.* Φθία *et Paus.* VI 21, 11

*peregrinantem apud Phthiam, quod nullius esset humanitate susceptus, tali silentio inhospitalem damnasse civitatem.*

199. HIC tunc. MAIVS MISERIS MVLTOQVE ut ⟨V 866⟩ sale saxa sonabant et ⟨III 183⟩ casus Cassandra canebat; nam apud veteres a similibus incipere vitiosum non erat. et notandum, quia ut supra ⟨13⟩ diximus agit, ne videatur vel Troia cessisse viribus, vel Aeneas voluntate fugisse. hac autem re ostendit, ex accidentibus dolos Graecorum esse firmatos, *cum dicit etiam deos adversum Troiam fecisse.*

201. LAOCOON ut Euphorion dicit, post adventum Graecorum sacerdos Neptuni lapidibus occisus est, quia non sacrificiis eorum vetavit adventum. postea abscedentibus Graecis cum vellent sacrificare Neptuno, Laocoon Thymbraei Apollinis sacerdos sorte ductus est, ut solet fieri cum deest sacerdos certus. hic piaculum commiserat ante simulacrum numinis cum *Antiopa sua* uxore coeundo, et ob hoc inmissis draconibus cum suis filiis interemptus est. historia quidem hoc habet: sed poeta interpretatur ad Troianorum excusationem, *qui hoc ignorantes decepti sunt. alii dicunt quod post contemptum semel a Laomedonte Neptunum certus eius sacerdos apud Troiam non fuit: unde putatur Neptunus etiam inimicus fuisse Troianis, et quod illi meruerint, in sacerdote monstrare: quod ipse alibi ostendit dicens* (V 810) *cuperem cum vetere ab imo structa meis manibus periurae moenia Troiae. quod autem ad arcem ierunt serpentes, id est ad templum Minervae, aut [quod] et ipsa inimica Troianis fuit, aut signum fuit periturae civitatis. sane Bacchylides de Laocoonte et uxore eius vel de serpentibus a Calydnis insulis venienti-*

---

10 post adventum Graecorum e. q. s. ap. Servium exscr. mythogr. II 207

---

3 MVLTOQVE] frequentauit ‘m’ *supr. vers. add. l* ‖ et . . . canebat *om. ME, expunxit l* ‖ casandra *LH* ‖ 6 dictum est *Daniel* ‖ 8 deus *et* 9 fecisset *Daniel* 10 *ad v.* 201 Laocoon (laucohon)] ut Euphorion (eophonon) dicit . . . ad Troianorum excusationem, qui hoc ignorantes decepti sunt. quod autem ad arcem ierunt serpentes, id est ad templum Mineruae, aut quod et ipsa inimica Troianis fuit, aut signum fuit periturae ciuitatis. *P* ‖ 11 est *om. P* ‖ quia non sacrificiis eorum uetauit aduentum *M:* quian sacrificiis eorum uetauit aduentum *L* quia (qui *mythogr.*) sacrificiis eorum non uetauit aduentum *C* mythographus* quae eorum sacrificiis non uetauit aduentum *P* quia non pro sacrificiis eorum uetauit aduentum *H* quia non in sacrificiis eorum uetauit aduentum *E* ‖ 12 post *PC** ‖ 13 lacohon *P* ‖ timbrei *LH* tymbrei *M* ‖ 14 est *om. P* ‖ ut] et *H* ‖ sacerdos certus . . . ante simulacrum *om. L* (*in marg. add. l*) ‖ certus] Cereris *mythographus* ‖ 15 numis *P* ‖ 16 ab hoc *H* ‖ 17 excusationem] quasi pro tanto piaculo caperetur troia *in marg. add. l* ‖ 21 meruerint *Masvicius:* meruerit *C* ‖ 24 id est] uel *Daniel et C** ‖ quod *secl. F. Schoellius. fortasse* aut factum est, quod ‖ 25 Bacchilides *C* ‖ 26 Calydnis *Masvicius:* Chalidonis *C* Caledonis *Commelinus*

*bus atque in homines conversis dicit.* SORTE DVCTVS sic Sallustius sorte ductos fusti necat.

202. SOLLEMNIS ARAS anniversario sacrificio religiosas. dicimus autem et sacrificium sollemne, et aras sollemnes, ut apricum et hominem et locum, ut aprici meminisse senes Persius, contra Horatius cur apricum oderit campum. *quidam dicunt, quod continuo quinquennio sacrum eidem deo quotannis fuerit restauratum, sollemne dici, sive publicum fuerit, sive privatum.* TAVRVM INGENTEM non praeter rationem est hoc loco 'ingentem': alibi iam cornu petat: in victimis enim ista requiruntur, ut certis numinibus certae aetatis mactentur animalia. *MACTABAT scilicet ut Graecis mala naufragio provenirent. quid autem sit 'mactare' in quarto libro ⟨57⟩ innuimus mactant lectas de more bidentes. sane sciendum rite Neptuno et Apollini tauros immolandos, nam Iovi non licere: ideo et in tertio libro ⟨21⟩ prodigium dicit secutum.*

203. *ECCE AVTEM cum ex inproviso vult aliquid ostendere 'ecce' ponit, ut ⟨318⟩ ecce autem telis Panthus. sicut Cicero ecce autem repente ebrio Cleomene, esurientibus ceteris.* GEMINI duo et similes. 'gemini' autem sunt proprie fratres simul nati. *A TENEDO ideo quod significarent naves inde venturas. TRANQVILLA PER ALTA absolute dixit.*

204. HORRESCO REFERENS etiam referens, *quod tum vidissem. INMENSIS ORBIBVS pro inmensorum orbium.* ANGVES angues aquarum sunt, serpentes terrarum, dracones templorum, ut in hoc indicat loco 'tranquilla per alta angues'; paulo post ⟨214⟩ *in terra* 'serpens amplexus'; item ⟨225⟩ 'delubra ad summa dracones'. sed haec significatio plerumque confunditur. *horum sane draconum nomina Sophocles in Laocoonte dicit.*

---

1 Sallustius] hist. fragm. IV 27 Kr. ‖ 5 Persius] sat. V 179 ‖ 6 Horatius] carm. I 8, 3 ‖ 9 alibi] buc. III 87 ‖ 13 sane sciendum e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 10, 4 ‖ 16 cum ex inproviso e. q. s.] cf. Don. ad Ter. adelph. IV 7, 4 et Phorm. II 1, 34. Pseudo-Ascon. p. 133, 9 Or. ‖ 17 Cicero] in Verr. act. II lib. V. 34, 87 ‖ 23 angues aquarum sunt e. q. s.] exscr. Isid. diff. verb. 48

---

2 sorte ductos fusti necat *Daniel edidit e Parisino* 7929, *qui ad Aen.* VI 22 sortes ductos fusti necat *exhibet, neque Fuldensem dissentire in appendice adnotatum est:* sorte ductus furtis negat *L* sorte ductus furti negat *H et Stephanus* sorte ductus furti necat *ME* sorte ductus furti negati *Fabricius* ‖ 3 *ad v.* 202 Sollemnes aras] anniuersario sacrificio . . . et locum. *P* ‖ 6 oderit] odori *H* ‖ 9 praeter] propter *H* ‖ ut alibi *LE* ‖ 13 mactat *C* ‖ 16 *ad v.* 203 Ecce. A Tenedo (tenendo)] ideo quod . . . dixit. *P* ‖ 19 gemini . . . nati *om. M* ‖ 22 *ad v.* 204 Horresco. Inmensis orbibus] inmensorum orbium. Angues] angues aquarum (anquarum) sunt, serpentes terrarum. *P*

205. PELAGO per pelagus.

206. IVBAE aut cristae, aut barbae. *'iubae' autem proprie equorum sunt. Plautus in Amphitruone angues iubati.* SANGVINEAE id est coloris sanguinei.

208. *PONE post, semper in loco, numquam in tempore.* LEGIT transit, ut 〈III 292〉 litoraque Epiri legimus. SINVAT curvat, flectit in sinus. *SINVAT] (sinuat a sinu,) ut a fluctu 'fluctuat'. sic in georgicis* 〈III 192〉 *sinuatque alterna volumina crurum.*

209. *FIT SONITVS ut ostenderet serpentum magnitudinem, quorum in lapsu fluctus movebantur, quia ait 'tranquilla per alta'.* SALO dicimus et salum, unde est 'salo', et sal salis, ut 〈I 35〉 spumas salis aere secabat et 〈I 173〉 sale tabentes artus *in litore ponunt. ARVA hic 'arva' pro litore posuit; nam arva sunt quae Graecis ἄρουρα sunt dicta. et bene celeritas demonstrata est.*

210. SVFFECTI pro 'infecti', ut conixa pro enixa: *vel certe inferiorem oculorum partem habentes infectam.* et est figura 'suffecti oculos', *id est †suffecti oculi et suffusos oculos habentes.*

211. SIBILA id est sibilantia, nam participium est: cum enim nomen est, 'sibilus' dicimus, ut nam neque me tantum venientis sibilus austri. VIBRANTIBVS mobilibus, quia nullum animal tanta celeritate linguam movet, adeo ut triplicem linguam habere videatur, cum una sit. *hos dracones Lysimachus †curifin et periboeam dicit; filios vero Laocoontis Ethronem et Melanthum Thessandrus dicit.*

212. *EXSANGVES timentes; nam ideo timentes pallescunt, quia ante*

---

3 in Amphitruone] V 1, 56 ‖ 5 Pone post] cf. Isid. diff. verb. 346 ‖ Legit transit] exscr. Isid. orig. X 154 et diff. verb. 335 ‖ 15 conixa] buc. I 15 17 nam neque] buc. V 82 ‖ 20 quia nullum . . . una sit] exscr. Isid. orig. XII 4, 44

---

1 *ad v.* 205 *et* 206 Pelago] per pelagus. Iubae] aut cristae . . . equorum sunt. Sanguineae] coloris sanguinei (calorem sanguinea). *P* ‖ 2 cristae] crine *H* ‖ 5 *ad v.* 208 Pone] post . . . uolumina crurum. *P* ‖ 7 fletit *H* legit *P* 8 sinuetque *libri Vergiliani* ‖ 9 *ad v.* 209 Fit. Arua] pro litora posuit. *P* 11 spumas salis aere secabat et *om. CM* ut et spumas salis aere secabant *expuncta in E* ‖ ut per spumas *L* ‖ spuma *H* ‖ 12 secabat] ruebant *libri Vergiliani* ‖ tabentis *M* ‖ 14 sunt dicta *Masvicius:* sunt dicunt *C* ‖ 15 *ad v.* 210 Suffecti] pro infecti, ut conixa pro enixa. et est figura 'oculos suffecti', id est suffecti oculi et suffusos oculos habentes. *P* ‖ 16 *fortasse* id est suffectos oculos habentes, ut 'oculos suffusa nitentes' (*Aen.* I 228) ‖ 18 *ad v.* 211 Sibila (syllaba)] id est sibilantia (sybillantia) . . . sibilus dicimus. Vibrantibus] mobilibus . . . una sit. *P* ‖ 20 quia] quae *P* ‖ 22 Lisimachus *C* ‖ Porcen et Chariboeam *Masvicius. cf. Tzetzes ad Lycoph. Cass.* 347 '*τὰς Καλύδνας λέγει, ἐξ ὧν πλεύσας ὁ Πόρκης ὄφις καὶ ἡ Χαρίβοια τὸν Λαοκόοντος παῖδα ἀνεῖλον ἐν τῷ τοῦ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ναῷ*'. Coryphen et Periboeam *F. Schoellius. fortasse* Porcen ofin et Chariboeam. ‖ 25 *ad v.* 212 Diffugimus uisu] qualis uindicta in eos fuit, ut et posteris supplicia haec praeuidissent; maior enim poena est in uisione, quam in patientia. *D* ‖ *ad v.* 212 Exsangues] timentes . . . agmine caudae. *P*

*exsangues fiunt.* *AGMINE CERTO itinere, impetu, ut* ⟨782⟩ *leni fluit agmine Thybris, vel tractu corporis, ut extremaeque agmine caudae.*

213. *LAOCOONTA etsi a filiis eius incipiunt, 'Laocoonta petunt'.*

215. *IMPLICAT hoc ad mollitiem infantum corporis dixit.* DEPASCITVR ut supra diximus ⟨I 194⟩ et 'pasco' et 'pascor' unius significationis sunt, ut atque artus depascitur arida febris.

217. SPIRIS nodis: unde etiam bases columnarum spirulas dicunt; nam proprie spira est volubilitas funium. *inde et posteriora serpentium spirae dicuntur, quae sic involvuntur in gyrum, ut funes.*

218. SQVAMEA pro squamosa, ut frondea pro frondosa ⟨I 191⟩. *et est figuratum 'squamea terga collo circumdati'.*

220. *SIMVL modo adverbium temporis est, significat enim 'eo tempore'. et est ordo 'simul manibus tendit divellere nodos, simul clamores horrendos ad sidera tollit perfusus sanie vittas atroque veneno'. et vide genus mortis totum ad supplicium procuratum.* *TENDIT contendit.*

221. PERFVSVS VITTAS perfusas vittas habens. et est interpositus versus; nam potest tolli salvo sensu. *SANIE autem pro sanguine, nam sanies corruptus sanguis.* ATROQVE VENENO ut pallida mors vel tristis senectus.

223. QVALIS MVGITVS id est tollit. facta autem comparatio est propter sacerdotis personam.

224. INCERTAM dubiè inlisam, quae non haberet mortis effectum. *inde et 'excussit'.*

225. LAPSV labi proprie serpentum est. DELVBRA delubrum dicitur quod uno tecto plura conplectitur numina, quia uno tecto diluitur, ut est Capitolium, in quo est Minerva, Iuppiter, Iuno. alii, *ut Cincius,* dicunt, delubrum esse locum ante templum, ubi

2 extremaeque] georg. III 423 ‖ 7 atque artus] georg. III 458 ‖ 20 pallida mors] Hor. carm. I 4, 13 ‖ 25 delubrum dicitur e. q. s.] cf. Isid. orig. XV 4, 9 et diff. verb. 407. Pseudo-Ascon. p. 101, 12 Or. Macrob. Sat. III 4, 1 sqq.

2 tigris *P* ‖ agmina caudae *Vergilius* ‖ 6 et depasco et depascor *E* ‖ 7 fibris *M* ‖ *ad v.* 216 Post ipsum auxilio] quomodo se misit filios liberare, qui talem uim conspiciebat? sed paretiula diceretur (ne parricida duceretur *Fabricius*) qui filios non liberauit. *D* ‖ 8 *ad v.* 217 Spiris] nodis; nam proprie . . . ut funes. *P* ‖ 9 spira est] spires *P* ‖ 10 girum *P* ‖ 11 *ad v.* 218 Squamea] pro (per) squamosa . . . circumdati. *P* ‖ 13 *ad v.* 220 Simul] modo aduerbium temporis est . . . diuellere nodos. Tendit] contendit. *P* ‖ *fortasse* eodem tempore ‖ 17 *ad v.* 221 Perfusus uittas] perfusus uittas habens. Sanie] autem pro sanguine; nam sanies corruptus sanguis. *P* ‖ 19 ATRO VENENO *HM* ‖ 21 *ad v.* 223 *et* 224 Qualis mugitus] id est tollit . . . excussit (excusit). *P* ‖ 23 dubiam inlisam *C* ‖ 25 *ad v.* 225 Lapsu] labi . . . hoc est a parte totum. *P* ‖ serpentium *P* ‖ 26 quod] quae *P* ‖ quia] quae *P* ‖ 27 *fortasse* deluitur ‖ est *om.* *PC** *Fabricius* ‖ in quo Minerua Iuppiter Iuno sunt *σύνναοι* *Fabricius* ‖ 28 cinchius *P* ‖ dicunt *om.* *P*

aqua currit, a diluendo. est autem synecdoche, hoc est a parte totum. *Varro autem rerum divinarum libro † XIX. delubrum esse dicit aut ubi plura numina sub uno tecto sunt, ut Capitolium, aut ubi praeter aedem area sit adsumpta deum causa, ut in circo Flaminio Iovi Statori, aut in quo loco dei dicatum sit simulacrum, ut (sicut) in quo figunt candelam, candelabrum appellant, sic in quo deum ponunt, delubrum dicant. ergo hic cum dicit 'delubra ad summa dracones', ut esset manifestatum, subtexuit dei simulacrum; adiecit enim 'saevaeque petunt Tritonidis arcem', nec praetermisit quin dei nomen adderet dicens 'sub pedibusque deae clipeique sub orbe teguntur', ne sine ratione delubri nomen intulisse videretur. Masurius Sabinus delubrum, effigies, a delibratione corticis; nam antiqui felicium arborum ramos cortice detracto in effigies deorum formabant, unde Graeci ξόανον dicunt. alii delubrum dicunt templum ab eo quod nulli iunctum aedificio pluvia diluatur.*

226. SAEVAE fortis, aut nobilis: *aut ad tempus epitheton additum, aut saeva circa Troianos.*

227. SVB PEDIBVSQVE DEAE scilicet maioris simulacri, quod a cunctis videtur; nam quod colitur et breve est et latet, sicut Palladium fuerat. *non ergo contrarium est quod post raptum Palladium intulit 'deae'. sane hoc loco 'sub' particulam secundo repetendo utrique casui iunxit: accusativo, cum proprie significavit, ut sit 'prope pedes deae'; et 'sub orbe', ablativo, id est infra orbem, ut saepe sub inmotis praesepibus.* CLIPEIQVE SVB ORBE ut maxima pars in spiram collecta ante pedes sit. colla vero cum capitibus erectis post clipeum, id est inter scutum et simulacrum deae latebant: ut est in templo urbis Romae.

23 Saepe sub] georg. III 416

1 *fortasse* deluendo ‖ 2 Varro . . . pluuia diluatur *in marg. exempl. Basileensis scripsit Daniel* ‖ lib. XXIX *Daniel* lib. 19. *Scioppius* lib. XXVII *Commelinus Masvicius Burmannus Lion.* Varro libro octauo rerum diuinarum *Macrobius. cum sexto rerum divinarum libro haec verba tribuenda esse recte statuisse videatur Merkelius (proleg. ad Ov. fast. p.* 123), *in eo libro, quem et Macrobius et hic scholiastes exscripsit, fuisse conieci 'Varro libro XXXI antiquitatum, qui est VI rerum divinarum', unde Macrobius dederit 'Varro libro sexto rerum divinarum'*, scholiastes '*Varro rerum divinarum libro XXXI*'. *cf. quaestt. Serv. p.* 25 *et O. Gruppius de Varr. antiquit. rer. hum. rel. p.* 6
5 Ioui sutori *Daniel* ‖ sicut *addidi. cf. Macrobius* ‖ 6 ponunt *Daniel:* ponant *C* ‖ 11 Masurius *Daniel* Massurius *C* ‖ 15 *fortasse* deluatur ‖ 19 a cuntis *LH* ‖ quod a cuntis colitur *L* ‖ 22 proprie] pro *Masvicius* prope *Burmannus. post* proprie *non nulla intercidisse videntur.* ‖ 25 spira *H* ‖ *fortasse* ante pedes sit, colla vero . . . lateant ‖ 26 ut est in templo urbis Romae *dubito num Servii sint.*

228. NOVVS magnus, ut Pollio et ipse facit nova carmina; *aut repentinus, aut novi generis, id est qualis numquam antea.* *CVNCTIS quia ante interemptum Laocoonta dixit timuisse nisi eos, qui viderant angues: post eius interitum cunctos dixit, qui sacerdotem extinctum cognovissent.*

229. INSINVAT pro insinuatur. *Clodius scriba commentariorum: 'insinuem' intro eam penitus.* SCELVS supplicium: ab eo quod praecedit id quod sequitur. EXPENDISSE autem tractum est a pecunia; nam apud maiores pecuniarias poenas constat fuisse. *EXPENDISSE] cum adhuc rudi aere pecunia ponderaretur: quod ad capitis poenam de iure usurpatum est. an quia † utriusque rei debitor 'reus' dicitur? quis ante hunc 'expendisse' pro luisse?*

230. SACRVM ROBVR non ut supra ⟨45⟩ 'lignum'. *et notandum, quot nominibus hunc equum appellet: lignum, machinam, monstrum, dolum, pinea claustra, donum, molem, equum, sacrum robur.*

231. *TERGO quare 'tergo', cum dixerit ⟨51⟩ 'in latus' et 'in alvum'? ergo 'tergo' quasi per significationem equi accipiamus. quidam 'tergo' quasi 'a tergo suo' accipiunt, tum quia Laocoon manu reducta a tergo suo iecerit telum, ut est ⟨IX 415⟩ ecce aliud summa telum librabat ab aure.* SCELERATAM pro 'ipse sceleratus', ut ⟨544⟩ telumque inbelle et ⟨510⟩ inutile ferrum. et est hypallage.

232. SEDES per hoc ostendit ⟨31⟩ 'donum Minervae'. ORANDA placanda.

233. *CONCLAMANT una scilicet voce. et bene de peritura civitate 'conclamant' dixit, quia semper res perditae 'conclamatae' dicuntur.*

234. MVROS superpositos Scaeae portae; nam sequitur 'quater ipso in limine portae'. MOENIA PANDIMVS VRBIS non est iteratio: nam dicit, patefacta porta vel diruta interiora civitatis esse nudata. [*ergo*] *MOENIA cetera urbis tecta vel aedes accipiendum.* *ACCIN-*

---

1 Novus magnus] cf. Don. ad Ter. adelph. IV 7, 4 ‖ Pollio] buc. III 86 ‖ 25 et bene . . . dicuntur] cf. Don. ad Ter. eun. II 3, 57 et comm. Luc. II 23 ‖ 30 Moenia cetera . . . accipiendum] cf. Isid. orig. XV 2, 18

---

6 *ad v.* 229 Insinuat] pro insinuatur . . . usurpatum est. *P* ‖ 7 insinuem ut *P* ‖ 8 id quod sequitur insinuans *Masvicius primus* ‖ autem *om. P* ‖ 11 de iure] deinde *Grotius de iure b. et p.* II 5, 7. de iure u. e. antiquo *F. Schoellius* utriusque] *fort.* cuiuscumque ‖ 16 *ad v.* 231 Tergo] quare tergo . . . telumque inbelle. et est hypallage. *P* ‖ 17 equi *C:* qui *P* ‖ 18 tum quia] tam quia *P. fortasse* tamquam ‖ lacohon *P* ‖ 23 *ad v.* 232 Oranda] placanda. *P* ‖ donum *LEm:* domum *HMC** donum *Burmannus edidit nec libros suos dissentire adnotavit.* ‖ 28 ipso *om. L* ‖ VRBIS *om. HME* ‖ 30 vel aedes] ut aedes vel aedes *C. aut Scioppius aut Daniel ad* ut aedes *tamquam coniecturam* vel aedes *adscripsisse videtur.* ‖ ACCINGVNT pro accinguntur uel accingunt pro praeparant se ad opus. Terentius Formione accingere. *C*

*GVNT pro accinguntur.* * *Terentius Phormione accingere.* * ACCINGVNT OPERI praeparant se ad opus.

237. INTENDVNT ligant, ut ⟨IV 506⟩ *intenditque locum sertis.* SCANDIT transcendit propria magnitudine. *vel propter aggerem, quem ruina fecerat muri.* FATALIS mortifera. *MVROS ruinas murorum dirutorum.*

238. *FETA nunc plena, ut in bucolicis ⟨I 49⟩ temptabunt pabula fetas, alias enixa iam, ut ⟨VIII 630⟩ fecerat et viridi fetum.* *PVERI CIRCVM INNVPTAEQVE PVELLAE more Romano, patrimi et matrimi.*

239. SACRA CANVNT hymnos dicunt. *GAVDENT quidam hic 'gaudent' pro optant intellegunt, ut veniat quo te quoque gaudet.*

240. MINANS vel eminens, ut ⟨IV 88⟩ *minaeque murorum ingentes;* vel minitans.

241. O PATRIA versus Ennianus. sane exclamatio eo pertinet, quod tanta fuerat vis consecrationis *in porta Troiana,* ut etiam post profanationem ab ingressu hostes vetaret. nam novimus *integro* sepulcro Laomedontis, quod super portam Scaeam fuerat, tuta fuisse fata Troiana. *DIVVM DOMVS vel quod eius muros Apollo et Neptunus fabricaverunt, ubi etiam Minerva per Palladium culta est: vel propter Ganymedem, Dardanum, Tithonum.* INCLITA BELLO quia superavit Mysiam totam.

242. QVATER saepius. *IN LIMINE PORTAE hic portam pro ipso aditu posuit; nam quod ait 'limine' manifestum est portae. nam pars superior diruta est, necessario remanente limine, quod in ima parte, id est in solo positum erat.*

243. *ATQVE VTERO SONITVM QVATER ARMA DEDERE ostendere vult, non in totum a diis desertos esse Troianos: quippe quos sono equi dicit esse commonitos: ne Dido ab his animum averteret, quos videbat a suis numinibus derelictos; sed hoc dicit: monuerunt nos dii, sed nos non intelleximus. et bene addidit 'sonitum arma dedere', ne ei obiceretur, non potuisse fieri, ut plena armis machina sonum non redderet.*

---

1 Terentius Phormione] II 2, 4. cf. Don. ad h. v. || 11 veniat] buc. III 88 || 14 versus Ennianus] Androm. aechmal. fragm. IX ap. Ribb. et ap. Vahl.

---

3 *ad v.* 237 Intendunt] inligant et tendunt ut 'intenditque locum (locus) sertis'. Fatalis] mortifera. *P* (et tendunt *Daniel omisit, neque ea verba in Fuldensi fuisse in appendice adnotatum est.*) || INTENDVNT alligant *in ras. l* 4 SCANDITQVE *ME* || 7 *ad v.* 238 Foeta] nunc plena . . . uiridi foetam. *P* temptabunt . . . fetas] tentabunt pabunt pabulato foetas *P* || 12 *ad v.* 240 Minans] uel eminens . . . uel minitans. *P* || emens *L* (eminens *l*) eminans *H* 13 minitans, euentum aliquem malo (malum *Fabricius*) ominans *D* || 14 enianus *L* || 17 sepulcro] ex sepulcro *l* || 21 totam *om. M* quia totam superauerat misiam *E* || 30 intelleximus] *incipit Cassellani quaternio X.*

244. *INSTAMVS TAMEN subaudiendum, quamquam sonitum dederunt, tamen instamus.* INMEMORES inprovidi: aut non memores oraculorum. *quidam 'inmemores' dementes accipiunt, quoniam memoria in mente consistit. sane si peritiam Vergilii diligenter intendas, secundum disciplinam carminis Romani, quo ex urbibus hostium deos ante evocare solebant, hoc dixit; erant enim inter cetera carminis verba haec eique populo civitatique metum, formidinem, oblivionem iniciatis: unde bene intulit 'inmemores caecique furore', tamquam quos dei perdiderant.*

245. MONSTRVM INFELIX *Troianis scilicet: quod* post rem probatam dixit. *SISTIMVS constituimus, conlocamus.*

246. TVNC ETIAM sicut antehac saepius: nam Helena veniente praedixerat. *FATIS APERIT CASSANDRA FVTVRIS ne putarentur stulti, qui vati non credidissent, cito subiecit 'dei iussu non umquam credita Teucris'. sane quidam hic 'fatis' pro calamitatibus accipiunt.*

247. DEI IVSSV praecepto Apollinis, qui spe promissi coitus concessa divinatione frustratus sustulit fidem vera dicenti. *DEI IVSSV praecepto Apollinis: qui cum amasset Cassandram, petit ab ea eius concubitus copiam. illa hac conditione promisit, si sibi ab eo futurorum scientia praestaretur: quam cum Apollo tribuisset, ab illa promissus coitus denegatus est. sed Apollo, dissimulata paulisper ira, petit ab ea, ut sibi osculum saltem praestaret: quod cum illa fecisset, Apollo os eius inspuit, et quia eripere deo semel tributum munus non conveniebat, effecit, ut illa quidem vera vaticinaretur, sed fides non haberetur.* NON VMQVAM non aliquando, id est numquam: nam si 'non numquam' esset, duae negativae facerent unam confirma-

2 Inmemores inprovidi] cf. Don. ad Ter. Andr. IV 3, 8 ‖ 8 Eique populo . . . iniciatis] Macrob. Sat. III 9, 8 ‖ 16 praecepto Apollinis . . . dicenti] cf. mythogr. I 180 et II 196

1 *ad v.* 244 Instamus tamen] subaudiendum . . . oraculorum. uel inmemores dementes . . . constitit. *P* ‖ dederint *P* ‖ 2 aut] ut *P* ‖ 7 civitati *Macrobius* ‖ 8 inmemores] memores *C* ‖ quos dei *Bergkius:* qui deos *C.* tamquam qui deos perdiderant (*i. e. quorum ex urbe dei evocati erant*) *secl. F. Schoellius* ‖ 9 prodiderant *Scioppius enotavit.* ‖ 10 *ad v.* 245 Sistimus] constituimus, collocamus. *P* post] hoc post *M E* ‖ 11 dixit] nam tunc aliud putabatur (putabat *l*) *add. El* conlocamus *C*[2]: conlomus *C* ‖ 12 *ad v.* 246 Fatis] quidam hic pro calamitatibus accipiunt. *P* ‖ ante hac *C* ante ac *L H E* ‖ 13 *fortasse* ventura praedixerat praedixerat futura bella et mala. *D* (*Stephanus quoque edidit*) ‖ 16 *ad v.* 247 Dei iussu] praecepto Apollinis: qui cum amasset Cassandram . . . tribuisset ab ea, ut sibi oscululum (*sic*) saltim dedisset: quod cum illa praestasset os eius inspuit . . . an neutrum plurale. *P* ‖ qui spe . . . dicendi *om. C* ‖ promissi coitus] coeundi *M* ‖ 17 divinatione *mythographi:* diuinitate *L H M E* ‖ 19 concubitos *P* ‖ eo] ea *P* ‖ 22 ea *ex* et *C* ‖ 23 quia] que *P* ‖ tributum] datum *superscr. man. rec. in C* ‖ conueniat *P* ‖ efficit *P* ‖ 25 id est umquam *P* nam si non numquam essent duae negatiuae et facerent unam confirmatiuam *C*

tivam: licet Terentius Graeco more dixerit agrum in his regionibus meliorem neque pretii maioris nemo habet. *CREDITA dubium a quo verbo veniat, et an femininum sit singulare participium, an neutrum plurale.*

249. FESTA FRONDE quae festos indicat dies, *vel quae festis diebus adhibetur*, ut laurus, oliva et similia. VELAMVS coronamus, ut ⟨V 366⟩ victori velatum auro vittisque iuvencum.

250. VERTITVR CAELVM atqui epitheton hoc caeli perpetuum est: sed 'vertitur' est 'in aliam faciem commutatur', quod more suo explanat sequentibus. RVIT OCEANO nascitur de Oceano, ut ruit atram ad caelum picea crassus caligine nubem. ideo autem 'ruit', quia altius est mare quam terra, ut diximus supra ⟨I 381⟩. *aut certe 'ruit' cum impetu et festinatione venit, ut ⟨I 83⟩ qua data porta ruunt. sane sphaerae ratio hoc habet, ut omnia diversis vicibus sicut oriri, ita et ruere videantur.*

251. VMBRA MAGNA id est terrae: et definitio est noctis.

252. MYRMIDONVMQVE DOLOS a generalibus ad specialia venire vitiosum est, nisi forte redeatur ad causam, ut hoc loco. *FVSI dispersi † per sua quisque. an ad habitum rettulit dormientium securorumque?* PER MOENIA per domos, ut supra ⟨234⟩ et moenia pandimus urbis: 'moenia' enim et publica et privata dicuntur.

253. *CONTICVERE dormierunt: ex consequentibus priora intelleguntur.* *FESSOS ARTVS aut generaliter, quia omnis dormiens quasi fessus: aut 'fessos' trahendo equum diruendoque muros.*

254. PHALANX lingua Macedonum legio. et est a parte totum,

1 Terentius] heauton tim. I 1, 11 || 11 ruit] georg. II 308

1 Terentius fecerit more graeco *P* || dixerit] duxit *L* (*corr. ead. man.*) || in his regionibus *om. P* || 2 praetii *CH* || 3 singulare sit *P* || 4 anne utrum *C* 5 *ad v.* 249 Festa fronde] quae festos . . . oliua. Velamus] coronamus. *P* 6 oliua] olnia *H* hedera *add. D et Stephanus* || coronam *H* || 7 uelatur *LHE* vittisque iuvencum *om. C* || uitasque *L* uittasque *HE* || 8 *ad v.* 250 Vertitur caelum] epitheton caeli perpetuum est . . . commutatur (comotatur). Ruit oceano] ut ruit . . . nubem. aut ruit impetu . . . ruunt. *P* || atque *H* || perpetuum est] nam numquam stat sed semper mouetur et uoluitur *add. E* 9 sed uertitur id est *M* sed hic uertitur est *E* sed uertitur nunc est *vulgo* mutatur *C* (commutatur $C^2$) || 10 in sequentibus *CMlc* || 12 est *om. C* || ut diximus supra *om. C* || 13 venit *bis scriptum erat in C; alterum erasum est.* 14 sperae *C* || 16 noctis, cum sol infra hemisphaerium in contrarium iaciat umbram, quae nox est. *D* || 18 redet *L* redeat *Ml* || 19 per sua quisque] pro se quisque *coni. Bergkius* per vias domusque *F. Schoellius* || an] iam *enotavit Scioppius* || ad habitum $C^2$: adhibitum *C* || 22 *ad v.* 253 Conticuere] docuerunt . . . intelleguntur. Fessos artus] trahendo equum. *P* || 25 *ad v.* 254 Phalanx] lingua Macedonum (macidonum) legio. et synecdoche a parte totum . . . ibat] ueniebat. *P*

hoc est synecdoche; *significat enim totum exercitum.* IBAT veniebat, ut ⟨375⟩ nunc primum a navibus itis.

255. AMICA sibi grata. et sciendum, septima luna captam esse Troiam: cuius simulacrum apud Argos est constitutum, *quod relata victoria constitutum est ad imaginem eius, quae tunc erat dividuo orbis modo.* hinc est quod dicit ⟨340⟩ oblati per lunam et alibi ⟨397⟩ per caecam noctem. TACITAE LVNAE aut more poetico noctem significat, aut physicam rationem dixit. nam circuli septem sunt, Saturni, Iovis, Martis, Solis, Veneris, Mercurii, Lunae. et primus, hoc est Saturni, vehementer sonat, reliqui secundum ordinem minus, sicut audimus in cithara. ergo tacita luna est, cuius circulus, terrae vicinus inmobili, minus sonat aliorum comparatione. *TACITAE LVNAE*] * *cuius tempore tacetur, quoniam nocte silentium est, ut ⟨IV 525⟩ cum tacet omnis ager.* * *aut certe 'tacitae' serenae, ut ⟨III 515⟩ sidera cuncta notat tacito labentia caelo. vel ipsi taciti, ut ⟨VII 343⟩ tacitumque obsedit limen Amatae.*

256. *LITORA NOTA scilicet quae paulo ante reliquerant.* FLAMMAS CVM REGIA PVPPIS more militiae, ut ⟨III 519⟩ dat clarum e puppi signum. *et hinc intellegendum est, Helenam Agamemnoni vel Graecis signum dedisse veniendi sublata face, Agamemnonem contra signum Sinoni dedisse aperiendi equi: ut in sexto ⟨518⟩ flammam media ipsa tenebat, et summa Danaos ex arce vocabat.* est autem tropus: per 'puppem' navem, per 'navem' eos qui in navi sunt significat.

257. FATIS INIQVIS voluntate numinum, non illi propitia, sed

---

1 Ibat veniebat] cf. Don. ad Ter. adelph. III 3, 7

---

1 significat *P:* significauit *C* ‖ 2 nunc primum *om. C* ‖ istis *C* ‖ 3 *ad v.* 255 Tacitae lunae] aut more poetico noctem significat, cuius tempore tacetur, aut certe 'tacitae' serenae, ut 'sidera cuncta notat tacito labentia caelo'. Amica] sibi tacita grata . . . per caecam noctem. *P* ‖ *scholium ad* TACITAE LVNAE *ante scholium ad* AMICA *praebet C* ‖ sciendum autem *LHM* ‖ 4 cuius] huius *LH* est *om. L* (*add. l*) ‖ constitutum *om. CPMe* ‖ 5 ab imagine *P* ‖ duuduo *P* 6 orbis re modo *P*. *post* orbis *in C unam litteram videri erasam esse dixit Bergkius; ego non vidi rasuram.* ‖ dixit *E* ‖ 7 TACITAE LVNAE aut more poetico noctem significat cuius tempore tacetur quoniam nocte silentium est, ut cum tacet omnis ager aut fisica ratione . . . comparatione. aut certe tacitae serenae . . . obsedet limina matae *C* ‖ aut *om. L* (*add. l*) ‖ aut more] Amore *H* 10 est *om. C* ‖ sonat *om. C* ‖ 11 audimus *H:* audiuimus *CME* audiuimus *L* in cithara] cuius ultima corda minus sonat *add. l* ‖ 18 reliquerant *C*²: reliquerat *C* ‖ 20 et hic *Scioppius enotavit* ‖ 23 ex arce *C*²: ex erce *C* ‖ 24 puppim nauim per nauim *lm* ‖ per nauim *E* ‖ 26 non illi propitia, sed in nos iniqua *CHM:* non illi propitia sed in nos inimi *L* (quae illi propitia sed troianis inimica *l*) quae non illi propitia sed troianis inimica fuerunt *E* (*super* troianis inimica *scripsit* t in nos iniqua *e*) nam illi *vel* illis propitia, sed in nos iniqua *vulgo*

in nos iniqua: ut Lucanus ⟨II 86⟩ non ille favore numinis ingenti superum protectus ab ira.

260. REDDIT quasi debitos *vel creditos*, ut ⟨VI 18⟩ redditus his primum terris. sic Horatius navis quae tibi creditum debes Vergilium, finibus Atticis reddas incolumem precor.

CAVO ROBORE equi: epexegesis.

261. THESSANDRVS Polynicis et Argiae filius. STHENELVS Capanei et Euadnes. VLIXES Laertae et Anticliae.

262. *ACAMAS Demophontis filius, †perecthei nepos. THOAS Andremonis filius.*

263. NEOPTOLEMVS quia ad bellum ductus est puer, Pyrrhus vero a capillorum qualitate vocitatus est; Achillis et Deidamiae filius, Pelei et Thetidis nepos ex patre, ex matre vero Lycomedis, regis Scyriae insulae. PRIMVSQVE MACHAON *hic Machaon filius Aesculapii fuit, cuius frater Podalirius.* '*primus*' *autem* aut princeps, *id est inter primos, aut in sua arte primus*, aut numeri sui; nam per ternos dixit.

264. *MENELAVS Atrei filius, frater Agamemnonis, propter quem bella gerebantur.* EPEOS *Panopei filius.*

265. VRBEM id est cives. *SOMNOQVE VINOQVE SEPVLTAM ostendere vult nihil magnum a Graecis factum quod obtinuerint civitatem. 'somno' autem, quia nox erat; 'vino', quia festus dies.*

266. CAEDVNTVR VIGILES non actus nomen est, sed officii:

---

4 Horatius] carm. I 3, 5

---

1 Lucanus de Mario *D* ‖ ille *ex* illi *H* ‖ fauere *H* ‖ 2 ira] ire *L* vir ferus et fato cupienti perdere Romam sufficiens *add. D* ‖ 3 *ad v.* 260 Reddit] quasi debitos uel creditos. Cauo robore] equi. epexegesis (effegesis). *P* ‖ ut . . . terris *om. C* ‖ 4 creditum] redditum *H* ‖ 5 debes . . . Atticis *om. C* ‖ incolomem *C* incolonem *H* incolomem *ex* incolumem *M* ‖ 6 efexegesis *CLH* effexegesis *M* ‖ 7 THESANDRVS *LM* ‖ polinicis *CM* pollinicis *H* ‖ STENELVS *C* STELENVS *M* 8 cappanei *H* ‖ euadnes *H:* euanne *C* euatnes *L* euadnis *ME* euatnis *l* ‖ lerte *L* laertiae *M* ‖ 9 ACHAMAS *C* ATHAMAS *Scioppius enotavit* ‖ demofoontis *C* ‖ Perrechiae *Scioppius enot.* Erechthei *F. Schoellius* ‖ nepos $C^2$: nepes *C.* A. D. frater, filius Thesei, Aegei nepos *coni. Bergkius* ‖ 11 *ad v.* 263 Primus] aut princeps, inter primos, aut arte primus aut (*sic*). *P* ‖ quia *CM:* qui *LHE* ‖ pyrro *C* pyrrus *M* ‖ 12 uocitatus est . . . Scyriae insulae *om. C* ‖ vocitatus est] nam pyracii capilli dicuntur *add. D et Guelferb. I* ‖ didamiae *M* ‖ 13 tethidis *L* (thetidis *l*) tetidis *H* thetidis *ex* thedidis *M* ‖ licomedis *LHM* ‖ 14 sciriae *H* syriae *M* ‖ PRIMVSQVE MACHAON Aesculapii filius, medicorum maximus, aut princeps *c. q. s. D* ‖ 15 prodarilius *C* ‖ 16 sui primus *ME* ‖ 17 dixit *CLH:* distinxit *MEl* ‖ 18 *ad v.* 264 Menelaus] Atrei filius frater Agamemnonis, propter quem in bella gerebantur. *P* ‖ 19 EPIOS *ex* EPEOS *C* ‖ 20 *ad v.* 265 Urbem] ciuitatem. *P* ‖ cives] cum urbs muros significet, ciuitas uero eius habitatores *add. D* ‖ 21 optinuerint *C* ‖ 23 *ad v* 266 Caeduntur uigiles] portarum. Patentibus] pro patefactis. *P* ‖ CAEDVNTVR VIGILES non actus nomen est sed officii modo enim uigiles intellegendum . . . uigiles portarum nam paulo post ait portarum uigiles *C* ‖ VIGILES] hi ei uiagiles *add. E, sed expuncta sunt.* ‖ sed officii] nam tunc non uigilabant *add. E.* uigiles autem . . . portarum uigiles *om. M,*

'vigiles' autem Capitolii significat; nam paulo post ⟨334⟩ vix primi proelia temptant portarum vigiles. *CAEDVNTVR VIGILES*] *modo* [*enim*] '*vigiles*' *intellegendum, non qui vigilarent, sed qui solebant exercere vigilias; aut certe vigiles, quos fefellit Sinon equum servantes. et bene ostendit timiditatem Graecorum, qui paucitate timentes eos primos occiderunt, qui ceteros poterant excitare. aut vigiles portarum.* *PATENTIBVS pro patefactis.*

267. CONSCIA coniurata. bene autem in insidiis conscientiam nominavit.

268. TEMPVS ERAT QVO PRIMA QVIES hoc loco noctis describit initium: alibi totam noctem, ut ⟨IV 522⟩ nox erat et placidum carpebant fessa soporem corpora. descriptiones sane pro rerum qualitate vel tenduntur vel corripiuntur: illo enim loco protentio ad invidiam pertinet Didonis vigiliarum. sunt autem solidae noctis partes secundum Varronem hae, vespera conticinium intempesta nox gallicinium lucifer: diei, mane ortus meridies occasus. de crepusculo vero, quod est dubia lux: nam 'creperum' dubium significat: quaeritur. et licet utrique tempori possit iungi, usus tamen ut matutino iungamus obtinuit, licet Statius dixerit longa repercusso nituere crepuscula Phoebo. 'manum' vero, unde est 'mane', bonum dixere veteres. *AEGRIS quantum ad divina tardis.*

269. *DONO DIVVM quidam donum ex voluntate dicunt venire, munus ex officio. donaria vero loca in templis, in quibus dona ponuntur.* SERPIT latenter membris infunditur.

270. IN SOMNIS aut per somnos: aut si 'in somniis' legeris,

14 sunt autem e. q. s.] cf. Varro de l. l. VI 5 sqq. et VII 77 sqq. Isid. orig. V 31, 4 sqq. ‖ 19 Statius] Theb. I 344 ‖ 22 quidam donum e. q. s.] cf. Don. ad Ter. eun. V 8, 27

---

*expuncta sunt in E, qui* capitolium significant *exhibet et post* portarum uigiles *addit* qui utique alii fuerunt, *quae item expuncta sunt.* ‖ 3 non qui modo vigilarunt, sed qui soliti exercere vigilias *Masvicius primus* ‖ 5 paucitati *coni. Bergkius* ‖ 6 quod ceteros *Scioppius enotavit* ‖ 8 *ad v.* 267 Conscia] coniurata. bene autem in insidiis (insidis) conscientiam nominauit. *P* ‖ CONSCIA consia (conscia *l*) coniurata *L* CONSCIA coniurata conscia *M* ‖ et bene autem *M* ‖ consciam *H* conscia *Me* ‖ 12 descriptionis *CH* ‖ 13 protento *C* protectio *L* (protentio *l*) protensio *vulgo* ‖ 14 uigiliarum *CM:* /// uigiliarum *L* (*duae litterae erasae sunt*) ut uigiliarum *H* ut uigiliarum *E* aut uigiliarum *vulgo* ‖ autem *om. C* ‖ 15 partes noctis *L* ‖ conticinium *LME:* concubium *C* conticidium *H* intempesta nox *CM:* intempestum *LH* intempestatum *E* ‖ 16 galicinium *C* (*corr. c*) gallicidium *H* (*corr. ead. man.*) ‖ diei uero *C* ‖ meridies . . . usus tamen *om. C* ‖ 19 optinuit *H* obtinuit *ex* optinuit *M* ‖ Statius] Lucanus *C* ‖ 20 febo *C* phebo *H* (*corr. ead. man.*) ‖ manum . . . veteres *om. CME* ‖ 21 quantum ad divina] '*tardi dicuntur mortales cum deis comparati*' *F. Schoellius* ‖ 22 *ad v.* 269 Incipit. Serpit] latenter membris infunditur. *P* ‖ 23 dicunt $C^2$: dicit *C* 25 et per somnos *H* ‖ in somniis *scripsi:* insomnis *libri*

erit synizesis. ECCE hac particula utimur quotiens repentinum aliquid volumus indicare, ut ⟨57⟩ *ecce manus iuvenem interea post terga revinctum*. *ergo 'ecce' subito est.*

271. VISVS ADESSE bene 'visus', quia somnia videntur tantum, non sunt naturaliter vera. quod autem paulo post dicit ⟨297⟩ *effert penetralibus ignem* confirmantis est: nam illud verum fuisse contendit.

272. RAPTATVS frequentativo utitur, ut supra ⟨I 483⟩. *RAPTATVS] id est tractus.* BIGIS secundum artem modo dixit, quae exigit, ut quae de pluribus constant plurali tantum numero dicamus, ut bigas, quadrigas, mappas. sed haec plerumque corrumpit auctoritas, ut Horatius *ne sordida mappa*. item Statius *rorifera gelidum tenuaverat aera biga*.

273. TRAIECTVS LORA traiecta lora habens, *ut* ⟨I 320⟩ *nuda genu*.

274. EI MIHI Ennii versus. *et totum iungendum, ne doloris distinctione frigescat, sicut plurimis doctissimis visum est.*

275. EXVVIAS INDVTVS ACHILLIS *hoc est arma quae occiso Patroclo ademit, quae Vulcanus Peleo fecerat.* celavit *autem* mortem Patrocli ad laudis augmentum. 'indutus' autem accusativo iungitur, ut hoc loco, et, ut magis in usu est, septimo, quo nunc utimur: *ut in decimo* ⟨774⟩ *praedonis corpore raptis indutum spoliis.* 'exuvias' autem dicimus numero tantum plurali.

276. PHRYGIOS IGNES flammas Troianas, quibus Protesilai navis incensa est. *constat enim naves Graecorum flammis oppugnatas ab Hectore.* *PVPPIBVS pro in puppes.*

---

12 Horatius] ep. I 5, 22 ‖ Statius] Theb. I 138 ‖ 16 Ennii versus] ann. I 7 ap. Vahl.

---

1 synizesis *H:* synzeuxis *C* sinezesis *L* sinizicesis *M* sinizesis *E* ‖ 2 ut ecce . . . revinctum *om. C* ‖ iuuenum *L M E* ‖ 6 penetrabilibus *C L H* (*corr. C*²) 8 *ad v.* 272 Raptatus] frequentatiuo utitur, ut supra, id est tractus. Bigis] secundum artem dixit . . . plerumque corrumpit ut (*sic*) auctoritas. *P* ‖ supra 'ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros'. *D* ‖ 10 numero dicantur *C* dicantur numero *P* ‖ 11 ut *om. C* in *P* ‖ mappas] pamas *P* ‖ sed haec *om. P* hoc *C* ‖ 13 aera *ex* acera *C* ‖ 14 *ad v.* 273 *et* 274 Traiectus lora] traiecta . . . frigescat. *P* ‖ 16 enni *H* ‖ uersus ennii *M* ‖ 18 *ad v.* 275 Exuuias indutus Achilli] hoc est . . . ademit. 'indutus' autem accusatiuo iungitur, sed magis septimo casu, ut in decimo . . . spoliis. 'exuuias' tantum numero plurali dicimus. *P* ‖ ACHILLI *C* ‖ est *om. C* (*add. C*²) ‖ 20 *fortasse* autem et accusatiuo ‖ 21 et . . . septimo] sed magis in u(su) est septimo (su *superscr. C*²) ‖ 23 tantum numero *M* ‖ 24 *ad v.* 276 Vel Phrygios ignes] flammas (flamas) . . . pro in puppes (pupes). *P* ‖ troianas *ex* troianos *C* ‖ protesalai *C* protessalai *in ras. l* protesilla in *H* ‖ 25 est *om. P*

277. *SQVALENTEM modo sordidam, alibi* ⟨X 314⟩ *lucentem: per tunicam squalentem auro, a squamis.* BARBAM singulari numero hominum, plurali quadrupedum dicitur: unde dubitatur de quibus dixerit stiriaque inpexis induruit horrida barbis. *ET CONCRETOS SANGVINE CRINES non sine ratione etiam hoc de crinibus dolet Aeneas, quia illis maxime Hector commendabatur, adeo ut etiam tonsura ab eo nomen acceperit, sicut Graeci poetae docent.*

278. *VVLNERAQVE ILLA GERENS QVAE CIRCVM PLVRIMA MVROS A. P.* '*gerens*' *velut insignia praeferens et ostentans, quae a diversis pugnans pro patria susceperat.* PLVRIMA MVROS quia ut Homerus dicit, in Hectorem extinctum omnes tela iecerunt more maiorum. unde est ⟨XI 9⟩ et bis sex thoraca petitum perfossumque locis, propter duodecim populos Tusciae; duodecim enim lucumones, qui reges sunt lingua Tuscorum, habebant. unde est ⟨X 202⟩ gens illi triplex, populi sub gente quaterni.

279. VLTRO quia ratio exigebat, ut loqueretur ille qui venerat.

280. COMPELLARE adloqui.

281. *O LVX quasi dies noster, per quem certi eramus de luce, hoc est de vita, tamquam occiso Hectore omnes se extinctos credant.* SPES O FIDISSIMA bene per contrarium: spes enim semper incerta *est*, in Hectore fidissima dicitur.

283. EXPECTATE antiptosis est, pro 'expectatus'. *VT TE ordo est* '*ut fessi aspicimus*', *id est quam fessi.*

285. *INDIGNA aut te indigna, aut crudelis.* *SERENOS hilares. antiqui e contrario tristes* '*nubilos*' *dicebant.*

1 Squalentem modo sordidam . . . a squamis] cf. Gell. II 6, 19 sqq. 2 Barbam singulari . . . barbis] cf. Charis. p. 95, 12 K. ‖ 4 stiriaque] georg. III 366 ‖ 10 Homerus] Il. XXII 375 ‖ 24 Indigna . . . aut crudelis] cf. Don. ad Ter. eun. V 4, 24 ‖ Serenos hilares . . . dicebant] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. V 270

1 *ad v.* 277 Squalentem] modo sordidam, alibi (alii) lucentem, 'per tunicam ut (*sic*) squalentem auro'. Barbam] singulari . . . horrida barbis. *P* ‖ SQVALLENTEM *C* ‖ alibi *C*²: alii *C* ‖ 2 a squamis *C* (e *utrum prima an secunda manus superscripserit dignosci non potest*) ‖ 3 plurali uero *P* ‖ quadripedum *HP* ‖ 4 indur_uit *C* (indurauit *fuisse videtur*) indurabit *P* ‖ 6 hector *C*²: aeneas *C* ‖ 8 VVLNERAQVE . . . A. P. aut gerens . . . pro patria susceperat aut quia ut Homerus dicit *C* ‖ 9 uelut iniqua proferens et ostentans quae a Graecis pugnans *Scioppius enotavit* ‖ 11 in extinctum Hectorem *M* ‖ est *om.* *C* ‖ 12 et bis sex *om.* *ME* ‖ bis sex *om.* *LH* ‖ thoracaca *C* toracha *L* thoraca *ex* choraca *H* perfosumque *H* ‖ 13 tursciae *H* ‖ lucomones *C* ‖ 15 populo *M* ‖ 16 ratio *om.* *C* illi *C* ‖ 17 *ad v.* 280 Compellare] adloqui. *P* ‖ id est alloqui *C*² ‖ 19 ociso *C* 20 semper *om.* *M* ‖ 21 extore *C* ‖ 22 *ad v.* 283 Expectate] antiptosis est pro expectatus. *P* ‖ 23 qua *enotavit Scioppius.* quasi *Masvicius* ‖ 24 *ad v.* 285 *et* 286 Serenos] hilares. antiqui e contrario tristes 'nubilos' (nubiles) dicebant. Foedavit] cruentavit. *P* ‖ crudelia *Scioppius enotavit* ‖ 25 e contrario *C*²: et contrario *C* et e contrario *Scioppius enotavit*

286. FOEDAVIT cruentavit, ut ⟨502⟩ sanguine foedantem. et bene permansit in translatione, quia supra dixerat 'o lux': ideo et 'serenos', ideo et 'foedavit': nam Sallustius de nubibus foedavere lumen.

287. ILLE NIHIL scilicet ad interrogata: pleraque enim verba ex negotiis accipiunt significationem. VANA falsa.

288. GEMITVS nec enim parvus dolor est viro forti fortem virum fugam suadere. et nota, omnes suasoriae partes hoc loco contineri.

289. FVGE NATE DEA propositio est. ERIPE FLAMMIS utile. HIS autem δεικτικῶς.

290. *A CVLMINE vel a dignitate sua, vel vere a culmine, id est a tectis suis: et ideo culmina dicta sunt tecta, quia veteres de culmo aedificia contegebant.*

291. SAT PATRIAE PRIAMOQVE DATVM honestum: nam contra fata venire constat neminem posse. *SAT PATRIAE PRIAMOQVE DATVM vel regnasse: vel sat pro patria et Priamo militasti.*

292. ETIAM multi distinguunt, ut sit 'adhuc', ut ⟨V 485⟩ *etiam currus*, etiam arma tenentem: *intellegunt enim, cum ostendere voluisse, Troiam voluntate divina certo tempore esse defensam, et nunc, si salutem tenere per fata potuisset, ipsius quoque dextera potuisse defendi:* sed melius est 'etiam hac', ut et particeps gloriae

---

3 Sallustius] hist. fragm. inc. 73 Kr. ‖ 18 Etiam multi . . . tenentem] cf. Don. ad Ter. Andr. III 2, 23

---

1 FEDANTEM *H* ‖ ut *om. C* ‖ sanguinem foedantem quos ipse sacrauerat ignes *C* ‖ fedantem *L* fedentem *H* ‖ 2 permansit bene *C* ‖ ideo *om. L* (*add. l*) 3 serenos] uultus praemisit *add. E* ‖ fedauit *H* ‖ fedauere *H* ‖ 5 *ad v.* 287—289 Ille. Vana. Hostis. *P* ‖ verba *om. L* ‖ 7 nec enim . . . virum] qui (quia $C^2$) non est paruus dolor uirum fortem uiro forti *C* ‖ uirum fortem *M* ‖ 8 persuadere *M* ‖ et notandum *C* ‖ 9 contineri] quinque enim materiae partes sunt: propositio utile honestum necessarium possibile hic continentur *in marg. add. l* ‖ 10 FVGE NATE DEA . . . militasti (*lin.* 17)] quaeritur enim an possit nate dea et fuge nate dea propositio est an utile eripe flammis his autem dicticos an necessarium hostis habet muros an honestum sacra suosque tibi c. t. p. A CVLMINE . . . contegebant SAT PATRIAE PRIAMOQVE DATVM ecce et hoc honestum nam contra fata uenire constat neminem posse ergo sat patriae priamoque datum uel regnasse uel sat pro patria et priamo militasti. *C* ‖ praepositio *M* ‖ 11 dicticos *libri.* id est demonstrantis ad locum *add. D* ‖ 12 *ad v.* 290 A culmine] uel a dignitate sua, uel (id est) a tectis suis; nam ideo culmina dicta tecta, quia (quae) ueteres de culmo aedificia (aedificio) protegebant. *P* ‖ atettis *ex* atextis *C* ‖ 17 regnasse] '*hoc dicit Grammaticus, aut "regnavisse" esse addendum, ut sententia sit, satis diuturnum fata Priamo et patriae imperium concesserunt, aut ad ipsum Aeneam haec referenda esse, ut sententia sit: tu satisfecisti officiis, quae Priamo et patriae debebas*' *Bergkius adnotavit.* vel regnasse vel *secl. F. Schoellius. fortasse* vel regni satis. ‖ et] est *Scioppius enotavit* id est *Masvicius* ‖ militasse *Scioppius enotavit* ‖ 18 multi hic distinguunt *E* ‖ 22 et *ante* particeps *om. L*

sit Aeneas, et Hector vitet superbiam. *quidam 'etiam' pro 'denique' vel 'postremo' accipiunt.*

293. TIBI *merito 'tibi', quod religiosus et pius est.* COMMENDAT TROIA PENATES necessarium; nam sacrilegium est non liberare commendatos penates. *et non 'ego', sed 'Troia', ut videatur patriae praestare quod fugiat.*

294. FATORVM COMITES possibile. quia occurrebat 'hostis habet muros', dat ei comites deos. *et scite ait 'fatorum', ne Aeneas diceret, quo mihi eos comites?* HIS MOENIA QVAERE *hoc est* ⟨I 5⟩ *dum conderet urbem inferretque deos. et multi 'quaere' distinguunt, et sic subiungunt 'magna pererrato statues quae denique ponto'; non enim magna moenia inventurum promittit, sed magna facturum. nam et di penates in tertio* ⟨159⟩ *ita monent tu moenia magnis magna para.*

295. PERERRATO una pars orationis. hoc autem verbo ostendit erroris longinquitatem.

296. VESTAM deam ignis, quae, ut supra ⟨I 292⟩ diximus, terra est: *quod in medio mundo librata vi sua stet et ignem intra se habeat. alii de igne divino hoc volunt dictum, quod vi sua stet, inde Vestam. sed in primo libro* ⟨378⟩ *dictum, quos deos penates ab Aenea advectos diversorum opinio prodiderit; quod etiam singulis locis, ubi de penatibus varias opiniones poeta secutus dixerit, notatum invenitur. hic ergo quaeritur, utrum Vesta etiam de numero penatium sit, an comes eorum accipiatur, quod cum consules et praetores sive dictator abeunt magistratu, Lavini sacra penatibus simul et Vestae faciunt: unde Vergilius, cum praemisisset 'sacra suosque tibi c. T. p.', adiecit 'et manibus vittas Vestamque potentem'. sed 'potentem' potest ad illud accipi θεοὺς δυνατοὺς, sicut vocari penates dictum est. non nulli tamen penates esse dixerunt, per quos penitus spiramus et corpus habemus et animi rationes possidemus. eos autem esse Iovem, aetherem medium; Iunonem, imum aëra cum terra; summum aetheris cacumen,*

---

16 Vestam deam ignis . . . in Vestam] cf. Isid. orig. VIII 11, 61 sqq. 19 sed in primo libro . . . notata sunt] cf. Macrob. Sat. III 4, 6 sqq.

---

1 adrogantiam uitet *C* superbiam uitet *M* ‖ superbiam] SACRA subauditur sua *add. E* ‖ 4 necessarium] ecce iterum a necessario *C* ‖ 7 possibile] ceterum et a possibili *C* ‖ 8 deos] muros *L* (*corr. D*) ‖ scite *C*²: cito *C* ‖ 12 promitit *C* 13 *post* tertio *tres litterae erasae sunt in C* ‖ parare *C* ‖ 14 *ad v.* 295 Pererrato] una . . . longinquitatem. *P* ‖ 16 *ad v.* 296 Vestam] ignis, quae ut supra dictum est terra est. quae (qui) in medio . . . habeat. *P* ‖ dictum est *C* ‖ 19 nea adnectos *C*² *in ras.* ‖ 21 notatum *ex* notandum *C* ‖ 22 hinc *C*² ‖ ergo *C*²: erg *C* uesta *ex* ueste *C* ‖ 24 abeunte *Commelinus* abeuntes *Masvicius* ‖ 25 adiecerit *Scioppius enotavit* ‖ 27 ΥΥΝΑΤΟΥϹ *C* (Δ *superscr. C*²) ‖ 29 aetherem *Bergkius*: aethere *C* aethera *Scioppius enotavit* ‖ 30 inum *C* ‖ aera *C*²: era *C*

*Minervam: quos Tarquinius, Demarati Corinthii filius, Samothraciis religionibus mystice imbutus, uno templo et sub eodem tecto coniunxit. his addidit et Mercurium, sermonum deum. hos Vergilius* θεοὺς μεγάλους, *ut* ⟨III 437⟩ *Iunonis magnae primum;* θεοὺς δυνατοὺς, *ut* ⟨III 438⟩ *dominamque potentem;* θεοὺς χρηστοὺς, *ut* ⟨I 734⟩ *et bona Iuno: quae propter admonitionem locis suis notata sunt.*

297. *AETERNVMQVE ADYTIS E. P. I. quod in templo Vestae ignis aeternus est. ecce ipse exposuit quid est Vesta.*

298. DIVERSO INTEREA haec est prooeconomia. ait enim, Aeneam non fuisse proditorem, sed propter longinquitatem domus et tarde bella cognovisse, et facilius evitasse discrimen.

299. MAGIS ATQVE MAGIS iteratione sermonis facit augmentum, ac si diceret 'magis ac plus': sed propter metrum non potuit. sic est et in diminutione † ut est.

300. ANCHISAE DOMVS satis religiose locis omnibus quamdiu vivit Anchises, ei universa concedit, ut alio loco ⟨III 9⟩ et pater Anchises dare fatis vela iubebat. ARBORIBVSQVE OBTECTA laus domus. RECESSIT a frequentia se removit, *id est separata fuit.* et est speciosa translatio, quotiens rei mobilis ad inmobilem, vel e contra transfertur officium.

301. INGRVIT invadit, ut ⟨XII 628⟩ ingruit Aeneas Italis et proelia miscet.

302. EXCVTIOR SOMNO ut appareat terroris esse, non satietatis: *nam clamoribus et sonitu interruptus est, ut non ipse somnum excuteret, sed somnus illum.*

303. ARRECTIS AVRIBVS translatio ab animalibus, *quae ad omnem sonum erigunt aures.*

---

1 demarathi *C* ‖ chorinthi *C* ‖ samotrachis *C* ‖ 2 coniuncxit $C^2$ ‖ 3 hos *Scioppius enotavit:* hoc *C* ‖ uergt $C^2$: uegt *C* ‖ 4 ΜΕΓΛΑΟΥϹ *C* ‖ ΘΕΟϹΥ *C* ‖ 8 *ad v.* 297 Aeternumque] Vestae ignis aeternus est; ecce ipse exposuit quid est Vesta. *P* ‖ DYTIS *C* ‖ 9 ipsi *C* ‖ 10 DIVERSA *C* ‖ hoc *LH* ‖ est *om. C* (*add.* $C^2$) ‖ agit *C* ‖ 11 proditorem patriae *LMe* ‖ 12 tardius *MEl* ‖ facilius *in ras. l* 15 deminutione *C* ‖ ut est *L et libri Burmanni, om. CE,* ut ut est *HMl* (minus atque minus *add. m in marg.*). *fortasse intercidit Aen.* XII 616. *post* diminutione *add.* ueluti si dicas minus atque minus *E* ueluti si dicat (dicas et *D*) minus atque minus et ut pro utcumque *add. Stephanus, Fabricius, Daniel. eadem praebet D haec addens* ponitur tamen alibi magis atque magis pro uehementer, sicut etiam (atque etiam *add. Fabricius*), quod crebro est apud Ciceronem lectum. ‖ 17 cedit *C* (concedit $C^2$) ‖ 18 OBIECTA *M* ‖ 19 domus] et argumentum, si non auditus est strepitus armorum et urbis captae clamor ab Aenea *add. D* ‖ *post* removit *tres litterae erasae sunt in C* ‖ 20 est *om. C* ‖ res mobiles *C* ‖ 21 contra *L* (e contra *l*) ‖ 22 *ad v.* 301 Clarescunt. Ingruit] inuadit . . . miscet. *P* ‖ INGRVIT] INCIPIT *M* ‖ ingruit . . . miscet] ingruit aeneas italis e. r. p. *C* ingruit aeneas i. et p. e. *LH* ‖ 27 *ad v.* 303 Arrectis auribus] translatio ab animalibus (inimalibus), quae ad omnem sonum erigunt aures. *P* animalibus] ut apud Terentium (Andr. V 4, 30) 'arrige aures Pamphile'. *add. D*

304. CVM FLAMMA FVRENTIBVS AVSTRIS *ubique bene vis aquae et ignis bello comparatur, quia utriusque rei prope unus est effectus.*

305. RAPIDVS *quare 'rapidus'? quia montano (flumine.)* FLVMINE fluxu, ut ⟨I 465⟩ *largoque* umectat flumine vultum. TORRENS fluvius qui aestate siccatur, unde et nomen accepit. cui Graeci per contrarium dedere vocabulum; nam χειμάῤῥοον dixerunt a tempore quo crescit: sicut aequinoctium et *ἰσημερία.*

306. BOVM LABORES *ut alibi nec tamen haec cum sint hominumque boumque labores.*

307. TRAHIT SILVAS hoc speciale fluvii est, supra dicta vero etiam ignis. INSCIVS non ignarus; nam videt: sed qui non valde sit causarum peritus, id est simplex, ἄπειρος.

308. SAXI DE VERTICE pro 'montis'. contra in sexto ⟨360⟩ montem pro saxo posuit, ut prensantemque uncis manibus capita aspera montis.

309. MANIFESTA FIDES non somnii, ut quidam volunt, sed fraudis Graecorum: nam et hoc sequitur 'Danaumque patescunt insidiae'. *quamvis alii hoc ad Laocoontis interitum, alii ad responsa Cassandrae applicent.*

310. IAM DEIPHOBI quia ipse post mortem Paridis Helenam duxit uxorem: *unde ei Graecos graviter constat esse iratos, de quo in sexto ⟨495⟩ plenius narratur.*

311. PROXIMVS ARDET VCALEGON *proximus Deiphobo.* rem domus ad personam transtulit. et est *τὸ αἴτιον: hoc est causativum; ideo enim ardet, quia proximus est:* ut Mantua vae miserae ni-

5 Torrens fluvius e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IX 508. Isid. orig. XIII 21, 2. de nat. rer. XLIIII 5. diff. verb. 244. (Suet. rel. ed. Reifferscli. p. 244 ‖ 8 alibi] georg. I 118 ‖ 25 Mantua] buc. IX 28

3 quia montano FLVMINE fluxo et largoque *C* quia montano flumine fluxit ut largoque *enotavit Scioppius* ‖ 5 qui] quia *H* ‖ accepit] id est a torrendo *supr. vers add. C*² ‖ cui et graeci *L* ‖ 6 per *ex* pro *C* ‖ χειμάῤῥοον *scripsi:* XIMAPPON *LHC*² XIMAPON *C* chimaron *M* χείμαῤῥον *vulgo* ‖ 7 crescit . . . ἰσημερία] restituta equi noctio (me) miseria *C* (e *mutavit in* ę *et* me *superscr. C*²). *inde* quo restituta aequinoctio *ἰσημερία Bergkius* ‖ EICMEPIA *L* (I *et* MEPIA *in ras. l*) eicMEPia *H* inmeria *M ἰσημερίαν Fabricius primus* ‖ 10 *ad v.* 307 Inscius] non ignarus . . . simplex. *P* ‖ specialeno *H* ‖ fluui *C* ‖ supra . . . ignis *om. C* ‖ 11 sed *om. P* ‖ qui *om. C* (*add. C*²) ‖ 12 AπIPOC *C* aniroc *LH*, *om. M* ‖ 13 *ad v.* 308 Accipiens. Saxi de nertice] pro montis . . . aspera montis. *P* ‖ 14 pensantemque *CP* prensantem *L* ‖ 16 sonmi *L* (somnii *l*) ‖ 17 nam *om. C* ‖ hoc] hos *H* ‖ 19 casandrae *C* ‖ 20 *ad v.* 310 Iam Deiphobi] quia (quae) ipse ad mortem . . . narratur. *P* ‖ DEIPHEBI *L* DEIPHOEBI *H* ‖ 21 grauiter graecos *P* ‖ constat *P:* conptat *C* ‖ esse *om. C* ‖ 22 plenius in sexto *P* ‖ 23 *ad v.* 311 Proximus ardet Ucalegon] id est Deiphobo. rem domus . . . uicina Cremonae. *P* ‖ 24 το etion *C* TONETION *H* toe///tion *M* est *omittens* ‖ 25 ideo] id est *P* ‖ est *om. C* ‖ vae] ue *HM*

mium vicina Cremonae. *PROXIMVS ARDET VCALEGON*] *bene* [*ergo*] *primam Deiphobi domum dicit invasam, apud quem Helena fuerat, secundum Ucalegonem posuit, quem iuxta Homerum in consiliis et amicitia constat Priami fuisse.*

312. SIGEA duo sunt Troiae promunturia, Rhoeteum et Sigeum, quod dictum est propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hospitio *a Laomedonte* simulavit abscessum, et inde contra Troiam per silentium venit, quod dicitur σιγή. FRETA LATA RELVCENT incendii magnitudinem voluit significare, non hoc describere. [*ut nobis ostenderet quam lata sint.*] 'lata' autem ideo, quia se angustiae Pontici oris illic dilatant, ut Sallustius dixit.

313. *CLAMORQVE VIRVM sive qui caedebantur, sive qui caedebant.* CLANGOR Graecum est: nam κλαγγή dicitur. illud sane sciendum est, quia morem tetigit expugnationis; plerumque enim ad tubam evertuntur civitates, sicut Albam Tullus Hostilius iussit everti.

314. AMENS qui nec somniis credidi, nec rebus aspectis. [*quamvis quidam sic exponant*] *CAPIO non manibus* [*interim*], *sed animo: nam in tecto erat; ergo 'capio' placet mihi sumere.* *NEC SAT RATIONIS IN ARMIS aut quoniam 'amens', ideo nec sat rationis: aut ostendere vult, primam ei cogitationem fuisse de patria, sed subveniendi ei armis nullam fuisse rationem, ardente iam patria; quomodo enim incensam civitatem defenderet.*

315. BELLO ad bellum. *CONCVRRERE IN ARCEM quod inde facile possit pugnari hostibus.*

---

3 Homerum] Il. III 138 ‖ 5 Sigeum quod dictum est . . . σιγή] exscr. Isid. orig. XIV 7, 2 et mythogr. II 199 ‖ 11 Sallustius] hist. fragm. III 50 Kr. 13 Illud sane sciendum e. q. s.] cf. Enn. annal. rel. II 17 p. 23 Vahl.

---

1 rem domus . . . vicina Cremonae] doñ. (*i. e. 'Donatus', ut videtur*) *margo ME. item* id ipsum enim est quod mantua ue. sicut enim mantua luit cremonensium penas ita tualegon diphobi *margo E* ‖ 2 primam *scripsi:* proximo *C* proximam $C^2$ ‖ dei phobo *C* dei phoebi $C^2$ ‖ 3 Ucalegontem *Masvicius* 5 *ad v.* 312 Sigea] duo sunt . . . Freta lata relucent] incendii magnitudinem uoluit significare, non quam lata sint. *P* ‖ troiae promunctoria *LHM* troiae promontoria *P* promontoria troiae *C* (mo *et* o *a manu rec.*) ‖ roeteum *C* roetheum *LH* retheum *M* ‖ siceum *C* (sigeum $C^2$) ‖ 7 lamedonte *P* ‖ 8 uenit per silentium *L* ‖ per] a *P* ‖ sige dicitur *M* ‖ sige *CLHPE* ‖ RELVCENT *om. CH* 9 incendmagnitudinem *C* ‖ significare] demonstrare *M* ‖ hoc] hoc quidem *Daniel primus* ‖ 11 pontici oris] hellesponti *C* ‖ pontici *MEl:* ponti *LH* ‖ ut Sallustius dixit *om. C* ‖ salus *H* ‖ dicit *L* ‖ 12 *ad v.* 313 Clangor] Graecorum est; nam κλαγγὴ (clange) dicitur. *P* ‖ cedebantur *et* cedebant *C* ‖ 13 grecorum *C* ‖ clange *libri* ‖ 14 more *H* ‖ 15 euertentur *L* ‖ tulius *L* tullius *ME* ‖ 16 *ad v.* 314 Sat rationis] quoniam amens, ideo nec sat rationis. *P* ‖ ARMA ^A^MENS CAPIO amens qui *C* (A *superscr.* $C^2$) AMENS bene amens qui *El* ‖ somniis *CMEl:* somno *L* somnos *H* ‖ credidit *M* crediderat *E* ‖ 17 interim *seclusi. fort.* sed interim ‖ 18 in tecto *scripsi:* intecto *C, quamquam dubitari potest extrema littera utrum o sit, an e.* intente *enot. Bergkius*, intentio *Scioppius.* nam mens deerat *F. Schoellius nihil secludens* ‖ 23 *ad v.* 315 Bello] ad bellum. *P* ‖ 24 cum hostibus *Masvicius primus*

316. FVROR IRAQVE MENTEM PRAECIPITANT potest quidem specialiter accipi, id est mentem meam furor et ira praecipitarunt; sed melius est generaliter: non mirum est, me arma cepisse sine ratione; furor enim et ira mentem praecipitant.

317. *(PVLCHRVMQVE MORI) SVCCVRRIT (IN ARMIS) ratio viri fortis; quid enim aliud a bono cive et forti amissae patriae posset inpendi. et 'succurrit' in animum venit.*

318. *ELAPSVS verbum aptum his qui vix evaserunt. PANTHVS OTHRYADES everso Ilio ab Hercule et occiso Laomedonte, Priamus indicans vitio potius loci, quam ira deorum calamitatem accidisse patriae, misit Delphos filium Antenoris seiscitaturum, an eversum Ilium fas esset iisdem erigi fundamentis. erat illo tempore Apollinis Delphici sacerdos Panthus Othryadis filius miranda pulchritudine. hunc filius Antenoris, ut dicitur amore captus, rapuit et Ilium perduxit: cuius iniuriam Priamus volens honore pensare, sacerdotem eum Apollinis fecit, ut quo honore insignis apud suos fuerat, eo apud alios non esset inferior.*

319. ARCIS PHOEBIQVE SACERDOS aut subrogatum intellegimus: aut, quod melius est, morem Romanum tetigit; in Capitolio enim omnium deorum simulacra colebantur, *ut sit eius Apollinis sacerdos. qui in arce colebatur. aut quia et Thymbraeus Apollo colebatur apud Troiam, ideo addidit alterius; et est 'arcis', quasi arcani, quia ipsum esse dicunt urbium conditorem. aut 'arcis' Minervae accipiamus.*

320. SACRA MANV hoc est propter quod supra ⟨293⟩ ait 'sacra suosque tibi commendat Troia penates'. VICTOSQVE DEOS qui egebant sacerdotis auxilio. simul et Aeneae excusatur abscessus.

321. *IPSE TRAHIT id est qui numina liberabat, inter pietatem religionemque districtus.* IPSE TRAHIT septima syllepsis est; 'trahit' enim licet nepotis tantum sit, tamen et superiora concludit.

---

1 specialiter] peculiariter *C* ‖ 3 non] nam non *L* ‖ cepisse *CL:* accepisse *HEl* coepisse *M* ‖ 4 praecipitant hominum *D* ‖ 5 *ad v.* 317 *et* 318 Succurrit] in animum uenit. Elapsus] uix euadens. *P* ‖ 6 amissae $C^2$: amisae *C* ‖ 8 PANTHEVS *C* ‖ 12 hisdem *C* ‖ apollini defici *C* ‖ 13 Othryadis] *immo* Othryos pulchritudinem *C* ‖ 18 *ad v.* 319 Arcis Phoebique sacerdos] aut subrogatum intelligimus: aut morem Romanum tangit . . . in arce colebatur: aut 'arcis' Mineruae accipiamus. *P* ‖ 19 est *om.* *H* ‖ capitulio *L* ‖ 20 eius] illius *P* ‖ 21 aut quia . . . apud Troiam *om.* *Scioppius* ‖ thymbreus *C* ‖ 22 et est *F. Schoellius:* id est *C.* qui in arce colebatur, non alterius, ideo addidit arcis *Masvicius* quasi $C^2$: quas *C* ‖ 24 hoc est . . . supra ait] omnino (*sic* $C^2$ omnium *C*) uerum quod ector dixerat *C* ‖ propter *om.* *L* (*add. l*) ‖ 27 *ad v.* 321 Ipse trahit] septima syllepsis (silemsis) est. trahit (trait) enim licet ad nepotem pertineat, tamen et superiora concludit. *P* ‖ 28 districtus et est septima *C* ‖ septima *om.* *M.* *ante* silemsis *duarum litterarum rasura in L,* VII *fuisse videtur.* ‖ synlempsis *C* silemsis *L* silempsis *HE* sylempsis *M* ‖ 29 licet nepotis tantum sit] licet ad nepotem (*sic* $C^2$ neptem *C*) pertineat *C*

CVRSV legitur et 'cursum'. AD LIMINA *scilicet* Aeneae: *per quod* et religio *eius* laudatur et virtus.

322. QVO RES SVMMA LOCO PANTHV *id est universus status quo loco positus? et bene civis utilis de re publica primum sollicitus est. sed hoc totum* admirantis est, non interrogantis. et 'Panthu' vocativus est *Graecus.* 'res summa' res publica QVAM PRENDIMVS ARCEM? cum tu eam relinquas; non enim plures erant arces: unde admirantis est. *'prendimus' autem occupamus.* et notanda simul orationis brevitas, quae in periculis congruit.

323. GEMITV *ut ostendat, luctuosam rem se esse dicturum.*

324. *SVMMA DIES ultima, ut supreme Iuppiter. 'dies' autem si feminino genere ponatur, tempus significat, ut* ⟨V 783⟩ *quam nec longa dies: si masculino, ipsum diem. et de masculino genere tria observanda sunt: in qualitate, numero, adverbio; in qualitate 'serenus dies' dicitur, non 'serena'; numero* ⟨126⟩ *bis quinos silet ille dies, non 'bis quinas'; adverbio 'hodie', non 'hac die'. ceterum 'diecula' nihil praeiudicat, quia multa deminutiva recedunt a nominibus primae positionis, ut 'scutum' 'scutula', 'canis' 'canicula', 'rana' 'ranunculus'.*

*INELVCTABILE quod nemo eluctari possit ut effugiat, cum decem annis luctati simus.*

325. DARDANIAE Troiae: aut a Dardano Iovis et Electrae filio, *quem quidam ab Arcadia profectum venisse ad Phrygiam volunt, alii de Samothracia ad memorata loca venisse dicunt: qui ex nomine suo*

---

**11** supreme] Ter. adelph. II 1, 42 ‖ dies autem . . . ranunculus] cf. Charis. p. 110, 8 sqq. et p. 155, 10 sqq. K. Don. ad Ter. adelph. IV 2, 45

---

3 *ad v.* 322 Quo res summa] res summa est res publica: id est uniuersus (uniuersis) status quo loco positus? sed hoc totum admirantis est, non interrogantis. et 'Panthu' uocatiuus graecus est. Quam prendimus arcem] cum tu . . . admirantis est. 'prendimus' autem occupamus. *P* ‖ PHANTHV *M* ‖ 4 loco $C^2$: loc *C* ‖ utilis $C^2$: itilis *C* ‖ 6 pantu *L* panty *H* anthu *M* (panthu *m*) ‖ res summa res publica *post* PANTHV (*lin.* 3) *habet C* ‖ vocativus est] ἀπὸ τοῦ *Πάνθοε* per synaeresin οε in ου *add. D* ‖ 7 scilicet cum tu eam *E* ‖ 11 *ad v.* 324 Summa dies] ultima, ut 'supreme (suprame) Iuppiter'. dies autem (antem dies) si feminino genere ponatur tempus significat, ut 'quam nec longa dies; si masculino uero, ipsum diem. *P* ‖ subpremae *C* ‖ 13 tria $C^2$: tri *C* 16 hoc die *vulgo* ‖ 17 demiuutiua $C^2$: deminuta *C* ‖ 18 positionis] positio *litteras in ras.* $C^2$ ‖ scutula] scutella *Scioppius enotavit* ‖ canicula *Scioppius enotavit:* canila *C* ‖ ranunculus] ra *litteras in ras.* $C^2$ ‖ 21 *ad v.* 325 Penates ergo, quos Panthus ad Aeneam traxit (poenates ergos quas pan ad enean traxit), alii Apollinem (apollionem) et Neptunum uolunt, alii hastatos (statas) esse et in regia positos tradunt. Tusci penates Cererem et Palem et Fortunam dicunt. *P* ‖ et *om. C* (*add.* $C^2$) ‖ helectrae *M* ‖ 22 quem quidam . . . (*pag.* 274 *lin.* 6) et Fortunam dicunt *Daniel scripsit in margine exempl. Basil. praemittens 'cod. Fuld.'* quos tamen penates . . . Fortunam dicunt, *quae quinque linearum spatium occupant, expunxit et haec adnotavit 'hae quinque lineae totidem verbis et eodem ordine reperiuntur in vet. meo codice, nisi quod pro* 'astatas' *legitur* 'statuas''. ‖ frigiam *C* ‖ 23 samothracia $C^2$: smothracia *C* ‖ dicuntur *C*

*Dardanos populares appellavit: qui ex Samothracia Troiam penates dicitur detulisse, quos post secum Aeneas ad Italiam vexit; namque Samothraces horum penatium antistites Saos vocabant, qui postea a Romanis Salii appellati sunt; hi enim sacra penatium curabant: quos tamen penates alii Apollinem et Neptunum volunt, alii hastatos esse et in regia positos tradunt. Tusci penates Cererem et Palem et Fortunam dicunt:* aut *certe* secundum Sallustium a rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit.

326. FERVS IVPPITER summae necessitatis est, cum etiam sacerdos in convicia ruit deorum: quod servat Vergilius ne umquam tradat Aeneae. 'ferus' autem invidiose dictum est, *et ad tempus epitheton:* nam *Iuppiter* aequus est omnibus, ut ⟨X 112⟩ rex Iuppiter omnibus idem. hinc et paulo post ⟨618⟩ ipse deos in Dardana suscitat arma, hoc est qui aequalis esse consuevit.

327. *ARGOS TRANSTVLIT quasi dicat, qui defendas quod Iuppiter transtulit?*

328. *ARDVVS hic altus, ut illi ardua cervix. et ideo ⟨262⟩ demissum lapsi per funem.* MEDIIS IN MOENIBVS ubi arx fuerat. ADSTANS pro stans: et est prothesis.

329. *FVNDIT EQVVS Homerus ἱππόθεν ἐκχύμενοι: et ad velocitatem et ad multitudinem. et sonore, quasi adhuc descendant.* VICTOR propositi effector, ut rapidusque rotis insistere victor. MISCET scilicet caedibus.

330. *INSVLTANS non dicit [illis] Graecos insultare, sed Sinonem, qui illis muros patefecerat dolis. et 'insultare' est in alienum dolorem,*

---

7 Sallustium] hist. fragm. III 33 Kr. ‖ 9 summae necessitatis est e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 80 ‖ 17 illi] georg. III 79 ‖ 20 Homerus] Od. VIII 515 ‖ 22 rapidusque] georg. III 114

---

1 apellauit *C* ‖ qui ex samotracia troiam penates dicitur *om. C* (*supr. vers. add. C*[2]) ‖ 3 penantium *C* ‖ antestites *C* ‖ saos *Lobeckius Aglaoph. p.* 1292: suos *C* Coes *Gutberlethus de diis Cabiris* I 10. *cf. H. Kettnerus Varron. Stud. p.* 9 sq. ‖ 4 penantium *C* ‖ 5 hastatos *Masvicius:* astatas *C cf. Dionys. Hal. antiqu. Rom.* I 68 ‖ 7 mida *ex* midi *L* ‖ 8 frigiam *CH* ‖ 9 *ad v.* 326 Ferus Iuppiter] inuidiose dictum est et ad tempus epitheton: nam Iuppiter aequus est omnibus, ut 'rex Iuppiter omnibus idem'. *P* ‖ 10 conuicia *M:* conuitia *CLHE* ‖ 13 idem] item in VI. (129) 'pauci quos aequus amauit Iuppiter' *add. Fabricius* ‖ 14 quia *CM* ‖ qualis *H* ‖ 15 *ad v.* 327 Argos transtulit] quasi dicat, qui defendas quod Iuppiter transtulit? *P* ‖ quid defendas *C* ‖ 17 *ad v.* 328 Arduus] incultus (*sic!*), ut 'illi ardua ceruix'. Mediis in moenibus] ubi . . . prothesis (protesis). *P* ‖ ideo *C*[2]: ide *C* ‖ dimissum *C* ‖ 18 MEDIISQVE *M* IMMOENIBVS *C* ‖ 19 pro_thesis *C* (prosthesis *fuit*) ‖ 20 *ad v.* 329 Victor] propositi . . . uictor. *P* ‖ ιιιποεν εκχινμενοι *C* ‖ velocitatem] voluntatem *Scioppius enotavit* ‖ 21 et sonora *Scioppius enotavit* ‖ quasi *C*[2]: quas *C* ‖ 24 *ad v.* 330 Insultans] id est Sinon subridens illos. et insultare est in alienum dolorem exultare. Bipatentibus adsunt] quia (que) geminae sunt portae. *P* ‖ 25 in alienum dolorem gaudere *enotavit Scioppius*

*'exsultare' vere gaudere.* BIPATENTIBVS quia geminae sunt portae. *et quidam 'bipatentibus' praesumptum accipiunt, quia 'bi' particula non praeponitur, neque verbis neque participiis; nemo enim dicit 'bipateo' et 'bipatens'; sed praeponitur appellationibus, ut 'bipennis'.*

331. MILIA subaudis 'tot', et est ἀνακόλουθον: nam dixit 'quot', cum non praemiserit 'tot'. *et ita vel augendi gratia, vel perturbatus dicit, tantos esse Graecos, quanti olim venerint, quasi nemo perierit decennali bello.* *VMQVAM pro quondam.*

332. ANGVSTA VIARVM *angustas vias, id est* vicos: et est ut ⟨I 422⟩ strata viarum.

333. *STAT aut horret, ut ⟨VI 300⟩ stant lumina flamma: aut 'stat' a stantibus in medio armatis tenetur.* FERRI ACIES bene addidit 'ferri', quia homonymum est 'acies' *et multa significat, ut 'exercitus', 'ferri', 'oculorum'.*

334. STRICTA nuda: unde et destringere dicimus. *VIX modo 'aegre'.* *PRIMI vel in primo introitu collocati, vel periculo primi.*

335. CAECO MARTE aut nocturno proelio; aut epitheton Martis est, cuius exitus semper incertus est. *CAECO MARTE] *aut confusa pugna*; aut quia caecantur animae pugnantum.*

336. NVMINE DIVVM subaudis 'tali', hoc est mala iniciente desideria. *nam paulo post ait ⟨396⟩ vadimus inmixti Danais haud numine nostro. cum ergo hoc esset, tamen omisso consilio 'in flammas et in arma feror'.*

337. ERINYS inpatientia animi hoc loco, *quae in furorem impellit.*

338. *FREMITVS perturbatio.* ET SVBLATVS et unde sublatus.

---

15 Stricta nuda] cf. comm. Luc. VIII 612 ‖ Vix modo aegre] cf. Don. ad Ter. eun. III 2, 19

---

1 uere *C*: uero *C*² ‖ 5 *ad v.* 331 Milia] subaudis 'tot' . . . praemiserit 'tot'. Umquam] pro quondam. *P* ‖ et est . . . praemiserit tot *om. L* (*add. l*) ‖ anacoluthon *CL* anacaluthon *P* anacoluton *H* anacoleuton *M* ‖ 6 et ~~et~~ *C* ‖ 7 quanti *C*²: quant *C* ‖ 9 *ad v.* 332 Angusta uiarum] id est uicos, ut 'strata uiarum'. *P* ‖ et est *om. C* ‖ est ut *om. E* (*add. e*) ‖ ut *om. M* ‖ 11 *ad v.* 333 Stat] aut horret . . . tenetur. *P* ‖ horret *ex* horrent *C* ‖ 12 astantibus *C* adstantibus *P* medi *P* ‖ 13 homonymum *vulgo:* sinonimon *CL* si nonymum *H* sinonimum *ME. cf. Charis. p.* 156, 10 K. ‖ 15 *ad v.* 334 Stricta] nuda . . . aegre. *P* destringere *ex* distringere *L* ‖ 17 *ad v.* 335 Caeco Marte] aut confusa pugna aut nocturna. *P* ‖ CAECO MARTE aut confusa pugna aut nocturna aut epitheton *C* ‖ 19 animae] amine *C* agmine *C*² animae et agmina *enotavit Scioppius* agmina *scripsit Bergkius* ‖ 20 *ad v.* 336 Othryadae (odriadae)] patronymici (patronomici) genitiuus, nam Panthus Othryadis (atriadis) filius fuit. et 'numine diuum' subaudis . . . numine nostro. *P* ‖ initienti *C* initiente *LHE* 24 *ad v.* 337 Erinys (erinis)] inpatientia . . . impellit. *P* ‖ ERYNIS *C* ERINIS *LHME* ‖ 26 *ad v.* 338 Fremitus] perturbatio. Et sublatus (insublatus)] et unde sublatus. *P* ‖ ET *om LH* ‖ ET SVBLATVS ordo est 'unde sublatus'. *D*

339. *ADDVNT SE SOCIOS non dixit 'quaero socios', sed 'addunt se', ut ipse ab illis videatur esse quaesitus.*

340. *OBLATI PER LVNAM agniti per lunae splendorem.*

341. ADGLOMERANT adglomerantur, *ut* ⟨8⟩ *nox umida caelo praecipitat.* *COROEBVS* MYGDONIDES *hic filius Mygdonis et Anaximenes. ergo Mygdonides* patronymicum est: nam si gentis esset, 'Mygdonius' diceret; nullum enim gentis nomen in 'des' exit. hunc autem Coroebum stultum inducit Euphorion, quem et Vergilius sequitur, dans ei ⟨390⟩ dolus an virtus, quis in hoste requirat? cum sit turpis dolo quaesita victoria.

342. *ILLIS AD TROIAM deest 'qui'.*

343. *INSANO AMORE aut perpetuum epitheton amoris est, ut nunc insanus amor; aut 'insano' magno, ut* ⟨776⟩ *insano iuvat indulgere dolori; aut 'insano', quia belli tempore amabat Coroebus.*

344. ET GENER 'gener' dicitur et qui est, et qui esse vult, ut hic indicat locus; sicut etiam maritus, unde est ⟨IV 536⟩ quos ego sim totiens iam dedignata maritos. *GENER*] **secundum spem illius; neque enim iam erat gener; nam ideo subiunxit 'sponsae'.**

345. *INFELIX quem mox manebat interitus; vel infelix causae suae; vel qui sponsam non audierit.* PRAECEPTA propter illud ⟨246⟩: tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris. FVRENTIS vaticinantis.

348. INCIPIO SVPER HIS his incipio, *id est verbis.* 'super' *autem* insuper, quia iam audebant: unde paulo post ait 'furor additus'.

---

12 nunc] buc. X 44

---

3 *ad v.* 340 Oblati] ducti per lunae splendorem. *P* ‖ agniti *Scioppius enotavit:* igniti *C* ‖ 4 *ad v.* 341 Adglomerant] adglomerantur . . . praecipitat. Mygdonides (micdonides)] Choroebus hic Mygdonis (migamis) et Anaximenae fuit. ergo patronymicum (patronomicon) est; nam si gentis esset, Mygdonius (miedonidus) diceretur: nullus enim (*sic!*) gentis in 'des' exit. *P* ‖ AGGLOMERANT *L* ADGLOMERANTVR *M* ‖ agglomerantur *L*, *om. M* ‖ 5 migdonis *C* ‖ 6 migdonides *C* ‖ patronymicon *C* patronomicum *LE* patronomicon *HM* ‖ gentis *ex* gentes *C* ‖ 7 migdonius *LH* ‖ diceretur *C* ‖ nomen gentis *L* ‖ in des exit] intexit *C*

8 choroebum *LM* ‖ e$^{u}$phrorion *H* ‖ 9 dans ei] dolos, ut *add. L* ‖ 10 turpissima *MEl* ‖ 11 *ad v.* 342 Illis ad Troiam] deest 'qui'. *P* ‖ 14 belli *om. C* (*add. C*[2]) ‖ 15 *ad v.* 344 Et gener] secundum spem illius dictum est. *P* ‖ 16 locus uel certe secundum spem illius . . . sponsae sic dicitur etiam maritus (*sic C*[2] maritis *C*) nam inde est quos . . . maritos. *C* ‖ est et *M* ‖ 19 *ad v.* 345 Furentis] uaticinantis. *P* ‖ 21 vaticinantis] unde et Sibyllam 'insanam uatem' adeas dicit alibi (III 443) *add. D* ‖ 23 *ad v.* 348 Quos confertos] conductos. Incipio super his (superis)] his incipio, id est uerbis. 'super' autem 'insuper', quia iam audebant. Iuuenes] ordo talis est . . . sequendi accipiunt. et est falsa lectio; nam multi 'audendi' legunt et multi 'audenti'. sed neutrum procedit. ergo 'audentem'. *P. his in margine haec addita sunt* legendum est. et ista sententia sinchesis est id est perbatilon quia confusio Incense moriamur et ‖ 24 iam *om. LM* (*add. l*) ‖ ait *om. M*

IVVENES FORTISSIMA FRVSTRA PECTORA ordo talis est: iuvenes, fortissima pectora, frustra succurritis urbi incensae, quia excesserunt *omnes* dii: unde si vobis cupido certa est, me sequi audentem extrema, moriamur et in media arma ruamus. [*alii 'sequi' pro 'sequendi' accipiunt.*] obscuritatem autem facit hoc loco et synchysis, id est hyperbati longa confusio, et falsa lectio: nam multi 'audendi' legunt, multi 'audenti'. sed neutrum procedit. ergo 'audentem' legendum est.

351. EXCESSERE quia ante expugnationem evocabantur ab hostibus numina propter vitanda sacrilegia. *inde est, quod Romani celatum esse voluerunt, in cuius dei tutela urbs Roma sit. et iure pontificum cautum est, ne suis nominibus dii Romani appellarentur, ne exaugurari possint. et in Capitolio fuit clipeus consecratus, cui inscriptum erat 'genio urbis Romae, sive mas sive femina'. et pontifices ita precabantur 'Iuppiter optime maxime, sive quo alio nomine te appellari volueris': nam et ipse ait* ⟨IV 576⟩ *sequimur te, sancte deorum, quisquis es.*

352. QVIBVS subaudimus 'auxiliantibus', *vel per quos stetit.*

353. *MORIAMVR ET IN MEDIA ARMA RVAMVS hysteroproteron quidem est; nam ante est in arma ruere, et sic mori. bene tamen 'moriamur' opportuniore loco posuit; ante enim dixerat 'quae sit rebus fortuna videtis'.*

354. VNA SALVS VICTIS NVLLAM SPERARE SALVTEM plerumque enim desperatione robur augetur, ut Statius est ubi dat vires nimius timor. item scimus mortem captivitatis esse remedium. hoc ergo suadet, ut aut desperatione vincant, aut vitetur morte captivitas. SALVS nunc remedium.

355. LVPI CEV hoc ad ferocitatem pertinet, 'nebula' ad noctem, 'catuli' ad liberos coniugesque. *LVPI CEV] ordo [tamen] est 'ceu*

---

8 quia ante expugnationem e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 9 ‖ 23 Status] Theb. X 493

---

1 FRVSTRA . . . iuvenes *om. H* ‖ PECTORA *om. M* ‖ 2 quia] quae *P* ‖ 5 acci-
h
piunt ut *C* (ut *oblitteratum est*) ‖ sinchisis *C* sincysis *L* sinebresis *H* synchrisis *M* sinchrysis *E* ‖ 6 yperbati *CH* yperbato *L* (yperbaton *l*) hyperbaton *ME* ‖ confusio *om. L* (*add. man. rec.*) ‖ audiendi *H* ‖ 8 necidabantur *L* (euocabantur *l*) ‖ 9 nomina *H* ‖ 12 scribtum *C. quod correxi* ‖ 13 mas] mars *C* praecabantur *ex* praecebantur *C* ‖ 14 optime maxime] o. m. *C* ‖ 17 subaudis *CM* ‖ 18 *ad v.* 353 Et in media arma ruamus] hysteroproteron . . . mori. *P* ystero proteron *C* ‖ 20 oportuniore *C* ‖ enim *C*$^{2}$: eum *C* ‖ 22 sed plerumque *L* 23 enim *om. LH* ‖ robor *H* ‖ 24 scimus . . . remedium *plerique editores non Servii esse putaverunt, sed alicuius scriptoris, cuius testimonio ille usus esset.* 26 SALVS nunc remedium *om. C* ‖ 27 *ad v.* 355 Lupi ceu] hoc ad ferocitatem (ferocitam) pertinet. sane apud veteres . . . repente. *P* ‖ nebula ad noctem *om. C* ‖ 28 catuli . . . coniugesque] *om. C. cf. ad v.* 357

*lupi'. et hoc est dictum ab exemplo. sane apud veteres 'lupus' promiscuum erat, ut Ennius lupus femina feta repente. et bene belli negotium lupo comparavit, qui est in tutela Martis, dei bellici.*

356. *RAPTORES ab actu.* *ATRA IN NEBVLA ab occasione; vel certe nocti comparavit.* *INPROBA VENTRIS a necessitate et causa duplici: una 'quos inproba ventris exegit caecos rabies', altera 'catulique relicti faucibus expectant'.*

357. EXEGIT exclusit, de latebris scilicet, ut Terentius spectandae an exigendae sint vobis prius. *CATVLIQVE sane catuli non solum canum sed et serpentum, ut aut catulos tectis, aut ova relinquens. Plautus etiam suum et ego te conculcabo, ut sus catulos suos.* *RELICTI deserti et destituti, ut cui pauca relicti iugera ruris.*

358. *FAVCIBVS EXPECTANT SICCIS id est nimia cupiditate aperiuntur.*

359. *MEDIAEQVE TENEMVS hoc ad audaciam pertinet. et contra, ubi de timore agit* ⟨737⟩ *namque avia cursu dum sequor et nota excedo regione viarum.*

360. CAVA VMBRA bonum epitheton; naturale enim est, ut obscurum sit omne concavum. *vel 'cava' inani, et hinc adparet occidisse iam lunam; nam ideo et Androgeus falsus est.*

361. QVIS etiam Graecorum, ut ⟨6⟩ quis talia fando. *et bene interrupta narratione exclamavit, ut affectum moveret.* LACRIMIS AEQVARE LABORES? hypallage pro 'laboribus aequare lacrimas', ut ⟨III 61⟩ dare classibus austros.

363. VRBS ANTIQVA vel nobilis, vel quia duobus milibus octin-

---

2 Ennius] ann. I fragm. 49 ap. Vahl. ‖ 8 Terentius] Andr. prol. 27 ‖ 9 Catuli . . . serpentum] cf. Nonius p. 457 M. et Isid. orig. XII 2, 27, qui exscripsit Servium ad georg. III 438 ‖ 10 aut catulos] georg. III 438 ‖ 11 Plautus] cf. truc. II 2, 13 'iam hercle ego hic te, mulier, quasi sus catulos pedibus proteram'. 12 cui pauca] georg. IV 127

---

2 ut *P*, *om.* *C* ‖ feta *P*: facta *C* ‖ 4 *ad v.* 356 Raptores (raptoris)] ab actu . . . expectant. *P* ‖ 5 causa] sane *Commelinus, quem Masvicius et Burmannus secuti sunt.* ‖ 6 relicti *ex* relecti *C* ‖ 8 *ad v.* 357 Exegit (exigit)] exclusit . . . prius (pius). Catuli] sunt liberi (liueri) luporum canumque serpentumque. Relicti] deserti . . . ruris. *P* ‖ EXEGIT] exhausit expulit *Lion addidit* ‖ scilicet *om.* *L* (*add.* *l*) ‖ expectandae *L H M* ‖ 9 prius *om.* *M* ‖ CATVLIQVE hoc ad liberos et coniuges pertinet; sane catuli *C* ‖ 11 relinquens *Vergilius*: r. *C* reponit *Scioppius posuit* ‖ 14 *ad v.* 358 Faucibus expectant siccis] nimia cupiditate aperiuntur. *P* id est $C^2$, *om.* *C* ‖ operiuntur *C* ‖ 15 audatiam *C* ‖ 18 *ad v.* 360 Caua umbra] bonum epitheton . . . iam lunam. *P* ‖ est enim *L* ‖ 21 ut] a *L* (*corr.* *l*) ‖ 22 interupta *C* (r *superscr. ead. man.*) ‖ LACRIMIS . . . austros *om.* *C* ‖ 23 ypalage *L* ypallage *H* ‖ hypallage est *M E* ‖ 25 *ad v.* 363 Urbs antiqua] uel nobilis . . . narrantis. *P* ‖ duobus (quia *superscr.*) annis (milibus et octingentis *superscr.*) regnasse firmatur *L* (*duae litterae erasae sunt*) ‖ duobis *H* (duobus *h*)

gentis annis regnasse firmatur. *et quid est 'antiqua', ipse subiunxit 'multos dominata per annos'. sane hoc dolentis est, non narrantis.*

364. STERNVNTVR INERTIA PASSIM CORPORA aut non repugnantia, ut ⟨IV 158⟩ pecora inter inertia votis optat aprum: aut 'inertia', dum occiduntur, ut inbellem avertis Romanis arcibus Indum, hoc est avertendo ostendis inbellem. *aut per somnum 'inertia'.*

365. RELLIGIOSA gradatim ascendit, *'vias', 'domos', 'templa'. videtur autem et diis invidiam facere, qui templa sua violari cadaveribus passi sunt. sane 'religiosus' et homo dicitur attentus ad religionem, et locus, qui divinum cultum et venerationem meretur. ergo 'religiosa' religionis plena. significat etiam metum.* sane 'relligio' geminatur 'l' propter metri necessitatem.

366. POENAS DANT moriuntur indigne: hoc enim proprie significat, *ut* ⟨XI 841⟩ *heu nimium virgo, nimium crudele luisti supplicium, item* ⟨X 617⟩ *nunc pereat Teucrisque pio det sanguine poenas.*

367. *QVONDAM hic praeteriti temporis est.* REDIT IN PRAECORDIA VIRTVS atqui ait Horatius nec vera virtus cum semel excidit, curat reponi deterioribus. sed sententiae non semper generales sunt, sed interdum pro negotiorum qualitate formantur.

368. VICTORESQVE CADVNT DANAI generaliter dixit 'victores' *id est ad fortunam partis retulit, quae vincebat; neque enim victores erant qui cadebant. CRVDELIS VBIQVE LVCTVS VBIQVE PAVOR aut utrobique, id est apud Graecos et apud Troianos; aut 'ubique' per totam civitatem.*

369. PLVRIMA MORTIS IMAGO aut definitio timoris est, aut varietas mortis ostenditur, *id est gladio, igni, ruina. alii intellegunt 'plurima mortis imago' aut frequentissima, aut praesentissima.*

---

5 inbellem] georg. II 172 ‖ 10 sane religiosus . . . metum] cf. Gell. IV 9 ‖ 19 Horatius] carm. III 5, 29

---

1 affirmatur *vulgo* ‖ quod est *P* ‖ subiunexit *C* ‖ 3 *ad v.* 364 Sternuntur inertia passim] aut non repugnantia, aut inertia dum occiduntur . . . ut inbellem. *P* ‖ PASSIM . . . aprum *om. C* ‖ CORPORA *om. ME* ‖ 4 peccora *L* ‖ inter . . . aprum *om. M* ‖ optat aprum] o. p. *L* optata pruina *H* ‖ 5 artibus *H* ‖ 6 ostendit *LME* ‖ 7 inerta *C* (i *superscr. ead. man.*) ‖ 8 gradatim ascendit *in ras. l supra versum haec addens* id est a uiis a domibus ad limina deorum 11 meretur *ex* medetur *C* ‖ 12 sane . . . l] relligio (*sic* $C^2$ religio *C*) autem scribi debet *C* ‖ religio gemitur *H* ‖ l geminatur in uersu *M* ‖ 18 *ad v.* 367 Quondam] hic praeteriti temporis est. *P* ‖ 19 atquia *H* ‖ 20 curus *C* (curat $C^2$) deterioribus *om. C* ‖ generale *C* ‖ 21 formantur] firmantur *C* formatur *H* et ad tempus dictae sunt *add. D* ‖ 22 victores] alias scilicet, non nunc *add. D* 24 utrobique *ex* utrubique *C* ‖ 25 troianos *ex* troianas *C* ‖ 26 *ad v.* 369 Plurima mortis imago] uarietas mortis ostenditur hic, id est gladio igni ruina. *P* 27 igni $PC^2$: igne *C*

371. ANDROGEOS et Graeca est et Attica declinatio: unde est ⟨VI 20⟩ in foribus letum Androgeo. facit enim ὁ *Ἀνδρόγεως, τοῦ Ἀνδρόγεω.*

373. VIRI increpantis est, *ut solet in milites dici.*

374. SERA SEGNITIES quae seros facit, id est tardos, ut mors pallida. *sane 'segnities' iuxta antiquos dictum est, nam modo 'segnitia' dicitur. 'segnis' autem est proprie frigidus, sine igni, ut 'securus' sine cura, 'sedulus' sine dolo.* FERVNTQVE PERGAMA ἐμφατικῶς, ut ⟨I 68⟩ Ilium in Italiam portans victosque penates.

*FERVNTQVE PERGAMA*] **quasi ipsam funditus civitatem in victoriam suam transferunt.**

375. ITIS pro venitis: ut e contra Terentius nisi eo ad mercatum venio, pro 'eo'.

377. FIDA SATIS bene addidit 'fida', ut ostenderet symbolum, quo utebantur in bello. *ergo non dixit 'fidelia', sed quae ad fidem habendam pellicere non possent.* MEDIOS manifestos, ut ⟨VI 111⟩ medioque ex hoste recepi. et ⟨533⟩ quamquam in media iam morte tenetur. *ordo autem est 'sensit in medios hostes se esse delapsum'. ergo 'delapsus' nominativum pro accusativo posuit, ut Horatius vir bonus et sapiens dignis ait esse paratus pro 'ait se dignis paratum esse'.*

378. *RETROQVE PEDEM REPRESSIT aut 'retro' vacat, aut in 'repressit' 're' vacat. sed veteres 'retro repressit' dicebant, ut et ⟨V 21⟩ nec nos obniti contra.*

379. ASPRIS synaeresis est, ut ⟨I 249⟩ conpostus. *ANGVEM καταχρηστικῶς. Homerus δράκοντα dixit.*

---

5 mors] Hor. carm. I 4, 13 ‖ 7 segnis . . . sine dolo] exscr. Isid. orig. X 244 et 247 et diff. verb. 296. cf. Don. ad Ter. eun. I 2, 58 et adelph. I 1, 25 ‖ 12 Terentius] adelph. II 2, 23 ‖ 19 Horatius] ep. I 7, 22

---

1 et Graeca est et Attica] greca est ut dicat *C* greca est attica *C*[2] 2 loctum *HME* ‖ facit enim ὁ Ἀνδρόγεως *om. C* ‖ OANDPOΓHOC TYANDPOΓHO *L* OANOPOREOS TOY andpoyeu *H* OAN∆POΓEOS TOY AN∆POΓEW *ME* ‖ 3 TOY AN∆POTWN *C* TOY ANAPOIWN *C*[2] ‖ 4 est] quod ait 'viri' *add. Lion* ‖ 5 *ad v.* 374 *et* 375 Sera segnities] quae seros facit . . . sine dolo. Feruntque Pergama] ἐμφατικῶς quasi . . . transferunt, ut 'Ilium in Italiam portans uictosque (portan uectosque) penates'. Itis] pro uenitis . . . pro 'eo'. *P* ‖ 6 segnities *ex* signities *C* modo *om. C* ‖ segnitia] segnitiis *ex* segnities *P* ‖ 7 dicimus *P* ‖ 8 enfaticos *LHME* enfaticos quasi . . . transferunt *C* ‖ 10 in] est in *C* ‖ 12 ut] et *LH* ‖ eo *CP:* ego *LHME* ‖ marcatum *H* ‖ 14 *ad v.* 377 Delapsus] nominatiuum pro accusatiuo posuit. *P* ‖ symbulum *H* ‖ 16 pollicere *C* ‖ ut] aut *H* ‖ 17 hoste] ostende *H* ‖ recipi *C* ‖ et . . . tenetur *om. C* ‖ 18 sensit *Scioppius enotavit:* sensus *C* ‖ 19 accussatiuo *C* ‖ 20 dignus *C* ‖ paratos *C* ‖ 22 *ad v.* 378 Retroque repressit] aut retro . . . obniti contra. *P* ‖ REPRAESSIT *C* ‖ uocat *P* ‖ 23 et *om. C* ‖ 25 *ad v.* 379 Aspris] synaeresis est ut 'compostus' (compotus). Anguem] καταχρηστικῶς. Homerus δράκοντα (draconta) dixit. *P* ‖ sineresis *CHM* sinheresis *L* ‖ compotus *C* (compostus *C*[2]) compostius *L* ‖ 26 catachresticos *C* cataeresti-

380. HVMI NITENS incedens per humum. et est adverbium. *TREPIDVS vel pavens vel festinans.*

382. *HAVD SECVS non aliter. dicebant veteres 'secus' et 'iuxta', unde et 'extrinsecus'.* ABIBAT bene inperfecto usus est, non enim abiit.

384. IGNAROSQVE LOCI *palantes, errantes. et* his circumstantiis ostendit, a paucis plures potuisse superari. *ordo autem est 'passim sternimus'.*

385. ADSPIRAT favet, ut ⟨VII 8⟩ adspirant aurae in noctem: unde et favor 'aura' dicitur, ut ⟨VI 816⟩ gaudens popularibus auris. *PRIMO quia postea non fuit.*

386. SVCCESSV EXVLTANS felicitate: quod est stultitiae.

387. QVA PRIMA INQVIT FORTVNA non 'quae prima', sed 'qua primum'. est autem hypallage, ut ⟨VI 268⟩ ibant obscuri sola sub nocte pro 'ipsi soli': quae fit non ornatus causa, ut ⟨I 212⟩ pars in frusta secant, sed necessitatis. *FORTVNA bene 'fortuna'; neque enim consilio Androgeos occisus est. SALVTIS efficax adhortatio.*

388. *DEXTRA vel 'fortuna dextra', id est favens, propitia, ut 'laeva' contraria; vel 'dextra' ad manum referendum.*

389. CLIPEOS maiora scuta, quibus latemus, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν τὸ σῶμα. INSIGNIA omnia arma.

390. *DOLVS AN VIRTVS QVIS IN HOSTE REQVIRAT? videtur deesse aliquid, ut puta: dolus an virtus in bello proficiat, quis in hoste requirat?*

391. ARMA subdistingue, ut sit quasi interrogantis, *et responsio*

---

3 dicebant veteres . . . extrinsecus] cf. Charis. p. 80, 18 K. ‖ 20 Clipeos . . . *κλέπτειν*] cf. Isid. orig. XVIII 12, 1

---

cos *LM* cathacresticos *H* cum anguis aquarum, non agrorum esse dicatur *add. D* ‖ draconta *C* ‖ 1 *ad v.* 380 Humi nitens] uel tenens incedens per humum. et est aduerbium. *P* uel tenens *unde ortum sit, intellegitur ex mendosa Cassellani scriptura pro* humi nitens *praebentis* humitens, *quod C*² *correxit.* ‖ per] super *El* (per *e*) ‖ 3 *ad v.* 382 Haut secus] non aliter . . . abiit. Trepidus] uel pauens uel festinans. *P* ‖ 5 habiit *H* ‖ 6 hiis *C* ‖ 9 *ad v.* 385 Aspirat] fauet . . . postea non fuit. *P* ‖ noctae *H* ‖ 11 quia] quae *P* ‖ 12 *ad v.* 386 Successu] felicitate: quod est stultitiae. *P* ‖ EXVLTANS *om. CLH* ‖ fecilitate *H* ‖ 13 QVA *H*, *om. C* Q^ae^ *L* (ae *prima, ut videtur, manus superser.*) QVAE *ME* ‖ INQVID *L* ‖ FORTVNA *om. CH* F. *L* ‖ quod primum *Lion* ‖ 14 ypalage *CL* ypallage *C*²*HEm* yppallage *M* ‖ 15 pro *L*: id est *C*, *om. HME* ‖ 16 frustra *C* frausta *H* 17 occisus *C*²: occiris *C* ‖ 18 *ad v.* 388 Dextra] uel fortuna ut ptia (*lege* uel 'fortuna dextra' id est propitia), ut 'laeua' contraria: uel ad manum refertur. *P* ‖ favens *scripsi:* funeris *C* auctrix *enotavit Scioppius secunda*, auctrix *Masvicius primus* secunda *recepit Bergkius* ‖ 19 vel *P*: aut *C* ‖ 20 *ad v.* 389 Clipeos] scuta maiora. Insignia] arma omnia. *P* ‖ *ἀπὸ . . . σῶμα om. C* ‖ ΚΛΕΠΤΙΝ *Hl* ΚΕΠΤΙ *L* cleptin *M* ‖ 21 COMA *LH* soma *M* ‖ omnia arma *M* ‖ 22 deesse *Scioppius enotavit:* esse *C* ‖ 24 *ad v.* 391 Arma] subdistingue . . . dabunt ipsi. Comantem] aut cristatam . . . hirsutus (yrsutus) equina aut comas habentem (habentes) . . . Abantiadas. *P* ‖ ut] bene *L* (ut *l*) ‖ et] ut *P*

*'dabunt ipsi'.* COMANTEM aut cristatam, quia de caudis animalium habebant cristas, ut <X 869> cristaque hirsutus equina: aut comas habentem, ut Statius non ego in terga comantis Abantiadas.

392. *ANDROGEI modo Latine declinavit; alibi Graece <VI 20> letum Androgeo.* INSIGNE DECORVM ornamentum decorum: non enim sunt duo epitheta, quod apud Latinos vitiosum est. fecit hoc tamen Vergilius in paucis versibus, qui tamen emendati sunt, ut lenta quibus torno facili super addita vitis, cum antea 'facilis' fuerit. *sane 'clipei insigne' περιφραστικῶς pro clipeo.*

393. INDVITVR quia multa inerant in scuto lora, quibus manum inserebant, ut <671> clipeoque sinistram insertabam aptans. *ADCOMMODAT mire 'adcommodat', ut ignorares, quorum esset.*

394. HOC IPSE multi hic distinguunt et ad Aeneam referunt: *et ideo subiunctum 'spoliis se quisque recentibus armat'. alii 'hoc ipse Dymas' distinguunt, ut ignotis personis addita dignitas videatur, ut est <XII 343> quos Imbrasus ipse nutrierat. et repetitum 'hoc' emphasis properantium, non figura epanalepsis a quibusdam traditur.*

395. *LAETA quod est προθύμου.*

396. INMIXTI vacat 'in', ut solet frequenter. HAVD NVMINE NOSTRO aut diis contrariis: aut quia in scutis Graecorum Neptunus, in Troianorum fuerat Minerva depicta. *HAVD NVMINE NOSTRO]* *[*hoc est*] *'haud nostro' non nobis utili: et ideo paulo post <402> 'heu nihil invitis fas quemquam credere divis', ut est <XII 539> nec di texere Cupencum, Aenea veniente, sui.**

---

3 Statius Theb. VII 369 'Clonium atque in terga comantes non ego Abantiadas' ‖ 9 lenta] buc. III 38 ‖ 23 haud nostro, non nobis utili] cf. Don. ad Ter. adelph. V 6, 10

---

2 equina] unde et ἵππουριν dixit galeam Homerus *add. D* ‖ 3 habentis *C* ubantiadas *C* abantadis *H* ‖ 5 *ad v.* 392 Insigne decorum] ornamentum decorum (deorum) . . . sane 'clipei insigne' περιφραστικῶς pro clipeo. *P* ‖ 7 quod] quia *P* ‖ aput *P* ‖ 8 tamen hoc *L* ‖ 9 lento *P* ‖ facili] facilis *ex* facitis *C* facitis *P* facilis *H* ‖ super ad ita suuis *L* (super addita uitis *l*) ‖ adita *C* ‖ ante *L* 10 perifrasticos *C* ‖ pro *om. C* (*add.* $C^2$) ‖ 11 inerant] intrant *C*, *om. L* (*in marg. add. l*) ‖ scuto lora] scut$^{a}$ularo *C* (a *superscr.* $C^2$. at scutaluro *idem in marg.*) manum] *om. C*, manus $C^2$ *M e* ‖ 12 inferebant *M* ‖ sinistra *C* ‖ 13 ACCOMMODAT *C* 14 distingunt *libri* ‖ refert *L* (*corr. l*) ‖ 15 subiunctum *Bergkius:* subiunctum cum *C fortasse* subiunctum dicunt ‖ 16 distingunt *C* ‖ 17 enfasis *C* ‖ 18 figura] f$^{v}$ i$^{a}$gere *C* (fugere *fuit, corr.* $C^2$) figura uel rei *Scioppium e Fuldensi excripsisse testatur Daniel:* figura uel ere *illum enotarisse conicio.* ‖ panalempsis *C* ‖ 19 προθυμοι *Scioppius enot.* ‖ 20 *ad v.* 396 Inmixti] uacat 'in', ut solet frequenter. Haud (aut) numine nostro] aut diis contrariis, hoc est 'haud (aut) nostro, non nobis utili': aut quia (que) in (*om. cod.*) scutis . . . depicta. *P* ‖ in] id *H* ‖ 21 dis *L H* contrariis hoc est aut nostro . . . uenienti sui aut in scutis . . . depicta. *C* 24 credere] fidere *Vergilius* ‖ texere Cupencum] texe cupiest cum *C* ‖ 24 uenienti *C*

397. *CONGRESSI PROELIA 'bellum' est totum tempus, ut Iugurthinum, Punicum, Macedonicum; 'pugna' unius diei; 'proelium' pars pugnae.*

398. *CONSERIMVS id est adversa fronte pugnavimus, ne forte nulla virtus videretur Troianorum, si dolo pugnassent.*

400. FIDA PETVNT sibi scilicet. FORMIDINE TVRPI epitheton timoris est. sic Sallustius Carbo turpi formidine Italiam atque exercitum deseruit.

401. CONDVNTVR IN ALVO non dum eunt, sed cum esse coeperint: unde et ablativo usus est, non accusativo, ut in georgicis ⟨I 442⟩ conditus in nubem. tale est autem hoc, quale illud 'includuntur in carcere' et 'includuntur in carcerem'.

402. HEV NIHIL INVITIS FAS QVEMQVAM FIDERE DIVIS generalis quidem sententia est, sed loco congrua; sequitur enim et Cassandrae captivitas fidentis sacerdotio, et praecesserat armorum mutatio, quae nunc deprehenditur: alioquin vitiosa est, cum discrepat ab specialitate. *est autem κατασκευή, non potuisse eos vincere, quamvis fortiter dimicarent. ECCE TRAHEBATVR bene dissimulavit de stupro Cassandrae.*

403. *PASSIS ut quidam volunt 'sacris', quod sic vaticinari soleret.* [*ut si diceret sacris*]. PRIAMEIA patronymicon quidem est, sed species possessivi; 'Priameis' vero tantum patronymicon est, sicut 'Priamides'. *et bene 'virgo', non filia.*

404. *ADYTISQVE bene 'adytis' ostendit illam sacerdotem religiosam fuisse; non enim accedunt ad adyta nisi religiosi sacerdotes. et ἐμφατικῶς, quasi non sufficeret 'a templo', adiecit 'adytis'.*

---

1 bellum . . . pars pugnae] cf. Isid. orig. XVIII 1, 8 et diff. verb. 78 6 Sallustius] hist. fragm. I 32 Kr. ‖ 9 unde et ablativo . . . carcerem] cf. [Sergii] explan. in Don. p. 517, 35 sqq. K. ‖ 11 includuntur] Cic. in Verr. act. sec. V 45, 117

---

1 *ad v.* 397 Proelia] 'bellum' est totum, ut Punicum, Macedonicum (macidonicum), 'pugna' unius diei, 'proelium' pars pugnae. *P* ‖ tempus *C*², *om. C* 3 *ad v.* 398 Conserimus] aduersa fronte pugnauimus, ne tantum dolo pugnare uiderentur. *P* ‖ 5 *ad v.* 400 Fida. Formidine turpi] epitheton timoris. *P* PETVNT *om. C* ‖ 6 cabo *C* (carbo *C*²) carbe *L* (*corr. l*) ‖ taliam *H* ‖ 7 exercitus *C* ‖ deruit *C* (deseruit *C*²) ‖ 8 *ad v.* 401 Conduntur in aluo] non dum eunt . . . 'includuntur in carcere' et includi (*sic*). *P* ‖ non dum eunt] conduntur. Non dum eunt *M* non conduntur dum eunt *El* ‖ esse *CPH:* isse *ME* isse uel ire *L* (esse *man. rec.*) ‖ ceperint *CL* (coeperint *l*) ‖ 9 non] no *C* nam *H* ‖ in georgicis *om. P* ‖ 10 nuue *P* ‖ autem *om. CP* ‖ 12 *ad v.* 402 Heu nihil etc.] ad Cassandrae captiuitatem pertinet fidentis sacerdotio. *P* ‖ 13 sed hoc loco *C* 15 deserepat *C* (discrepat *C*²) ‖ 16 catasceua *C* ‖ 17 dimicarent *C*²: dimicantur *C* ‖ 18 *ad v.* 403 Passis (pasis)] ut quidam nolunt . . . Priamides. *P* ‖ quod] quae *P* ‖ 19 patronimicon *CHM* patronomicon *LP* ‖ est quidem *L* ‖ 20 specie *C* speties *L* ‖ patronomicon *CPLM* patronimicon *H* ‖ 22 *ad v.* 404 Adytisque (aditisque)] ostendit illam sacerdotem esse, non enim . . . addidit 'adytis' (aditis). *P* ‖ ADITISQVE *C* ‖ ad itis *C* (additis *fuit*) ‖ illam *ex* illum *C* ‖ 23 ad adyta *C*²: addyta *C* ‖ enfaticos *CP* ‖ 24 a *om. C*

405. TENDENS ARDENTIA LVMINA quod est manuum oculis dedit; *solent enim homines in magnis motibus manus ad caelum tendere.* FRVSTRA secundum Epicureos: et est separatum.

406. *ARCEBANT continebant, vel prohibebant.*

407. HANC SPECIEM *iniuriae faciem, quod sacerdos, quod ab adytis, quod religata, quod passis crinibus trahebatur. Cicero Philippicarum XI. ⟨3, 6⟩ ponite itaque ante oculos, p. c., miseram illam quidem et flebilem speciem, sed ad incitandos nostros animos necessariam.* species *sane* medium est; nam et bona et mala est. FVRIATA 'furiosus' est a quo furor numquam recedit, 'furiatus' qui furit ex causa. *et est figura Graeca, μανεὶς τὰς φρένας. quidam sane participium volunt 'furiata' a verbo figurato apud Horatium furiare: sic 'fortunare', sic ⟨III 42⟩ 'scelerare'. SESE* αὐτὸς αὐτὸν.

408. PERITVRVS melior sensus est, si ad dimicantis referatur affectum: sicut de Tarchonte, de quo dixit ⟨XI 741⟩ et medios fertur moriturus in hostes, cum vicerit. *ET SESE MEDIVM INIECIT MORITVRVS IN AGMEN*] [*et*] *bene Coroebum non suadentem pugnam, ut supra, fecit, sed mox pugnantem, quoniam sponsam rapi videbat, in cuius causa pugnandum potius fuerat, quam loquendum. DENSIS* κατασκευῇ, *ut merito superati sint a pluribus.*

410. CVLMINE tecto, quod ante culmis tegebatur.

411. *ORITVR quasi aliud initium calamitatis.* CAEDES non proelium. MISERRIMA autem, quia inter cives.

412. *FACIE veritate.* IVBARVM pro 'cristarum', quae de caudis fiebant: ut est ⟨X 869⟩ cristaque hirsutus equina.

---

10 furiosus est e. q. s.] exscr. Isid. diff. verb. 211 || 12 apud Horatium] carm. I 25, 14 || 15 et medios] cf. Aen. XI 711 'haec effatus equum in medios moriturus et ipse concitat' et Aen. II 511 'cingitur ac densos fertur moriturus in hostes'.

---

1 ARDENTIA *om.* *CM* || LVMINA *om.* *H* || quid *H* || 2 dedit] et est ypallage *add.* *ME* || 4 *ad v.* 406 Arcebant] continebant (continuebant). *P* || continuebant *C*[1] (*corr.* *C*[2]) || 5 *ad v.* 407 Hanc speciem] iniuriae faciem quod religata (q: relicta), quod passis crinibus trahebatur. sane 'species' medium est, et mala enim et bona est. Furiata] 'furiatus' qui furit, 'furiosus' (furios) uero a quo furor numquam (numquia) recedit. *P* || 7 XI] .II. *C* || 10 est *ante* a *om.* *H* || 11 qui fuerit perturbatus ex causa *E* ΜΑΝΙϹ ΤΑϹ ΦΕΝΑϹ *C* || 12 oratium *C* || 13 furiarae *C*

14 MORITVRVS *C*, *ut Vergilii Bernenses* 172 *et* 165 || 15 adfectum *C* affectum *ex* effectum *L* || tharconte *CH* tarh cunte *L* (u *in* o *mutavit l*) tharchonte *M* || 16 cum ipse vicerit *Lion* || 17 corybum *C* || pugnam . . . causa *non exscripsit Scioppius: videlicet a* pugnam *ad* pugnandum *oculi eius aberraverant.* || 18 puguantem *C*[2]*:* pugnan *C* || sponsam *Bergkius:* sponsum *C* || 20 catassceue *C* superati sint *C*[2]*:* superatis int *C* || 21 tecto: bene dixit; quod ante *Lion* || 22 non *om.* *ME* (*trium litterarum spatium relictum in M*) modo *Fabricius* || 23 MISERRIMA quia inter ciues. CAEDES non proelium *C* || 24 *ad v.* 412 Facie] ueritate. Iubarum] pro 'cristarum'. *P* || feritate *Masvicius* || 25 ut est] ut supra dictum est *Fabricius primus*

413. TVNC DANAI ordo est '*tum Danai* undique collecti invadunt'. EREPTAE σχῆμα διανοίας: non enim dicit a Troianis sublatam, sed intellegendum reliquit.

414. *ACERRIMVS AIAX Oïleus sine dubio, quia Telamonius armorum iudicio superatus iam se peremerat. incertum est ergo, quando ab Aiace vitiata sit Cassandra: quod si, ut dicitur, in templo Minervae factum est, constat post stuprum Cassandram protractam.*

415. GEMINI ATRIDAE duo: quod habet excusationem, quia fratres sunt, propter similitudinem; nam numeri esse non potest; 'gemini' enim sunt proprie simul nati. EXERCITVS OMNIS bene excusat propter victi pudorem: ut ⟨424⟩ 'obruimur numero'.

416. ADVERSI e contrario flantes.

417. EOIS EVRVS EQVIS ab Eois equis, id est Solis, *unde equi Solis oriuntur:* nam Eurus ab oriente flat. notandum sane, quod, cum 'Eous' 'e' naturaliter longum habeat, metri necessitate correptum est propter sequentem vocalem. rarum autem est: nam nec proprium nomen est, ut 'Diana', nec sermo compositus, ut ⟨VII 524⟩ s u d i b u s v e  p r a e u s t i s.

418. STRIDVNT SILVAE excursus poeticus: qui ultra tres versus fieri non debet. [ne sit vitiosissimum.] *et 'stridunt' quidam antique declinatum tradunt, ut sit prima verbi positio 'strido stridis stridit', et faciat 'stridimus striditis stridunt'. nos 'strident' dicimus a prima positione 'strideo', ut sit 'stridemus stridetis strident'.*

419. SPVMEVS pro 'spumosus', *ut 'frondea' pro 'frondosa'.* ATQVE IMO 'ab' minus est, *id est 'ab imo'.* ILLI propter illud ⟨410⟩ 'hic primum ex alto'.

420. OBSCVRA NOCTE PER VMBRAM per umbram noctis obscurae: ut ⟨I 61⟩ m o l e m q u e  e t  m o n t e s.

1 *ad v.* 413 Erepti] σχῆμα διανοίας (scemata dianoeas): non enim . . . reliquit. *P* ‖ TVM *C* ‖ DANAI *ex* TANAI *C* ‖ danai *ex* tanai *C* ‖ 2 schaema dianoeas *CM* scema dianoeas *L* chem adia nocas *H* ‖ 3 sed] qui *P* ‖ reliquid *CH* 4 *ad v.* 414 Acerrimus Aiax] Oileus sine dubio, quia (quae) Telamonius armorum indicio superatus iam se peremerat. *P* ‖ armrum *C* (armorum *C*²) ‖ 5 ab Aiace *C*²: abiace *C* ‖ 7 cassandr///m *C* ‖ 8 *ad v.* 415 Gemini Atridae] quod duo. habet excusationem . . . simul nati. *P* ‖ quod duo habet *C* ‖ 10 gemini enim . . . nati *om. M* ‖ nati] ante *H* ‖ 11 *fortasse* se excusat ‖ 12 *ad v.* 416 Aduersi] id est e contrario flantes. *P* ‖ e] et *C, om. H* ‖ 13 *ad v.* 417 Eois Eurus equis] ab Solis (*sic*) equis, unde equi Solis oriuntur: nam Eurus ab oriente flat. sciendum sane quod . . . praeustis. *P* ‖ unde . . . oriuntur *fortasse post* flat *collocanda sunt* ‖ 15 longam *LH* ‖ metrice *L* ‖ 16 rarum *CPE:* raro *LHMe* 19 *ad v.* 418 Stridunt] quidam antique declinatum tradunt, ut sit prima uerbi positio 'strido stridis'. nos autem 'strident' dicimus a 'strideo strides'. *P* SILVAE] VNDE (*i. e.* '*undae*') *C* ‖ ultra] intra *C* ‖ 20 fieri non debet] non fit *C* ne sit vitiosissimum *om. CM* ne sit uiciosum *E* ‖ 21 stridis stridit *C*²: stridistridit *C* ‖ 22 nos strident *C*²: nostrident *C* ‖ 23 stride tis *C* ‖ 24 *ad v.* 419 Spumeus] pro spumosus . . . frondosa. Illi] . . . ex alto. *P* ‖ 25 abminal est *C* ILLI ETIAM *CMEl* ‖ illud *om. M* ‖ 27 *ad v.* 420 Obscura nocte per umbram] per

421. FVDIMVS modo 'fugavimus': nam sequitur 'totaque agitavimus urbe'; alibi 'interemimus' significat. *TOTAQVE per totam.*

422. MENTITAQVE TELA verbo communi: hoc est 'quae nos Graecos esse mentiebantur'. ut solet, sensum dedit rei inanimatae; non enim [*illi*] poterant tela mentiri. *vel 'per quae nos mentiebamur'.*

423. *SONO DISCORDIA sono discrepantia.* SIGNANT designant: aut per vocem, aut per symbolum, quo utebatur exercitus.

424. *ILICET confestim, mox. sane apud veteres 'ilicet' significabat sine dubio 'actum est'. origo autem significationis inde descendit: olim iudex ubi sententiam dixerat, si dare finem agendis rebus volebat, per praeconem dicebat 'ilicet', hoc est 'ire licet', id est 'acta et finita res est'. Terentius in adelphis* ⟨V 3, 5⟩ *em tibi, rescivit omnem rem, id nunc clamat, ilicet. idem in eunucho* ⟨I 1, 9⟩ *actum est, ilicet, peristi. NVMERO ne videantur virtute superati.*

425. *DIVAE ARMIPOTENTIS bene Minervam Troianis expressit iratam, cum etiam eum ante aram perisse dicat, qui sacerdotem liberare temptaverat.*

426. *IVSTISSIMVS 'iustum' secundum leges vel aliqua ratione constrictum, 'aequum' iuxta naturam accipiunt.* VNVS *non solus, sed* praecipuus.

427. AEQVI pro 'aequitatis'. et optima figura est a feminino genere in neutrum transire.

428. DIIS ALITER VISVM *aut illum non esse iustissimum: an aliter visum, quam quod rectum erat: an pro 'diis ita visum'; sic enim periit ut iniustus. et bene* in ingenti indignatione Aeneae tamen nihil

---

8 Ilicet confestim e. q. s.] cf. Charis. p. 200, 27 K. Don. ad Ter. eun. I 1, 9 ‖ 18 iustum . . . accipiunt] cf. Isid. orig. X 7 et 124 et diff. verb. 68

---

umbram . . . et montes. *P* ‖ per umbram obscurae noctis *C* ‖ 1 *ad v.* 421 Fudimus] modo fugavimus . . . alibi (aliui) interemimus. Totaque] per totam. *P* 2 urbe *om. C* ‖ significat *om. C* ‖ 3 *ad v.* 422 Mentitaque tela] quae nos . . . tela mentiri. *P* ‖ uerbo communi hoc est *om. CP* ‖ 4 sensu rei inamatae dedit *C* sensu rei inanimitate ededit *P* ‖ 6 *ad v.* 423 Sono discordia] sono discrepantia . . . utebatur exercitus. *P* ‖ SONO *C²*: SINO *C* ‖ sono *C²*: sino *C* ‖ 7 simbolum *CLE* simbulum *H* id est per thesseram *superscr. man. saec. XII in C* ‖ 8 *ad v.* 424 Ilicet] confestim, mox. sed apud (aput) ueteres significabat 'actum est'. olim iudex si dare finem agendis rebus uoluisset per praeconem dicebat 'ilicet', hoc est ire licet, id est 'acta et finita res est'. *P* ‖ 10 egendis *C* ‖ 14 per isti *C* ‖ 15 *ad v.* 425 Diuae] Mineruae. *P* ‖ iratam *ex* iteratam *C* 18 *ad v.* 426 Iustissimus] iustum secundum leges aliqua ratione constructum, aequum iuxta naturam accipiunt. Unus] non solus, sed praecipuus. *P* ‖ ratione] *an* pactione? ‖ 20 precius *C* (precipuus *C²*) ‖ 21 *ad v.* 427 Aequi] pro aequitatis . . . transire. *P* ‖ et est optima figura *CP* ‖ a *om. LH* (*add. l*) ‖ 22 neutro *P* 23 *ad v.* 428 Diis. Pereunt] pro perierunt. *P* ‖ 24 an pro 'diis ita visum, sic eum perire ut iniustum' *coni. F. Schoellius* ‖ 25 perit *C* ‖ in *om. C*

sacrilegum datur, vel cum sequatur 'confixi a sociis'. *PEREVNT vel pro perierunt.* PANTHV vocativus Graecus est.

431. ILIACI CINERES naturale est iurare per id quod carum quis habuit. et excusatur, ut supra ⟨415⟩ diximus, fuga. *ergo fuit necessarium iusiurandum.* *EXTREMA num ideo 'extrema meorum', quod existimet, nihil ex ea superesse?*

432. TESTOR testificor: et deest 'vos'.

433. VICES pugnas, quia per vicissitudinem pugnabatur, ut Sallustius docet. legimus etiam poenas 'vices' dici: Horatius v i c e s q u e  s u p e r b a e  t e  m a n e a n t  i p s u m. sed de bello usurpatum est; nullum enim proelium caret periculo. [*ergo*] *'vices' pericula.*

434. MERVISSE MANV testor me meruisse, id est fortiter dimicasse: hi enim merentur occidi. bene autem evasisse se fatis inputat, cum tam senex, quam debilis *Iphitus et Pelias* evaserint, occisis iuvenibus. *DIVELLIMVR sic dixit, quasi accuset, quod non perierint.*

436. *VVLNERE VLIXI quod illi Vlixes inflixerat.*

437. *PROTINVS AD SEDES PRIAMI servavit ordinem, ut primo de patria, post de rege curaverit. 'protinus' hic statim, alibi porro tenus.* CLAMORE bellico scilicet. *VOCATI clamorem secuti.* INGENTEM PVGNAM merito, quippe in domo regia, *ubi aut caput rei publicae erat, aut* de qua maior spes erat praedae.

439. *FORENT pro essent.* MORERENTVR non pugnarent, ut supra ⟨411⟩ o r i t u r q u e  m i s e r r i m a  c a e d e s.

441. ACTA TESTVDINE adplicita, *vel quae agebatur.*

---

3 naturale est e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Andr. III 3, 9 ‖ 9 Sallustius] hist. fragm. inc. 89 Kr. ‖ Horatius] carm. I 28, 32 ‖ 17 quod illi Ulixes inflixerat] cf. Gellius IX 12, 17

---

1 vel cum sequatur *F. Schoellius:* ut cum sequatur *LHME* et consequatur *C* cum sequatur *Leidensis Burmanni* nam sequitur *Fabricius. possis et ex Tiberio Donato ad hunc v. supplere* PEREVNT augetur commiseratio, cum sequatur ‖ confixa sociis *C* ‖ 2 est grecus *C* ‖ 4 quis habuit *LH:* habuimus *CMle* habuit *E* ‖ ut supra dictum *C* ‖ 5 num *expunxit man. rec. in C* ‖ 7 *ad v.* 432 Testor] testificor. et deest 'uos'. *P* ‖ 8 *ad v.* 433 Vices] pugnas, quia per uicissitudinem pugnabatur. *P* ‖ ut et Salustius *M* ‖ 9 dicit *C* ‖ 10 superbae *om. C* ‖ de bello] e bello *H.* ut dictum *add. Fabricius,* ductus *add. Lion* 11 nullum enim proelium caret periculo *dubito num Servii sint* ‖ pericula *scripsi:* periculi *C. cf. ad Aen.* III 376: et hic 'vices' vicissitudines, alibi pericula, ut 'vitavisse vices Danaum'. ‖ 12 testor me meruisse *om. L* ‖ me *om. CM* ‖ 13 hi] dii *C* ‖ euasisse se *Cl:* euasisse *LHE* euassisseque se *M* ‖ 14 Iphitus] fitus *C* euaserit *LE* (euaserint *e*) ‖ 15 accusset *C* ‖ 17 *ad v.* 436 Vulnere Ulixi] quia illi Ulixes inflixerat. *P* ‖ 18 *ad v.* 437 Protinus] hic 'statim'. alibi (alii) 'porro tenus'. *P* ‖ pri///mo *C* (priamo *fuit*) ‖ 19 protenus *C* ‖ 23 *ad v.* 439 Forent] pro 'essent'. *P* ‖ 25 *ad v.* 441 Acta testudine (testune)] applicita, uel quae agebatur. *P* ‖ applicatae *C*

442. HAERENT PARIETIBVS SCALAE *quod illac, quae feruntur ad pugnam, clavos habeant vel uncos, ut figantur: ideo haerent.* POSTESQVE SVB IPSOS si circa portam, 'sub postibus'; si circa fenestras, 'circa postes'.

443. NITVNTVR *pro nitebantur.* AD TELA *id est* contra tela. *et hoc verum est; nam si 'ac tela', sinistris manibus simul tenent tela et scutum, cum se tegunt.*

445. TECTA CVLMINA 'tecta' participium est: aut eandem rem bis dixit. *quamvis legatur et 'tota'.* DOMORVM *veteres 'haec domus', ut merito ablativus 'o' terminatus genetivum pluralem in 'rum' mitteret, ut 'bono bonorum'; sed mutata postea declinatio est, ut 'huius domus' faceret: quod cum ita evenerit, ut ablativus in 'u' terminaretur, genetivum pluralem per 'u' geminat, ut 'ab hoc fructu, fructuum', ita et 'domuum': nam et Iuvenalis ⟨III 72⟩ viscera magnarum domuum ait. nos tamen de antiqua declinatione praesumimus, ut 'ab hac domo, harum domorum' dicamus.*

446. HIS SE propter quae pugnabant. sic Lucanus ⟨III 674⟩ in pugnam fregere rates. *vel 'his' huius modi.* QVANDO *quatenus, quoniam.*

447. EXTREMA IN MORTE *hoc est ruina civitatis.*

448. DECORA ab eo quod est 'decus', ut 'pecus'.

450. OBSEDERE modo pro praesidio tenebant, ut sequentia indicant *'hos servant agmine denso'.*

451. INSTAVRATI ANIMI hinc ostenditur, eos superius defecisse: quod supra non dixit.

452. LEVARE iuvare. VIMQVE virtutem: ut Sallustius sed nostra omnis vis in anima et corpore sita est. VICTIS qui vincebantur, ut ⟨I 121⟩ et qua vectus Abas. VICTIS *hoc est, sine vincendi spe laborantibus.*

453. LIMEN ERAT contra illud, obsessis foribus quemadmodum

---

26 Sallustius] Cat. I 2

---

1 *ad v.* 442 Haerent. Postesque sub ipsos] si . . . circa postes. *P* ‖ 2 habeantur *C* ‖ ut *Bergkius:* et *C* ‖ 3 si *om. C* (*add.* $C^2$) ‖ portam] postem *H* ‖ sub postibus] suppositus *P* sub portibus *H* ‖ 4 portes *H* ‖ 5 *ad v.* 443 Nituntur] pro nitebantur. Ad tela] contra tela . . . tegunt. *P* ‖ 9 haec domus] *addendum videtur* huius domi. *dissentit F. Schoellius* ut huius domus faceret (*lin.* 11) *secludens.* ‖ 13 per 'um' terminat *coni. F. Schoellius* per 'u' geminam facit *ego.* 14 domuum $C^2$: domum *C* ‖ 15 declinatione $C^2$: declinatine *C* ‖ 22 *ad v.* 450 Obsedere] modo . . . indicant 'adseruant (*sic*) agmine denso'. *P.* (*hinc* HAS SERVANT alii adservant *Daniel*) ‖ pro praesidio] proprie sidio *C* ‖ sequenda *H* 24 hic *C* ‖ ostendit ut *C* (ostenditur ut $C^2$) ‖ superius] non *supra vers. add.* $C^2$ ‖ 26 *ad v.* 452 Auxilio (auxilia) leuare. Vimque] uirtutem. *P* ‖ 27 et c. s. est *LHE* e. z. c. s. t. *M* ‖ qui] quia *C* ‖ 28 est *om. C* ‖ 30 *ad v.* 453 Limen erat] quo modo ingressus sit. et dicit . . . Caecae] non omnibus notae (nocte). Per-

ingressus sit: et dicit per posticum, quod generis est neutri, ut Horatius a t r i a  s e r v a n t e m  p o s t i c o  f a l l e  c l i e n t e m. nam si generis feminini legeris 'postica', augurale est, ut 'antica', 'postica'.

CAECAE non omnibus notae. VSVS verbum iuris: 'via' actus, usus. *PERVIVS VSVS] hos Graeci andronas appellant.*

454. *TECTORVM INTER SE PRIAMI per quod iter ad utramque domum Priami commeabatur, ut appareat duas domos fuisse, alteram regiam Priami, alteram Hectoris, inter quas illi aditus. POSTESQVE RELICTI aut relictum spatium cum domus aedificaretur, ubi ostium fieret; aut relicti ab hostibus, id est quos hostes non obsederant.*

455. INFELIX *non cum regna manebant, sed* ad praesens rettulit tempus 'infelix'. DVM REGNA MANEBANT 'dum' donec: et absolutus est sensus. alii tamen 'cum' legunt: sed 'cum manebant' quomodo dicimus, cum constet 'manebant' modum esse indicativum? hoc ergo sciendum est, quia, quando coniunctivus modus est, necesse est aliquid iungi aut subaudiri, ut 'cum venirem, vidi illum'. si autem 'cum veniebam' dicamus, aut modus pro modo est, hoc est indicativus pro coniunctivo: aut 'cum' non erit coniunctio, sed adverbium temporis, et significat 'tempore quo veniebam'.

456. *ANDROMACHE notum est omnibus, hanc de gente Eetionis fuisse, uxorem Hectoris, matrem Astyanactis, de qua plenius omnia in tertio libro* ⟨97⟩ *narrantur. FERRE INCOMITATA ut et ad soceros iret saepius et non quaereret obsequia famulorum.*

457. AD SOCEROS *quare 'ad soceros', cum 'socer' et 'socrus' di-*

2 Horatius] ep. I 5, 31

uius usus (ususus)] uerbum iuris: uia actus usus. has Graeci andronas uocant. *P* ‖ Limen contra erat *C* ‖ 1 ut Horatius *om. C* ‖ 2 Horatius *LHP:* flaccus *ME* ‖ postico] portio *H* ‖ falle] fallentica *C* fallene *P* ‖ cliontem *H* ‖ 3 feminini generis *L* ‖ portica *H* ‖ antica] ante *C* antiqua *P* cantica *H* ‖ portica *H* ‖ 4 PERVIVS VSVS *C* ‖ via] ut *F. Schoellius* ‖ 5 has *C. correxi.* ‖ 6 *ad v.* 454 Postesque relicti] relictum spatium . . . ostium fieret. *P* ‖ utramque $C^2$: utrumque *C* ‖ 7 duas *ex* duos *C* ‖ 10 obsiderant *ex* ousiderant *C* ‖ 11 *ad v.* 455 Dum] donec . . . cum uenirem uidi illum. aut uero modus pro modo est, indicatiuus pro coniunctiuo . . . tempore quo ueniebam. *P* ‖ manebant $C^2$: manebunt *C* rei tulit *H* ‖ 12 DVM REGNA MANEBANT *om. C* ‖ 13 cum manebunt *C* ‖ 14 manebunt *C* ‖ modo *L* (modum *l*) ‖ 15 ergo] uero *P* ‖ quando] quomodo *P* ‖ modus *om. C* ‖ 16 subaudiri debet *M* ‖ com uenissem *L* (t uenirem *superscr. C*) ‖ vidi] inueni *C* ‖ sin autem *C* ‖ 17 hoc est *om. CP* ‖ 18 coniunctivo *om. H, in quo decem fere litterae erasae sunt.* ‖ aut etiam *P* ‖ com *L* ‖ 19 temporis] tempus *C* ‖ 20 *ad v.* 456 Ferre incomitata] ne quaereret exequia famulorum. *P.* (*quae Lion primus recepit* notandum vero hic exequia dici de comitatu famulorum sequentium *non sunt in libris; neque Burmanno fides habenda est, qui a Daniele et Fabricio ea edita esse dixit.*) ‖ iectionis *C* ‖ 21 astianactis $C^2$ astanactis *C* ‖ 24 *ad v.* 457 Ad soceros] quare ad soceros, cum socer et socrus dicantur? sed melio-

*cantur? sed* meliori sexui respondit, id est masculino. *ASTYANACTA hunc quidam ab Vlixe, alii a Menelao, absente Pyrrho, raptum et praecipitem datum ferunt; fatis enim praedictum fuerat puerum si supervixisset ultorem patriae et parentum futurum.* TRAHEBAT quasi puerum, ut ⟨320⟩ parvumque nepotem ipse trahit.

458. EVADO 'e' vacat, ut 'emortuus'. sane minus est 'hac', id est 'hac evado'.

459. IACTABANT spargebant, quasi nihil profutura.

460.* IN PRAECIPITI in alto, unde quis potest praeceps dari: sequitur enim 'sub astra eductam'. *EDVCTAM extructam.*

462. SOLITAE NAVES participium sine verbi origine: 'soleo' enim neutrale est, quod caret praeterito. *ACHAICA CASTRA videtur alios Danaos, alios Achaeos dixisse.* CASTRA ubi exercitus sit 'castra' dicuntur: unde est ⟨III 519⟩ nos castra movemus et velorum pandimus alas.

463. SVMMA extrema, ut 'supremum' summum dicimus: ut pro supreme Iuppiter. LABANTES faciles ad resolutionem. et est ordo 'turrim convellimus inpulimusque'.

464. *TABVLATA DABANT quidam 'dabant' pro 'faciebant' intellegunt, ut ⟨482⟩ et ingentem lato dedit ore fenestram. olim sane domus*

---

13 Castra ubi exercitus sit] cf. Isid. orig. IX 3, 44 ‖ 16 pro supreme Iuppiter] Ter. adelph. II 1, 42 ‖ 20 olim sane domus e. q. s.] cf. Isid. orig. XV 3, 12

---

rem (*sic*) sexui respondit, id est masculino. Astyanacta] hunc (hic) . . . futurum. *P* ‖ Ad soceros] cum hoc loco soceros masculini et feminini generis (genus *l*) significet hoc est priamum et hecubam tamen meliori (melioris *E* praeponderanti *in marg. e*) sexui respondit. *El* ‖ Ad soceros] Priamum et Hecubam. Quare ad soceros, cum socer et socrus dicatur? soluitur, quia quae ex diuersis potiora sunt ad suum genus clausulas stringunt. an quia omnes qui ad socerum pertinent socrus sunt, soceros ad praesens tempus retulit, uel ad Priamum uel ad Hecubam? dices praeponderato sexui respondit, hoc est masculino. *D* 1 meliores exui *C* (meliore sexui *man. rec.*) uel praeponderanti meliori sexui (uel praeponderanti *expuncta*) *L* at praeponderanti (*ex* praeponderandi) sexui *H* at meliori praeponderanti sexui (at meliori *expuncta*) *M* ‖ hoc est *M* ‖ masculino] Astianacta graecus accusatiuus est *add. E* ‖ 2 a] abe *P* ‖ raptum *Daniel:* rapto *CP* ‖ 3 datum *C:* raptum *P* ‖ ferunt *C²:* fuerunt *CP* ‖ praedictum *P:* proditum *C* ‖ 4 parentem *C* (*corr. C²*) ‖ quasi] quia *M* ‖ 6 *ad v.* 458 Euado] 'e' uacat . . . 'hac (ac) euado'. *P* ‖ emortuus] emontuis *C* ‖ 8 *ad v.* 459 Iactabant] spargebant quasi nihil profutura. *P* ‖ IACTABANT INRITA *C* ‖ quasi minus vel nihil profutura *Masvicius primus* ‖ 9 *ad v.* 460 In praecipiti] in alto, unde quis potest in praeceps (praecebs) dari. Eductam] extructam. *P* ‖ potest *ex* ponte est *C* ‖ 10 exstructum *C* ‖ 11 *ad v.* 462 Solitae naues] participium . . . praeterito (praepositione). *P* ‖ participium est *PL* ‖ solo *H* sole *P* ‖ 12 praeterito] p̃to *H* *fortasse* passivo ‖ 13 dixsisse *C* ‖ castra autem *C* ‖ ubicumque *Mle* fuerat *C* ‖ 14 castra *om. C* ‖ et] ut *LH* ‖ 16 *ad v.* 463 Summa] extrema . . . inpulimusque (inpulimus). *P* ‖ supraemum *CH* supraemum *M* ‖ ut pro ut *H* ‖ 17 supraemo *H* supremae *M* ‖ 19 *ad v.* 464 Tabulata dabant] quidam . . . sustinet. *P* ‖ DABVNT *et* dabunt *C* (*corr. C²*) ‖ ficiebant *P* ‖ 20 et *om. P* ‖ fenistram *P*

*de tabulis fiebant, unde hodieque in aedificiis surgentibus primum et secundum tabulatum dicimus. summum autem est quod tectum sustinet.*

465. INPVLIMVSQVE *quidam notant, quod non sit expressum, ubi stantes summum tectum inpulerunt.* REPENTE *ne provideri et vitari possit.*

467. AST ALII SVBEVNT *hic ostendit, priores perisse.*

468. TELORVM INTEREA CESSAT GENVS bene addidit 'genus'. telum enim dicitur secundum Graecam etymologiam ἀπὸ τοῦ τηλόθεν quicquid longe iaci potest: quamquam legerimus de gladio ⟨IX 747⟩ at non hoc telum mea quod vi dextera versat et sequitur dixit et sublatum consurgit in ensem. telum autem illo loco dictum a longitudine, unde et mustelam dicimus.

469. VESTIBVLVM 'vestibulum' est prima ianuae pars. dictum autem vestibulum vel quod ianuam vestiat, ut videmus cameram duabus sustentatam columnis: vel quoniam Vestae consecratum est. unde nubentes puellae limen non tangunt. Lucanus ⟨II 359⟩ translata vitat contingere limina planta. singula enim domus sacrata sunt diis: ut culina penatibus, maceries, quae ambit domum, Herceo Iovi. *sane videtur vestibulum et limen pro una re dixisse.* PYRRHVS a colore *comae* dictus, qui Latine burrus dicitur. *ita et Sallustius 'Crispus'.*

---

8 telum enim dicitur . . . mustelam dicimus] exscr. Isid. orig. XVIII 7, 10
13 dictum e. q. s.] cf. Gellius XVI 5 et Isid. orig. XV 7, 2

---

1 tabulis] talibus *P* ‖ odie *P* ‖ 2 quod] quae *P* ‖ tectum est sustinet *C* ‖ 3 notunt *C* ‖ 7 *ad v.* 468 Telorum interea cessat genus] bene addidit 'genus' . . . dextera (dextra) uersat. sed illo loco a longitudine dictum est, ut mustelam dicimus. *P* ‖ 8 et thimologia *C* ethimologiam *LH* etimologiam *P* ethymologiam *M* ‖ ΝΑΠΟ ΤΟΥ ΤΗΛΟΘΕΝ *CP* (id est *add. P*) ΑΠΟ ΤΟΥ ΟΩΘΕΝ *L* ΑΠΟ ΤΟΥ ΤΗΕΘΟΘΟΝ *H* ΑΠΟ ΤΟΥ ΤΗΛΟΕΝ *M* ‖ 9 legerimus *LM:* legi dicimus *C* legimus *P* legeri *H* ‖ 10 dexter *C* dexterat *H* ‖ versat] sicut Graeci βέλος telum dicunt ἀπὸ τοῦ βαλλεῖν *add. D* et . . . ensem *omittens* ‖ 11 dixit *om. M* ‖ sublatum alte consurgit *C* sublatum dixit consurgit *M* ‖ telum autem illico loco dictum est *C* dictum telum autem illo loco *M* ‖ 12 dictum est *E* ‖ mustelam *LP:* mustelum *CHME cf. Serv. ad Aen.* IX 747, *ubi* mustela *libri* 13 *ad v.* 469 Vestibulum] uestibulum prima ianua (iamba) est, dictum uel quia ianuam uestiat; uel Vestae consecratum est: unde nubentes puellae limen non tangunt. Pyrrhus (pyrrus)] a colore comae dictus, qui latine byrrus dicitur. *P* ‖ uestibulum . . . pars] uestibulum est prima ianua *C* ‖ 14 videmus] dicimus *C* ‖ 15 quoniam] non iam *C* ‖ 16 tangunt] ne numini dicatum locum calcantes sacrilegium committant *add. D* ‖ translata uitat *C:* translata uetat *L* (translataque *l*) tranlataque erat *H* translataque uetat *M* translata uetuit *Lucani exemplaria* ‖ 17 singula enim membra domus *D* ‖ 18 culmina *MEl* ‖ diis penatibus (poenatibus *E*) *ME* ‖ maccrios *H* ‖ domus *C* ‖ 19 hercaeo *C:* herculi *LHE* herculio *M* ionis *C* ‖ sane *scripsi:* ante *C.* antique *F. Schoellius* ‖ 20 PYRRVS *C* PHYRRVS *M* calore *L* (*corr. l*) ‖ qui] quia *L* ‖ burrus *scripsi:* byrrus *CH* byrrhus *L* birrus *M* dicitur] a calore (colore *l*) quo tingebatur *add. L* a colore quia tingebatur *add. H* quo tingebatur *add. E* (*sed expuncta sunt*)

470. LVCE CORVSCVS AENA *pro luce aeni, ut saxea procubet umbra.*

471. IN LVCEM COLVBER *deest 'processit'. sed colubrum non nulli promiscuum nomen tradunt, quod ut sonantius fieret, finxit masculinum, ut diceret 'coluber'.* MALA GRAMINA PASTVS *venenatis herbis, βεβρωκὼς κακὰ φάρμακα, hoc est pro malis graminibus.* legimus et ⟨X 709⟩ silva pastus harundinea: *nam illud aliud est pascuntur vero silvas et summa Lycaei horrentesque rubos:* sed sciendum est, quia, licet hoc in usu sit, rarum tamen est apud antiquos. 'pastus' autem pro 'qui pascebatur', quia, ut supra ⟨I 121⟩ diximus, in hoc Latinitas deficit.

472. TVMIDVM *qui semper irascatur.* BRVMA id est hiemps. dicta autem 'bruma' quasi βραχὺ ἦμαρ, id est brevis dies. est autem, ut hic locus indicat, generis feminini, numeri singularis.

473. EXVVIIS *bene corium quo serpens exuitur exuvias dixit.* NITIDVSQVE IVVENTA *novus; constat enim serpentes innovari virtute, pelle deposita.*

474. LVBRICA TERGA lubricum dicitur et quod labitur, dum tenetur, ut piscis, serpens; et locus in quo labimur, ut ⟨V 335⟩ et sese opposuit Salio per lubrica surgens.

476. PERIPHAS ultima accentum non habet, ne femininum sit; nec tertia a fine, quia novissima longa est; ergo 'ri' habebit accentum. AGITATOR *auriga secundum usum communem.*

477. ARMIGER AVTOMEDON Pyrrhi *armiger:* nam Achillis auriga fuit. SCYRIA PVBES a Scyro insula, una de Cycladibus, in qua Lycomedes fuit, pater Deidamiae: *quam Achilles commendatus ibi a*

---

1 saxea] georg. III 145 ‖ 4 βεβρωκώς] Hom. Il. XXII 94 ‖ 6 pascuntur] georg. III 314 ‖ 12 dicta autem . . . dies] cf. Isid. orig. V 35, 6 et gloss. Sangerm. ap. Hildebr. p. 35 ‖ 15 constat . . . deposita] cf. Isid. orig. XII 4, 46 17 lubricum . . . serpens] exscr. Isid. orig. XII 4, 2. XIV 8, 36. X 158

---

1 *ad v.* 470 Luce aena] pro luce aeni (eni) . . . umbra. *P* ‖ AENE *C* ‖ aeni] ceni *C* ‖ 2 *ad v.* 471 In lucem coluber] deest processit. ut sonantius finxit masculinum, ut diceret coluber; nam, ut alii, promiscum (*sic*) est. Mala gramina pastus] uenenatis herbis, id est pro malis graminibus. 'pastus' autem pro 'qui pascebatur'. sed in hac ratione Latinitas deficit. *P* ‖ LACEM *C* ‖ 4 MALA *om. LHME* ‖ βεβρωκώς *Dorvillius:* bebpolκnc *C* ὑπερβολικῶς *Masvicius primus* ‖ 6 partus *H* ‖ aliut *C* ‖ 7 summa . . . rubos] sum. l. n. c. *C* ‖ est *om. C* ‖ 9 dictum est *C* ‖ 10 deficit latinitas *M* ‖ 11 *ad v.* 472 Tumidum] qui semper irascatur. Bruma] id est hiems . . . id est breuis. *P* ‖ BRVNA *C* (*corr. C*[2]) ‖ hiems *L* hiem s *M* ‖ 12 quasi *om. LHE* (*add. l*) ‖ βραχὺ ἦμαρ *CM:* BPAXY EMEPA *L* (BPAXYC *l*) BPAXY HMEAPA *H* BPAXIN MAP *P* ‖ 13 indicat locus *M* ‖ 14 *ad v.* 473 Exuuiis] bene . . . deposita. *P* ‖ quo serpens] quos semper *C* qua serpens *P* ‖ 15 pella *C* ‖ 17 *ad v.* 474 Lubrica terga] lubricum . . . surgens. *P* 18 piscens *C* ‖ 19 et *om. CP, del. F. Schoellius.* nam *Vergilius* ‖ 20 *ad v.* 476 Periphas] ultima . . . communem. *P* ‖ PERYPHAS *L* ‖ 21 quia] quae *P* ‖ 23 *ad v.* 477 Armiger Automedon] Pyrrhi armiger . . . unde Pyrrhus natus est. *P* ‖ pyrri *CE* pyrhi *H* phirri *M* ‖ 24 SCHYRIA *C* ‖ sciro *CP* ‖ cyladibus *C* ciladibus *P* clycadibus *M* ‖ 25 licomedes *LH* ‖ deidamiae *m:* didamiae *CPMl* dedamiae *LH.* matris pyrri *add. L*

*matre Thetide vitiat, unde Pyrrhus natus est. quamvis alii volente Lycomede Deidamiam Achilli datam in matrimonium dicunt.*

478. SVCCEDVNT TECTO pro 'sub tectum cedunt'. et est figura, quia mutatus est casus.

479. *DVRA valida limina, id est firmiter clausa: ideo non aperit, sed 'perrumpit'.* BIPENNI ecce nomen, quod reservavit antiquitatem, quia veteres 'pennas' dicebant, non 'pinnas'.

480. VELLIT non 'deiecit'; nam sequitur paulo post ⟨492⟩ 'labat ariete crebro'; sed 'movet', ut Cynthius aurem vellit, et admonuit. *vel certe 'vellere vult', ut* ⟨XII 585⟩ *ipsumque trahunt in moenia regem. nam quare facit fenestram?*

482. INGENTEM FENESTRAM epitheto, ut solet, auxit tapinosin † *in dicendo 'lato ore'. 'dedit' autem, id est fecit, ut Terentius quas turbas dedit.*

483. *PATESCVNT aperiuntur ac per hoc videntur.*

484. *PENETRALIA id est domorum secreta, dicta penetralia aut ab eo quod est 'penitus', aut a penatibus.*

485. ARMATOSQVE VIDENT STANTES unde supra ⟨449⟩ strictis mucronibus imas obsedere fores. *sic enim datur virtus ubique Troianis.*

486. AT DOMVS INTERIOR de Albano excidio translatus est locus. TVMVLTV tumultus dictus quasi timor multus: unde Italica bella dicta sunt tumultus. bene autem addidit 'misero', quia est etiam terribilis.

---

6 nomen . . . pinnas] cf. Isid. orig. XI 1, 46 et XIX 19, 11. diff. verb. 469 || 9 Cynthius] buc. VI 3 || 13 Terentius] eun. IV 3, 11 || 16 domorum secreta . . . a penatibus] cf. Isid. diff. verb. 435 || 21 de Albano . . . locus] cf. Enn. poes. rel. rec. Vahl. p. 23

---

1 thetidae *C* thete *P* || pyrrus *C* || volente Lycomede *Scioppius enotavit:* uolunt elicomede *C* || 2 dedamiam *C* || 3 *ad v.* 478 Succedunt tecto] pro . . . casus. *P* || 4 quia] quae *P* || 5 *ad v.* 479 Dura] ualida limina; ideoque 'perrumpit', non aperit. Bipenni] ecce nomen quod (qui) seruauit antiquitatem . . . pinnas. *P* || 6 seruauit *CM* || 7 quia] quae *P* || 9 labat ariete] labatari ecce *C* || quintius *C* cinthius *LH* || 12 *ad v.* 482 Ingentem fenestram (fenistram)] epitheto . . . quas turbas dedit. *P* || ephithetho *L* ephyteton *H* || ausit *H* 13 item dicendo *F. Schoellius. fortasse* et adiciendo. || ut *om. C* || 15 *ad v.* 483 Patescunt] aperiuntur ac per hoc uidentur. *P* || uidetur *C* || 16 *ad v.* 484 Penetralia (penitralia)] id est (ide) domorum secreta, dicta aut ab eo quod (que) est penitus, aut a penatibus. *P* || id est *scripsi:* ideo *C* || dicta . . . penitus] dicta ab eo quod aut penus sit in solitaria parte domus *Masvicius* || 18 ARMATOSQVE] ARMATORI *C* || 21 *ad v.* 486 Tumultu] tumultus dictus quasi timor multus; unde alia bella dicta sunt, ut Italicum Gallicum, tumultus. *P* || 22 TVMVLTV M. *L* || tumultas *C* || unde Italica bella dicta sunt tumultus *scripsi:* unde alia bella dicta sunt itali cum uel gallicum tumultus *C* unde alia bella dicta sunt italicus (ista *l*) tumultus *LHME. cf. ad Aen.* VI 858, VIII 1 *et* 370

487. MISCETVR perturbatur, ut ⟨VII 703⟩ nec quisquam aeratas acies ex agmine tanto misceri putet. CAVAE AEDES tecta camerata. 'aedem' autem numero singulari de templo tantum dicimus, plurali et de domibus et de templis. si aliter dictum inveneris, usurpatum est, *ut 'mella' 'hordea' 'aera'*.

488. FERIT CLAMOR secundum philosophos *physicos*, qui dicunt, vocem corpus esse: bene ergo 'ferit'; *nam et fluvius habet mugitum, res incorporalis.* AVREA SIDERA multi ad laquearia referunt, quod stultum est.

489. PAVIDAE pro 'paventes'. 'pavidus' est semper timens, 'pavens' ex causa, ut supra ⟨407⟩ 'furiatus' et 'furiosus'. *MATRES honoris nomen. ERRANT † confusio, consilio.*

490. AMPLEXAEQVE TENENT POSTES ATQVE OSCVLA FIGVNT Apollonii locus, in quo inducitur Medea † patrem salutasse, et domum relinquens.

491. VI PATRIA secundum fidem generis sui, ut ⟨III 326⟩ stirpis Achilleae fastus. item de Hercule ⟨VIII 301⟩ salve vera Iovis proles.

493. CARDINE a cardine. *PRIMOS quos dixit supra ⟨449⟩ 'strictis mucronibus'.*

496. NON SIC AGGERIBVS RVPTIS vult ostendere, gravius vastatam Troiam, quam agri fluviorum eruptione vastantur. et sciendum, comparationes aut pares esse, aut maiores, aut minores, *aut*

14 Apollonii] cf. adnot. erit.

1 *ad v.* 487 Miscetur] perturbatur. Cauae aedes] tecta camerata . . . si aliter inuenias, usurpatum. *P* ‖ 2 aerata facies *C* ‖ misceri *ex* miscere *L* misceri pute putet *C* ‖ 3 numeri *C* ‖ 4 dicimus tantum *C* ‖ plurari *C* ‖ 5 ut mella hordea *praeter Cassellanum praebent El, sed expuncta E. cf. Donati ars gramm. p.* 376, 30 *K.* ‖ 6 *scholia ad v.* 488 *om. L H et libri Burmanni, in margine addidit l* ‖ 7 bene ergo ferit] ideo dixit ferit *C* ‖ 10 *ad v.* 489 Pauidae] pauidus est semper timens . . . furiosus. modo pro pauentibus posuit. *P* ‖ pro pauentes *om. C* ‖ panidus est est semper pauens timens ex causa (ut) furiatus et furiosus modo pro pauentibus panidus posuit *C* (ut *superser.* $C^2$) ‖ paudus *L* ‖ 11 supra *om. M* ‖ 12 confuso consilio *coni. Bergkius. fortasse* confusae, sine consilio. ‖ 13 ATQVE OSCVLA FIGVNT *M, om. reliqui* ‖ 14 patrem . . . relinquens] patris aede (patrio Aetae *enotavit Scioppius*) relinquens domum ita facere *C* ‖ 14 et domum *H* / domum (*duae litterae erasae sunt*) *L* domum *M E. fortasse* in quo inducitur Medea postes osculata esse Aeetae domum relinquens. *cf. Apoll. Argon.* IV 26 *κύσσε δ' ἑόν τε λέχος καὶ δικλίδας ἀμφοτέρωθεν σταθμούς, καὶ τοίχων ἐπαφήσατο* ‖ 16 sui *om. L H* (*ante* generis *add. l*) ‖ 21 *ad v.* 496 Non sic aggeribus ruptis] uult ostendere . . . aut minores, aut similes . . . magnis. Spumeus] spumosus. *P* ‖ RAPTIS *C* ‖ uastatum *C* ‖ 22 agri] aeri *H* ‖ uastuntur *C* ‖ 23 conparationes *M* ‖ aut maiores *M El, om. C L H P* ‖ aut similes *e. q. s.*] *videntur haec a Servianis segreganda et hoc modo supplenda esse* NON SIC AGGERIBVS RVPTIS comparationes sunt aut similes aut contra. in similitudine comparatio *e. q. s.*

*similes, aut contra in similitudine comparatio ultro negatur, ut hoc loco, vel illic* ⟨V 144⟩ *non tam praecipites. contrarium est si parva licet componere magnis.* SPVMEVS spumosus.

497. EXIIT dicimus et 'exivit'. sed 'v' subtrahit Vergilius, ut brevem faciat sequente vocali. *et proprie plena flumina cum extra alveum suum crescunt 'exire' dicuntur, ut praesertim incertis si mensibus amnis abundans exit.*

498. CVMVLO augmento: *exuberante fluctu, ut* ⟨I 105⟩ *cumulo praeruptus aquae mons.*

499. VIDI IPSE FVRENTEM ut ⟨5⟩ quaeque ipse miserrima vidi. *et hic 'vidi' pro admiratione posuit; at vero* ⟨501⟩ *'vidi Hecubam' pro miseratione. sane 'vidi ipse' hac particula addita miseriorem se ostendit, cuius ante oculos casus patriae suorumque fortuna constituerat.*

500. *GEMINOSQVE IN LIMINE ATRIDAS potest subaudiri 'furentes'.* GEMINOS more suo 'fratres'. 'gemini' enim sunt non duo, sed simul nati.

501. CENTVMQVE NVRVS aut finitus est numerus pro infinito ὑπερβολικῶς: aut certe ideo 'centum', quia barbarorum fuerat non singulas coniuges habere, sed plures. aut illud dicit 'plures feminas', ut Lucanus ⟨I 164⟩ cultus gestare decoros vix nuribus rapuere mares, hoc est feminis. *aut 'novas nuptas', ut aetatis hoc nomen sit, non adfinitatis.* aut 'centum per aras', licet incongruum sit, quia sequitur ⟨523⟩ haec ara tuebitur omnes, et unus per centum aras occidi non poterat. *est autem haec plena adfectu et dolore repetitio.*

---

2 si parva] georg. IV 176 ‖ 6 praesertim] georg. I 115

---

1 ut contra *Daniel, nec dissentire Fuldensem adnotatum est* ‖ negatur comparatio ultro *P* ‖ 2 illic] illo *P* ‖ praecipites] biiugo certamine campum corripuere *add. Daniel* ‖ Huic contrarium *Masvicius primus* ‖ 4 *ad v.* 497 Exiit] dicimus et 'exiuit'. sed 'u' subtrahit (subtrait) Virgilius, ut breuem faciat sequente uocali. *P* ‖ et *secl. F. Schoellius* ‖ 5 sequenter uocali *C* sequentem uocalem *LHME* ‖ 6 presertim incertim incertis *C* ‖ 8 *ad v.* 498 Cumulo] augmento ... mons. *P* ‖ ex///uberante (*una littera erasa*) *C* ‖ 9 pre praeruptus *C* ‖ 12 hebucam *C* ‖ miseratione] admiratione *Scioppius enot.* ‖ adtita *C* ‖ 15 GEMINOSQVE T. L. A. *C* subaudire *C* ‖ 16 GEMINOS ... simul nati *om. C* ‖ 17 nati, ut supra diximus *D* 18 *ad v.* 501 Centumque nurus] aut finitus est numerus pro infinito ὑπερβολικῶς (iperbolicos). aut certe ideo centum, quia barbarorum fuerat non singulas habere, sed plures coniuges. *P* ‖ infinitos perbolicos *C.* ὑπερβολικῶς *om. LHME* 19 non singulas habere, sed plures coniuges *C* ‖ 20 illud dicit] centum nurus id est *Fabricius* ‖ 21 cultus gestare] cultusque uel gestare iactare *L* (que uel et iactare *expuncta sunt*) ‖ gestare] degestare *C* ‖ 22 feminas *H* feminis *ex* feminas *LE* ‖ 23 centun per *C* ‖ 24 quia et sequitur *CMe* ‖ omnis *M* ‖ 25 haec *Scioppius enotavit:* hic *C* ‖ affectuum et doloris *Masvicius primus*

502. QVOS IPSE SACRAVERAT IGNES ut ⟨365⟩ et religiosa deorum limina: per quod ostenditur latenter, nihil prodesse religionem. FOEDANTEM autem est cruentantem. *Sallustius in I. cum arae et alia diis sacrata supplicum sanguine foedarentur. et Terentius in eunucho* ⟨V 4, 21⟩ *pro deum fidem, facinus foedum, o infelicem adulescentem.*

503. QVINQVAGINTA ILLI THALAMI 'illi' celebrati ab Homero. et bene de thalamis verum expressit numerum; potest enim unus thalamus plures habere coniuges. et est zeugma 'quinquaginta thalami procubuere, et postes superbi'.

504. AVRO BARBARICO id est aut multo; *aut cultu barbaro, quia barbari copiae magis quam elegantiae student; aut a barbaris capto;* aut vere barbaro, *id est Phrygio,* quia πᾶς μὴ Ἕλλην βάρβαρος. *nam et Homerus Phrygas barbaros appellat, et Vergilius* ⟨XI 777⟩ *barbara tegmina crurum.* *SPES TANTA NEPOTVM aut nepotes significat, qui essent futuri magnae spei, aut conubia, de quibus sperabantur tanti nepotes, ut modo namque gemellos spem gregis.* SPOLIISQVE SVPERBI hoc *enim* fuit moris antiqui, ut ipse in septimo ⟨184⟩ captivi pendent currus curvaeque secures.

505. *TENENT DANAI QVA DEFICIT I. ignis potuit deficere, Danai non potuerunt.*

506. FORSITAN ET PRIAMI FVERINT QVAE FATA REQVIRAS *bene de Priamo obtulit narrationem, quia leviter strinxerat 'Priamumque per aras sanguine foedantem quos ipse sacraverat ignes'. et* bono usus est ordine, ut ante rei publicae, post regis, inde privati, hoc est

---

3 Sallustius in I.] fragm. 26 Kr. || 17 modo] buc. I 14

---

1 *ad v.* 502 Foedantem] cruentantem. *P* || FOEDANTEM cruentantem . . . adulescentem. QVOS IPSE SACRAVERAT IGNES . . . religionem *C* || QVOS *om. L H M E* 4 sacrata] sacra *Commelinus primus* || 6 adulescentulum *Terentius* || 7 *ad v.* 503 Quinquaginta] zeuma est 'quinquaginta thalami (talami) procubuere'. *P* ILLI *ex* ILLA *C* || illi id est celebrati ab homero *C* || illi] illi pro illic. thalami *Fabricius* || ab Homero (*Il.* VI 244) *πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο, πλησίον ἀλλήλων δεδμημένοι· ἔνθα δὲ παῖδες κοιμῶντο Πριάμοιο παρὰ μνηστῇς ἀλόχοισι.* et bene *e. q. s. D.* || 8 unus] minus *C* || 9 ceugma *C* zeuma *L H M E* 10 postes] potestes *C* potest *H* || superbia *H* || 11 *ad v.* 504 Barbarico auro] aut cultu barbaro, aut barbaris capto. *P* (aut barbaris apto *Daniel*) || 12 legantiae *C* || 13 barbaro *C H M:* barbarico *L* barbarico *E* || frygio *C* || quia *om. L* || ΠΑCΜΗΕΛΛΕΝ ΒΑΡΒΑCΟΡ *C* ΠΑΟΜЄΑΑΝΝ ΒΑΡΒΑΡΟC *L* ΠΑΗCΜΗΕΛΛΗΝ ΒΑΡΒΑΡΟC *H* ΠΑΝΟΜΗЄΑΑΗΝ ΒΑΡΒΑΡΟΝC *M* ΠΑΝΟΜΝΕΜΝΝ ΒΑΡΒΑΡΟC *E* (uel ΗΕΛΛΗΝ ΒΑΡΒΑΡΟΝC *superscr. e*) *πλησμονὴ τῶν βαρβάρων vulgo* || 14 frigas *C* || apellant *C* || 15 TANTAE *C* || 16 coconubia *C* || 17 SPLOVIS *C* (SPLOLIISQVE $C^2$) SPOLIIS *H* || 18 ipse *om. C* || 19 securus *C* et cristae capitum et portarum ingentia claustra. ideo bene dixit 'spoliis superbi'. *add. D* || 20 DANEI *C* || 22 FVERVNT *C* FVERANT $C^2$ || 23 quia *Scioppius enotavit:* qua *C* || breuiter perstrinxerat *enotavit Scioppius* || 25 post regis interitum inde *D*

sua fata narraret. *hoc est illud* ⟨I 750⟩ *multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.* de morte autem Priami varie lectum est. alii dicunt, quod a Pyrrho in domo quidem sua captus est, sed ad tumulum Achillis tractus occisusque est iuxta Sigeum promunturium: nam in Rhoeteo Aiax sepultus est: tunc eius caput conto fixum circumtulit. alii vero quod iuxta Hercei Iovis aram extinctus sit, dicunt: unde Lucanus ⟨IX 979⟩ Herceas, monstrator ait, non respicis aras? et hanc opinionem plene Vergilius sequitur: licet etiam illam praelibet, ut suo indicabimus loco.

507. VRBIS VTI CAPTAE CASVM *bene omnia collegit, et captam, et dirutam, et incensam.*

508. MEDIVM IN PENETRALIBVS HOSTEM hypallage est, *hoc est* in mediis aedibus. si autem 'mediis' legeris, non stat versus, nisi excluso 's', ut ⟨XII 709⟩ inter se coisse viros et decernere ferro. et bene Priamum non nisi in extremis armat periculis, *ut magis inritet hostem in necem suam, qua possit captivitatem vitare, quam ut defendat aliquid. sane 'penetralia' proprie deorum dicuntur, non numquam etiam imae et interiores partes privatarum domorum vocantur, unde et penum dicimus locum, ubi conduntur quae ad vitam sunt necessaria. hic autem videtur opportunius penetralia de domo regis dixisse, quoniam reges prope suggestum imitantur deorum.*

509. *ARMA DESVETA ab hominis consuetudine: sensum ad arma transtulit.* ARMA DESVETA] *id est quae iam pugnare desierant.* TREMENTIBVS AEVO non timore.

510. CIRCVMDAT non apte sibi cohaerere facit, sed potius oneri sumit. INVTILE FERRVM ipse inutilis. 'ferrum' enim de his est, quae a coniunctis sumunt epitheta, ut 'venenum'.

---

2 de morte autem Priami e. q. s.] exscr. mythogr. I 213

---

3 pyrro *CH* phyrro *LM* ‖ 4 sit *L* (t est *superscr. l*) ‖ occisus tractusque est *C* ‖ sicaeum *C* fygeum *L* ‖ 5 promunturium *C*: promuntorium *L* promunctorium *HE* promunctorium *ex* promonturium *M* ‖ roetio *C* roetho *L* (roetheo *l*) roethaeo *H* rhoetaeo *M* ‖ 6 Pyrrhus circumtulit *vulgo* ‖ arum *C* ‖ 8 aras] dictus autem Iuppiter Herceus quia ara eius erat intra aulam et inter septum parietum aedificata, quod graece ἕρκος dicitur *add. D. cf. comm. Lucani* IX 979 ‖ 9 indicabitur *C* ‖ 10 captam *Scioppius enotavit:* capta *C* ‖ 12 *ad v.* 508 Medium in penetralibus hostem] hypallage (ypallage) . . . decernere ferro'. sane 'penetralia' proprie deorum dicuntur. hic autem . . . deorum. *P* ‖ MEDIIS *C* ypallage *C* ypalage *L* hyppalage *H* ΥΠΑΛΛΑΓΗ *M* ‖ 13 aedibus] penetrabilibus *C* penetralibus *P* edibus *H* sedibus *E* ‖ legeris] dixeris *P* ‖ 14 decernere] *cf. Ribbeckii adnot. crit. ad Aen.* XII 709 ‖ 17 aliquem *Mascicius primus* ‖ 18 non *ex* nun *C* ‖ priuatorem *C* ‖ 20 oportunius *C* ‖ 21 proprie sugestum emitantur *P* 22 *ad v.* 509 Arma desueta] quae (que) iam pugnare desierant. *P* ‖ 23 quae] quia *Daniel* ‖ 25 honeri *H* ‖ 26 ipse *om. C* ‖ 27 a *CMEl, om. LH.* ex *vulgo* epithet aut *C*

512. AEDIBVS IN MEDIIS *omne aedificium 'aedes' dicuntur. Varro locum quattuor angulis conclusum aedem docet appellari debere. idem rerum divinarum libro sexto intulit, ideo loca sacra civitates habere voluisse, ne per continua aedificia incendia prolaberentur, et ut esset, quo confugerent plerique cum familia sua in periculis; quod etiam in comoediis a servis timentibus legimus factum. hoc totum Vergilius hoc loco subtiliter tangit, cum dicit 'aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe ingens ara fuit iuxtaque veterrima laurus, incumbens arae atque umbra conplexa penates'. ex nomine enim penatium et arae intellegitur sacri loci veneratio, ut non inmerito illuc confugerit regina cum suis; nam subiunxit 'hic Hecuba et natae nequiquam altaria circum praecipites atra ceu tempestate columbae, condensae et divom amplexae simulacra sedebant': unde apparet, et veram consuetudinem fuisse fugiendi [a] periclitantibus ad ararum praesidium.* NVDOQVE SVB AXE hoc est sub divo, quod inpluvium dicitur. 'axis' autem est aut plaustrum septentrionale, aut pars septentrionis, aut spiritus, quo mundus movetur, *ut* ⟨IV 482⟩ *axem umero torquet stellis ardentibus aptum:* sicut docet *et* Lucanus.

513. VETERRIMA usurpatum est. ergo, ut supra diximus, hoc tantum uti si necesse sit licet. *VETERRIMA] hoc nomen comparativum non habet, sicut 'deterior' positivum.* *LAVRVS Daphne, filia Ladonis, fluvii Arcadiae, et Terrae fuit, quaē aspernata viro iungi semper venatibus operam dabat. hanc cum Apollo adamasset, et eam ut conprimeret, insequeretur, illa a Terra matre petit auxilium: quae recepta (a) matre est, nec multo post † in locum eius arborem lauri nasci.*

514. CONPLEXA PENATES 'penates' sunt omnes dii, qui domi coluntur.

515. NEQVIQVAM aut secundum Epicureos, *qui dicunt deos nihil*

---

1 omne aedificium aedes dicuntur] cf. Isid. orig. XV 3, 2 ‖ 3 Varro rer. divin. libr. VI] fragm. 2 ap. Merkelium. proleg. ad Ovid. fast. p. 123 ‖ 27 penates . . . coluntur] exscr. Isid. orig. VIII 11, 99

---

1 *ad v.* 512 Aedibus in mediis] omne aedificium aedes dicuntur, sed Varro locum quattuor angulis (angulos) conclusum aedem docet uocari debere. Sub axe] sub septentrione, aut sub spiritu, quo mundus mouetur. *P* ‖ 4 ne continua aedificia per incendia prolaberentur *coni. Burmannus* ‖ perlaberentur *coni. Bergkius* ‖ 11 subiunexit *C* ‖ 13 sedebant] f. *C* ‖ aparet *C* ‖ 16 plaustrum septentrionale] septentrio *C* ‖ 17 septemtrionis *L* ‖ spiritus] diuinus unde (*Aen.* VI 726) spiritus intus alit *add. L* ‖ 19 *ad v.* 513 Veterrima] usurpatum est. ergo hoc tantum uti necesse sit. hoc nomen comparatiuum non habet, sicut 'deterior' positiuum. *P* ‖ ut supra diximus *et* si *et* licet *om. C* ‖ 21 dafni *C* 23 et *Scioppius enotavit:* ad *C* ‖ 25 a matre *Scioppius:* matre *C* ‖ in cognominem eius arborem lauri versam *F. Schoellius* ‖ 27 *ad v.* 514 Penates] sunt omnes dii, qui domi coluntur. *P*

*curare;* aut propter vim bellicam. ALTARIA superorum et 'arae' sunt et 'altaria', inferorum tantum 'arae'. 'ara' autem dicitur a precibus, quas Graeci ἀρὰς dicunt; unde contra inprecatio κατάρα dicitur.

516. PRAECIPITES festinae, propter tempestatem: et bene 'atra' addidit, quia est et clara, ut ⟨IX 19⟩ unde haec tam clara repente tempestas.

519. DIRA modo proprie: 'dira' enim est deorum ira. ergo 'quae mens infusa ex deorum ira?'

520. *TELIS armis.* RVIS aut festinas, aut incedis seniliter.

522. NON SI IPSE MEVS *mire 'meus', ut matris exprimeretur adfectio. et* subaudis 'posset defendere'.

524. *AVT MORIERE SIMVL ut religio aut pariter omnes servet, aut simul moriantur omnes.* ORE EFFATA abundat 'ore'. *est autem figura pleonasmos.*

528. VACVA *'vacua'* magna, quae difficile conplentur. *an 'vacua', quia in unum ad aram confugerant? an 'vacua' iam sine defensoribus?*

529. INFESTO VVLNERE bonum schema: 'vulnus' pro telo. *INFESTO VVLNERE] an 'vulnus' quod inflixit, an quod infligeret?*

530. *PREMIT urget, ut ⟨I 324⟩ apri cursum clamore prementem: alibi 'premit' interficit, vel opprimit, ut ⟨IX 328⟩ armigerumque Remi premit.*

---

2 ara autem . . . κατάρα dicitur] exser. Isid. orig. XV 4, 13 ‖ 8 dira enim est deornm ira] cf. Isid. orig. X 75. diff. verb. 141 ‖ 19 bonum schema 'vulnus' pro telo] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IX 345 ‖ 21 Premit urget e. q. s.] cf. Nonius p. 364 sq. M.

---

1 bellicum *C* ‖ 2 tantum *om. H* ‖ 3 aras *CL* arae *H* ‖ dicunt] dicuntur *L* dicunt ut *H* ‖ praecatio *H* ‖ catara *CM* κatara *H* ‖ 4 dicitur] alii volunt ab altitudine, sed male *add. Fabricius ex Isid. or.* XV 4, 13. ‖ 5 *ad v.* 516 Praecipites] festinae propter tempestatem. *P* ‖ 6 et *ante* clara *om. C* ‖ ut . . . clara *om. L* (*add. l*) ‖ 8 *ad v.* 519 Dira] modo proprie . . . ira. *P* ‖ 9 mens] dira id est *vulgo additur.* ‖ 10 *ad v.* 520 Telis] armis. Ruis] aut festinas, aut incedis seniliter. *P* ‖ aut *ante* festinas *om. Mc* ‖ seniliter *ex* seneliter *L* ‖ seniliter aut inconsulto *D* ‖ 11 *ad v.* 522 Non si ipse meus] subaudis 'posset defendere'. *P* ‖ IPSE MEVS N. H. A. *C* NON SI *omittens* ‖ 12 subaudi filius posset defendere *D* ‖ 13 *ad v.* 524 Ore effata] abundat 'ore'. est autem figura pleonasmos. *P* ‖ MORIERE $C^2$: MORIRE *C* ‖ 14 moriantur *Scioppius enotavit:* moriuntur *C* moriamur *Masvicius* ‖ abundat ore] abundantiores *C* ‖ habundat *E* ‖ autem] enim *Masvicius primus* ‖ 16 *ad v.* 528 Vacua] quare vacua? aut quia omnes ad aram confugerent; aut vacua a Troianis civibus; aut vacua iure Graecorum et possessione vacantia; aut certe ampla vel magna, quae difficile complerentur. *D* ‖ dificile complerentur *C* ‖ 17 aram *Bergkius:* ara *C* aras *Scioppius enotavit* ‖ 19 *ad v.* 529 Infesto uulnere] bonum . . . infligeret. *P* ‖ scema *LHMP* ‖ 20 quod] quia *P* ‖ 21 *ad v.* 530 Premit] urget . . . 'armigerumque Remi premit' (aronigerumque repremit). *P* ‖ 22 premit *om. P* ‖ interfecit *P* oprimit *P*

531. VT TANDEM ANTE OCVLOS *hoc ideo describitur, ut et contra propositum Priamus incitetur.* EVASIT pervenit: *ut quam timeo, quorsum evadat.*

532. VITAM CVM SANGVINE FVDIT modo eos sequitur qui sanguinem sedem vitae volunt, alibi eos qui ipsum sanguinem vitam volunt: ut ⟨IX 347⟩ purpuream vomit ille animam. *potest [tamen] κατὰ τὸ σιωπώμενον intellegi iterum vulneratum Politen.*

533. HIC id est 'tunc'. MEDIA autem manifesta. *aut certe [potest] secundum consuetudinem dictum; neque enim est mors prima, media, postrema.* et potest referri vel ad Priamum, vel ad Politen.

534. NON TAMEN ABSTINVIT N. V. I. Q. P. *bene Priamo animositatem regiam dedit, ut mori honeste velit.*

535. AT TIBI PRO SCELERE EXCLAMAT *ordo est 'atque dii persolvant grates dignas'.* AVSIS *quidam praesumptum tradunt, nec posse in prosa dici.*

536. SIQVA EST vel secundum Epicureos, vel desperat, quia inpune ante aras conspicit caedes. CVRET ulciscatur.

537. GRATES prout res fuerit, vel in bonis vel in malis dicuntur, sicut praemia.

538. CORAM modo adverbium [temporis] est, quia verbo cohaeret: ut ⟨I 595⟩ coram quem quaeritis adsum. *et 'coram' ad personam certam refertur, 'palam' ad omnes.* ME CERNERE de spectaculo queritur, non de morte, *quia iure belli Politen Pyrrhus occiderat. sed cur ante oculos patris?*

539. FOEDASTI *crudeles impiosque fecisti.* FVNERE cadavere:

---

2 quam timeo] Ter. Andr. I 1, 100. cf. Don. ad h. v. et Andr. I 2, 5 et Phorm. I 2, 61 ‖ 20 Coram modo e. q. s.] cf. ad Aen. I 595

---

1 *ad v.* 531 Euasit] peruenit. *P* ‖ 3 euadas *Terentius* ‖ 4 qui ipsum sanguinem *M* ‖ 5 volunt alibi] uoluntabili *C* ‖ 6 anima *C* ‖ 7 cata to siopomenon *C* ‖ 8 *ad v.* 533 Hic] id est 'tunc'. *P* ‖ tunc] temporale est, non locale *add. D* ‖ MEDEA *C* (MEDIA $C^2$) ‖ aut certe . . . dictum] *cf. ad Aen.* I 637 ‖ 9 potest *seclusit F. Schoellius* ‖ 13 *ad v.* 535 At tibi. Ausis] quidam proprie (*sic*) sumptum tradunt, nec posse in prosa dici. *P* ‖ at dii *Masvicius* ‖ persolvant] tibi *addidit Masvicius primus* ‖ 14 praesumptum *Bergkius:* prosumptum *C* proprie sumptum *P*, *inde* poetice sumptum *coni. Burmannus. cf. ad Aen.* XII 351 ‖ 15 dicit *C* ‖ 16 *ad v.* 536 Curet] ulciscatur. *P* ‖ EST] CAELO PIETAS *add. C* dessperat *ex* dissperat *L* ‖ 17 cedem *M.* ‖ uel ulciscatur *H* ‖ 18 *ad v.* 537 Grates] prout res fuerit . . . sicut 'praemia debita'. *P* ‖ pro eo ut *L* ‖ ducuntur *L* ‖ 20 *ad v.* 538 Coram (coronam)] aduerbium est temporis modo . . . adsum. et coram . . . ad omnes. *P* ‖ aduerbium temporis est modo *C* ‖ coheret *CH* coieret *L* ‖ 21 adsum] 'coram' autem significat 'in conspectu', quod ἐνώπιον dicitur *add. D* ‖ 22 *scholium ad* ME CERNERE *ante scholium ad* CORAM *praebent LHME* ‖ ME CERNERE] CERNERE LETVM *C* ‖ 23 quaeritur *C* quaeritur *ex* quaetur *H* ‖ 25 *ad v.* 539 Foedasti] crudeles fecisti. Funere] cadauere . . . sepulcrum. *P*

ab eo quod praecedit id quod sequitur. 'funus' enim est iam ardens cadaver: quod dum portatur, 'exequias' dicimus: crematum *iam* 'reliquias': conditum iam 'sepulcrum'. *quidam 'funere' pro caede accipiunt.* VVLTVS *non nulli pro 'oculos' volunt.*

540. ET NON ILLE S. Q. T. M. A. *tribus generibus parentes obicimus filiis: cum bonis eos negamus aequales, ut hoc loco; cum malos obicimus, ut* ⟨III 248⟩ *Laomedontiadae; item cum non solum bonos adimimus, sed insuper malos obicimus, ut* ⟨IV 365⟩ *nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor, perfide, sed duris genuit te cautibus h. c. H. a. u. t.*

541. IN HOSTE PRIAMO aut archaismos est, aut 'in hoste', id est cum hostem gereret, cum ipse hostis esset. *hic 'Priamo' nomen positum sensum validiorem facit, hoc est Priamo, qui tunc fui, quasi iam esse desierit: scilicet quem operae pretium fuit occidere.* IVRA FIDEMQVE SVPPLICIS ERVBVIT quia, quod Homerus mutat, dicitur Priamus duce Mercurio ingressus Achillis tentoria excitatum rogasse, quem dormientem posset occidere. 'iura' vero, quod a rege rogabatur. *fidem, quia supplex. quidam 'iura fidemque' ita intellegunt: 'iura', quod Hectorem reddidit, 'fidem', quod me in mea regna remisit.*

542. SEPVLCRO *pro 'ad sepulcrum'.*

543. REMISIT comitatus usque ad Troiam est. *et mire 'in mea regna remisit', cum potuisset per me regna mea capere.*

544. INBELLE *ipse inbellis*, ut ⟨510⟩ inutile ferrum.

545. RAVCO AERE *ad scutum rettulit.* PROTINVS AERE REPVLSVM *statim prohibitum.*

546. NEQVIQVAM 'non'. sic Persius ⟨II 51⟩ nequiquam fundo suspiret nummus in imo. *sane quidam 'nequiquam umbone pe-*

---

1 funus enim . . . sepulcrum] exscr. Isid. orig. XI 2, 35

---

1 ardens iam *M* ‖ 3 sepulchrum *CHMEl* sepultum *L et Isid.* ‖ 5 *scholium ad v.* 540 *post* dici (*p.* 300 *lin.* 15) *praebet C* ‖ A. T. M. *C* ‖ 6 bonis *Masvicius:* bonos *C* ‖ 7 bonos *Scioppius enot.:* bonus *C* ‖ 11 *ad v.* 541 Iura] quod Hectorem (electorum) . . . remisit. *P* ‖ archaismos] arcaismos *ex* sarcasmos *L* arcaismos *H.* casus pro casu *add. E* ‖ est] pro in hostem *add. D* ‖ 14 praetium *C* ‖ 15 SVBPLICIS *C* ‖ 16 duce (*ex* ducem) mercurio priamus *C* ‖ tentorium *M* ‖ 17 quod a rege rogabatur] quia rex rogabat *C.* quicquid enim a rege rogatus (*sic*) adimpleri oportet *in marg. add. l* ‖ 20 SEPVLCHRO *C* ‖ 21 usque *om. Me* ‖ 23 *ad v.* 544 Inbelle (inbele)] ipse inbellis (inbelis), ut 'inutile ferrum'. *P* ‖ 24 *ad v.* 545 Rauco aere] ad scutum . . . prohibitum. *P* ‖ 26 *ad v.* 546 Et summo clipei nequiquam umbone pependit] eandem rem bis dixit, cum praecessisset 'rauco quod protinus aere repulsum', quod idem est 'et summo clipei nequiquam umbone pependit'. *P* ‖ NEQVIQVAM . . . ἐπεξεργασίαν excusant] eandem rem bis dixit; cum praecessisset . . . excusat. sane quidam . . . alii unam eandemque rem bis dictam volunt et superfluum putant. NEQVIQVAM . . . in imo. *Masvicius, quem Burmannus et Lion secuti sunt.* ‖ 27 suspiret] suspicit *C* ‖ numus *H* ‖ imo] PEPENDIT quomodo 'pependit', cum dixerit 'rauco quod

*pendit' hunc sensum volunt, telum repulsum ne summatim quidem haerere potuit, ut penderet. alii unam eandemque rem bis dictam volunt, et superfluum putant 'et summo clipei nequiquam umbone pependit', cum praecessisset 'rauco quod protinus aere repulsum', quod idem est 'et summo clipei nequiquam umbone pependit', et nihil attinuisse dici putant 'summo clipei nequiquam umbone pependit', tamquam non omnino necesse esset, ut de summo clipei penderet, et potuisse dici, nec de clipeo pependit. sed duplicationem narrationis per ἐπεξεργασίαν excusant.*

547. REFERES ERGO HAEC sarcasmos est, iocus cum amaritudine, ut ⟨XII 359⟩ en agros et quam bello, Troiane, petisti Hesperiam metire iacens. astismos autem est urbanitas sine iracundia, ut atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos.

549. DEGENEREM non respondentem moribus patris.

550. *HOC DICENS ostendit, simul dum diceret fecisse.* ALTARIA AD IPSA unde sperabat auxilium. *aut quia Achilles in templo occisus est, ut ex similitudine vindicta sumeretur.* *TREMENTEM non formidine sed aetate.*

552. DEXTRAQVE CORVSCVM EXTVLIT 'coruscum' si ornatum gemmis caput regis acceperis, sensus talis est: sublato capite gladium in vaginam recondit, quae lateri semper cohaeret. si vero 'coruscum gladium' vis intellegere, lateri Priami infixum accipe, et *κατὰ τὸ σιωπώμενον*, postea caput esse sublatum.

554. HAEC FINIS *ut 'dies', si tempus longum significat, generis feminini est. et* omnia Latina nomina inanima, simplicia, a verbo

13 atque idem] Luc. III 91 || 24 omnia latina nomina e. q. s.] cf. Prob. instit. art. p. 124, 16 K. d. nom. exc. p. 209, 31 K. Sergius explan. in Don. p. 538, 34 K. Gellius XIII 21, 12

protinus aere repulsum'? solvitur. 'nequiquam pependit', id est non pependit. vel secundum Donatum 'penetrato scilicet aliqua ex parte scuti contextu telum pendens inhaerebat'. *add. D* || 3 clippei *C* || 5 et nihil . . . de clipeo pependit *haud scio an post* excusant *collocanda sint et pro* et nihil *scribendum* alii non nihil || 6 putant *C²:* possunt *C*, *ut videtur* || 7 non omnino necesse esset *enotavit Scioppius:* non omni non et esset est *C* || 9 ΕΠΕΞΕΡΓΑΣΙΑΝ *C* ἐριεξεργασίαν *enotavit Scioppius* || excusat *Scioppius enotavit* || 10 *ad v.* 547 Referes ergo haec] sarcasmos est. *P* || sarcaismos *Me* sacrasmos *E* || locus *M* || 12 asteismos *vulgo. cf. Charis. p.* 276, 29 *et Diom. p.* 462, 36 *K.* || autem *om. M* || 13 ut *om. C* *ad v.* 548 Illi] pronomen. modo adverbium, ut (661) 'patet isti ianua leto'. *D* *cf. Don. ad Ter. adelph.* I 2, 36 || 14 patres *C* (s *in ras. C²*) || 17 ut] et *enotavit Scioppius* || sumeretur *om. Scioppius* || 18 *ad v.* 552 Inplicuitque comam] quomodo 'comam', si armatus galea erat? sed non omnes crines galea tegit. sive quia non habebat galeam; nam hoc dixit (509) 'arma diu senior . . . cingitur'. *D* || 22 accipere *C* || 23 cata to siopomenon *libri* || *ad v.* 553 Lateri capulo tenus abdidit ensem] si 'iacet ingens in litore truncus avulsumque caput'. si latus percussit Priami, quomodo truncum? hoc postea factum est; nam hoc insignibus viris fieri solet, ut alibi (XII 511) 'curruque abscisa duorum suspendit capita'. aut *κατὰ τὸ σιωπώμενον* lateri suo, id est Pyrrhi, dicat, quod in vaginam recondidit gladium *D* || 23 *ad v.* 554 Hic] talis, ut 'hunc ego te Euryale aspicio'. *P*

non venientia, 'nis' syllaba terminata masculina sunt: inanima propter 'canis': simplicia propter 'bipennis': a verbo non venientia propter 'finis'. ergo 'clunis' Iuvenalis ⟨XI 164⟩ bene dixit tremulo descendant clune puellae. Horatius male quod pulchrae clunes. HIC talis: ut ⟨IX 479⟩ hunc ego te, Euryale, aspicio? SORTE fatali necessitate. *vel 'sorte' fortuna, ut* ⟨XII 932⟩ *utere sorte tua. et quidam 'exitus sorte' pro 'sortis' tradunt, ablativum pro genetivo.*

555. TROIAM INCENSAM pro 'Ilium'.

556. PERGAMA proprie Troianae arces sunt: unde κατ' ἐξοχὴν arces omnes 'pergama' dicuntur, ut poetam dicimus, et intellegimus Vergilium. *SVPERBVM modo nobilem.*

557. REGNATOREM ASIAE quia imperaverat et Phrygiae et Mygdoniae. IACET INGENS LITORE TRVNCVS Pompei tangit historiam, *cum 'ingens' dicit, non 'magnus'.* quod autem dicit 'litore', illud, ut supra ⟨506⟩ diximus, respicit, quod in Pacuvii tragoedia continetur. quod autem Donatus dicit, 'litus' locum esse ante aras, a litando dictum; *vel quod lituo illud spatium designatur,* ratione caret: nam a litando 'li' brevis est, et stare non potest versus. *LITORE*] **quod Priami corpus ad litus tractum. aut 'litus' pro solo accipiamus, ut* ⟨I 225⟩ *litoraque et latos populos. aut ideo 'litore', ut ostendat litus iam esse, ubi fuerat Troia, ut* ⟨III 11⟩ *et campos ubi Troia fuit.**

558. *AVVLSVMQVE VMERIS CAPVT hoc est quod κατὰ τὸ σιωπώμενον accipi debet; hoc enim claris et fortibus viris fieri solebat, ut* ⟨IX 463⟩ *quin ipsa arrectis, visu mirabile, in hastis praefigunt capita.* SINE NOMINE sine agnitione, *aut sine dignitate. aut simpliciter 'sine nomine'; a capite enim quis nomen ducit?*

4 Horatius] Sat. I 2, 89 ‖ 16 in Pacuvii tragoedia] cf. Ribb. p. 130 ed. II.

2 propter canis] propter clunis canis *Masvicius* ‖ 4 descendunt *H* ‖ puellae] pelle *H* ‖ 5 te Euryale] te tursale *C* teuriale *H* ‖ 6 SORTE autem *H* ‖ 9 *ad v.* 555 Sorte. Troiam incensam] pro 'Ilium'. *P* ‖ INCENSAM *om. C* ‖ 10 *ad v.* 556 Pergama] proprie Troianae arces omnes sunt. Superbum] modo nobilem. *P* catexochen *C* cata exochen *LHM* ‖ 11 poeta *CM* ‖ 12 uirgilius intellegitur *M* 13 *ad v.* 557 Regnatorem. Litore] quod Priami corpus ad litus tractum est. aut 'litus' . . . populos. 'li' breuis est . . . uersus. *P* ‖ frigiae *CH* ‖ 14 migdoniae *CHM* ‖ 15 non] *fortasse* id est. *cf. Serv. ad Aen.* II 135 ‖ 16 quod supra dictum est *C* ‖ 16 pacubii *C* pacuiui *H* ‖ 17 continetur priami corpus ad litus tractum . . . troia fuit. quod aut (*sic*) donatus dicit *e. q. s. C* ‖ 24 *ad v.* 558 Sine nomine] sine agnitione aut dignitate. *P* ‖ cata to siopomenon *C* ‖ 25 et] ed *C* ‖ 26 qui in ipsa *C* ‖ 28 ducit *Scioppius enotavit:* dicit *C*. si ad aram occisus est, quomodo 'litore'? solvitur sic: 'litus' dicitur locus circa aram prope pedes duodecim, dictus a litando. alii 'litus' propterea accipiunt, sicut alibi (IV 212) 'cui litus arandum' agros mari vicinos possidendos *Lione teste add. Guelferb. I, quae ad 'litore' v. 557 pertinent.*

559. AT ME *me autem.* SAEVVS HORROR quia est et bonus: ut laetusque per artus horror iit. *est et amoris, ut Terentius totus, Parmeno, tremo horreoque, postquam aspexi hanc.*

561. AEQVAEVVM *amabiliter locutus est; plus enim est 'aequaevum', quam 'longaevum'.*

562. VITAM EXHALANTEM secundum eos, qui animam ventum volunt: ut ⟨IV 705⟩ atque in ventos vita recessit. DIREPTA diripienda: participium pro participio.

563. CASVS *aut interitus, aut captivitas.*

564. COPIA notandum de exercitu numero eum dixisse singulari, ut Sallustius †*com Sertorios neque rumperet an levi copiam avibus*, cum copias de exercitu numero plurali dicamus. 'copia' vero aliarum rerum est.

565. DESERVERE OMNES DEFESSI *doloris vox, non accusationis; sic enim se purgat, ut alios non culpet. dicendo autem 'defessi' etiam illos excusat, a quibus desertus est.*

566. IGNIBVS AEGRA DEDERE *post hunc versum hi versus fuerunt, qui a Tucca et Vario obliti sunt.*

589. CVM MIHI SE ordo est, cum mihi se videndam oculis obtulit non ante tam clara.

590. IN LVCE in nimbo, qui cum numinibus semper est.

591. CONFESSA DEAM *divino habitu; quia in primo venatricis habitu se obtulerat.* QVALISQVE ET QVANTA *qualitas et quantitas hoc loco ad pulchritudinem pertinet.*

592. DEXTRAQVE PREHENSVM ea corporis parte qua Helenae

---

2 laetusque] Stat. Theb. I 493. cf. Luct. Plac. ad h. vers || Terentius] eun. I 2, 3 || 11 Sallustius] hist. fragm. inc. 1 Kr.

---

1 *ad v.* 559 At me] me autem *P* || 2 horro *H* || horror . . . amoris] horrori testata moris *C* || totas *C* || 6 *ad v.* 562 Vitam exhalantem] secundum eos, qui nolunt animam esse nentum. Direpta] pro 'diripienda'. participium est pro participio. *P* || EXALANTEM *H* || 7 nolunt nentum *H* || 8 est pro *M E* || 10 *ad v.* 564 Copia] de exercitu dixit numero singulari (sm̃), cum dicimus copias plurali de exercitu, copia uero aliarum sit. *P* || cum singulari numero dixisse *C* || 11 con *Scioppius enotavit.* || rumpor et *Masvicius.* quom Sertorius neque erumperet (erumpere *Kritzius*) tam levi copia navibus *Putschius, Bergkius, Kritzius.* quom Sertorius nequiret erumpere tam levi copia, navibus (se commisit) *F. Schoellius. ceterum cf. Cat.* 61, 5 || 12 com *C* || numero plurali de exercitu *M* || dicamus, ut Sallustius (*Cat.* 6) 'memorare possem, quibus in locis maximas hostium copias populus Romanus parva manu fuderit *add. D* || 13 est] sit *C* || 14 DEFENSI *C* doloris vox *scripsi:* dolores uox *C* dolore uox *enotavit Scioppius* || 15 defensi *C* 18 qui a Tucca et Vario *Bergkius:* q tucca et uarius *C* quos Tucca et Varrus *enotavit Scioppius* || obliti] sublati *Bergkius. cf. Ribbeckii adnotat. crit. ad Aen.* II 567 || sunt] *sequuntur in codice vv.* 567–588. *cf. ad Aen.* I 1 || 19 occulis *C* 20 clara] VIDENDAM qualis poterat Veneris esse effigies in luce *Lione teste add. Guelferb. I* || 21 nimbo] mynbo *H* || nominibus *C* (*corr.* $C^2$) numinibus *ex* nubibus *H* || 22 DEVM *C* || 25 PREHENSVM] 'dextra' signavit hic prosperam, id est ad

ictum minabatur, quae in templo Vestae stabat ornata. ut enim in primo ⟨1⟩ diximus, aliquos hinc versus constat esse sublatos, nec inmerito. nam et turpe est viro forti contra feminam irasci, et contrarium est Helenam in domo Priami fuisse illi rei, quae in sexto ⟨495⟩ dicitur, quia in domo est inventa Deiphobi, postquam ex summa arce vocaverat Graecos. hinc autem versus esse sublatos, Veneris verba declarant dicentis ⟨601⟩ 'non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae'.

593. ROSEO pulchro. perpetuum epitheton Veneris. *quidam reprehendunt, non convenisse in ruina et exitio civitatis Venerem roseo ore loqui cum filio, ignorantes hoc epitheton Veneri esse perpetuum.* INSVPER super, quod continuerat *eum.*

594. INDOMITAS magnas *nunc. et 'quis' non nulli admirantis volunt esse, non interrogantis.*

595. QVID FVRIS *aut* quia furor est virum fortem ruere in mulieris interitum: *aut 'quid furis', cum extinctos socios videas, velle pugnare. et bono verbo usus est, virum fortem a proelio revocans.* NOSTRI CVRA et hoc loco, ut solet, unam se de Aeneae familia facit: ut ⟨I 251⟩ unius ob iram prodimur. 'nostri' autem et 'vestri' genetivus pluralis est antiquus et ex Graeco veniens, sicut singularis est 'mis' et 'tis'. non est autem possessivum, sed ab eo quod est 'nos', et hoc est unde dicimus 'nostri causa facit', hoc est 'nostrum'.

597. SVPERET supervivat, *supersit.*

598. ASCANIVSQVE PVER filius, ut ⟨IV 94⟩ tuque puerque

---

19 nostri autem et vestri e. q. s.] cf. Gellius XX 6 et Serv. comm. in Don. p. 410, 35. 436, 5. 502, 3 K.

---

bonas partes deduxit *Lione teste add. Guelferb. I* ‖ PRAEHENSVM *CM* ‖ PREHENSVM ea] Posteri *L* (P. ea *l*) ‖ qua] quia *C* qu=a *L* ‖ ictum helenae *C* ‖ 1 minabantur *H* minaba=tur *L* minabar *Me* ‖ uestam *H* ‖ instabat *L* ‖ ut enim . . . sublatos] ut enim dictum est versus illos qui superius notati sunt hinc constat esse sublatos *C* ‖ 2 sublatus *H* ‖ 5 posquam *L* ‖ 6 uersos *L* (*corr. l*) ‖ fuisse *C* ‖ sublatis *H* ‖ 7 declarant *CHl:* declarat *L* monstrant *ME* ‖ tyndarides *C* tynriridis *L* (*corr. l*) ‖ 8 lacaenae. sane quidam . . . λειλοι. ROSEO pulchro *C cf. ad v.* 601 ‖ 9 *ad v.* 593 Insuper] super, quod continuerat eum. *P* ‖ perpetuum epitheton Veneris *om. C* ‖ 13 et quis . . . interrogantis *Masvicius* quid *scribens pro* quis *post* revocans (*lin.* 17) *collocavit.* ‖ 15 *ad v.* 595 Quid furis] furor enim uirorum est. 'nostri' autem et 'uestri' genitiui plurales sunt antiqui, ex graecis uenientes, sicut singularis est 'mis' et 'tis'. non est possessiuum, sed a 'nos' uenit, ut dicimus 'nostri causa facit', hoc est 'nostrum'. *P* ‖ furor est *CL* furorem *H* furoris est *ME* ‖ 16 *fortasse* cum extinctos socios videns velis pugnare. ‖ uides *enotavit Scioppius* ‖ 20 antiquis *L* (*corr. l*) ‖ veniens] descendens *M* ‖ 21 mis *ex* miss *C* miſ, *H* ‖ habeo *C* ‖ 22 nos *om. H* ‖ 24 *ad v.* 597 Superet] supersit. *P* ‖ SVPERET *ex* SVPERAT, *ut videtur, L* ‖ superuiuit *L* (*corr. l*)

tuus. Horatius puerosque Ledae. et est Graecum, nam παῖδας dicunt. interdum tamen etiam ad aetatem refertur.

599. *CIRCVM ERRANT mire, quasi quaerentes: tamquam prope sint, et adhuc sua opera † sua non avertant.*

600. HAVSERIT ENSIS aut percusserit, ut ⟨X 314⟩ latus haurit apertum; aut voraverit.

601. TYNDARIDIS atqui Iovis est, non Tyndarei filia; sed sic dicimus 'Tyndaridis' de Helena, ut de Hercule Amphitryoniades. nam de Iove et Leda nati sunt Pollux et Helena, de Tyndareo et Leda Castor, qui solus mortalis fuit: unde Vergilius ⟨VI 121⟩ si fratrem Pollux alterna morte redemit, qui inmortalitatem suam cum fratre partitus est. Helenam vero inmortalem fuisse indicat tempus. nam constat fratres eius cum Argonautis fuisse: Argonautarum filii cum Thebanis *bello* dimicaverunt. item illorum filii contra Troiam bella gesserunt. ergo si inmortalis Helena non fuisset, tot sine dubio saeculis durare non posset. hanc autem legimus prius a Theseo raptam et in Aegypto commendatam Proteo. *licet alia fabula a Paride raptam et, cum ad Aegyptum cum ea isset, a Proteo, cognito raptu, subtractam Paridi dicat.* FACIES INVISA pulchritudo Helenae odiosa, id est Helena. et est Graecum, ut 'vis Herculea', hoc est Hercules. *ostendit autem naturae culpam non esse hominibus adscribendam.* * *sane quidam 'invisa' figurate dictum putant; adserunt enim ad Troiam Helenam non venisse, id est non visam a*

1 Horatius] carm. I 12, 25 ‖ et est Graecum e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Andr. II 3, 26 ‖ 12 Helenam vero . . . commendatam Proteo] exscr. mythogr. II 132. III 3, 8

1 Horatius *om. H* ‖ laedae *CHM* ‖ παῖδας] praedas *C* ΠΙΜΑΚC *L* (ΠΙΑΛC *l*) ΠΑΙΔΑC *H* ‖ 2 etiam *om. Me* ‖ refertur] referetur *E* et ad hominis conditionem *add. Fabricius* ‖ 4 et adhuc opera sua non advertant *Masvicius. fort.* et adhuc sua opera avertantur. *cf. Donatus ad h. v.* ‖ 5 *ad v.* 600 *et* 601 Hauserit ensis] aut percussit . . . aut norauerit. Tyndaridis] atqui (aut qui) . . . partitus est. ideo Helenam (aelenam) sororem eorum constat esse inmortalem. Inuisa] odiosa. Lacaenae] a prouincia Laconica . . . quod rarum est. *P* ‖ 7 TINDARIDES *C* ‖ atqui *ex* autqui *C* ‖ 9 nam *om. C* ‖ 10 Castor] Clytemnestra et Castor *Fabricius* ‖ 11 inmortalitate sua *P* ‖ 12 partitus est] traditur namque quod permiserit se pollux occidi qua parte mortalis erat (fuerat *L*) ut castor inmortalitatem mereretur sicque redemit *add. LME* omnia nomina uel participia in .ns. desinentia nomina ablatiuum in .e. participia in .i. et in .e. mittunt. licet etiam eadem et nomina et participia sint nominum autem quae et propria et appellatiua esse possunt ablatiuus a proprio in .e. exit. ab ablatiuo in .i. *praeter illa add. M. cf. ad v.* 610 ‖ fuisse . . . Thebanis *om. C, in Fuldensi fuisse testatur Scioppius, qui* Thebano Eteoclis et Polynicis bello *pro* cum Thebanis bello *enotavit.* ‖ 16 fuisse *H* ‖ potuisset *mythographi* ‖ hunc *C* ‖ 17 prius] primus *M* primo *me et Scioppius e Fuldensi* ‖ ruptam *C* ‖ commendatum *C* ‖ protheo *LHM* ‖ 18 licet *non enotavit Scioppius.* ‖ raptum *C* ‖ aegiptum *C* ‖ 19 subtractum *C* ‖ dicit *Scioppius enotavit* ‖ 20 pulcritudo *L* ‖ Helena] helenae *C* helena *ex* helene *L* ‖ 22 sane quidam . . . ΔΕΙΔΟΙ] *cf. adn. crit. ad v.* 592

*Troianis, quia cum eam Paris rapuit, ad Aegyptum profectus dicitur, mutato itineris cursu, ne a Graecis forte insequentibus comprehenderetur. ibi a Proteo receptus hospitio. sed cum Helena Proteo suam narrasset iniuriam, ab eo retenta est. tum sine ea Paris venit ad Troiam. Graeci autem putantes quod occultaretur a Troianis et nollent sibi eam reddere, deleverunt Troiam frustra, cum Troiani vere dicerent se Helenam non vidisse. alii dicunt a Proteo quidem Helenam Paridi sublatam et quibusdam disciplinis phantasma in similitudinem Helenae Paridi datum, quam imaginem ille ad Troiam dicitur pertulisse: quod etiam Homerum volunt tetigisse subtiliter, ubi Aeneas a Neptuno opposita nube liberatur. ἀμφὶ δ' ἄρ' εἰδώλῳ Τρῶες καὶ δῖοι Ἀχαιοί.** LACAENAE a provincia Laconica. et notandum, derivationem minorem esse a principalitate, quod rarum est.

602. CVLPATVSVE PARIS criminosus, *reus.* *DIVVM INCLEMENTIA latenter hic Venus suam purgat invidiam dicendo, Troiam deorum conspiratione subverti; poterat enim ei obici, quod nisi ipsa rapiendi Helenam Paridi auctor fuisset, Troia non fuisset eversa.*

604. ASPICE de Homero tractum, qui inducit Minervam praestantem ista Diomedi. *et bene subdistinguit, quia non solum dicitur, sed etiam manu significatur.* NAMQVE OMNEM ordo est: omnem tibi nubem eripiam, quae umida circum caligat et mortales hebetat visus tuenti. dicitur enim nebula orta de terris obesse nostris obtutibus: unde aquila, quia supra nebulam est, plus videt. est etiam theologica ratio, quia ignorantes usum Venerium videre dicuntur et numina: unde nunc merito post Veneris abscessum numina vidisse dicitur Aeneas. OBDVCTA superducta. TVENTI modo 'videnti', alias 'defendenti'.

606. NEQVA PARENTIS IVSSA TIME *pro 'ne'. et* 'ne' particula

11 *ἀμφὶ*] Il. V 451 ‖ 18 de Homero] Il. V 127sqq. ‖ 22 dicitur enim ... plus videt] exscr. mythogr. III 6, 24 ‖ 23 est etiam ... Aeneas] exscr. mythogr. III 11, 5

1 aegiptum *C* ‖ 2 forte] forsan *Sciopp ius enotavit* ‖ 3 protheo *C* ‖ protheo *C* ‖ 5 et *Scioppius enotavit:* ut *C* ‖ 6 se *ex* sed *C* ‖ 7 paridis *C* ‖ 9 datam *C, correxi* ‖ quam ... pertulisse *om. Scioppius* ‖ 10 apposita *enot. Scioppius* ‖ 11 ΑΜΦΙ ΑΡ ΙΑΜ ΝΟΤΡΟϹ ΚΑΙ ΔΙΟΙ ΔΕΙΑΟΙ *C*, *om. Scioppius. quem Iliados versum scholiastes falso Neptunum pro Apolline memorans laudasset, vidit F. Schoellius* ‖ 12 diriuationem *CPLH* ‖ a *om. C* ‖ 14 *ad v.* 602 Culpatus] criminosus reus. *P.* ‖ VE PARIS *om. C* DIVINAM *C* ‖ 15 inuidiae *Scioppius enot.* ‖ consprratione *C* ‖ 16 subverti] *in hoc verbo desinit Cassellani quaternio XII.* ‖ 18 *ad v.* 604 Namque omnem] ordo est ... et mortales hebetat (abitat) uisus tuenti. Obducta] superducta. Tuenti] modo uidenti, alias defendenti. *P* ‖ 19 Diomedi] *ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν, ὄφρ' εὖ γιγνώσκῃς ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα* (Il. V 127 *sq.*) *add. D* ‖ 21 habetat *H* ‖ 23 optutibus *M* ‖ 24 etiam *CE:* enim *LHM* ‖ theoloica *H* ‖ 25 et *om. L* (*add. l*) ‖ unde abeunte uenere numina uidit aeneas *Mc* ‖ 27 uiuenti *E* ‖ 28 *ad v.* 606 Nequa parentis iussa time] pro 'ne'. et haec particula imperatiuo iungitur modo, sed interdum praesenti tempori, interdum futuro (future), prout necesse fuerit. *P* ‖ ne particula] haec particula *C**

imperativo iungitur modo: sed interdum praesenti tempori, interdum futuro, prout aliquid volumus aut ad praesens, aut ad futurum fieri. TV NEQVA P. I. T.] *potest sane hoc praeceptum et ad generalitatem et ad specialitatem referri.* IVSSA TIME veretur enim ne imperanti sibi fugam non obtemperet.

608. SAXIS SAXA *dicendo 'saxis saxa' renovavit narrandi magnitudinem.*

609. VNDANTEM *aut 'abundantem', aut quia in modum undarum attollitur, ut* ⟨VIII 257⟩ *qua plurimus undam fumus agit.*

610. NEPTVNVS MVROS hoc quidem habet fabula, quod Neptunus cum Apolline Troiae fabricati sunt muros. sed constat Laomedontem supradictis diis certam vovisse pecuniam ad sacra facienda: quam imminentibus Mysiis transtulit ad murorum fabricam. unde dii et fecisse muros, et offensi esse dicuntur. simul notandum quod deos facit opera sua evertere: ut portas Iunonem, quarum dea est; nam portam luminis nascentibus praebet, *ut Iuno lucina fer opem:* arces Minervam; legimus enim Pallas quas condidit arces: Neptunum muros; ipsi enim fundamenta sunt consecrata, cuius et moventur arbitrio: unde ἐνοσίχθων dicitur, hoc est terram movens aquae concussione, sicut terrae motus continent opiniones. NEPTVNVS M. E. T. Q.] *[ergo] cum Neptunus infestus indicatur, Apollo tamen etiam post piaculum Troianis favet, quia cum propter Chrysis sacerdotis filiam offenderant Graeci.* TRIDENTI omnia in 'ns' exeuntia aut participia sunt, aut nomina. sed si participia sunt, ablativum et in 'i' et in 'e' mittunt pro nostro arbitrio: Iuvenalis ⟨XV 81⟩ nec ardenti decoxit aeno, contra ⟨XIV 118⟩ semperque ardente camino: si vero nomina fuerint, omni modo in 'e' exeunt. si autem eadem sint et nomina et participia, ut 'amans', cum nomina fuerint, omni modo in 'e' mittunt; cum participia, licenter utimur. ergo quia 'tridens' nomen est, 'tridente' debuit dicere:

11 sed constat Laomedontem . . . dicuntur] exscr. mythogr. II 193. III 5, 7 16 Iuno] Ter. Andr. III 1, 15 ‖ 17 Pallas] buc. II 61 ‖ 23 omnia in 'ns' . . . necessitate] cf. Serv. in Don. p. 409, 27. 417, 5. Pompeius p. 258, 33 K.

2 nolumus *ex* noluimus *M* ‖ ad *et ante* praesens *et ante* futurum *om. E* (*add. e*) ‖ fieri] referri *C* ‖ 10 *ad v.* 610 Neptunus muros] hoc antem habet fabula . . . offensi esse dicuntur. *P* ‖ 11 sunt *LE:* sint *ex* sunt *H* sint *MPc* ‖ lamedontem *P* ‖ 12 mouisse *P* ‖ 13 Mysiis *Daniel et C*:* misiis *P* mystis *LH* hostibus *MEl mythogr. III* promissis *mythogr. II. cf. Serv. ad Aen.* VII 604, *ubi* misii *libri* ‖ 14 dii *om. ME* ‖ et offensi] et non redditis pecuniis offensi *L* (idi *litterae in rasura*) ‖ 15 eos *L* (deos *l*) ‖ 16 nam et portam *Me* ‖ 19 ἐνοσίχθων] nossathon *LH* enosicthon *MEl* καὶ ἐνοσίγαιος *add. D* ‖ terra *L* ‖ 23 exeuntia] disinentia *L* ‖ 24 sint *MEl* ‖ 25 arbitrio nostro *M* ‖ 26 aeneo *E* ‖ semper *M* ‖ 27 e *om. L* (*add. l*) ‖ 28 sunt *L* (sint *l*) ‖ 29 fuerint] sunt *ME* ‖ omni modo] omnino *C* ‖ licenter utroque utimur *L*

sed novitatem adfectavit, nulla cogente necessitate. sane in nominibus, quae et propria esse possunt et appellativa, ut 'liberalis' 'felix' 'iuvenalis', ablativus a proprio in 'e' exit, ab appellativo in 'i'.

611. QVATIT *concutit, conmovet.*

612. IVNO SCAEAS SAEVISSIMA PORTAS *quidam ideo Iunonem has portas tenuisse accipiunt, quia eam fatorum arbitrium volunt, et fatum fuit ad exitium Troiae per has portas equum introduci.* SCAEAS *priscas.* SAEVISSIMA quae et fugam vetabat.

613. SOCIVM sibi devotum. FVRENS irascens.

614. ACCINCTA *id est armata, quia ipsa est Curitis, et sub hoc nomine interest bellis; nam ideo* ⟨I 16⟩ *hic illius arma hic currus fuit. 'accincta' enim 'ferro armata', ut* ⟨XI 486⟩ *cingitur ipse furens certatim in proelia Turnus.*

615. IAM *praeterea, ut iam quae seminibus iactis se sustulit arbos.* ARCES *ordinem tenuit: primum 'muros', deinde 'portas', post 'arces'; a muris enim in arcem convertendus est totus impetus; ob hoc autem 'arces' Minervae dantur, quod ipsa sit inventrix aedificiorum, ut Pallas quas condidit arces, et quia summa quaeque possidet sapientia. praeterea in capite esse dicitur; ideirco creditur patris Iovis capite generata.* TRITONIA PALLAS notandum duo antonomasiva *sunt* sine proprio *nomine.* et est nimiae iracundiae cum dicitur, quamquam irata sit Graecis, nequaquam tamen Troianis parcere; licet in historia lectum sit, vehementius iratam Minervam, quod post victoriam ei sacrificare noluerint, ut Horatius cum Pallas usto vertit iram ab Ilio in inpiam Aiacis ratem. RESPICE *dicendo 'respice' ostendit, vere iam caliginem ab oculis eius esse sublatam.*

616. INSEDIT *adeo irata, ut ante sacerdotem ibi Cassandram de-*

14 iam] georg. II 57 ‖ 18 Pallas] buc. II 61 ‖ 24 Horatius] epod. X 13 sqq.

1 adfectavit] desideravit *E* († affectauit *superscr. e*) ‖ cogente] agente *H* ‖ 3 ab appellativo] ablatiuo *L* (ab adpellatiuo *l*) apellatiuo *H* ‖ 4 *ad v.* 611–613 Quatit] concutit, conmouet (conmouit). Scaeas] priscas. Furens] irascens. *P* ‖ 10 *ad v.* 614 Accincta (accinta)] id est armata, quod ipsa est curritis, ut 'hic illius arma, hic currus. *P* (*inter* ipsa *et* curritis *Daniel* est *omittens lacunam indicavit, quam Scioppius in Fuldensi his suppletam esse adnotavit* quia ipsa est currulis et sub hoc nomine . . . in proelia Turnus, *quae Commelinus primus falso post* introduci (*lin.* 7) *collocavit.*) ‖ Curitis *scripsi. cf. ad Aen.* I 8: curritis *P* currulis *C* ‖ 14 *ad v.* 615 Iam] praeterea, ut 'iam quae seminibus iactis'. Arces] ideo Mineruae dicuntur esse, quod ipsa sit inuentrix aedificiorum, ut 'Pallas quas condidit arces'. Tritonia Pallas] duo antonomasiua (antenomosia) sunt sine proprio nomine. *P* ‖ 20 antonomasia *L* (antonomasiua *l*) ‖ 22 nequam *L* (*corr. l*) ‖ 24 quod ei post uictoriam sacrificare *M* ‖ noluerit *H* noluerint *ex* noluerunt *E* ‖ 25 iram] aram *H* ‖ Ilio] illo *H* ‖ iacis ratam *H* ‖ 27 *ad v.* 616 Nimbo effulgens] nube diuina. est enim fulgidum (fuluidum) lumen, quo deorum capita cinguntur (tinguntur). alii 'limbo' (sub limbum) legunt . . . ueste. Et (aut) Gorgone saeua] aut etiam . . . mutarentur. quarum (quorum) capita Minerua dicitur amputasse ac suo adfixisse pectori (pectore). *P*

*fenderet.* NIMBO EFFVLGENS nube divina. *est [enim] fulgidum lumen, quo deorum capita cinguntur. sic etiam pingi solet. alii 'nimbum' clavum transversum in veste existimant.* alii 'limbo' legunt, *ut* ⟨IV 137⟩ *Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.* et est pars vestis extrema, quae instita dicitur, ut Horatius quarum subsuta talos tegit instita veste. *GORGONE SAEVA aut etiam per saevam Gorgonem fulgens; aut ipsa saeva terrore Gorgonis. sane Gorgones tres fuisse dicuntur, Stheno, Euryale, Medusa, quarum aspectus intuentes vertebat in lapides. hac autem mirae pulchritudinis fuisse dicuntur, et quisquis eas vidisset stupore defigebatur. ideo fictum est, quod in lapides mutarentur. sed alia fabula refert, Medusam mirae parsimoniae virginem fuisse, et ob hoc acceptam Minervae. quae compressa a Neptuno Pegasum equum dicitur edidisse: quod posteaquam Minerva cognovit, eius caput dicitur amputasse et suo adfixisse pectori, eique tribuisse vim, ut quidquid vidisset mutaret in saxum.*

617. IPSE PATER qui omnibus unus esse consuevit: ut ⟨X 112⟩ rex Iuppiter omnibus idem. et bene honesta Aeneae causa fugiendi est. VIRESQVE SECVNDAS quia fuerunt et in Troianis, sed non prosperae.

618. *SVFFICIT subministrat, suggerit.*

619. ERIPE accelera, raptim fac. *vel 'eripe te fuga'.*

620. NVSQVAM ABERO bona oeconomia. nam si tenent Danai qua deficit ignis, necessarium est praesidium numinis: ut Horatius nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus inciderit. LIMINE SISTAM in limine, ut ⟨XI 686⟩ silvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti.

621. *SPISSIS (NOCTIS SE CONDIDIT VMBRIS) densis. abscessu enim plerumque numina demonstrantur fuisse, cum subito apparere desierint.*

622. APPARENT DIRAE FACIES secundum mathesin post abscessum Veneris dira dicit apparuisse numina, cuius praesentis radii

1 est fulgidum . . . existimant] cf. Isid. orig. XIX 31, 2 ‖ 5 Horatius] sat. I 2, 29 ‖ 11 sed alia fabula refert e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VII 651 ‖ 23 Horatius] a. p. 191 ‖ 29 secundum mathesin . . . temperant] exscr. mythogr. III 11, 5

1 INFVLGENS *L* (*corr. l*) ‖ 3 limbum legunt *C* legunt limbo *L* ‖ 6 subsuta *HMEl:* suta (t *in ras.*) *L* pulsata *PC** substricta *Stephanus* ‖ tetigit *P* 8 stenno *P* Sthemo *Daniel* ‖ edriale *P* Euriale *Daniel* ‖ 9 pulcritudinis *P* 10 uidisse *P* ‖ 12 accepta *C* ‖ 20 *ad v.* 618 Sufficit] subministrat suggerit. *P* 21 *ad v.* 619 Eripe] adcelera . . . te fuga (fugam). *P* ‖ eripi *P* ‖ 22 *ad v.* 620 Nusquam. Limine sistam] ut 'siluis te Tyrrhene (tyrene) feras agitare putasti'. *P* ‖ 23 defecit *LH* deficit *ex* defecit *E* ‖ 24 interest *L* ‖ 26 putasti] id est in siluis *add. Fabricius* ‖ 27 *ad v.* 621 Spissis] densis. *P* ‖ 30 dira *om. C* ‖ paruisse *L* (*corr. l*) ‖ praesentis *LH:* praesentes *MEl*

intervenientes anaereticos temperant. *APPARENT DIRAE FACIES*] [*vel*] *quia 'dirae' appellantur quae sunt in ministerio Iovis, quando morbos aut letum aut bellum hominibus molitur, quia in XII. ait* ⟨845⟩ *dicuntur geminae pestes cognomine Dirae.*

623. *NVMINA MAGNA quia Iovem Iunonem Neptunum et Minervam dixerat.*

624. TVM VERO quia ante et ab Hectore audierat, et per se viderat everti Troiam, sed non omnem; *singulas enim res viderat, ut* ⟨311⟩ *iam proximus Ucalegon. vel 'tum vero', quando et dii visi sunt saevientes.*

625. *ET EX IMO VERTI quia superiori excidio, quando ab Hercule expugnata est, nec omne Ilium conciderat, nec ex imo fuerat Troia subversa. per haec ergo fit certior causa fugiendi.*

626. *ORNVM † p . . . . Oceani filia, a Sarpedone, Ilii filio, adamata est. quem cum* [*veni*] *sprevisset, faciente Venere, Iasonem tunc ad Colchos euntem inefficaciter adamavit. quo absente † ad luchi conficeretur, in hanc arborem dicitur commutata.*

627. *FERRO ET BIPENNIBVS*] ἓν διὰ δυοῖν. FERRO ET BIPENNIBVS tautologia est.

628. ERVERE pro deicere et est acyrologia. *VSQVE tam diu.* MINATVR aut 'eminet', ut ⟨IV 88⟩ minaeque murorum: aut 'movetur'.

629. TREMEFACTA COMAM solita figura. *'comam' autem pro ramis, per illam metaphoram tondentur cytisi.*

630. *VVLNERIBVS pro ictibus. IVGIS cacuminibus montium.* RVINAM aliarum *scilicet* arborum.

632. AC DVCENTE DEO secundum eos qui dicunt, utriusque

---

24 tondentur] georg. II 431 ‖ 27 secundum eos . . . barbatae Veneris] exscr. mythogr. III 11, 5. cf. Macrob. Sat. III 8, 1 sqq.

---

1 interuenientis *LM* (interuenientes *l*) ‖ anaereticos] noxios (*superscr.* † nociuos *l*) anehereticos *L* anareticos *H* ‖ temperant] id est martem et saturnum (id est . . . saturnum *om. E*) ne aeneae intercidant (*superscr.* interrumpant) id est interrumpant (intercidant *l*) uitae rationem aneretici enim (uero *l*) sunt mars et saturnus qui intercidunt uitae rationem si radiis suis ortum geniturae pulsauerint *add. El* ‖ 7 TVNC *LM* ‖ 9 dii visi] diuisi *C* ‖ 14 p . . . .] *fort.* Melia ‖ Ilii] *fort.* Iovis ‖ 15 veni *secl. F. Schoellius* venientem *Burmannus* ‖ 16 ad luchi] cum luctu *Masvicius* ‖ 18 *ad v.* 627 Ferro et bipennibus] endiadyn. *P* ‖ ἓν διὰ δυοῖν vel ταυτολογία *vulgo* ‖ 19 est] ideo quia 'crebris bipennibus' est *add. D* ‖ 20 *ad v.* 628 Eruere] pro deiicere . . . aut mouetur. *P* ‖ 21 autem eminet *LH* ‖ 23 *ad v.* 629 Et tremefacta (tremefactam) comam] solita figura. Nutat] cutit (*fort.* quatitur). *P* ‖ 24 crytici *C* ‖ 25 *ad v.* 630 Vulneribus] pro ictibus . . . arborum. *P* ‖ 27 *ad v.* 632 Ac ducente deo] secundum eos . . . deus afuit (affuit). *P* ‖ HAC *L* ‖ DEA *H*

sexus participationem habere numina. nam ait Calvus pollentemque deum Venerem. item Vergilius ⟨VII 498⟩ nec dextrae erranti deus afuit, cum aut Iuno fuerit, aut Allecto. est etiam in Cypro simulacrum barbatae Veneris, *corpore et veste muliebri, cum sceptro et natura virili, quod Ἀφρόδιτον vocant, cui viri in veste muliebri, mulieres in virili veste sacrificant.* DVCENTE DEO] [*quamquam*] *veteres 'deum' pro magno numine dicebant. Sallustius ut tanta mutatio non sine deo videretur.*

633. DANT TELA LOCVM F. R. *illi reddidit 'flammam inter et hostes expedior'. hic est hiatus.*

635. ANTIQVASQVE DOMOS 'caras'. et aliud pendet ex alio; nihil enim interest, utrum carum dicas, an caritatis causam. sane 'domos' ambitiose dixit.

636. PRIMVM praecipuum. *vel 'primum' ante filium et uxorem. sed Varro rerum humanarum ait permissum a Graecis Aeneae, ut evaderet et quod carum putaret auferret; illum patrem liberasse, cum illi quibus similis optio esset data, aurum et argentum abstulissent. sed Aeneae propter admirationem iterum a Graecis concessum, ut quod vellet auferret; illum, ut simile, quod laudatum fuerat, faceret, deos penates abstulisse. tunc ei a Graecis concessum, ut et quos vellet secum et sua omnia liberaret: quod poeta Veneris praesidio praestitum dicit Aeneae.* PETEBAM *pro appetebam et optabam.*

637. VITAM PRODVCERE *figurate, pro 'vitam producturum'.*

638. EXILIVM *dictum quasi extra solum.* VOS O obliqua oratio est. nam aperte quidem hoc agit, ut relinquatur, latenter vero aliud: [*id est voluntatem fugiendi*] per quod nimia Aeneae ostenditur pietas, qui nec iustis causis movetur, ut patrem relinquat. *sane rhetorica suasio est; deliberatur enim de ipsa re, utrum fugiendum sit.*

7 Sallustius] hist. fragm. inc. 66 Kr.

1 ait Calvus] caluus in libro suo ait *P* ‖ Calvus] Gallus *mythographus* pollentemque] pollicentem *P* polluentem *E* ‖ 3 adfuit *M* affuit *E* ‖ etiam *om. H* ‖ 4 Veneris] quae effrooditon uocatur. et hoc ad Graecorum imitationem qui ὁ θεὸς et ἡ θεὸς dicunt, sicut ὁ ἄνθρωπος καὶ ἡ ἄνθρωπος, vir et femina *add. D* ‖ 11 caras] Sallustius 'antiquitatis curaeque pro Italica gente' *add. Fabricius cf. Serv. ad ge.* II 209 ‖ 13 dixit] pro domo una, non domum *add. D* (pro domo una *super* ambitiose *l*) ‖ 14 *ad v.* 636 Primum] praecipuum. uel 'primum' ante filium et uxorem. sed Varro ait concessum Aeneae a Graecis, ut et quos uellet secum et sua omnia liberaret, quod poeta Veneris praesidio praestitum dicit Aeneae. Petebam] pro adpetebam et optabam (obtabam). *P* ‖ 19 illum *scripsi:* ille *C* ‖ 23 *ad v.* 637 *et* 638 Vitam producere] figurate . . . extra solum. *P* ‖ 24 ratio *L* (oratio *l*) ‖ 25 quidem *om. Mc* ‖ hoc] haec *LH* ‖ ait *L* agit *ex* ait *H* ‖ derelinquatur *l* ‖ 26 aliud] .f. uoluit *superscr. l.* scilicet ut ducatur. et obliquitas illuc spectat orationis quasi affectu (affectu *om. ME*) patriae uideatur uelle retinere urbem dum talia petit *add. LME* ‖ id est uoluntatem fugiendi *Fabricius quoque edidit*

*et eius partes ita ponuntur, ut † si qui dissuadent, an supervivendum patriae. quod ideo aperte non dixit, ne ceteros a fuga dehortari videretur, sed ait 'vos fugite, qui potestis': a tempore 'satis una superque', ab invitis diis 'iam pridem invisus diis et inutilis annos demoror'. sic quidem et illud colligitur, an debilis patriae superare debeat.*

639. INTEGER AEVI SANGVIS plenam aetatem significat ex sanguine, qui non est integer nisi in iuvenibus. nam dicunt physici minui sanguinem per aetatem: unde et in senibus tremor est. *sane 'aevum' hic ad annos referre debemus, cum alibi tempus significet, ut* ⟨ecl. VIII 27⟩ *aevoque sequenti. et* ⟨III 415⟩ *tantum aevi longinqua valet mutare vetustas.* SVO ROBORE sine alterius auxilio, quo eget Anchises. *et duas res dicit: et iuvenes estis, et sani, quorum utrumque mihi deest.* *STANT perstant solidaeque sunt.*

640. *AGITATE disponite, cogitate. Sallustius traditur fugam in oceani longinqua agitavisse.*

641. CAELICOLAE ad quos nostra pertinet vita, ut ⟨I 387⟩ haud credo invisus caelestibus auras vitales carpis et ⟨XI 51⟩ nos iuvenem exanimum et nil iam caelestibus ullis debentem et ⟨VI 730⟩ igneus est illis vigor et caelestis origo. anima enim caeli pars est, *corpus nostrum*, umbra inferorum. ideo ergo non posuit generale nomen deorum, et addidit caelestibus, ne crederentur inferni dii, qui datores vitae non sunt.

642. SATIS SVPERQVE ad augmentum 'superque' addidit. est autem tmesis. sane sciendum est esse aliqua, quae augmentum non recipiunt, ne minus significent, ut ['satis',] 'perfectus': nam quaeritur, utrum 'perfectior' possit facere, ne incipiat ['satis'] 'perfectus' minus significare.

---

7 qui non est integer . . . tremor est] exscr. Isid. orig. XI, 1, 123 ‖ 9 cum alibi tempus significet] cf. Isid. diff. verb. 67 ‖ 10 aevoque] buc. VIII 27 ‖ 14 Sallustius] hist. fragm. lib. I 61 Kr. ‖ 24 sane sciendum . . . significare] cf. Serv. ad Aen. XI 124

---

1 *fortasse* ut si quis dissuadeat ‖ 3 *post* potestis *non nulla intercidisse videntur, veluti haec* ego fugere non debeo nec possum. *cf. Donatus ad hunc versum. dissentit F. Schoellius coniciens* (*lin.* 1) ut oblique dissuadeat non supervivendum patri Aeneae ‖ 4 ab invitis *Masvicius:* an inuitis *C* ‖ annos] orbi *C* ‖ 6 *ad v.* 639 Integer aeui sanguis] plenam aetatem siguificat ex sanguine, qui (que) non est integer, nisi in iuuenibus. *P* ‖ 7 in *om. Me* ‖ 11 ROBORE] id est proprio *add. D* ‖ 14 *ad v.* 640 Agitate] disponite cogitate. *P* ‖ 17 aud *L* (haud *l*) aut *H* ‖ et] *in Lipsiensi et super hanc vocem et super* non sunt (*lin.* 22) *N notam manus saec. XII. posuit et in marg. haec adscripsit* inter has figuras in aliis serui libris scriptum non inuentum est. ‖ et] ut *Me* ‖ 18 uos *H* ‖ 19 illis *H* ‖ debentem ullis *E* ‖ 20 nostrum *F. Schoellius coll. ad Aen.* VI 362: uero *C* aquae *Fabricius* ‖ 21 ideo *vulgo:* adeo *libri* ‖ generalem deorum nomen *H* ‖ et] sed *L* ‖ 22 caelicolae *C* ‖ di *H* ‖ 23 *ad v.* 642 Satis superque] ad augmentum 'superque' addidit. sane sciendum est . . . significare. *P* ‖ addit *L* (addidit *l*) ‖ 24 temesis *LH* themesis *ME* ‖ 25 satis *maiusculis litteris L, om. MEl* ‖ 26 satis *om. Stephanus*

643. VNA EXCIDIA sub Laomedonte *ab Hercule.* sed ἐμφατικῶς dixit 'excidia'. *SVPERAVIMVS supervixinus.*

644. 645. SIC O SIC POSITVM ADFATI DISCEDITE CORPVS sensus talis est: praestate mihi vos funebre solatium, id est adfamini me, ut dici mortuis solet 'vale, vale, vale': *nam ideo et 'positum' et 'corpus' dixit:* mortem autem ego manu hostis inveniam; nam hic ordo est. 'miserebitur' vero dixit adfectu eius qui cupiebat interimi, ut eum hostis quasi miseratus occideret. sic in nono ⟨493⟩ mater Euryali aut tu, summe pater divum, miserere, tuoque invisum hoc detrude caput sub Tartara telo, quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam. *et* ⟨X 676⟩ *vos o potius miserescite venti. alii sic exponunt:* [*et*] *'miserebitur' id est quod illi hostili animo fecerint ego misericordiae loco ducam.*

646. EXVVIASQVE PETET quasi obiectio 'sed spoliatum linquet cadaver', et responsio 'facilis iactura sepulcri': aut secundum Epicureos, qui dicunt nihil superesse post mortem; aut hoc dicit, facilis sepulturae iactura est, quam potest ruina praestare. *FACILIS contemptibilis et levis sapienti viro, ut sit 'iactura' dispendium.*

647. *INVTILIS ideo, quia debilis fuisse dicitur post fulmen.* ANNOS DEMOROR quasi festinantes diu vivendo detineo.

649. FVLMINIS ADFLAVIT VENTIS ET CONTIGIT IGNI tria sunt fulminum genera: est quod adflat, quod incendit, quod findit: de hoc autem siluit. fulminatus autem est Anchises, quia se cum Venere concubuisse iactabat. *sane afflati tactique dicuntur capti membris, ut tactus etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus. AFFLAVIT VENTIS bene dixit, quia scit, non iaci fulmina, nisi cum flatu*

21 tria . . . findit] cf. Sen. quaest. nat. II 40. comm. Lucani I 151 || 25 tactus] Cic. in Catil. III 8, 19

1 *ad v.* 643 Una excidia] sub Laomedonte ab Hercule (hercole). sed ἐμφατικῶς (enfaticos) dixit excidia. Superauimus] superuiximus. *P* || Laomedonte] unum excidium uiderat *in marg. add. l* || enfaticos *LHE* emfaticos *M* 3 *ad v.* 644 *et* 645 Sic o sic positum adfati discedite corpus] sensus talis est . . . et corpus dixit. Miserebitur] affectu eius qui cupiebat interimi dixit, ut eum hostis quasi miseratus occideret. *P* || DISCEDERE *M* || 5 vale vale *om. Me.* unde (III 68) 'et magna supremum voce ciemus' *add. D* || 6 autem *om. L* || hic ordo *LH:* ordo ipse *MEl* || 7 est] ego inveniam mortem manu hostis. ille miserebitur et petet exuvias *vulgo adduntur* || affectum *L* || 8 sic] et sic *ME* 9 summe] magne *Vergilius* || 10 telo] caelo *M* || quando . . . vitam *om. LHM* 11 abrumpere vitam] animam *E* || et 'vos o potius miserescite venti' *Fabricius quoque edidit* || 14 *ad v.* 646 Exuviasque petet (petat)] quasi obiectio . . . iactura sepulcri. aut hoc dicit . . . praestare. *P* || linque *P* || 16 nil *HM* || post mortem aut facilis contemptibilis . . . dispendium *C* || 17 ruinam *H* || praestare *om. H* 22 fluminum *L* || est quod . . . findit] et quod findit quod adflat quod incendit *E* || 23 est autem *H* || 24 sane afflati . . . Romulus *Fabricius quoque edidit* || afflatitii *C*

*ventorum, ut in VIII. ⟨429⟩ tris imbris torti radios, tris nubis aquosae addiderant.* *sane de fulminibus hoc scriptum in reconditis invenitur quod si quem principem civitatis vel regem fulmen afflaverit, et supervixerit, posteros eius nobiles futuros et aeternae gloriae.* *Fabula sane talis est: cum inter aequales epularetur Anchises, gloriatus traditur de concubitu Veneris. quod cum Iovi Venus questa esset, emeruit, ut in Anchisem fulmina mitterentur; sed Venus cum eum fulmine posse vidisset interimi, miserata iuvenem in aliam partem fulmen detorsit, Anchises tamen afflatus igne caelesti semper debilis vixit.*

651. NOS CONTRA praepositiones vel adverbia in 'a' exeuntia modo producunt ultimam litteram, excepto 'puta' et 'ita', apud Ennium et Pacuvium brevia sunt. hinc est quod etiam numerorum nomina indeclinabilia producuntur, ut ⟨I 269⟩ triginta magnos. ea vero quae declinantur brevia sunt secundum rationem nominum in 'a' exeuntium. *EFFVSI LACRIMIS pro effusi in lacrimas.*

652. OMNISQVE DOMVS modo familiam, alias domicilium, interdum re vera domum.

653. *FATOQVE VRGENTI (INCVMBERE) simile est ut 'currentem incitare', 'praecipitantem impellere'.*

655. *RVRSVS IN ARMA FEROR quasi quodam doloris impetu, quod pater liberari non acquiesceret.* MORTEM OPTO contra fatorum vim et matris auxilium.

656. *NAM QVOD CONSILIVM quasi vetuerit regina audito 'mortemque miserrimus opto', sic respondet Aeneas 'nam quod consilium aut quae iam fortuna dabatur'?*

657. MENE probatae pietatis filium. nam pronomina habent vim suam, nonnumquam et emphasin, ut cantando tu illum?

---

5 cum inter . . . debilis vixit] cf. mythogr. II 195 ‖ 11 praepositiones e. q. s.] cf. Prisc. II p. 65, 20 H. Probus de ult. syll. p. 252, 14. p. 254, 2 K. Servius de final. p. 454, 24 sqq. K. Marius Victorinus de final. p. 238, 19. p. 239, 4 K. Cledonius p. 75, 22 K. ‖ 28 cantando] buc. III 25

---

1 tris . . . addiderant] et sequentia *C* ‖ 2 sane de fulminibus . . . debilis vixit *in marg. exempl. Basil. scripsit Daniel* ‖ 6 epularetur *Daniel et mythogr.:* exultaret *Scioppius enotavit* ‖ 8 cum eum *Daniel:* eum cum *Scioppius* ‖ interimi vidisset *Daniel* ‖ 9 fulmen detorsit *Daniel et mythogr.* fulmen *om. Scioppius* 11 *ad v.* 651 Effusi lacrimis] pro effusi in lacrimas. *P* ‖ 12 et ita *om. H* excepto puta et ita quia *vulgo* excepto puta et ita quae *Vahlenus Enn. poes. rel. p.* 180 *fortasse* excepto ita et quia. *cf. Serv. de fin. p.* 454, 24 *K. et Prisc.* II 65, 20 *H.* 14 producuntur] a producuntur *M* a producunt *El* ‖ magnos *H: om. L*, annos *Ml* magnos annos *E* ‖ 15 rationem] declinationem *E* ‖ 17 familia *vulgo* ‖ domicilium] quod ad tempus sumitur *add. L* superior pars domus *superscr. l* 24 vetuerit] *an* renuerit? ‖ 25 respondet *scripsi:* responderet *C* ‖ 28 vim suam *om. ME* ‖ et *om. MEl* ‖ enfasin *HE* emfasin *M*

*sane 'mene efferre pedem genitor' et cetera rhetorice per deliberationem tractatur, an Aeneae relicto patre fugiendum sit.* POSSE plus est quam velle.

658. *NEFAS scelus.* EXCIDIT bene excusat patrem dicendo 'excidit', et ipsam temperat obiurgationem.

660. *PERITVRAE bene 'periturae' dixit, non 'perditae', quia adhuc posse videatur evadere per suam et Anchisae fugam; ideo autem 'addere', tamquam magnam portionem exitio Troiae genus Anchisae coniungeret.*

661. *IVVAT delectat, quasi malum illi voluptati sit.* PATET ISTI apocope est pro 'istic'. pronomen enim esse non potest, quia non praecedit nomen.

662. *MVLTO PRIAMI DE SANGVINE quasi bis sanguinem fuderit Priamus, quia et filium eius Pyrrhus occiderit.*

663. NATVM ANTE ORA PATRIS his rebus terret eum, qui non potest mortem timere. OBTRVNCAT obtruncare consuevit.

664. *HOC ideo. QVOD propter quod.*

668. ARMA, VIRI, FERTE ARMA notant hoc critici, quia saepius armari aliquos dicit, cum exarmatos nusquam ostendat: qui nesciunt, non omnia a poeta, ut supra ⟨I 223⟩ diximus, dici debere. nam et diem describit, nocte non praemissa. superfluo enim dicuntur ea quae necesse est fieri. quis enim domum ingressus, non arma deponat? *vel quia ad auferendum patrem arma deposuerat; vel quia armis Graecorum fuerat armatus. VOCAT LVX VLTIMA VICTOS id est victis moriendum est.*

669. REDDITE ME DANAIS *vel* quibus me sustulit mater; *vel tamquam quaerentibus et invenire cupientibus. et bene 'reddite', quasi retineatur; nam ideo ait 'sinite'. INSTAVRATA renovata; quod verbum et de feriis et de scaenis solebat apud veteres usurpari.*

---

10 apocope est pro istic] cf. Serg. expl. in Don. p. 510, 16 K. Pompeius p. 247, 33 K.

1 sane mene . . . fugiendum sit *praemisso 'cod. Fuld.' in marg. exempl. Basil. scripsit Daniel haec addens* deinde etiam senibus esse fugiendum ut 'iamque aderit m. p. d. s. p.' et adiecit 'Natum ante o. p. p. q. o. a. a.' Deinde illi respondet, Dii me nolunt seruare 'Hoc erat alma p. q. m. p. t. p. i. E.' id est nolunt me seruatum. Illud autem παθικῶς adiecit 'Ascaniumque patrem m. i. c.' Et ne quis quod nollet sine patre fugere putaret inuidiose magis quam uere dici ait 'arma uiri ferte arma'. ‖ 2 tractatur *scripsi:* tractantur *C* ‖ 4 *ad v.* 658 Nefas] scelus. *P* ‖ 7 autem *F. Schoellius:* amet *C* amat *Lion* ‖ 8 exilio *C, correxi* ‖ 9 *ad v.* 661 Iuuat] delectat. *P* ‖ 10 istic *M El:* ista *L H* ‖ enim *om. L* ‖ 12 *ad v.* 662 Multo Priami de (id) sanguine] quasi . . . occiderit. *P* 13 filium *Daniel et C*:* filius *P* ‖ 16 *ad v.* 664 Hoc] ideo. Quod] propter quod. *P* ‖ 17 cretici *L* tritici *H* ‖ 18 numquam *L H* (nusquam *l*) ‖ 25 *ad v.* 669 Reddite me] quia (quae) retinebatur (retenebatur); et ideo ait 'sinite'. Instaurata] renouata. *P* ‖ sustulit me *L* ‖ sustulit] eripuit *C*

670. *NVMQVAM pro non, ut numquam hodie effugies.*

672. *INSERTABAM cunctationem ostendit hoc verbo eius, qui nec ire ad proelium velit, nec domum relinquere. sic et 'ferebam' dixit.*

674. *PATRI melius 'patri', quam 'mihi'.* TENDEBAT offerebat, sed manibus eum gestans.

675. SI PERITVRVS ABIS argumentum dilemma, id est conplexio, quae adversarium ab utraque parte concludit.

676. *EXPERTVS quidam participium praeteriti temporis [sed] vim praesentis habere volunt, quia praesens deficit.*

677. *TVTARE DOMVM hoc est cui defensori relinquimur, si tu deseris?* CVI PARVVS IVLVS interrogantis est. et simul epitheto commendat aetatem.

678. CONIVNX QVONDAM 'quondam' aut aliquando significat, quasi nunc uxor non sit quae relinquitur. aut certe 'quondam' 'semper' significat, ut in georgicis ⟨III 99⟩ u t q u o n d a m i n s t i p u l i s m a g n u s s i n e v i r i b u s i g n i s, et est, quam semper coniugem nominasti. haberi enim quaevis poterat, nominari non nisi nobilis. *et bene [ex ductu litterarum] quod eventurum timet, quasi iam contigerit, deflet; se autem ideo ultimam facit, quod ipsa loquitur. diversam autem aetatem pueri, senis et feminae ad miserationem commovendam videtur obicere.*

680. *SVBITVM pro 'subito'. adverbium est temporis secundum veteres. ORITVR oriuntur divina, ut Sol: ideo et † quia dicuntur oritur.*

681. MANVS INTER mutavit accentum praepositio postposita. sane 'inter' plerumque pro 'per' ponitur, sed raro apud Vergilium, ut ⟨VII 30⟩ h u n c i n t e r f l u v i o T i b e r i n u s a m o e n o. bona autem

---

1 numquam pro non] cf. Don. ad Ter. Andr. II 4, 7. eun. II 3, 98 ‖ numquam] buc. III 49

---

4 *ad v.* 674 Tendebat] offerebat. *P* ‖ 5 sed manibus *H:* sed non manibus *LMEC**. *cf. Serv. ad v.* 681 ‖ 6 argutum *C* ‖ dilema *LH* delima *MEl* ‖ 8 *ad v.* 676 Expertus] quidam participium . . . deficit. *P* ‖ praeteritum tempus *P* set *P* ‖ 10 *ad v.* 677 Tutare domum] hoc est cui defensori (defensoris) relinquimur? *P* ‖ 11 epitheton est *H* ‖ 13 *ad v.* 678 Coniunx quondam] quondam . . . uxor non sit. aut quondam (condam) semper significat, ut in georgicis (gyor) 'quondam (condam) . . . coniugem nominasti. *P* ‖ 15 in *post* quondam *om. LH* ‖ 16 et est *HMEPl:* aetatem *L* et est sensus *C et Fabricius* ‖ 17 potera//t *L* poterant *M* ‖ nobiles *M* ‖ 18 ex ductu litterarum *seclusi. videtur enim Scioppius significare voluisse*, et bene *non satis apparere in codice.* ‖ 22 *ad v.* 680 Subitum] pro subito . . . ueteres. *P* ‖ temporis *P:* ordinis *C* ‖ 23 ut sol ideo *Commelinus:* ut soli deo *C* ‖ et ignis, quia dii fundunt, oritur *F. Schoellius. fortasse* et prodigia dicuntur oriri ‖ 24 *ad v.* 681 Manus inter] mutavit accentum praepositio postposita. Monstrum] a monstrando, id est monendo dicitur, et refertur ad praesens significatio eius (significationem). prodigium uero est, quod (que) . . . significationem. *P* ‖ postposita praepositio *M* ‖ 25 pro per ponitur *LHME:* praeponitur *C.* (*cf. Scioppius suspect. lect.* III 5) postponitur *Leidensis Burmanni, F. Schoellius de acc. l. l.* p. 185 ‖ 26 fluuium *Ml*

oeconomia ad Iulum venit, dicens eum fuisse inter manus parentum. 'inter manus' autem, hoc est inter amplexus. non enim possumus eum illo tempore portatum dicere, quem *et mox pedibus patris comitem fuisse, et* post septem annos legimus et venatum isse et bella tractasse. MIRABILE MONSTRVM τῶν μέσων est: dictum a monstrando, *id est monendo.* et refertur ad praesens eius significatio. 'prodigium' autem est quod in longum tempus dirigit significationem.

682. *LEVIS pro leviter.*

683. FVNDERE LVMEN APEX 'apex' proprie dicitur in summo flaminis pilleo virga lanata, hoc est in cuius extremitate modica lana est: quod primum constat apud Albam Ascanium statuisse. modo autem summitatem pillei intellegimus. tangit autem, ut frequenter diximus, latenter historiam. item hoc quoque de igni ad Servium Tullium pertinet. nam cum Tarquinius cepisset Vericulanam civitatem, ex captiva quadam in domo eius natus est Servius Tullius. qui cum obdormisset, caput eius subito flamma corripuit: quam cum vellent restinguere, Tanaquil, regis uxor, auguriorum perita, intellegens augurium, prohibuit. flamma puerum cum somno deseruit: unde intellexit, eum clarum fore usque ad ultimam vitam. perite sane lucem dixit, non ut in septimo ⟨76⟩ tum fumida lumine fulvo: nam et illic splendor quidem est, sed cum fumo, qui semper causa lacrimarum est. in Ascanio autem solus ostenditur splendor. *Suetonius tria genera pilleorum dixit, quibus sacerdotes utuntur, apicem, tutulum, galerum: sed apicem pilleum sutile circa medium virga eminente, tutulum pilleum lanatum metae figura, galerum pilleum ex pelle hostiae caesae.*

5 dictum a monstrando . . . significationem] cf. Isid. orig. XI 3, 3. diff. verb. 459 || 23 Suetonius] frag. 168 ap. Reiffersch. p. 268. cf. Isid. orig. XIX 30, 5

1 eum inter manus parentum fuisse *L* || 2 autem] aut *M* || 4 annos septem *M* (septem . . . tractasse *in contextu omissa in marg. suppl. ead. man.*) || isse *ex* esse *L* esse *E* || 5 τον meson *L* ton meson *HME* || 8 *ad v.* 682 Leuis] pro leuiter. *P* || 9 *ad v.* 683 Fundere lumen apex] Suetonius . . . caesae. sunt autem in his uersibus infiniti pro indicativis. *P* || apex *om. HM* (*add. m*) 12 autem ut *HE:* namque ut *LM* || 13 item *LH, om. MEl* || 14 seruilium tullium *LH* tullum seruilium *M* seruilium tullum *E* || uericulanam *MEl et Burmanni libri* uerriculonam *L* ueriiculonam *H* ocriculanam *Masvicius.* Corniculanam *scribere debuit Servius. cf. Liv.* I 38, 4 *et* IV 3, 12 *Ovid. fast.* VI 622 || 15 seruilius tullius hostilius *L* sertulius tullius hostilius *H* tullius seruilius *M* tullus seruilius *E* || 16 corripuit *ME:* corrumpuit *L* arripuit *H* 17 quam *MEl:* quod *LH* || 19 intelligit *L* (*corr. l*) || clarum eum *M* || 20 lucem] *fortasse* leuem. || dicit *El* || 21 illa *H* || 22 lacrimarum causa *L* causa *om. M* || solis *H* || ostenditur *om. M* || 23 Suetonius *Commelinus:* sytonius *CP* 24 tutullum *P* || galere *P* || apice *P* || 25 tutullum *P* || figura *Masvicius:* figurae *P* || galere *P* || pilleum est ex *P*

684. CIRCVM TEMPORA PASCI crescere: ut ⟨VII 391⟩ sacrum tibi pascere crinem. sunt autem hic infiniti pro indicativis 'fundere', 'lambere', 'pasci'.

686. SACROS RESTINGVERE FONTIBVS IGNES *religiosos.* non quos tunc 'sacros' sciebant, sed quos mox probarunt. *SANCTOS RESTINGVERE FONTIBVS IGNES*] [*et*] *bene 'fontibus', non aquis. 'sanctos' vero, ut venerabilius fieret. sane 'sanctum' est interdum non idem quod 'sacrum', neque idem quod 'religiosum'; interdum non aliud quam 'sacrum'. hic ergo 'sanctos' sacros accipiemus, quippe quo loco auspicia fierent, sicut ex Anchisae persona ostenditur, cum dicit 'oculos ad sidera laetus extulit' et 'da deinde auxilium pater atque haec omnia firma'. aliter 'sanctum' accipi per singula loca dicitur.*

687. *AT PATER ANCHISES et hic et alibi Anchisen divinandi peritum inducit.* OCVLOS AD SIDERA contra opinionem Theocriti, qui eum fulmine caecatum fuisse commemorat.

688. *ET CAELO PALMAS CVM VOCE TETENDIT fugae defensio est, ut videatur non solum utilis et necessaria, sed et honesta, quoniam divina suadebant. nam et ideo inducitur noluisse, ut quod vincitur et consentit argumentum voluntatis divinae sit.*

689. SI FLECTERIS aut secundum Stoicos locutus est, qui fati adserunt necessitatem: aut secundum Epicureos, qui dicunt deos non curare mortalia.

690. ASPICE NOS quia intuentes dii iuvant: unde est ⟨X 473⟩ atque oculos Rutulorum reicit arvis, et contra ⟨I 482⟩ diva solo fixos oculos aversa tenebat. *ASPICE NOS*] (*quia intuentes dii iuvant:*) **nam de Iove in primo libro ⟨226⟩ et Libyae defixit lumina regnis. aut secundum mathematicos, quod quidquid Iuppiter irradiaverit felix facit.**

691. ATQVE HAEC OMINA FIRMA secundum Romanum morem petit, ut visa firmentur. non enim unum augurium vidisse sufficit, nisi confirmetur ex simili. nam si dissimilia sint posteriora, solvuntur priora: unde est quantum Chaonias aquila veniente columbas. nam aquila sine dubio columbis plus potest.

---

7 sane sanctum e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 3, 5 ‖ 27 aut . . . felix facit] cf. mythogr. III 3, 3 ‖ 32 quantum] buc. IX 12

---

2 hic *om.* *ME* ‖ infiniti III *E* infinitiui *l* infinitiua *vulgo* ‖ 3 pasci] historico more *add.* *D* ‖ 4 *ad v.* 686 Sacros] religiosos. *P* ‖ 5 scirent *Me* ‖ probaturi sunt *C* ‖ 10 *fortasse* fiant ‖ 11 pater aux. at. omnia firma *C* ‖ 15 fulmine *om.* *LH* (*add.* *l*) ‖ esse *M* ‖ 23 iuuant: nam de Ioue in X. libro sic ait cum in Africa esset Aeneas et Libyae defixit lumina regnis et contra diua . . . tenebat. aut secundum . . . facit. unde est . . . aruis. *C* ‖ 29 mortem *L* ‖ 30 petiti tuis afirmentur *H* ‖ 31 dissimilia] similia *H* ‖ 32 priora soluuntur *M* ‖ quantumque *L* ‖ 33 plus est *L* (potest *l*)

692. FATVS ERAT *proprietatem disciplinae secutus, quod augurum 'effata' dicuntur.*

693. INTONVIT LAEVVM sinistrum, prosperum, quia caeleste est; *quae enim nobis laeva sunt* (*caelestibus*) *dextra sunt,* ut diximus supra ⟨54⟩. 'sinistrum' autem a sinendo dictum, quantum ad auguria pertinet, quod nos agere aliquid sinat, *unde alibi siquem numina laeva sinunt.* *sed hoc loco pontificalis inducitur disciplina. nam ostendit Anchisen, cum vellet fugam filii sequi, omine quod de Ascanii †pro capite auspicii se obtulit, a diis commotum petisse de caelo confirmationem; subiungit enim 'vix ea fatus erat senior, subitoque fragore intonuit laevum'. prosperum, quia sereno caelo sive audita, sive visa fuerint: quod hic utrumque ostendit 'subitoque fragore intonuit laevum', quod ad auditum scilicet pertinet. iterum adiunxit quod ad visum pertinet 'et de caelo lapsa per umbras stella facem ducens multa cum luce cucurrit'. hoc autem auspicium cum de caelo sit, verbo augurum maximum appellatur. sinistras autem partes septentrionales esse augurum disciplina consentit, et ideo ex ipsa parte significatiora esse fulmina, quoniam altiora et viciniora domicilio Iovis.*

694. MVLTA CVM LVCE CVCVRRIT nunc theologicam rationem sequitur, quae adserit, flammarum quos cernimus tractus nimbum esse descendentis numinis; alibi physicam, ut vento inpendente videbis, flammarum longos a tergo albescere tractus. FACEM DVCENS lumen, quod utique ex facibus nascitur.

695. *SVPER LABENTEM quidam hoc verbum unam partem orationis esse tradunt.*

696. IDAEA CLARVM SE CONDERE SILVA stellae huius cursus ita significat Troianos conglobatos ad domum Aeneae Idam petere. quod dicit 'multa cum luce' ostendit claros; quod 'signantem vias' scintillas quasdam dicit relictas, quae ostendunt remansuros in diversis partibus socios; quod 'longo limite', ostendit errorem; quod

5 sinistrum . . . sinat] cf. Isid. orig. XI 1, 68 || 6 alibi] georg. IV 7 || 16 sinistras . . . Iovis] cf. Plut. quaest. Rom. 78 || 21 vento] georg. I 365

3 Intonuit laeuum] sinistrum (senistrum) prosperum, quia (que) caeleste est. sinistrum autem . . . laeua sinunt (sinant). sinistras autem partes (partes *om. P*) . . . domicilio Iouis. *P* || 4 caelestibus *add. Masvicius* || 5 supra] quando autem terrenum contrarium *add. L M E* || dicitur *P* || 7 sinant *C* || 8 vellet] *fortasse* nollet || 9 pro *et* auspicii *delevit Masvicius. fortasse* de Ascanii capite pro auspicio s. o. *cf. ad Aen.* IV 340 || commonitum *Masvicius* || 11 prosperum quia] *fort.* prospera enim quae || 16 partes *om. P* || 17 *fortasse* ex ea ipsa || 19 *ad v.* 694 Facem ducens] id est lumen, quod utique ex facibus (effacibus) nascitur. *P* theoloicum *H* || 20 sequitur rationem *L* || 24 *ad v.* 695 Super labentem] quidam . . . tradunt. *P. post* tractus (*lin.* 22) *hoc scholium habuit C* || 27 ita] ista ita *L* (*expunxit l*), *om. M e* || inde Idam *Fabricius* || 29 scintilla *H* || ostendunt *ex* ostenditur, *ut videtur L*

'sulcum' dicit, significat longum ⟨780⟩ 'maris aequor arandum'; quod ait 'sulphure fumant' divini ignis odor ostenditur; *fulgura enim odor sulphuris sequitur;* ex fumo autem mors Anchisae, sicut eius oratio sequens indicat. 'cedo equidem', quasi *dicat,* licet sciam me esse moriturum. et bene quamdiu vivit Anchises, totum ei conceditur. *quidam fumo bellum, quod in Italia futurum erat, significari tradunt.*

699. VICTVS GENITOR *quasi pertinax et* a pristino proposito recedens. SE TOLLIT AD AVRAS verbum augurum, qui visis auspiciis surgebant e templo: unde est 'extemplo'.

700. ADFATVRQVE DEOS agit diis gratias. *vel certe invocat.*

701. *IAM IAM NVLLA MORA EST et 'cedo equidem' ostendit eum Aeneae dictis consensisse.*

702. *DII PATRII SERVATE DOMVM SERVATE NEPOTEM: VESTRVM HOC AVGVRIVM hic ostendit, Anchisen ea quae optabat per impetrationem augurii meruisse: augurium enim est exquisita deorum voluntas per consultationem avium aut signorum. perite ergo signum de caelo 'augurium' dixit. ideo et adiecit 'servate domum', id est genus, familiam: 'servate nepotem', a quo certum erat Romanam prolem propagatum iri.*

703. VESTROQVE IN NVMINE TROIA EST in vobis habeo Troiam: propter illud ⟨642⟩ has mihi servassent sedes. *alii ita exponunt: augurium numenque vestrum efficiat, ne putem Troiam perisse.*

704. *CEDO cedere proprie dicitur qui contra sententiam suam alteri consentit, ut ⟨III 188⟩ cedamus Phoebo.* COMES IRE RECVSO tantum ad solatium itineris, quippe moriturus, ut in sexto ⟨112⟩ Aeneas ille meum comitatus iter. vult enim Vergilius etiam Aeneae concedere patris peritiam.

705. DIXERAT ILLE hic distinguendum. *alii 'ille' et 'ignis', sed male.* ET IAM dum negat, dum ostenduntur auspicia.

---

16 augurium . . . signorum] cf. Isid. diff. verb. 6 ‖ 23 cedere . . . Phoebo] cf. Nonius p. 250 M.

2 sulpure *M* (sulphure *m*) ‖ fumat *L* ‖ 3 Anchisae cognoscitur *Fabricius* 4 indicat] et tenuis fugit ceu fumus in auras (*Aen.* V 740) *add. C* ‖ quasi dicat licet sciam me *C:* quasi licet etiam sciam me *L* quas licet etiam me *H* quasi licet sciam me *ME* ‖ 5 quamdiu vivit] quod diuinarit *C* ‖ 6 fumo *scripsi:* fumum *C.* *ceterum* quidam . . . tradunt *coniungenda videntur cum* fulgura . . . sequitur (*lin.* 2): *quae veri simile est ad* et late circum loca sulphure fumant (*v.* 698) *adscripta fuisse* ‖ 10 a templo *LH* ‖ est extemplo *ME1:* extemplo *H* ettimplo *L* ‖ extemplo adverbium *Fabricius* ‖ 11 dis *H* ‖ 14 *ad v.* 702 Vestrum hoc augurium] augurium exquisita (exquesita) deorum uoluntas per consultationem (consolationem) auium aut signorum. Seruate nepotem] a quo certa erat Romanae prolis propagatio (propagata). *P* ‖ 19 certum erat *scripsi:* certus *C* propagaturum iri *C* ‖ 20 in vobis habeo Troiam] in nobis ea omnia habeo *C* 25 quippe] quoniam prope *C* ‖ sexto] septimo *LH* ‖ 27 patris concedere *L* 28 auspitia *HME*

706. PROPIVSQVE [*quamvis secreta domus sit.*] propter illud ⟨300⟩ arboribusque obtecta recessit. et est ordo: incendia propius volvunt aestus, id est calorem. unde etiam 'aestas' dicitur.

707. ERGO AGE quia consensisti, et ignis propinquat. 'age' autem non est modo verbum imperantis, sed hortantis adverbium, adeo ut plerumque 'age facite' dicamus et singularem numerum copulemus plurali. CERVICI 'cervix' cum numero singulari dicitur, collum significat; si plurali utamur, superbiam ostendimus, ut in Verrinis frange cervices.

710. AMBOBVS ERIT et ad filium et ad patrem potest referri; sed melius ad patrem, quia de Ascanio post loquitur.

711. ET LONGE 'longe' valde, ut ⟨I 13⟩ Tiberinaque longe ostia. nam 'longe' non potest, quia sequitur 'pone subit coniunx'. et bene ire singulos facit: scit enim multitudinem facile posse deprehendi. **vel 'longe' ideo, ut sit prooeconomia, quod errare potuerit.** SERVET autem custodiat, ut ⟨VII 52⟩ et tantas servabat filia sedes vel servantem ripas.

712. *FAMVLI unde familia.*

713. VRBE EGRESSIS hic ablativo iunxit, ut Horatius egressum magna me accepit Aricia Roma. Sallustius accusativo, ut raro egressa fines suos. ergo utrumque dicimus. TVMVLVS modo terra tumens, alias sepulcrum. prudenter autem circa turbatos pluribus utitur praeceptis, [*diversa signa dat*] quia scit, timoris comitem esse oblivionem. TEMPLVMQVE VETVSTVM DE-

4 age autem . . . adverbium] cf. Don. ad Ter. Andr. III 4, 19. adelph. IV 2, 33 ‖ 7 cervix . . . cervices] cf. Isid. orig. XI 1, 61. diff. verb. 118 ‖ 9 in Verrinis] Cic. in Verr. act. sec. V 42, 110 ‖ 16 Servet custodiat] cf. Nonius p. 387 M. ‖ 17 servantem] georg. IV 459 ‖ 19 Horatius] sat. I 5, 1 ‖ 20 Sallustius] hist. fragm. I 81 Kr. ‖ 21 Tumulus terra tumens] exscr. Isid. orig. XIV 8, 21. XV 11, 2

1 *ad v.* 706 Auditur] ordo est: incendia (incendi) propius uoluunt aestus, id est calorem (colorem). *P* ‖ illud *om. M* ‖ 3 dicitur] a calore *add. C* ‖ 4 *ad v.* 707 Ergo age] age autem non est modo . . . frangere ceruices. *P* ‖ appropinquat *L* ‖ 5 adverbium hortantis *Daniel et C** ablm (*id est 'ablatiuum'*) hortantis *P* ‖ 8 ut in Verrinis Cicero *vulgo* ‖ 9 frange *HE et Ciceronis libri:* frangere *LMPC** ‖ 10 *ad v.* 710 Ambobus erit] quomodo 'ambobus', cum dicat 'dextrae se paruus Iulus implicuit'? soluitur: huius modi enim aetas in captiuitate solet recipi, ut alibi (766) 'pueri et pauidae longo ordine matres'. ergo ad filium *e. q. s. D* ‖ et *ante* ad filium *om. LHC** (*add. l*) ‖ 11 sed *om. HEC** (*add. e*) ‖ loquetur *vulgo* ‖ 12 *ad v.* 711 Longe] ualde . . . pone subit coniunx. Seruet] custodiat. *P, qui in his verbis desinit.* ‖ 13 quia *om. P* ‖ 15 comprehendi *Stephanus, Daniel et C** ‖ vel longe . . . potuerit *post* sedes (*lin.* 17) *habet C, transposuit Masvicius* ‖ 16 custodiat] ut seruantem ripas *add. E* (*expunxit e*) ‖ seruabat *E et Vergilii libri:* seruaret *L* seruarat *ex* seruaret *H* seruarat *M* ‖ 17 servantem ripas *om. ME* ‖ 20 me] mea *E* ‖ aritia *ME* 22 sepulchrum *libri*

SERTAE CERERIS bene Cereris fanum ante urbem (esse facit), quae dea rusticorum est. et librate Aeneas et Cereris templum et vetustum elegit, ad quod nec viris erat aditus, sicut hostes putabant: nam Aeneas scit, ante esse profanatum: nec praedae spe Graeci poterant duci.

714. DESERTAE CERERIS utrum a sacerdote, qui in sexto ⟨484⟩ extinctus inducitur, ut Cererique sacrum Polyboeten: an 'desertae' belli tempore propter decennalem obsidionem? an 'desertae' a filia, ut nec repetita sequi curet Proserpina matrem. * *ANTIQVA CVPRESSVS ad vetustatem rettulit.* cupressum autem, funebrem arborem, bene ante templum deae lugentis esse confirmat. *

715. RELIGIONE PATRVM timore: et est reciprocum. sic Terentius nam mihi nihil esse, religio est dicere, id est metus; item Vergilius contra ⟨VII 60⟩ multosque metu servata per annos: conexa enim sunt timor et religio, ut Statius primus in orbe deos fecit timor.

716. *EX DIVERSO ut non sit suspicio Graecis.*

717. CAPE SACRA MANV non est dantis, sed hortantis, ut tollat, quia sequitur 'me bello e tanto digressum et caede recenti attrectare nefas': scit enim, Graecos ex pollutione Palladii piaculum commisisse.

719. *FLVMINE VIVO perenni, quia iugiter aqua fluens viva vocatur.*

FLVMINE VIVO semper fluenti, id est naturali, ut ⟨I 167⟩ vivoque sedilia saxo. est autem augurale verbum.

720. *ABLVERO pro abluam.*

721. LATOS VMEROS aut more heroum se laudat: aut certe

---

9 nec repetita] georg. I 39 ‖ 12 Terentius] heaut. tim. II 1, 16 'nam nihil esse mihi religiost dicere'. ‖ 15 Statius] Theb. III 661 ‖ 25 Abluero pro abluam] cf. Don. ad Ter. Phorm. II 3, 73

---

1 ante urbem esse faeit *Stephanus et Daniel* dicit esse ante urbem *D* esse facit *libri praeter C* om.* ‖ quia *F. Schoellius* ‖ 2 librate *ME* librat uel librate *L* (librat uel *expuncta sunt.* perite moderate *superscr. l*) librat *H* ‖ 4 profanatum] propter quod *add. C* ‖ 6 a *om. HE* (*add. e*) ‖ 7 polyboeten *M* poliboeten *HE* p. *L* ‖ 8 belli tempore . . . an desertae *om. LE, in marg. supplent me* 10 ANTIQVA CVPRESSVS ad vetustatem rettulit . . . confirmat] *huc transposuit Masvicius, post* timor (*lin.* 16) *praebet C.* cupressum . . . confirmat *post* timor *habent LHME* ‖ 11 lugentis deae *M* ‖ esse confirmat] induxit *C* ‖ 13 nihil mihi *L* ‖ relegio *L* ‖ 15 religio et timor *H* ‖ relegio *L* ‖ 20 nefas est *ME* scit enim *LH:* quia scit *ME* ‖ palladii pollutione *M* ‖ apalladii *H* ‖ 22 *ad v.* 719 Flumine uiuo] perenni quia iugiter aqua fluens uiua uocatur. Sane cape sacra m. p. q. p. Ne b. e. t. d. et caed. r. Attr. n. d. me fl. u. Abluero pro abluam. Viuo autem sicut dictum est semper fluenti id est naturali ut V. q. s. s. est autem augurale uerbum. *C* ‖ 25 Abluero pro abluam *Daniel edidit*

sternendo latos facit. *vel 'latos' sufficientes vecturae; vult enim ostendere, totum se ad onus praebuisse: et ideo 'umeros', non 'umerum'.*

722. *INSTERNOR eleganter tamquam onus laturus, ut de animalibus.*

723. SVCCEDOQVE ONERI figura est, ut ⟨478⟩ succedunt muro et flammas ad culmina iactant.

724. INPLICVIT puerilem expressit timorem, *ne manu excidat patris.* *SEQVITVRQVE PATREM NON PASSIBVS AEQVIS bene de praesente puero, qui, ut putabatur, inter manus reginae erat positus, expressit adfectum.*

725. PONE *'post', sed loco tantum, non et tempori adiungitur. et* adverbium est, atque ideo ultima syllaba habet accentum. *SVBIT sequitur.* OPACA LOCORVM quia dixit ⟨300⟩ arboribusque obtecta recessit. est autem elocutio, ut ⟨I 422⟩ strata viarum. *alii 'per opaca', per crassa accipiendum putant; vel 'opaca' obscura. alibi 'opacum' amoenum.*

726. ET ME QVEM DVDVM naturalia plus timet. quasi et vir fortis et pius non timet bellicum timorem, sed naturalem, propterea quia sequitur 'comitique onerique timentem'.

727. GLOMERATI EX AGMINE propter illud ⟨414⟩ 'undique collecti invadunt'.

728. *NVNC OMNES TERRENT AVRAE hic ostendit, etiam fortes viros pro ratione temporis et causarum et debere et decere metuere.* SONVS EXCITAT OMNIS consternat.

729. *SVSPENSVM sollicitum. COMITIQVE quidam 'comiti' pro comitibus accipi volunt; nam et pro Creusa eum timere putant intellegi, et singulariter dictum, ut 'equitem' et 'peditem' de multitudine dicimus.*

731. SVBITO CVM hysterologia est. NATE haec singula pronuntianda sunt, quia perturbatis iugis non datur sermo, *nec gaudentibus, nec dolentibus. quidam adfectiose distinguunt.*

9 Pone post . . . adiungitur] cf. Isid. diff. verb. 436 ‖ 10 adverbium . . . est accentum] cf. Serv. comm. in Don. p. 439, 28 K. ‖ 14 alibi opacum amoenum] cf. Isid. diff. verb. 42

5 culmina] fastigia *H* f. *L* at fastigia *superscr. c* ‖ 9 post . . . adiungitur et *Daniel edidit* ‖ 11 Subit sequitur *Daniel edidit* ‖ dixerat *L* ‖ 13 per crassa *F. Schoellius:* casu *C* ‖ 15 naturalia plus timet *haud scio an non sint Servii* ‖ 16 timorem] *fortasse* terrorem ‖ 18 EXAMINE *H* ‖ 20 *ad v.* 728 Nunc omnes terrent aurae] hic ostendit . . . metuere *D quoque habet* ‖ 22 consternit *M* consternit deicit *E* ‖ 23 *ad v.* 730 Iamque propinquabam portis] quomodo 'portis', si 'ferimur per opaca locorum'. soluitur: sed per opaca locorum extra portas subit. has autem portas dixit, quas acceperat cum colonia fieret, et honor est patriae. sulcus ducitur extra ciuitatem ex terra aratro uersa (uertatur *D*) in omnium circuitu, et a portando portae appellatae sunt. *D et Guelferb. I Lione teste* 26 ysterologia *L* eysterologia *H* isterologia *M* ystorologia *E* ‖ 27 sermo] oratio *Mc*

733. PROPINQVANT non dicit qui, propter sequentem de Corybantibus oeconomiam. CERNO *non nulli quaerunt, ex cuius persona 'cerno' dictum sit. sed* altius intuentes 'cerno' Aeneae dant, *ut ipse hunc versum dixisse videatur.*

735. *NESCIO QVOD TREPIDO excusatio est coniugis longius derelictae. et bene 'nescio quod' ait, quia hoc postea a simulacro uxoris agnoscit.* MALE NVMEN AMICVM non cum utilitate mea favens uxori, quae in numerum ministrarum matris deum relata est. *vel 'male amicum' iratum, ut* ⟨23⟩ *statio male fida carinis.*

736. MENTEM memoriam, ut paulo post *ait* nec prius amissam respexi.

738. FATONE EREPTA CREVSA ordo est: fato erepta Creusa substititne, erravitne via. non enim dubitat fato esse sublatam, cum audierit ⟨777⟩ non haec sine numine divum eveniunt.

740. NEC POST OCVLIS EST REDDITA NOSTRIS constat: nam umbram eius vidit tantummodo. *alioquin mentiebatur dicendo: non vidi.*

743. HIC DEMVM 'hic una defuit', aliter vitium est. '*huc' enim dicere debuit.* VNA *id est sola. et videtur improprie de necessaria persona 'una' dixisse, quae non sic debet numerari, quasi numero defuerit, sed quasi adfectui dolentis; sola enim de multis intellegitur.*

744. *COMITES utrum natum et virum, an separatim alios, an famulos dixit?* NATVMQVE qui per aetatem matrem desiderare debuerat. *VIRVMQVE (FEFELLIT) videtur excusasse oblivionem suam et culpam ad deos rettulisse.*

745. DEORVMQVE hypermetrus versus *est, ideo, ne si 'deum' per genetivum pluralem diceret, ὁμοιοτέλευτον faceret. dicendo autem 'quem non incusavi amens hominumque deumque' dat sibi amentiam, quia in furore incusavit deos etiam, quod numquam; cum enim dixit 'quem non', intellegimus etiam deos.*

746. VIDI CRVDELIVS bene se futurus commendat maritus, *qui apud feminam sic ostendit priorem se amasse uxorem.*

18 Una id est sola e. q. s.] cf. ad Aen. XII 817 et georg. I 30

---

1 coribantibus *L* ‖ 2 oecocomiam *L* oecoconomiam *H* aecoconomiam *E* ‖ nonnulli . . . sed *D quoque habet* ‖ 7 mea] meae *E* ‖ 9 iratum . . . carinis *Daniel edidit* ‖ 10 amissa *HM* ‖ 11 respexit *ME* (respexi *e*) ‖ 15 constat hoc *Mlc* ‖ 17 HIC DEMVM] COLLECTIS OMNIBVS VNA DEFVIT ordo est *add. E* ordo est *add. l* ‖ 20 adfectus *C, corr. F. Schoellius* ‖ 26 ypermetrus *LME* permetrus *H* ‖ versus] hoc est una syllaba superhabundans. qui (quae *l*) quotiens fit. sequens a uocali incipere debet (debet incipere *l*). et isse (ipse *l*) in uocalem. aut in .m. litteram desinere propter synalipham (sinelipham *l*) *add. El* ‖ 31 bene *om. H* ‖ se his uerbis futurus commendat didoni maritus *l*

748. VALLE RECONDO hinc iam ostenditur nimia multitudo.

749. *VRBEM REPETO quidam 'repeto' pro 'repetere (statuo)' accipiunt. FVLGENTIBVS ARMIS licet intempestive 'fulgentibus' dixerit, tamen potest significasse scutum et galeam, quibus solis caruerat patrem portans et filium ducens.*

750. STAT CASVS placet, ut ⟨XII 678⟩ stat quicquid acerbum est, morte pati.

752. OBSCVRA LIMINA aut per noctem obscura: aut certe posticum 'limina' significat.

753. *QVA pro unde.* RETRO OBSERVATA SEQVOR relego, retro sequor mea vestigia.

754. LVMINE LVSTRO oculos circumfero; *non enim facem ferre poterat, quia proderetur.*

755. IPSA SILENTIA ipsa quae terrere non debent, praecipue inter hostes. sed ut diximus, naturalibus tantum cedit.

756. SI FORTE PEDEM, SI FORTE iteratione auxit dubitationem. INRVERANT DANAI quos Venus ante prohibuerat: unde est ⟨599⟩ et ni mea cura resistat.

758. ILICET confestim. hoc significat [et] 'ilico'; sed metri ratione variantur. SVMMA AD FASTIGIA VENTO qui auget flammas, ut ⟨304⟩ veluti cum flamma furentibus austris. 'fastigia' autem modo de summitate proprie dixit: alibi per contrarium de imo, ut est forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras. inde est et caelumque profundum, quasi cuius porro sit fundus, cum de imo 'fundus', de summo 'fastigium' dicatur.

760. PRIAMI patris eius. ARCEM ne vel illuc confugisset?

761. VACVIS magnis, quippe illic erant omnia. *alii 'vacuis' pro vacuatis intellegunt, ut sit nomen pro participio; aut 'vacuis' a nobis; aut certe 'vacuis' latis.* IVNONIS ASYLO templo: unde nullus

---

23 forsitan] georg. II 288 ‖ 24 caelumque] buc. IV 51 ‖ quasi cuius porro sit fundus] exscr. Isid. orig. XIV 9, 4

---

1 hinc] hic *vulgo* ‖ iam] etiam *E* ‖ 2 quidam *Masvicius:* qui *C* ‖ statuo *addidit Masvicius* ‖ *ad v.* 749 Et cingor fulgentibus armis] si armatus erat, quare 'cingor'? solvitur: hoc ad scutum refertur. idcirco scutum non habebat, quia patrem et filium continuerat. *D* ‖ 6 acerbum *L M E:* acerbium *H* acerbi *libri Vergiliani* ‖ 7 marte *L* (morte *l*) martem *H* ‖ 8 obscuram *E* ‖ 9 per posticum dicit *Me* posticum dicit limina *E* per posticum limina significat *l* ‖ 10 QVA pro unde *Daniel edidit* ‖ SEQVOR sequor id est relego *Me* retro sequor] retro et prosequor *C* ‖ 15 tantum cedit] cedit *L* (tantum *add. l*) natum ceditur *H* ‖ 17 unde] ut *M* ‖ 19 ILLICET *L* SILICET *H* ‖ et *del. F. Schoellius. cf. Serv. ad Aen.* XI 168. *Charis. p.* 200, 27 *K.* hic significat quod ilico *Daniel et C** hic significat et ilico *Masvicius* ‖ 20 quia *M El* ‖ auget] urget *C* ‖ 24 et *ante* caelumque *om. Me* ‖ 25 dicitur *M* ‖ 26 ne vel] neue *L* ‖ 27 quippe] nam *M* ‖ 29 templi *H*

possit *ad supplicium* extrahi. dictum 'asylum' quasi 'asyrum'. *alii 'asylum' ideo dictum, quod nullus inde tolleretur, id est quod συλᾶσθαι, hoc est abripi, nullus inde poterat; vel quod fugienti illuc spolia non detraherentur; σῦλα enim Graece aut furta aut spolia dicuntur.* hoc autem non est in omnibus templis, nisi quibus consecrationis lege concessum est. primo autem apud Athenienses statutum est ab Herculis filiis, quos insequebantur hi, qui erant a patre oppressi, sicut docet in duodecimo ⟨497⟩ Statius. hoc asylum etiam Romulus imitatus est: unde est ⟨VIII 342⟩ quem Romulus acer asylum rettulit, non 'statuit'. *quem locum deus †Lucoris, sicut Piso ait, curare dicitur. sunt quidam qui dicunt, ideo Graecos in templo Iunonis, quod asylum erat, praedam convexisse vel capticos conclusisse, quod ibi caedem fieri non liceret: et ideo feminas et pueros clausos, quod imbellis esset aetas et sexus, quibus etiam hostes parcere consueverunt.*

762. PHOENIX Achillis magister.

763. HVC pro illuc. GAZA census, Persarum lingua. et est numeri singularis tantum.

764. MENSAEQVE DEORVM postquam ⟨351⟩ 'excessere omnes adytis'.

765. *CRATERESQVE AVRO SOLIDI qui sunt vel inaurati, vel laminis tecti, vel incrustati.* CAPTIVAQVE VESTIS pro captivorum, et est nota elocutio.

766. LONGO ORDINE longa multitudine, ut in sexto ⟨754⟩ unde omnes longo ordine posset, cum non dicat 'per ordinem'. *non enim ordo erat in multitudine.*

768. *AVSVS quia inter hostes.* VOCES IACTARE quae contrariae sunt latere cupienti. et inquirendi officium ad vocem transtulit

---

5 hoc autem e. q. s.] cf. Serv. ad Aen. VIII 342 et mythogr. II 166
11 Piso] I 4 ap. Peterum p. 118

---

1 ad supplicium *Daniel edidit* ‖ asilum *H* ‖ asirum *HE* ‖ 2 σύλασται *C* 3 vel quod fugienti . . . dicuntur *Daniel edidit post* Statius (*lin.* 8) *collocata* 4 σύλαι *C* ‖ 5 hoc autem] quod *MEl* ‖ nisi quibus] sed in his quibus *El* 6 primo autem] multa inerant in scuto lora quibus manus inferebant ut clypeoque sinistram insertabam aptans oc ipse multi hic *add. M*, *expunxit m. cf. ad Aen.* II 393 *sq.* ‖ primum *E* ‖ 7 hii *E* ii *vulgo* ‖ a patre ipsorum *Fabricius* ‖ 8 sicut statius in duodecimo docet *M* ‖ Statius] 'fama est defensos acie post busta paterni numinis Herculeos sedem fundasse nepotes' *vulgo adduntur* ‖ asilum *H*, *om. M* ‖ etiam] et *E* ‖ 10 asyllum *H* ‖ retulit *LHME* ‖ Lucoris *C* Lycoreus *Masvicius*, Lycoreus *vel* Lycores *coni. O. Iahnius relat. Lips.* 1847 *p.* 421 *sqq.* Lucaris *Hartungius d. rel. Rom.* II *p.* 54 ‖ 21 *scholium ad* Crateresque auro solidi *edidit Daniel* ‖ 24 longa multitudine . . . posset *om. H* 25 cum *om. L* (*add. l*) ‖ 28 lateuolenti *L* (latere cupienti *l*) ‖ cupienti. et hic ostendit et se fato euasisse et fato coniugem perdidisse. sed inquirendi *e. q. s. C*

propter noctem. 'voces' vero, quia 'iterumque iterumque vocavi'. AVSVS Q. V. L. P. V.] *[*et*] *hic ostendit, et se fato evasisse, et fato coniugem perdidisse.**

771. TECTIS per tecta. et est antiptosis.

772. INFELIX SIMVLACRVM mihi, non sibi: ut ⟨VII 309⟩ quae potui infelix? per 'simulacrum' autem apotheosin ostendit, quia simulacra deorum sunt, umbrae inferorum. sic Ulixes in Homero apud inferos umbram Herculis cernit, quia post mortem umbrae inferos. animae caelum petunt.

773. MAIOR IMAGO quia umbra maior est corpore. *et per hoc mortuam vult ostendere, aut ex homine deam factam.*

774. *STETERVNTQVE COMAE prae horrore.*

775. *TVM SIC ADFARI infinitus modus pro indicativo. et hic versus in plerisque dicitur non fuisse.* QVID TANTVM consolatio est; sequitur etiam divinatio, quae animis liberatis corpore conceditur: unde etiam morientibus datur, ut ⟨X 740⟩ nec longum laetabere: te quoque fata prospectant paria Aeron Mezentio.

776. INSANO *hic sine ratione, aut certe* magno, ut insani feriant sine litora fluctus. INDVLGERE *vel permittere, vel* operam dare, ut ⟨IX 163⟩ indulgent vino.

777. SINE NVMINE DIVVM sine fati necessitate: ut enim Statius dicit, fata sunt quae dii fantur.

778. EVENIVNT NEC TE COMITEM HINC ASPORTARE CREVSAM hic versus caret scansione: unde multi ei 'hinc', multi 'as' syllabam detrahunt. si tamen vis fide servata scandere, sit conversio, ut

---

7 in Homero] Od. XI 601 ‖ 18 insani] buc. IX 43 ‖ 19 Indulgere vel permittere . . . vino] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 49

---

1 noctem] ibi enim voce opus est, ubi uisus non suppetit *addunt Stephanus, Fabricius, Daniel, neque in Fuldensi defuisse adnotavit Scioppius* ‖ quia ait *ME* ‖ iterum iterumque *LHE* ‖ uocauit *LH* ‖ 8 umbrae] umbram *H* umbra *ME* ‖ 9 anima *H* ‖ 13 *scholium ad* Tum sic adfari *Daniel edidit* ‖ 15 quae *ex* quia *L* ‖ a corpore *El* (a *expunxit e*) ‖ 16 ut infra Orodes Mezentio nec longum *Mascicius* ‖ ut . . . Mezentio *om. E* (*in marg. suppl. e*), *expunxit l* 17 te] et *LH*, *om. Me* ‖ prospectat *Me* ‖ paria] post *LHMe* ‖ Aeren *LH*. Aeron Mezentio *vulgo omittuntur* ‖ Mezentio] post atque aut eadem m. a. t. *add. C* ‖ 19 vel permittere vel *edidit Daniel* ‖ 22 fata sunt quae dii (di *H*) fantur *LHC**: fata sunt quae dii fantur uel quae indubitanter eueniunt *M* fata sunt quae indubitanter eueniunt uel fata sunt quae dii fantur *E* quae indubitanter eueniunt uel fata sunt *in marg. add. l* ‖ 23 EVENIVNT *om. ME* CREVSAM] F. A. I. S. *add. L* F. A. S. *add. H* ‖ 24 uersus hic *M* ‖ scansione caret *Daniel, quibus in Fuldensi haec addi adnotavit Scioppius* si non conuertatur ut per eclypses aut synaloephas scandatur ita Eueniunt nec te hinc comitem a. C. ut ita scandamus *Eueniunt n. t. h. c. a. C. fas. hic uersus caret scansione unde multi as syllabam detrahunt, sic tamen uix fide seruata *e. q. s.* ‖ 25 sit *libri: om. Daniel* fit *Fabricius et Stephanus* fiat *Masvicius*

'eveniunt, nec te hinc comitem', et potest scandi per synaliphaam. aliter nec ecthlipsin, nec hiatum, nec synalipham recipit. CREVSAM quia Latina declinatio est, erit Latinus accentus.

779. FAS *pro fato;* quia sequitur 'regnumque et regia coniunx parta tibi'. *ILLE superfluum hoc loco pronomen.* OLYMPI cur in paenultima accentus sit, manifesta est ratio apud Latinos: quamquam Graeci discretionem velint per accentum facere montis et caeli, quod superfluum est.

780. *LONGA TIBI EXILIA subaudiendum 'obeunda'.* ARANDVM quia legimus ⟨V 199⟩ subtrahiturque solum, non inmerito dixit nunc 'arandum'. HESPERIAM sequenti epitheto Italiam ab Hispania segregavit, quae et ipsa Hesperia dicitur. *et videtur per derivationem etiam errori finem dedisse.*

781. *LYDIVS THYBRIS] quia per Tusciam fluit.* **Tusci enim a Lydis originem ducunt.** LYDIVS THYBRIS Tuscus, dictus 'Lydius' a fratre Tyrrheni. nam Lydus et Tyrrhenus duo fratres, cum eos provincia una non ferret, in sortem miserunt, ut divisis copiis proficisceretur unus ad novas sedes quaerendas. profectus Tyrrhenus est, qui ex suo nomine Tuscos Tyrrhenos vocavit. Lydia autem dicta est, in qua frater remanserat. unde nunc traxit, ut 'Lydium' diceret. Tusci autem a frequentia sacrificii dicti sunt, hoc est ἀπὸ τοῦ θύειν. constat namque, illic a Tage aruspicinam repertam, ut

---

15 Tuscus . . . ἀπὸ τοῦ θύειν] cf. Isid. orig. IX 2, 86. XIV 3, 43. XIV 4, 20 et 22

---

1 eueniunt ut *H* ‖ comitem] asportare creusam *add. El* ‖ sinalipham *L* sinalypham *H* sinalyfam *M* ‖ 2 ecthlipsin *Masvicius:* eclypsin *LHM* ‖ synalipham *L* synalypham *H* sinalyfam *M* ‖ recipit] et 'asportare' bene dixit; non enim Virgilius sine ratione 'as' ponere potuisset. et haud temere 'asportare' dixit clam deportare: nam quid ibidem faceret 'as', quae syllaba quaestionem in scansione facit? nam et Cicero ait in primo libro Verrinarum (*in Caecil. divin.* IX 29) 'non te ex Sicilia litteras in Verrem deportare uelle arbitrabantur, sed quod iisdem litteris illius praetura et tua quaestura consignata sit, asportare te uelle ex Sicilia litteras suspicantur. *add. D* ‖ *scholium ad* Creusam *adscriptum huc transposuit Burmannus, post* tibi *habent libri.* ‖ 4 pro fato *edidit Daniel* ‖ 5 ILLE . . . pronomen *edidit Daniel* ‖ 6 manifestum est apud latinos *M* ‖ 7 per] inter *l* ‖ 9 LONGA . . . obennda *edidit Daniel* ‖ 12 quae] quia *L* 15 LVDIVS *L* LIDIVS *H* ‖ TIBRIS *H* TYBRIS *M* T. *L* id est *add. M El* ‖ VBI LYDIVS TYBRIS qui (quia *Lion*) per Tybrim (Tusciam *scripsi*) fluit. ideo sic dictus a fratre Tyrrheni Tusci enim a Lydis originem ducunt. nam Lydus *e. q. s. C* (ideo . . . ducunt *Daniel edidit*). ‖ lidius *LHe* lidus *E* ‖ 16 tyreni *H* tyrreni *M* ‖ Lydus . . . ferret] lidus (lidius *l*) et tyrrhenus est qui ex suo nomine tuscos tyrrenos uocauit lidius et tyrrenos (tyrrenus *l*) fratres fuerunt et cum eos prouincia una non ferret *L* (et tyrrhenus . . . nocauit lidius *expuncta sunt*) ‖ lidus *H* lidius *M* ‖ tyrrenus *HM* ‖ 17 una] tina *H* ‖ diuisis *ex* diuinis *H* ‖ 18 unus proficeretur *L* (proficisceretur *l*) ‖ tyrrenus *LHM* 19 est qui *om. L* ‖ tyrrenos *HM* ‖ 20 lidium *LHE* ‖ 21 ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΥΟΙΝ *L* ΑΝΟ ΤΟΥ ΘΥΟΙΝ *H*

Lucanus ⟨I 636⟩ meminit sed conditor artis finxerit ista Tages. *apud Tuscos etiam togae usus est; nam hoc habitu in Lydia Iovis simulacrum fuisse dicitur.*

782. LENI AGMINE leni impetu, *vel fluore: et multis rebus hoc nomen adiungitur.*

783. *REGNVMQVE ET REGIA cur ergo Aeneas horum non meminit, et considit in Thracia et aliis locis?*

784. *PARTA an parata, an adquisita armis?* LACRIMAS DILECTAE PELLE CREVSAE melius ad posteriora referimus, ut dicat: noli flere, nec enim captiva sum. male enim plerique dicunt, quia habes uxorem paratam.

786. SERVITVM ut serviam: *verbum finitum et* modus gerundi est.

787. DARDANIS laus a maioribus. NVRVS laus a cognatione. *sane hunc versum quidam ita supplevit 'et tua coniunx'.*

788. HIS ORIS in quibus colitur *plus, quam in Creta.*

789. IAMQVE VALE recedentis significatio est: unde et mortuis dicitur, ut ⟨XI 97⟩ salve maxime Palla aeternumque vale. NATI SERVA COMMVNIS AMOREM *quasi mater sollicita, quod dixerat, cum aliam habiturum uxorem. bene ergo* propter futuram novercam commendatur Ascanius.

793. MANVS EFFVGIT IMAGO quasi imago, quae non tenetur. naturale enim est, ut non possit teneri. nam in sexto quod ait ⟨370⟩ da dextram misero, auxilium significat.

794. *PAR LEVIBVS VENTIS puris et non vehementibus.* SIMILLIMA SOMNO sic Cicero simillimum deo iudico. nam genetivo debuit iungi.

795. SIC DEMVM novissime.

797. INVENIO ADMIRANS cum invenissem, admiratus sum. *vel admiratus sum, tantos evadere potuisse. sane adamat poeta ea quae legit diverso modo proferre. Naevius belli Punici primo de Anchisa et Aenea fugientibus haec ait eorum sectam sequuntur multi mor-*

25 Cicero] pro Marcello 3, 8 ‖ 30 Naevius] p. 41 ap. Klussmannum

1 Tages] et alibi (I 581) 'haec propter placuit Tuscos de more uetusto aceiri uates' *add. D* ‖ 4 leni] Leenim *H* ‖ vel fluore . . . adiungitur *edidit Daniel. cf. Scioppius suspect. lect.* III 22 ‖ 8 PARTA . . . armis *edidit Daniel* ‖ 12 verbum finitum et *edidit Daniel* ‖ 13 a maioribus] id est quae sum de progenie et familia dardani. Nam dardanus (*lege* dardanis) hic patronomicum femininum est a maioribus *add. E* ‖ 14 ita suppleuit ita *C* ‖ 15 colitur] loquitur *H* ‖ plus quam in Creta *Fabricius quoque habet* ‖ 18 mater *Commelinus:* matre *C* ‖ 22 posset *L* 24 SIMILLIMA SOMNO pro somno (somnio *Masvicius*). sic Cicero 'simillimum deo indico. nam genetino plurali debuit iungi superlatino. *Daniel. nec Fuldensem dissentire Scioppius adnotavit. non recepi* pro somno, plurali, superlativus *quod a Serviano scholio aliena sunt.* ‖ 28 uenissem *H*

*tales, ecce hoc est 'invenio admirans numerum': multi alii e Troia strenue viri, ecce hi sunt 'animis parati': ubi foras cum auro illic exibant, ecce et 'opibus instructi'.*

798. EXILIO ad exilium *alii.* Donatus contra metrum sensit, dicens 'ex Ilio', quasi de Ilio: nam longa est. MISERABILE VVLGVS magnum est quod addidit 'vulgus'. sic Statius unde hoc examen, et una tot miserae.

799. *VNDIQVE CONVENERE videtur hoc loco tamquam omnium consensu regnum ad Aeneam esse delatum.* ANIMIS OPIBVSQVE et volebant et poterant: *vel fortes pariter et divites.*

800. *DEDVCERE TERRAS iuxta morem Romanum deduci coloniae dicebantur. bene ergo de Aenea dixit 'deducere', quod eis civitatem conditurus erat.*

801. LVCIFER IDAE ut Troianis videtur. sic alibi tibi deserit Hesperus Oetam *secundum persuasionem eorum, qui circa montes habitant;* illinc enim oriri vel occidere putantur sidera, unde videri vel incipiunt, vel desinunt. *hoc est autem quod ei Venus promisit* ⟨620⟩ *numquam abero. Varro enim ait hanc stellam Luciferi, quae Veneris dicitur, ab Aenea, donec ad Laurentem agrum veniret, semper visam, et postquam pervenit, videri desiisse: unde et pervenisse se agnovit. bene autem poeta diligentia sua dierum horis hic quae aguntur accommodat; ut hoc loco, quod de patria cum patre et filio discedit Aeneas, ait 'surgebat'.*

802. DVCEBATQVE DIEM quia *Lucifer* lucis est praevius.

803. OPIS ferendi auxilii; *vel ad ceteros liberandos, qui non fuissent occisi; vel ad eruendam de captivitate patriam, quia dicit 'Danaique obsessa tenebant limina portarum'.*

804. CESSI deest 'igitur'. *CESSI hoc est tantis difficultatibus vel malis. et proprie cedere dicuntur qui patriam relinquunt.* MONTEM ut ostendit in nono ⟨80⟩ Idam significat. *SVBLATO GENITORE ubique inventa opportunitate pietatem suam erga patrem vult ostendere.*

---

6 Statius] Theb. XII 472 ‖ 14 tibi deserit] buc. VIII 30

---

3 illic] illuc *Masvicius* ‖ 4 alii *Daniel edidit* ‖ 5 nam prima longa est *El* 6 addit *L* ‖ 7 et *om. H* ut *LME* ‖ miserae] miserere *L* ‖ 16 moriri *H* 20 videri *Masvicius:* uidere *C* ‖ 21 horis hic] *fortasse* horas his ‖ 24 Lucifer *Daniel edidit* ‖ 28 vel CESSI *Daniel C** CESSI autem *Masvicius* ‖ hoc est . . . relinquunt *edidit Daniel addens* SVBLATO GENITORE patre portato ductove ‖ 29 relinquuntur *C* ‖ 30 significat] ubi Virgilius inquit 'tempore quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas classem et pelagi petere alta parabat *add. D* ‖ AENEIDOS EXPLICIT LIBRI II TRACTATVS LIBRI III TRACTATVS INCIPIT *L* EXPLICIT LIB̄. II INCIP̄ LIB̄. III. *M*

SERVII GRAMMATICI

# IN VERGILII AENEIDOS LIBRVM TERTIVM COMMENTARIVS.

Secundum interrogationem Didonis ⟨I 753⟩ post insidias Graecorum et casus suorum proprios errores exsequitur, quos pertulit antequam ad Africam perveniret, ordine ut supra diximus commutato: nam rectum operis initium et ⟨II 13⟩ fracti bello fatisque repulsi. fuga autem eius haec est. relinquens Ilium Idam tenuit, inde Antandrum civitatem, iuxta quam factis navigiis tenuit Thraciam, in qua Aenum constituit, ut multi putant. mox prodigiis territus Delum tenuit. illic accepto augurio errore patris praetervectus Cycladas venit ad Cretam: ubi cum pestilentia laboraret, a diis penatibus monitus ad Strophadas delatus est insulas. inde praetervectus maritima Graeciae apud Epirum susceptus est Heleni hospitio. unde profectus Calabriam tenuit, et illinc statim territus adventu Diomedis abscessit, navigavitque usque ad Scyllam et Charybdin, quae sunt Aetnae vicinae. unde vento pulsus circumita maxima parte Siciliae Drepanum venit, ubi secundum Vergilium perdidit patrem. inde, ut est in primo, ad Didonis regna pervenit.

1. POSTQVAM haec particula conectendis adiungitur rebus, ut ⟨662⟩ postquam altos tetigit fluctus: sic enim dictis sequentia copulantur. RES *quamvis multa prout locus exigit significet*, modo *nomen vel* imperium, ut ⟨54⟩ res Agamemnonias: *aut 'res' hic*

1 Secundum . . . (*lin.* 16) pervenit] cf. mythogr. I 202

1 Secundum . . . (*lin.* 16) pervenit *om.* *F* ‖ 3 ordine] rerum *add.* *ME* 7 aenum *MEl:* demum *L* deum *H*. oppidum *add.* *Fabricius* ‖ 8 augurio] oraculo *L* ‖ 11 epyrum *LHM* ‖ 14 aethnae *L* aene *H* ethnae *ME* ‖ uicina *ME* 19 RES . . . imperium *hab.* *T* ‖ exigerit *F* ‖ nomen vel *T:* tamen *F* ‖ 20 ut res Agamemnonias *om.* *F*

*pro universo statu Asiae.* bene autem ASIAE, quasi tertiae orbis partis: nam Phrygia in Asia est, Ilium in Phrygia, sed minore. PRIAMIQVE EVERTERE GENTEM non est iteratio; nam potuit aliud sine alio fieri, ut vel Phrygia tota everteretur, vel solum Ilium *perisset.*

2. GENTEM INMERITAM bene 'gentem': nam Laomedontis et Paridis culpa universa gens perire non debuit. VISVM SVPERIS *ut ipse ait, Neptunum Iunonem Minervam vidisse se eversores Troiae.* laus Ilii *est,* quod non nisi dii potuere subvertere. quotienscumque autem ratio *vel iudicium* non apparet, 'sic visum' interponitur, ut Horatius sic visum Veneri, cum amorem ostenderet non esse pulchritudinis. et bene accusatio in deos habet quandam venerationem; alioquin sacrilegium est.

3. SVPERBVM ILIVM nobile. 'Ilium' autem Vergilius neutro tantum genere declinat, Horatius etiam feminino, ut non semel Ilios vexata. sane modo 'Ilium' proprie de civitate dixit, nam regio 'Troia' est: quamvis interdum pro civitate provinciam ponat, ut ⟨11⟩ et campos ubi Troia fuit. HVMO FVMAT NEPTVNIA TROIA 'humo' ab humo, *id est funditus,* ut significet patriae suae solum quoque arsisse. sane quaeritur, quo modo dixerit 'cecidit' et 'fumat'. sed aut per licentiam poeticam tempus pro tempore posuit, ut ⟨II 12⟩ meminisse horret luctuque refugit: aut certe naturam rerum expressit; nam ruina in brevi fit, fumus vero longo permanet tempore. nam quod ait Probus, ad discernendum tempus circumflectendam ultimam syllabam, ut intellegamus 'fumavit', non procedit, quia 'pone' tantum [verbum] in ultima habet accentum,

---

11 Horatius] carm I 33, 10 || 15 Horatius] carm. IV 9, 18 || 24 Probus] cf. Steupius de Probis p. 109 sq. cf. Don. ad Ter. adelph. III 3, 11

---

1 quasi tertiae *om. F.* || 2 sed *om. FM* || 4 uerteretur *F* || 7 VISVM placuit. SVPERIS *Lion. supra Vergilii verba* visum superis *scripta sunt* placuit dis ut troia subuerteretur *in T* || 10 ut Horatius . . . sacrilegium est *om. F* || 12 aliquam *L* (quandam *l*) || 13 alioquid *H* || 14 SVPERBVM nobile. ILIVM Ilium autem *F* || 15 etiam] autem *H* || 16 ilios *ex* alios *L* || 17 ponit *L* ponant *l* || 18 fui *F* || HVMO . . . TROIA *om. F* || 19 ab humo ut] ab humus omam *H* || funditus *hab. T* || significat *L* 20 arsisse. FVMAT sane *F* || 22 ut . . . refugit *om. F* || luctusque *H* || 23 in *om. FME* || fit brevi *F* || 24 tempore] aut certe, quod melius est, fumat non est praesens tempus, sed praeteritum per sincopam prolatum pro fumauit. quod apud latinos non solum in secunda singulari et plurali tertiaque plurali sincopam patitur, ut fumasti pro fumauisti et fumastis pro fumauistis, fumarunt pro fumauerunt, sed etiam est quando in tertia singulari, ut fumat pro fumauit. quod cum sit accentus penultimae in ultima *add. E, expunxit e* || nam quod . . . retro *om. F* || 26 procedit: quamvis accentus differentiae causa adhibetur, ut 'pone' verbum nullum habet accentum. pone tamen in ultima habet accentum, ut significet retro. *Fabricius* || quia . . . verbum] pone tamen adverbium *coni. Burmannus. cf. F. Schoellius de acc. l. l. p. 63 adn.* || in ultima habet accentum] dat accentum ultimae syllabae *ME*

ut significet 'retro'. NEPTVNIA TROIA *bene et subtiliter etiam diis invidiam commovet, ut ea quoque cecidisse dicat quae putabantur deorum. sane fabula talis est. Laomedon, rex Troianorum, sollicitus pro opibus suis petit ab Apolline et Neptuno, ut Ilium cingerent muris mercede promissa. quo impetrato quae diis promiserat denegavit. sed Neptunus iratus cetos, id est beluam marinam inmisit: quod malum Troiani passi sunt nece filiarum, quas belua comedebat, donec apertiore responso Hesiona Laomedontis filia monstro exponeretur, quam Hercules Troia eversa liberavit et amico suo Telamoni dedit uxorem. sane Laomedonte occiso Priamo Phrygiae donavit imperium.*

4. DIVERSA EXILIA multi ad illud referunt ⟨I 602⟩ magnum quae sparsa per orbem. constat namque diversas partes orbis tenuisse Troianos, *ut Helenus, ut Antenor*: sed melius est specialiter hoc Aeneae dare, qui conpulsus auguriis est diversas terras, hoc est e regione positas, quaerere. *ideo ⟨7⟩ 'incerti quo fata ferant'.* DESERTAS autem a Dardano accipe; nam ubique uberes esse eas legimus, ut ⟨I 531⟩ atque ubere glaebae. *aut 'desertas', ut quidam volunt, quas et tenuimus et deseruimus, ut Cretam et Thraciam.*

5. AVGVRIIS AGIMVR DIVVM. *pro ostentis, id est* ex flamma, quae tempora Ascanii pasta est, cursu stellae, Creusae admonitione, quae dixit ⟨II 781⟩ et terram Hesperiam venies.

6. SVB IPSA ANTANDRO iuxta Antandrum. est autem civitas Phrygiae, dicta Antandros, vel quod de Andro insula eam condiderunt coloni, quasi ἀντὶ Ἄνδρου, vel quia Graeci venientes per Thraciam cepere Polydorum, pro cuius pretio hanc accepere civitatem, quae ex facto nomen accepit, *Antandros, id est propter virum data:* quamvis huic opinioni Vergilius non consentiat. fertur tamen quod post

---

1 bene . . . imperium *hab. T* ‖ et *om. F* ‖ suptiliter *FT* ‖ 2 commovet inuidiam *T* ‖ eam *T* ‖ quoque *T* quae *F* ‖ putabantur deorum *F:* non putabatur ab aliquo posse destrui *T* ‖ 4 ab *om. F* ‖ illum *F* ‖ 6 coetos *FT* ‖ beluas marinas *FT, correxi* ‖ troiam *F* ‖ 7 bella *F* ‖ comedebat *T:* consumebat *F* ‖ 8 Hercules *F:* quidam nomine heroales *T* ‖ 10 phrigiae *T* ‖ imperium] Neptunia autem Troia, quia Neptunus et Apollo eam cinxit muris, sicut praediximus *add. Daniel* ‖ 11 multi . . . orbem *om. F* ‖ 12 orbis partes *M* ‖ 13 specialiter . . . dare] ut specialiter hocaeneae daret *F* ‖ 15 e regione] in diuersa regione *F* ‖ 16 autem] terras *F* ‖ ubique laudantur et uberes *Lion* ‖ eas esse *L* eas *om. F* ‖ 17 ut . . . glaebae *om. F* ‖ 18 trachiam *F* ‖ 19 *ad* AVGVRIIS: inter auspicium et augurium talem distantiam fecerunt ueteres, quod sit auspicium auium inspectio et quae ex uolatu eorum et uocibus augurium autem rerum coniectura diligenter et prudenter amplectitur. *T* ‖ DIVVM] auguriis *add. L* ‖ 20 tempore *Mc* ‖ quae] quia *L* qua *l* ‖ 21 et] ad *FL* ‖ 23 antandro *LH* (andro *l*) ‖ 24 antiandros *F* ΑΝΤΙΑΝΔΡΟΙ *L* (contraria uiris *superscr. l*) ΝΤΥ ΑΝΔΡΟΥ *H* antiandru *M* antianΔΡΟΥ *E* ‖ 25 hanc] s. a priamo *supr. vers. add. l et D* ‖ cepere *F* ‖ 26 accepit] quasi ἀντὶ ἀνδρὸς *add. D*, quasi ἀντὶ ἀνδρὸς id est pro viro, quia pro redemptione Polydori data fuit *add. Fabricius* ‖ quamvis . . . consentiat *om. F* ‖ 27 quod] quia *F*

acceptum pretium a Graecis occisus sit lapidibus. alii a Polymestore occisum dicunt post eversam Troiam et in maria praecipitatum. cuius cum mater Hecuba agnovisset cadaver, cum captiva duceretur, flendo in canem conversa est, cum se praecipitare vellet in maria: quod ideo fingitur, quia nimio dolore inaniter Graecis conviciabatur. *non nulli adserunt, Antandron insulam esse vicinam Troianis regionibus. ab hac [populos] incolas coactos loci angustia ad vicina litora profectos civitatem Antandron ex nomine patriae condidisse.* PHRYGIAE IDAE ad discretionem Cretensis. MOLIMVR *fabricamus*, paramus. et bene petiit loca, in quibus et lateret et navigia praepararet.

7. INCERTI QVO FATA FERANT quia quisquis navigat, licet mente destinet locum, quo tamen feratur incertus est. *INCERTI] [ergo] non 'ignari', quibus dictum erat, ut Italiam peterent; sed 'incerti', ubinam esset Italia.* VBI SISTERE DETVR a praeteritis tractum est, quia nec in Thracia permansit, nec in Creta. *VBI SISTERE DETVR propter diuturnum errorem et quia, sicut dictum est, ad multa delatus loca est. aut propter dubietatem oraculorum: certum enim erat, nos a Troia debere proficisci, incertum tamen, ubi esset consistendum.*

8. CONTRAHIMVSQVE VIROS colligimus: unde est ⟨I 113⟩ unam quae Lycios, item ⟨XII 516⟩ et fratres Lycia missos et Apollinis agris: eos scilicet qui ad auxilium venerant. VIX mox, ut ⟨I 34⟩ vix e conspectu Siculae telluris. PRIMA AESTAS aut vernum tempus dicit, aut *prima ⟨pars⟩ aestatis*, quia est et adulta et praeceps. *quamvis Palaephatus tradat, capto Ilio Aeneam post triennium navigasse.*

9. *ET haec coniunctio velocitatem videtur ostendere.* *DARE FATIS excusat in relinquenda Troia fati necessitatem.* PATER ANCHISES *ut agendarum rerum auctoritatem adsignet Anchisae.* ut diximus servat τὸ πρέπον, ut pater iubeat.

---

9 ad discretionem Cretensis] cf. Don. ad Ter. eun. II 3, 32

---

1 alii . . . conviciabatur *om.* *F* ‖ 4 cum se . . . maria *om.* *ME* (*in marg. add. e*) ‖ 5 non nulli . . . condidisse *hab.* *T* ‖ 6 asserunt *T* ‖ antandro *F* antandrum *T* ‖ 7 populos *om.* *T* ‖ incolas *T*: inedas *F* Medos *Daniel* inedia *Hagenus*. populi synoecos *F*. *Schoellius* ‖ coactas *F* ‖ uina *F* ‖ 8 PHRYGIAE . . . Cretensis *post* praepararet *hab.* *F* ‖ 10 petit *FH* ‖ et navigia *om.* *L* (*in marg. add. L* ‖ praeparet *L* ‖ 12 distinet *F* ‖ 14 VBI . . . tractum est *om.* *F* *verbis, quae sunt* quia . . . Creta *pro lemmate praemittens* QVO FATA FERANT ‖ 15 nec in thracia nec in creta permansit *M* ‖ Creta] tratia *E* ‖ 17 nos] *fortasse* eos ‖ 19 colligimus eos scilicet qui ad auxilium uenerunt unde *e. qs.* est *F* ‖ 20 lycios fidumque uehebat orontem *F* Lycia] litio *H* ‖ et Apollinis agris *om.* *F* ‖ 22 PRIMA AESTAS ut prima aestatis quia est et adulta et praeceps aut uernum tempus dicit quamuis *e. q. s.* *F* 23 pars *inseruit Daniel* ‖ 26 velocitatem *Daniel*: uelocitate *F* ‖ DIRE *F* ‖ 27 ET PATER *ME* ‖ 28 ut diximus . . . iubeat *om.* *F* ‖ 29 on penon *H* TO ПPTION *M* TON PREПON *E*

10\. LITORA CVM PATRIAE LACRIMANS *amat poeta quae legit inmutata aliqua parte vel personis ipsis verbis proferre. Naevius enim inducit uxores Aeneae et Anchisae cum lacrimis Ilium relinquentes his verbis amborum uxores noctu Troiade exibant, capitibus opertis, flentes ambae, abeuntes lacrimis cum multis. hoc iste Aenean eodem in tempore eiusdem rei causa inducit fecisse, cum dicit 'litora cum patriae lacrimans portusque relinquo'. et multi tradunt hoc in primo dictum Troiae ab oris.*

11\. CAMPOS VBI TROIA FVIT *hoc est quod ait* ⟨3⟩ *omnis humo fumat Neptunia Troia.* EXVL quasi trans solum missus, aut extra solum vagus.

12\. CVM SOCIIS NATOQVE PENATIBVS ET MAGNIS DIS duo humana posuit et duo divina: patris non fit mentio, quia secundum Vergilium ad Italiam non venit. PENATIBVS ET MAGNIS DIS Varro quidem unum esse dicit penates et magnos deos; nam *et* in basi scribebatur MAGNIS DIIS. potest tamen hoc pro honore dici; nam dii magni sunt Iuppiter *Iuno* Minerva Mercurius. qui Romae colebantur, penates vero apud Laurolavinium: unde apparet non esse unum. *id est Varro et alii complures magnos deos adfirmant simulacra duo virilia, Castoris et Pollucis, in Samothracia ante portam sita, quibus naufragio liberati vota solvebant. alii deos magnos Caelum ac Terram putant ac per hoc Iovem et Iunonem. dii penates a Samothracia sublati ab Aenea in Italiam advecti sunt, unde Samothraces cognati Romanorum esse dicuntur. quos inter cetera ideo magnos appellant,*

---

2 Naevius] p. 40 ap. Klussmannum ‖ 10 EXVL . . . vagus] exscr. Isid. orig. V 27, 28, et X 84 ‖ 19 id est Varro e. q. s.] cf. de l. l. V 58 ‖ 22 dii penates . . . dicuntur] cf. Macrob. Sat. III 4, 9 ‖ 24 quos inter cetera . . . redierint] cf. schol. vet. in Juven. IV 61

3 illum *F* ‖ 4 Troiad *G. Hermannus* 7 et multi . . . ab oris *nescio an ad* CAMPOS VBI TROIA FVIT (*v.* 11) *pertineant* ‖ 10 solum *E et Isid.*: sclum *F* salum *LHM* ‖ extrat *H* ‖ 12 GNATOQVE *H* ‖ 13 divina] humana socii et natus divina penates et dii *add. Fabricius* ‖ patris . . . venit *hab. T* siue quia eum supra memoraverat *addens* ‖ 15 quidem *om. F* ‖ 16 scribebantur *L* inscribebatur *Me* ‖ dis *HM* ‖ hi *L* (hoc *l*) ‖ onere *H* ‖ 17 di *H* ‖ mineruat *H* ‖ 18 laurumlauinium *F* laurolauirium *H* ‖ 19 unum] sed multos penates *add. l* penates erant quos domo secum attulerat, dii familiares; dii vero ut Palladium et quos Panthus ex arce ei attulerat *add. Fabricius* ‖ id est] idem *Daniel* ‖ Varro . . . solvebant] affirmat uarro magnos deos simulacra uirilia castoris et pollucis appellari quae ante portam in samothracia sunt sita quibus sacrificabant primum naufragio erepti *ad* MAGNIS DIS *supra versum adscripta sunt in T* ‖ 20 portum *Daniel* ‖ 21 alii . . . aperiri dicitur *in dextro margine hab. F, ea quae proxime antecedunt in sinistro* ‖ 22 hoc] hos *Masvicius* ‖ 24 quos inter cetera . . . videre fas nulli sit] penates etiam magni dii idcirco uocabantur quia imperatores petituri prouincias primum eis immolabant quorum nomen nemo sciebat quanquam praesentissimi haberentur et sentirentur quos romani penitus in cultu haberent quos uidere nemini nisi sacerdoti fas erat *hab. T in marg.*

*quod de Lavinio translati Romam bis in locum suum redierint: quod imperatores in provincias ituri apud eos primum immolarint: quod eorum nomina nemo sciat: quod praesentissimi sentiantur; nam cum ambae virgines in templo deorum Lavini simul dormirent, ea quae minus casta erat fulmine exanimata alteram nihil sensisse. quos Romani penitus in cultu habent, quos nisi sacerdoti videre fas nulli sit, qui ideo penates appellantur, quod in penetralibus aedium coli soleant; nam et ipsum penetral penus dicitur, ut hodie quoque penus Vestae claudi vel aperiri dicitur.*

13. TERRA PROCVL 'procul' est quasi porro ab oculis: unde potest et 'satis longe' significare, et 'non valde', ut in V. ⟨124⟩ e s t p r o c u l i n p e l a g o s a x u m, quod satis longe fuisse intellegi non potest, ne voluptas pereat spectaculi. quamquam et hic similis possit esse significatio; brevis est enim Hellesponti transitus. VASTIS aut vastatis aut magnis.

14. THRACES ARANT figurate; nam minus est 'quam'. ACRI QVONDAM saevo et cruento. Lycurgus autem *hic filius Dryantis,* rex *gentis Bistonum* Thraciae fuit: qui ut habet fabula, dum contempnens Liberum eius amputat vites, crura sua incidit. re vera autem abstemius fuit: quos constat acrioris esse naturae, quod etiam de Demosthene dictum est. **Lycurgus vero, ut alii dicunt, cum indignaretur Liberum ab omnibus gentibus coli, ut primum cum Thraciae fines cum suo comitatu introisse cognovit, comprehensas Bacchas eius flagellis verberavit, ipsum vero insequi, ut occideret, coepit. sed postquam se Liber fugiens ut evaderet praecipitavit in mare et a Thetide nympha*

17 Lycurgus autem . . . dictum est] exscr. mythogr. I 123 et III 12, 4 ‖ 21 Lycurgus vero e. q. s.] cf. mythogr. I 122

2 immolarint *scripsi:* immolabant *FT* ‖ 3 praesentissimi *T:* praesentis mę *F* praesentes *Daniel edidit lacunam indicans* praesentes adesse *Masvicius* ‖ 4 deorum] *fortasse* eorum ‖ lauinis *F* ‖ doirmirent *F* ‖ ea] et *Lion* ‖ 5 exanimata *Daniel:* examinita *ex* examinata *F* ‖ quos] quod *Masvicius* ‖ Romani *T et Masvicius:* inmani *F* ‖ 6 penitus] penates *Masvicius* ‖ habeant *Masvicius* ‖ 7 coli soleant *Schefferus advers.* (*observ. crit.* VIII *p.* 413): caeli soleant *F* caeli sedeant *Daniel* ‖ 10 TERRA PROCVL *om. F* ‖ 11 ut in V. . . . esse significatio *om. F post* valde *addens* hic tamen pro non valde longe ponitur ‖ 14 VASTIS . . . magnis *om. F* ‖ 15 vastatis] et per hoc desertis *add. Daniel* ‖ 17 Lycurgus autem . . . (*p.* 338 *lin.* 3) sine verbi origine] REGNATA participium est sine origine uerbi. LYCVRGO lycurgus uero ut alii dicunt . . . ipse sibi crura succidit. LYCVRGO lycurgus autem hic filius dryantis rex gentis bisthonum fuit qui ut habet fabula dum contempnens liberum eius uites manu sua semper abscideret innisso a libero furore ipse sibi crura succidit *F*. *ex his* ligurgus hic filius //// (*quattuor litterae erasae*) driantis rex gentis bisthonum fuit qui ut habet fabula cum indignaretur liberum . . . ipse sibi crura succidit *habet T* ‖ 19 amputans *I* abstans *H* abstenius *M* ‖ 20 fuit quos *om. H* ‖ 23 introisse *T* introiisse *F* ‖ Bacchas *Masvicius:* naccas *FT* Baecas *Daniel* ‖ 24 sequi *T* ‖ se *om. T* ‖ 25 se praecipitavit *T* ‖ a Thetide *Gerh. Vossius:* athende *F* a theade *T*

*exceptus liberatusque est, Lycurgus vites eius amputare coepit: quapropter per furorem a diis immissum ipse sibi crura succidit*.* REGNATA participium *est* sine verbi origine.

15. HOSPITIVM ANTIQVVM aut carum, aut re vera antiquum. nam tanta inter ipsos familiaritas fuit, ut Ilione, filia Priami, Polymestori nuberet Thracum regi. *SOCIIQVE PENATES vel propter supra dictam coniunctionem Ilionae et Polymestoris, vel quia cum omni hereditate maiorum diviserant etiam deos penates Dardanus et Iasius fratres, quorum alter Thraciam, alter Phrygiam incoluit occupatam.*

16. DVM FORTVNA FVIT scilicet bona. et simul ostendit fidem cum felicitate deficere. sane sciendum, quotienscumque fortunam solam dicimus, felicitatem intellegi: unde et fortunatos tantum felices, et infortunatos solos infelices vocamus. LITORE CVRVO perpetuum epitheton litorum est: nam quod in sexto ⟨900⟩ ait tunc se ad Caietae recto fert litore portum significat eum ita navigasse, ut non relinqueret litus. PRIMA LOCO quia apud Cretam alia fecit. modo autem Aenum significat, ut Sallustius Aenum et Maroneam viamque militarem. quamquam Homerus dicat

17 Sallustius] fragm. inc. 38 Kr. ‖ 18 Homerus] Il. IV 520

1 liberatusque *om. T* ‖ uites *ex* uates *T* ‖ 2 *Masvicius, qui in edendis iis quae de Lycurgo adnotata sunt cum Daniele Floriacensem secutus est post* quod etiam de Demosthene dictum est *haec addidit* Alii sic referunt. fuit Lycurgus, Thraciae rex, filius Dryantis: qui quod Thraces immoderate vino deditos conspiceret, vites omnes toto regno excidi iussit, ut scribit Plutarchus eo in opusculo, quod de poetarum utilitate conscripsit (*de aud. poet.* 1). hinc datus est poetis locus fabulae: Lycurgum infestissimo Bacchum odio prosecutum esse adeo, ut et nutrices illius in Nysa latentes persequeretur et Baccho ipsi tantum terroris incusserit, ut praecipiti fuga traiecto mari, in naxum se receperit: ideoque iusta numinis ira Lycurgum in furorem conversum et, cum vites quoque, ne Baccho in posterum libaretur, excidere vellet, tibias sibi succidisse. ‖ 4 ANTIQVM *H* antiqum *LH* (antiquum *l*) ‖ 5 ipsos] illos *M* ‖ 6 polymiestori *F* polimestori *LH* ‖ Thracum regi] cui Polydorum filium Priamus belli tempore parvulum commendaverat alendum *add. D* cui Polydorum, filium ex Hecuba, Priamus pater initio belli Troiani, communis Martis exitium veritus, cum magno auri pondere educandum tradidit, antiquo hospiti, amico et genero suo. sed illic deleta Troia ceterisque omnibus fere Priami liberis interfectis, auri cupiditate adductus Polydorum in litore spatiantem telis aggreditur et frustra fidem deorum hominumque implorantem occidit caesoque tumulum superiniecit, cui supercrevere myrti virgulta. id cum mater Hecuba intellexisset, simulavit se ingens adhuc auri pondus velle secreto illi indicare, quod pro filio acciperet. quod avarus rex verum existimans illius unguibus occaecatus est. exstat tamen et alia de Polydoro fabula: nempe Graecos per Thraciam venientes hunc cepisse. Priamum autem pro redemptione filii Graecis dedisse urbem, quae postea ab eventu Antandros dicta est: qua accepta illos tamen nihilo minus Polydorum lapidibus obruisse *add. Mascicius* ‖ 7 polymaestoris *F* ‖ quia cum *Daniel:* quacum *F* ‖ 9 trachiam *F* ‖ 11 sciendum est *FL* ‖ 12 intellegimus *Fl* ‖ unde . . . vocamus *om. F* ‖ 14 nam quod . . . litus *om. F* ‖ 15 caietae *L:* cagetam *H* caietam *ME* ‖ portum *om. M* ‖ 16 MOENIA PRIMA *F* ‖ 17 aliam *ME* ‖ ut Sallustius . . . portanda *om F* ‖ 18 marroneam *L* maronem *E* (*corr. e*)

inde auxilia ad Troiam venisse: ergo iam fuerat. Euphorion et Callimachus hoc dicunt etiam, quod Aenum dicatur a socio Ulixis illic sepulto eo tempore, quo missus est ad frumenta portanda. FATIS INIQVIS bene quid sit futurum praeoccupat.

18. AENEADAS ecce nec Vergilius Aenum dicit. *'Aeneadas' autem hic secundum accusativum nomen formatum; aliter iuxta nominativum.*

19. SACRA DIONAEAE MATRI Veneri, a matre Diona secundum Homerum. et bene dispensat, ut cum adversam navigationem subiungit, Dionaeam Venerem dicat, ut hoc loco; si prosperam, de mari eam dicat esse procreatam, ut ⟨V 801⟩ unde genus ducis. haec autem in quantum potest, non semper, reservat.

20. AVSPICIBVS COEPTORVM OPERVM Iovi, qui arcis deus est; Apollini propter auguria; Libero causa libertatis. nam dii alii si invocentur ad privatam pertinent causam: unde de Didone legimus ⟨IV 59⟩ Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curae propter nuptias: quamvis enim rei publicae utilitas simularetur, erat tamen etiam specialis causa Didonis. similiter et hic Aeneas sacrificat Veneri. quod autem de Libero diximus, haec causa est, ut signum sit liberae civitatis: nam apud maiores aut stipendiariae erant, aut foederatae, aut liberae. sed in liberis civitatibus simulacrum Marsyae erat, qui in tutela Liberi patris est. *sed auspicia omnium rerum sunt, auguria certarum; auspicari enim cuivis etiam peregre licet, augurium agere nisi in patriis sedibus non licet. peritissime ergo Vergilius veteris consuetudinis meminit cum facit Aeneam, quia peregre, id est in Thracia agit, auspicantem, id est 'auspicibus coeptorum operum'.*

---

7 secundum Homerum] Il. V 370 ‖ 18 quod autem . . . patris est] exscr. mythogr. III 12, 1

---

1 auxilia inde dicat *M* ‖ 2 callimacus *LH* challimachus *M* ‖ etiam hoc dicunt *M* ‖ 5 nec] nunc *F* ‖ 6 accusativum *Daniel:* accusatiuus *F* ‖ forinatum *F* derivatum *Daniel* ‖ 7 DIONEE *F* DIONEAE *L* DIONETE *H* DYONEAE *M* ‖ Veneri a] uena *F* ‖ diana *H* dyona *M* ‖ secundum . . . reservat *om. F* ‖ 8 cum . . . subiungit] si sequantur aduersa *EI* ‖ subiungit nau.gationem *M* ‖ 9 dioneam *LH* dyoneam *M* ‖ dicat *om. ME* ‖ loco] dicit *add. ME* ‖ si] cum *M* ‖ si prosperam] si prospera erit nauigatio *E* ‖ 10 dicat eam *M* ‖ ducit *L* dicis *H* ‖ 11 potest] potr̃. *H* ‖ non semper *Masvicius:* nos semper *H Leidensis et Regius Burmanni* (*inter* potr̃. *et* nos *trium litterarum spatium in H*), non *om. L*, non semper *om. ME, Stephanus, Daniel* sed non semper *Fabricius, fortasse recte.* ‖ 12 COEPTORVM OPERVM *om. F* ‖ qui arcis] quartis *F* ‖ 13 propter] pertinent *H* ‖ causa] quasi causa *Masvicius* ‖ nam dii alii . . . haec causa est *om. F* ‖ 14 pertinet *M* ‖ unde] ut *ME* ‖ 18 Veneri] scilicet ut placeat matri *add. D* ‖ 20 federatae *LHM* ‖ liberae] libere ciuitatis *F* ‖ sed . . . erat] in liberis autem ciuitatibus in signum libertatis simulacrum Marsyae erat *mythogr.* ‖ 21 Marsyae *F:* marsi *LH* aut marsi aut marsiae *ME* ‖ auspicia . . . non licet *hab. Ambr. praemisso lemmate* Diuisque ferebam auspicibus ‖ 26 operum *om. F*

21. MACTABAM IN LITORE TAVRVM contra rationem Iovi taurum sacrificat, adeo ut hinc putetur subsecutum esse prodigium. ubique enim Iovi iuvencum legimus immolatum, ut ⟨IX 624⟩ statuam ante aras aurata fronte iuvencum, iam cornu petat, et pedibus qui spargat harenam, item Iuvenalis ⟨XII 9⟩ qui vexat nascenti robora cornu: nam in victimis etiam aetas est consideranda.

22. *FORTE FVIT IVXTA TVMVLVS excusat dicendo 'forte fuit', quod iuxta eum locum sacrificaverit.* TVMVLVS *autem dicendo, uno* hoc sermone et collem et sepulcrum fuisse significat. *potest enim tumulus et sine sepulcri interpretatione collis interdum accipi: nam et terrae congestio super ossa 'tumulus' dicitur. sane apparatus mortuorum 'funus' dici solet, exstructio lignorum 'rogus', subiectio ignis 'pyra', crematio cadaveris 'bustum', locus 'ustrina', operis exstructio 'sepulcrum'. inscriptum nomen memoriaque 'monumentum'.* QVO SVMMO in quo summo. CORNEA VIRGVLTA ET MYRTVS bene legit hastis apta virgulta: nam legimus et bona bello cornus item ⟨VII 817⟩ et pastoralem praefixa cuspide myrtum *et alibi ac myrtus validis hastilibus.* ergo si telis fuerat confixus, merito illic haec coaluere virgulta. 'cornus' autem declinatur ut ficus, si arbor sit: nam 'cornu' animalis indeclinabile est, licet genetivum usurparit Lucanus ⟨VII 217⟩, ut cornus tibi cura sinistri Lentule. sic Cicero in Arato huius genus pro genu.

23. *VIRGVLTA copiose virgulta hastilia, silvam, ramos, arborem, vimen, corticem, stipitem, segetem, iacula.* *HORRIDA MYRTVS 'horrida' ad loci faciem rettulit, non ad arboris naturam: vel certe umbrosa. MYRTVS sane de myrto fabula talis est. haec Myrtus ex fama de plebe antiquorum nata Graeco vocabulo Myrene vocitata est, forma pulcherrima.*

1 contra rationem e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 10, 3 sqq. ‖ 4 iam cornu] buc. III 87 ‖ 9 hoc sermone . . . monumentum] cf. Isid. orig. XIV 8, 21 et diff. verb. 522. comm. Luc. p. 288 Us. ‖ 17 et bona] et 19 ac myrtus] georg. II 447

3 ut . . . consideranda *om.* *F* ‖ 4 iuvencum et in bucolicis (III 87) legimus iam cornu *Mascicius* ‖ 6 nascendi *H* ‖ 7 consideranda] (consulenda vel) consideranda *Lion* ‖ 8 FVIT] OPERVM *add.* *F* ‖ 9 hoc *om.* *F* ‖ 10 potest . . . monumentum *habent* *T et Ambr.* ‖ potest . . . accipi] potest et collis intellegi quia accipitur aliquando tumulus sine sepulcri interpretatione *T* ‖ enim *om.* *Ambr.* ‖ 11 interpretatione] collocatione *Ambr.* ‖ 12 osso *F* ‖ 13 dici solet] uocatur *T* extractio *Ambr.* ‖ 14 pira *F* ‖ cadaveris *om.* *Ambr.* ‖ constructio *T et Ambr.* 15 nomen inscriptum *F* inscriptio nomen *Ambr.* ‖ memoriaque *om.* *F* ‖ 16 CORNEA . . . coaluere virgulta *post* umbrosam (*lin.* 26) *hab.* *F* ‖ elegit *F* ‖ 17 item . . . myrtum *om.* *F* ‖ 20 cornus autem . . . pro genu *om.* *F* ‖ 23 TENTVLE *L* (lentule *l*) ‖ 25 horda *F* ‖ 26 non *Mascicius:* nam *F* ‖ umbrosa *scripsi:* umbrosam *F*

*hanc cum quidam popularium dives et nobilis adamasset, a parentibus eius postulavit uxorem. interea latrones urbem occupaverunt: quam cum depopulantur, Myrenen, fratribus eius occisis, captivam duxerunt et in latebris condiderunt, donec alia loca vastarent. sed haec Myrene, inventa occasione, fugit et ad cives reversa est. gratulati cives eam sacerdotem Veneris esse iusserunt: quae cum sacra celebraret, unum de latronibus, per quos abrepta fuerat, in plebe cognovit, cumque conprehensum in medium vulgus extraxit. latro, poenis adactus, omnia quae intendebantur confessus est, socios quoque, ubinam essent, prodidit. sed iuvenis, qui eam ante amaverat et petierat sibi coniugem, ad investigandos latrones sibi negotium depoposcit: quos cum inventos cepisset et praemium posceret, data ei potestas est a populo, ut virginem quam amaverat in matrimonium duceret: ob quam rem irata Venus illum mori fecit, virginem autem in myrtum arborem vertit, eique quod sacerdos fuisset, praestitit, ut perpetuo et suavi odore gauderet.*

24. ACCESSI non ad cornum, sed ad myrtum, quae inter verbenas est. et bene matri sacrificaturus aras coronat ex myrto. SILVAM *sicut dictum est.* bene variat, ut nunc silvam, nunc vimina, nunc virgulta, nunc arborem dicat.

25. *RAMIS TEGEREM excusatio a voluntate.*

26. MONSTRVM bene monstrum; nam statim quid esset apparuit. et hoc proprietatis est; abusione tamen plerumque corrumpitur.

28. LIQVVNTVR 'li' in verbo producitur, ut hoc loco, item c a n i s c u m m o n t i b u s u m o r l i q u i t u r: in nomine vero brevis est, ut 'liquor'.

29. TABO corrupto sanguine. et est nomen casus septimi tantum, ut 'sponte' 'natu': quod si velis declinare, haec tabes, huius tabis dicis.

30. MEMBRA QVATIT causa pendet ex causa: nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit frigus. *GELIDVSQVE COIT physice loquitur et rationabiliter; nam hinc et pallor nascitur, cum se ad praecordia fugiens contrahit sanguis.*

---

24 canis] georg. I 43 ‖ 26 et est nomen . . . natu] cf. [Sergii] explan. in Don. p. 490, 4 et 540, 12 K.

---

3 mirenen *F* ‖ 5 ciuer *F* ‖ 8 uulgũs *F* ‖ 11 coepisset *F* ‖ 13 in *Daniel:* ut *F* ‖ 14 uertit *Daniel:* uertat *F* ‖ 17 ex myrto coronat *M* ‖ 21 apparuit quid esset *L* ‖ 22 abusine *E* (abusione *e*) ‖ 23 *ante scholium ad* LIQVVNTVR *haec exhibet F* ATRO hic pro corrupto sanguine ‖ item . . . liquitur *om. F* ‖ 26 et est . . . dicis *om. F* ‖ 28 dices *L* ‖ 30 gelat *om. F* ‖ frigus] tremorem frigus tremorem *E* (at frigus *superscr. e*) ‖ GELIDVS COGIT et reliqua. fisice *F* ‖ 31 loquitur *Daniel:* lo *F* ‖ et pallor *Daniel:* ex pollor *F* ‖ nascitur uri *F* uri *om. Daniel,* ori *Hagenus* ‖ 32 contrait *F*

31. LENTVM VIMEN molle et flexuosum: unde et vietos dicimus curvos per senectutem.

31. *RVRSVS ET ALTERIVS hoc ad id ait, non se formidolosum fuisse, ut alium ramum temptaverit.*

32. TEMPTARE LATENTES miraculum est enim ex arbore sanguinem fluere.

34. MVLTA MOVENS ANIMO non dicit quae, sed ex sequentibus intellegimus. cogitabam, inquit, *ne forte bellum immineret, quod sanguinem vidissem, ne lucum nympharum violassem*, ne forte sanguis esset ex nymphis; amadryades namque cum arboribus et nascuntur et pereunt: unde plerumque caesa arbore sanguis emanat. nam (ut) Ovidius ait, cum Erysichthon arborem incideret, primo sanguis effluxit, post ululatus secutus est: inde Statius nec amplexae dimittunt robora nymphae. item cogitabam, ne forte ex terra Martis iure sanguis efflueret: nam quod dicit haec se veneratum esse numina, illas constat praecessisse cogitationes.

35. GRADIVVMQVE PATREM *gradivum* θοῦρον Ἄρηα, id est exilientem in proelia, quod in bellantibus sit necesse est: *aut gravem deum. patrem autem ideo, quia apud pontifices Mars pater dicitur. alii 'gradivum', quod gradum inferant qui pugnant; aut quod inpigre gradiantur. †alii a graditudine, quod huc et illuc gradiatur: unde Martem communem dici. non nulli eundem Solem et Vulcanum dicunt, sed Vulcanum generis esse omnis principem, Martem vero Romanae tantum stirpis auctorem. alii gradivum, quia numquam equester; aut*

1 molle . . . senectutem] cf. Don. ad Ter. eun. IV 4, 21 ‖ 12 Ovidius] met. VIII 762 ‖ 13 Statius] Theb. VI 113 ‖ 17 *θοῦρον Ἄρηα*] Hom. Il. V 30 19 patrem . . . dicitur] cf. Macrob. Sat. I 12, 8 ‖ 20 alii gradivum . . . gradiantur] cf. Isid. orig. VIII 11, 52 ‖ 21 alii . . . gradiatur] cf. Paul. Festi s. v. Gradivus

1 unde . . . senectutem *om. F* ‖ uictos *H* uictos (uetulos) *E* ‖ 2 *scholium ad* RVRSVS ET ALTERIVS *omisit Daniel* ‖ 5 enim est *M* ‖ m. si ex arbore s. f. *F* ‖ 8 ne] in *F* ‖ 11 unde et plerumque *M* ‖ nam . . . nymphae *om. F* ‖ ut *inseruit Fabricius* ‖ 12 erisicthon *L* erisichthon *H* erisicton *M* ‖ 13 complexe *H* 14 ex . . . iure] ex terrat iniure *H* ‖ 15 hae *F* hic *E* (hec *e*) ‖ 17 **θοῦρον** . . . id est *om. F* ‖ ΘΟΥΡΟΝ ΑΡΕΑ *L M* ΟΥΡΟΝΑΡΕΑ *H* ‖ 18 necesse est] uel quod gradum inferant qui pugnant. uel quod impigre gradiantur: uel ab hastae concussione, quod Graece dicitur *κραδαίνω*. PATREM autem ideo quia a poeta paene omnibus diis nomen paternum additur, ut fiant venerabiliores *add. D* ‖ *ad* GRADIVVMQVE PATREM *haec adscripta sunt in T* ideo pater quia apud pontifices in sacris mars pater dicitur et quod romuleae stirpis auctor fuerit. gradiuus ab exilitione in bella. siue grauis deus. siue quod gradum inferant qui pugnant. siue quod impigre gradiantur. siue quod ultro citroque gradiantur in bellum. siue quod numquam equester sit. siue a uibratione hastae. uel quod gramine sit ortus. ‖ aut gravem deum patrem aut ideo *Daniel* ‖ 20 inserant *Daniel* pugnant] piguatur *F* ‖ inpure *F* ‖ 21 alii a gratitudine *Daniel*. ab incertitudine *F*. *Schoellius*. *fort.* alii 'gradivum' dicunt ‖ Alii Gradivum quia numquam equester fuit a gradu dictum quod huc et illuc gradiantur *Masvicius* ‖ 23 romani *F* ‖ 24 styrpis *F* ‖ alii . . . dictum *om. Masvicius*

*a gradu dictum.* GETICIS Thraciis. Getae autem populi sunt Mysiae, quae, quia lata est, multas continet gentes.

36. RITE SECVNDARENT recte prosperos facerent. VISVS pro 'visa' posuit. tunc enim masculino utimur genere, cum de his loquimur, quibus videmus, ut si dicas 'nubecula obest visibus meis': si autem neutro utamur, ea quae videntur significamus, ut si hoc loco diceret 'rite secundarent visa': quod propter metrum nequaquam potuit. similia sunt nuntius et nuntium, auditus et auditum. LEVARENT bonum ac leve facerent, *id est in bonum converterent.*

38. OBLVCTOR acrius nitentem ostendit.

39. ELOQVAR AN SILEAM parenthesis ad miraculum posita; *qua magnitudinem monstri ostendit. et hinc auditorem attentum vult facere.* GEMITVS LACRIMABILIS potest enim esse etiam irascentis gemitus. *et 'lacrimabilis' cum lacrimis, an dignus lacrimis?*

40. *IMO AVDITVR TVMVLO ex imo tumulo. ut longe vox cum quodam defectu sonans auditu ipso miserabilior videretur.* VOX REDDITA pro 'data'. redditur enim quicquid ad nos per alterum transit: quamquam hic etiam hoc possit intellegi; nam ad eum vox missa per tumulum est.

41. LACERAS per membra dissicis; nam lacerare est saepius vulnerare, ut ⟨VI 495⟩ l a c e r u m c r u d e l i t e r o r a de Deiphobo. *PARCE id est parce mihi, parce tibi. vel 'sepulto parce', cui vivo nemo pepercit.* SEPVLTO modo *mortuo vel* iacenti significat, ut ⟨IX 189⟩ s o m n o v i n o q u e s e p u l t i item ⟨VI 424⟩ o c c u p a t A e n e a s a d i t u m c u s t o d e s e p u l t o; nam sepultus est quasi sine pulsu. non enim hunc sepultum possumus dicere, cum sepultura non sit in hoc rite facta, sed fortuita sit obrutus terra.

11 parenthesis . . . posita] cf. Don. ad Ter. hec. III 3, 6 ‖ 20 per membra dissicis] cf. Suet. verb. diff. p. 277 Reiffersch. ‖ 25 nam . . . pulsu] exscr. Isid. orig. X 262 et XI 2, 57

2 moaesiae *F. cf. Serv. ad Aen.* VII 604 ‖ 5 dicamus *H* ‖ nubicula *F* 8 similia . . . auditum *om. F* ‖ 11 *fortasse* adposita ‖ 12 adtentum *F* ‖ 13 etiam *om. M* ‖ 16 *post* videretur *quae vulgo adduntur* AVDITVR vetus codex habet auditus *Daniel inde composuit, quod in F cum in contextu* auditur *legatur eadem manus* auditus *in margine scripsit.* ‖ 19 est] unde et epistola reddita dicitur quae per nuntium a mittente pervenit ad nos accipientes *add. D* ‖ 20 discindis *Lion* ‖ 21 ut . . . Deiphobo *om. F* ‖ hora *H* ‖ de deiphobo *M*: d. *L* deiphobo *H* deiphobe *E* (deiphoebe *e*) Deiphobum vidi *vulgo* ‖ 22 parce . . . tibi] *videtur scholiastes significare voluisse ad Polydorum prius* parce, *alterum ad Aeneam spectare* ‖ 23 modo *om. M* ‖ sepulti *L* (iacenti *D*) ‖ ut . . . custode sepulto *om. F* ‖ 24 sepulti *M*: s. *L* sepulto *H* soluti *Vergilius* ‖ item . . . sepulto *om. H* ‖ 26 cum . . . terra] cuius sepultura non sit rite perfecta sed fortuita est obratur terra *F* ‖ 27 fortuitu *M El* ‖ terra] IAM PARCE SEPVLTO quomodo sepulto non hic confixum ferrea texit. sed si hoc instauretur. funus mortuo solvitur. sic sepulto. prostrato. ut somno vinoque sepulti *Lione teste add. Guelferb. I*

42. PIAS bene etiam ille qui laeditur excusat Aeneam: quod pietatis grande testimonium est. *'pias' autem propter penates de excidio liberatos. aut quia sacrificabat.* SCELERARE polluere, et est sermo Plautinus, quo hodie non utimur. *nomen tamen fecit sine verbi origine, non enim dicitur 'scelero'.*

43. EXTERNVM TVLIT ordo est 'Troia me tibi tulit, hoc est educavit, non externum'; nam et civis Aeneae fuerat et cognatus. *et cito se et Troianum esse et adfinem ostendit.* AVT CRVOR HIC DE STIPITE MANAT *mire quasi ostendens cruorem suum. 'de stipite' de ligno ait; nam stipes vere est lignum sectum siccum.*

44. CRVDELES TERRAS id est crudelium et avarorum. *ex moribus enim cultorum terrae laudantur vel vituperantur, ut* ⟨VI 638⟩ *devenere locos laetos.*

45. POLYDORVS EGO sive 'ego' distinguas, sive 'ego hic', subaudias 'sum' necesse est. *et quasi δεικτικῶς, id est Polydorus sum, non stipes.*

46. *TELORVM SEGES multitudo. Plautus Aulularia* ⟨I 1, 6⟩ *stimulorum seges. sane putatur non verisimile iaculis coniectis puerum occisum, nam repugnat cum illo* ⟨55⟩ *Polydorum obtruncat: nam et misisse radices iacula mirum est, nisi monstruosum sit.* INCREVIT reviruit. traxit autem hoc de historia Romana. nam Romulus, captato augurio, hastam de Aventino monte in Palatinum iecit: quae fixa fronduit et arborem fecit. vituperabile enim est, poetam aliquid fingere, quod penitus a veritate discedat. denique obicitur Vergilio de mutatione navium in nymphas; et quod dicit per aureum ramum ad inferos esse descensum; tertium, cur Iris Didoni comam secuerit. sed hoc purgatur Euripidis exemplo, qui de Alcesti hoc dixit, cum subiret fatum mariti.

47. *VERO adfirmative. ANCIPITI duplici quod et vocem audierat et sanguinem viderat. vel 'ancipiti formidine' una, quod sepulcrum laeserat, altera, quod metuere coeperat † litum ipsum.*

48. *HVNC POLYDORVM licet de Polydoro superius sit relatum, tamen propter varietatem rei necesse (est) repeti. Priamus cum videret longa obsidione res suas in ultimo constitutas, filium parvulum Polydorum*

1 quod] qui *F* ‖ 3 et est . . . utimur *om F* ‖ 6 me tibi] et be *F* me tibi tulit et bene tulit *Daniel* ‖ 7 et *om. M.* ‖ Aeneae *om. F* ‖ 15 sum *om. L H (add. D)* ‖ dicticos *F* ‖ 18 uerissimile *F* ‖ 20 et misisse] emisisse *Daniel* ‖ 22 palatinm *L E* (palatinum *D*) ‖ 21 discedit *M* ‖ denique . . . mariti *om. F* ‖ 26 didonis *L* ‖ 27 alceste *ex* alciste *L* ‖ 28 marti *H* ‖ 29 *super* ancipiti *haec scripta sunt in T* duplici et quod uocem audierat et quod sanguinem fluere uidit uel etiam duplici qua (*l.* quia) leserat sepulcrum ‖ et] est *F* ‖ vocem audierat et *om. F* 30 sepulchrum *F* ‖ 31 litum *F l . . . Daniel* laesum *Masricius* letum *Burmanno teste Gerh. Vossius.* auditum *vel* uisum *F. Schoellius* ‖ 33 est *Commelinus*

*Polymestori, regi Thraciae, genero suo per Ilionam filiam, cum magno auri pondere nutriendum commendarit: qui victa Troia, auri cupiditate impulsus, Polydorum obrutum telis occidit.*

50. INFELIX aut qui iam infelix esse coeperat, aut cui etiam provisa nocuerunt. *aut 'infelix', quia superstes liberis fuit, aut quia illi perfidia non ab hostibus tantum est.* MANDARAT aphaeresis est, sive dixeris 'commendarat', sive 'amandarat'. *et 'mandarat' est amoris, 'amandarat' vero odii est. et amandare est sub specie legationis aliquem relegare.* *FVRTIM ne Graeci scirent.*

51. THREICIO REGI auxit ex provincia crudelitatem, ex qua fuerunt Diomedes, *qui equos habebat, qui humanis carnibus vescebantur;* Lycurgus *ob iniuriam Liberi patris punitus;* Tereus, *qui Philomelae sorori uxoris post inlatum stuprum linguam abscidit.* 'Threicio' autem pro Thracio, ut supra ⟨I 316⟩ pro Thracia Threissa: nam solutio est Ionicae linguae. cum enim sit Θρᾷξ, Iones dicunt Θρήιξ, cuius solutio facit Threicius et Threissa.

52. CINGIQVE VRBEM OBSIDIONE VIDERET inter ipsa principia obsidionis; nam postea iam minime poterat.

53. *ILLE VT OPES FRACTAE ET FORTVNA RECESSIT bene utrumque iunxit; saepe enim alterum sine altero valet: aut opes, aut fortuna. 'ille ut' vel 'postquam'; vel tantum quod deest 'statim', ut sit 'ille statim ut'.* FORTVNA melior scilicet.

54. RES AGAMEMNONIAS id est imperium, *vel partes Agamemnonis.* VICTRICIA omnia nomina a verbo venientia cum in 'or' exeunt, masculina sunt, ut victor; cum in 'trix', feminina sunt, ut victrix; neutra vero non faciunt, nisi tantum ex numero plurali: unde est victricia.

---

1 polimaestori *F* ‖ 6 aferesis *FL* afferes. is *H* afferesis *M* ‖ 7 siue dixeris commendarat siue amaendarat *F* qua dixerit commendarat /// emendarat *L* (qua *et* it *in ras.*) quasi dixerit commendarat an emendarat *l* (*idem super* quasi *scripsit* at siue) siue dixeris commendarat *H* quasi dixerit commendarat *ME* ‖ 10 *super* Threicio regi *haec scripta sunt in T* id est polimestori regi traciae qui habebat filiam priami uxorem. transmiserat ei priamus filium suum polidorum cum magno pondere auri cum iam desperaret de ciuitate. ‖ 11 fuerant *L* ‖ diomes *F* dyomedes *M* ‖ 12 ligurgus *L*, *om. H* ‖ Tereus *om. H* ‖ 13 obscidit *F*, *correxit Daniel* ‖ 14 ut supra . . . vel Threissa *om. F* ‖ pro traicia traissa (e *super.*) *L* pro thracia thraeissa *E* ‖ 15 sit *om. Me* ‖ οραιz *L* εραιz *H* οριz *M* οραz *E* ionie *L* (iones *l*) ‖ ορnιc *LM*, *om. H*, ορηιz *E* ‖ 16 et *F. Schoellius* uel *libri* ‖ 18 minime] at nequaquam *superscr. e* ‖ potuerat *El* ‖ 19 *v.* 53 *supra* ut *in T scriptum* postquam. *alia manus haec addidit* bene dixit utrumque quia alterum sine altero potest esse et opes sine fortuna et fortuna sine opibus ‖ 20 iunexit *F* innexuit *Daniel* ‖ 23 hoc est imperium vel partes agamemnonis *hab. T* ‖ 24 VICTORIA *H* ‖ 25 sunt *post* feminina *om. LM* ‖ 27 victricia] uictoria *L*, *om. H*. victricia arma *vulgo*

55. FAS OMNE et cognationis, et iuris hospitii. OBTRVNCAT occidit intellege: nam obtruncare proprie est capite caedere.

56. *VI violentia.* VI POTITVR hoc *autem* verbum de his est quae permiscent coniugationes; cum enim sit tertiae coniugationis, infinitum modum a quarta facit, ut potiri: unde plerique decipiuntur, ut potiris dicant. Similiter fio pro 'fiere' 'fieri' facit, permixta coniugatione. *QVID NON MORTALIA PECTORA COGIS ad quod flagitium homines non compellis, detestandi auri cupiditas.*

57. AVRI SACRA FAMES *sacra* execrabilis, ut ⟨VI 574⟩ sacrae panduntur portae. *alii 'sacra' devota accipiunt, unde et ver sacrum. alii sacrum pro scelestum, vel sacrilegum.* tractus est autem sermo ex more Gallorum. nam Massilienses quotiens pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis (sumptibus) et purioribus cibis. hic postea ornatus verbenis et vestibus sacris circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala totius civitatis, et sic proiciebatur. hoc autem in Petronio lectum est. sane sciendum, latenter Aeneam hoc agere, ut Troianos Didoni ex infelicitatis similitudine commendet: nam et eius marito auri causa intulit necem.

58. *PROCERES qui processerunt ante alios. PRIMVMQVE PARENTEM bene 'primum', id est ante proceres.*

59. *MONSTRA DEVM quae ostenderant. et modo mala; nam medium est, quia interdum dicuntur et bona.*

60. OMNIBVS IDEM *ANIMVS 'idem'* plus est, quam si diceret

---

9 sacra execrabilis] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 198 ‖ 11 tractus est . . . et sic proiciebatur] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. X 788 ‖ 17 in Petronio] fragm. 1 Buechel. ‖ 20 Proceres qui processerunt ante alios] cf. Isid. or. IX 4, 17

---

1 cognationis] est *add. M E* ‖ OBTRVNCANT *F* ‖ 2 occidit intellege] pro occidit *F* ‖ caedere] quo modo obtruncat, cum sit hastis interemptus? solvitur: quia veteres plerumque truncum pro unoquoque genere interemptum dixerunt. obtruncat ideo et occidit *Lione teste add. Guelferb. I* ‖ 3 VI violentia *hab. T* ‖ VI *ante* POTITVR *om. F* ‖ hoc *om. F* ‖ 5 infinitum tamen *vulgo* ‖ unde . . . coniugatione *om. F* ‖ 7 COGIT *F* ‖ 9 ut . . . portae *om. F* ‖ 10 sacri deuoti *F, correxit Daniel* ‖ unde *Daniel:* uni *F* ‖ 11 scelestis *F, correxit Daniel* ‖ sacrilelum *F, correxit Daniel* ‖ tractus est . . . lectum est *om. F* ‖ 14 sumptibus *addidit Buechelerus. cf. Luctat. Plac.* ‖ 16 praecipitabatur *Stephanus, Masvicius, Burmannus* porriciebatur *Gerh. Vossius. cf. Burmanni adnot.* ‖ 18 ex infelicitatis similitudine] ex infelicitate *L, ut videtur* (ex infelicitatis similitudine *l*) simili infelicitate *M* ‖ 19 marito] frater *addidit Fabricius* ‖ 21 *ad* primumque parentem *supra versum* uel primum ante proceres uel optimum uel principem intellege, *in margine* propterea retulit ad parentem quia ille nouerat iudicare de auguriis *adscripta sunt in T* ‖ 22 *ad* monstra *supra versum* hoc est mala quae ostenderant ipsa monstra quia medium uerbum est monstrum, *in margine* monstra dicuntur a monstrando quod demonstrent monita deorum. prodigium uero deorum irae uel minae quasi porro adigendum. portentum autem quod portendat *adscripta sunt in T* ‖ *fortasse* quae dei ostenderant ‖ 24 idem plus est quam si diceret similis hoc est animus unus aut idem . . . consensio *hab. T*

'similis'. *est unus animus aut idem consilium. et hoc iuxta disciplinam auguralem dixit, quae appellatur consensio, sicut in libro secundo dictum est.* SCELERATA TERRA pro sceleratorum.

61. CLASSIBVS AVSTROS hypallage est; *nam classes austris damus.*

62. INSTAVRAMVS FVNVS modo sepulcrum, quod virgulta avellendo diruerat: nam proprie funus est incensum cadaver.

63. *AGGERITVR TVMVLO TELLVS ut ostenderet verum tumulum, ne forte aliquis alius illud errore violaret.* STANT positae sunt. multa autem, ut supra ⟨I 646⟩ diximus, hic sermo significat. MANIBVS manes sunt animae illo tempore, quo de aliis recedentes corporibus necdum in alia transierunt. sunt autem noxiae, et dicuntur κατὰ ἀντίφρασιν: nam manum, ut supra ⟨I 139⟩ diximus, bonum est; unde et mane dictum est. similiter etiam Eumenidas dicimus, Parcas, bellum, lucum. alii manes a manando dictos intellegunt: nam animabus plena sunt loca inter lunarem et terrenum circulum, unde et defluunt. Quidam *manes* deos infernos tradunt. *quidam alios manes, alios deos infernos dicunt: plurimi ut deos caelestes virorum, ita manes mortuorum tradiderunt. alii manes nocturnos esse eius*

---

10 manes sunt e. q. s.] cf. Isid. or. VIII 11, 100

---

1 hoc est unus animus . . . dictum est *hab. Ambros. praemisso lemmate* omnibus idem animus scelerata excedere terra || est autem unus *Masvicius* || 3 pro *om. M* || scelatorum *L* (*corr. l*) || sceleratorum] ut supra (II 765) 'captiva vestis' *add. D* || 4 *ad* austros *supra versum haec adscripta in T* ypallage non enim damus austros nauibus sed naues austris || est *om. L* || dasses *F* || 5 *ad* instauramus *supra versum haec adscripta in T* restauramus quia instaurare dicuntur aedificia cum ad similitudinem priorum fiunt. || 7 ut ostenderet uerum tumulum *ad* aggeritur *supra versum adscripta in T* || 8 illud *Commelinus:* aliud *F* || multa autem . . . significat *om. F* || 9 ut . . . sermo *om. M* (ut supra diximus *add. m* || 11 alia] altera *M* || cata antifrasin *FHE* cata antefrasin *L* per antifrasin *M* || 12 ut supra diximus *om. F* || 13 unde . . . est] unde est et mane uel manum dictum *L* unde et manes *MEl* || similiter . . . lucum *om. F* dicimus] ἀπὸ τῆς εὐμενείας id est a benevolentia ut *add. D* || 15 amanibus *L* († animabus *superscr. l*) manibus *vulgo* || 16 fluunt *ME* || tradunt] eosque inter numina laeva numerant placarique putant sacrificiis ne noceant *add. Masvicius primus* || 17 plurimi . . . ab iisdem manibus dictum] quidam tradunt nocturnos deos dici manes eius scilicet spatii quod est inter caelum et terram et inde potestatem habere roris qui noctu de caelo cadit. alii uero dicunt quod sicut celestes deos dicebant esse uiuorum ita et mortuorum manes dicebant *in marg. T* || 18 tradiderunt] alii putant hoc nomine appellatas fuisse animas separatas a corpore: unde videmus vetusta sepulcrorum monumenta DIIS MANIBVS esse inscripta. in qua etiam sententia videtur esse Apuleius de daemonio Socratis. (*cf. de deo Socratis cap.* XV) 'manes' inquit 'animae dicuntur melioris meriti, quae in corpore nostro genii dicuntur; corpori renuntiantes lemures; cum domos incursionibus infestarent, larvae appellabantur; contra si aequi et faventes essent, lares familiares'. sunt etiam qui putent manes eosdem esse quos vetustas genios appellavit, duosque manes corporibus ab ipsa statim conceptione assignatos fuisse, qui ne mortua quidem corpora deserant consumptisque etiam corporibus sepulcra inhabitent. Cicero II de legibus (IX 22) 'deorum manium iura sancta sunto'. atque eandem ob causam manes pro ossibus ipsis et sepulcris ponuntur. Persius sat. I (38) 'nunc non e manibus illis nascuntur vio-

*spatii, quod inter caelum terramque est, et ideo umoris qui noctu cadit potestatem habere: unde mane quoque ab isdem manibus dictum.* MAESTAE ARAE *Cicero pro Murena ⟨XLI 88⟩ imaginem lugentem.*

64. CAERVLEIS VITTIS *Cato ait, deposita veste purpurea feminas usas caerulea cum lugerent. veteres sane caeruleum nigrum accipiebant. 'vittae' autem 'caeruleae' in acerbo funere praecipue filiorum familias adhiberi solebant, sicut hic; nam Polydori funus, utpote adhuc pueri, acerbum est, et quia eius aetatis erat, ut filius familias adhuc esse potuisset.* ATRAQVE CVPRESSO nigra, funesta: nam inferis consecrata est, quia caesa numquam revirescit. moris autem Romani fuerat ramum cupressi ante domum funestam poni, ne quisquam pontifex per ignorantiam pollueretur ingressus. hinc Horatius nec te praeter invisam cupressum ulla brevem dominum sequetur. 'atra' autem, quod atratos lares significet. ATRA CVPRESSO *fabula [autem] de cupresso talis est: cum haberet in deliciis Cyparissus puer cervum et ipse ab Apolline diligeretur, inprudens cervum suum iaculo occidit, cumque dum luget neglecta consolatione Apollinis, dolore consumptus est: cuius ut exstaret memoria, in luctuosam arborem, id est cupressum, mutatus est, quae defunctis adhibetur.*

---

4 Cato] orig. lib. VII fragm. 9 ap. Iord. 115 ap. Peterum ‖ 12 Horatius] carm. II 14, 22 ‖ 14 fabula de cupresso talis est e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 460 et mythogr. II 177

---

lae'. idem sat. V (151) 'indulge genio, carpamus dulcia! nostrum est quod vivis; cinis et manes et fabula fies'. quandoque manes dicuntur poenae, ut in VI (743) 'quisque suos patimur manes'. *add. Masvicius primus* ‖ nocturnas *F, corr. Commelinus* ‖ esse] dicunt esse *Masvicius primus* ‖ 1 noctu *Daniel:* natu *F* 3 MAESTAE . . . lugentem *post* potuisset *collocavit Daniel* ‖ *ad vers.* 64 *haec duo scholia in marg. T adscripta sunt* Nigris uittis coronabantur arae in sepultura mortuorum et cupressus adhibebatur. quae incisa non repullulat. In acerbo funere solebant ueteres purpuream uestem deponere et induere caeruleam id est nigram. ergo quia istud acerbum erat funus ideo stabant maestae ipsae arae ceruleis uittis. ‖ CAERVLES VITIS *F* ‖ Cato . . . lugerent *hab. Ambros.* ‖ purpura *F* ‖ 6 aceruo *F* ‖ adhibere *F, corr. Daniel* ‖ 7 aceruum *F* ‖ 10 reuerescit *F* reuirescit *ex* reuirescunt *L* ‖ reuirescit] dicitur autem cyparissus per synaeresin cypressus, deinde conuersione y in u cupressus. est autem arbor procera, caudice oblongo et recto, fronde indecidua, odore vehementi. duo eius sunt genera; nam quae sterilis est femina dicitur. ad metae formam in fastigio convoluta: unde et κωνοειδής peculiari epitheto appellatur. contra mas latius spargit ramos conosque profert nuci pineae non absimiles, licet minores: mira inter arbores fecunditate, quippe quae trifera est fructusque habet et Ianuario et Maio et Septembri maturos, nulli tamen rei utiles, imo potius noxios, quemadmodum et ipsa arbor, cuius etiam umbra noxia creditur. dicta autem est cyparissus, ut Didymo placet, ἀπὸ τοῦ κύειν παρίσους, hoc est ab aequaliter pariendo, quod aequaliter et ramos pariat et fructus. fructus eius a figura coni appellantur: unde ipsa arbor perpetuo epitheto conifera appellatur, ut (*Aen.* III 680) 'aeriae quercus aut coniferae cyparissi'. *Masvicius primus addidit* ‖ 12 hinc Horatius . . . sequetur *om. F* ‖ 13 cumpressum *L* ‖ ullam *L H* (ulla *l*) ‖ sequetur *ex* sequitur *L* ‖ 14 atratos] atros *M E l* ‖ fabula autem . . . adhibetur *lemmate omisso post* revirescit *collocavit Daniel*

65. CRINEM DE MORE aut de more gentis, ut etiam in Aegypto est: aut certe de more plangentium.

66. *INFERIMVS inferias damus, proprie.* TEPIDO LACTE statim mulcto.

CYMBIA pocula in modum cymbae facta.

67. SANGVINIS SACRI *id est* de victimis sumpti. *ideo autem lactis et sanguinis mentio facta est, quia adfirmantur animae lacte et sanguine delectari. Varro quoque dicit mulieres in exsequiis et luctu ideo solitas ora lacerare, ut sanguine ostenso inferis satisfaciant. quare etiam institutum est, ut apud sepulcra et victimae caedantur. apud veteres etiam homines interficiebantur, sed mortuo Iunio Bruto cum multae gentes ad eius funus captivos misissent, nepos illius eos qui missi erant inter se conposuit, et sic pugnaverunt: et quod muneri missi erant, inde munus appellatum. sed quoniam sumptuosum erat et crudele victimas vel homines interficere, sanguinei coloris coepta est vestis mortuis inici, ut et ipse testatur* ⟨VI 221⟩ *purpureasque super vestes velamina nota et* ⟨V 79⟩ *purpureosque iacit flores. alii sanguinis inferendi ad adescandas defunctorum animas illa ratione consuetudinem tradunt, ut id quod amiserunt videantur accipere: sanguis enim velut animae possessio est, unde exsangues mortui dicuntur. nam et Homerus in necromantia non prius facit loqui animas, nisi sanguine gustato. alii lac et sanguinem ab hoc accipiunt, quod una res nutrit, alia nutriatur.*

68. ANIMAMQVE SEPVLCRO CONDIMVS *ergo sicut dictum est* bene animam lacte et sanguine ad tumulum dicit elicitam: lacte namque corpus nutritur post animae coniunctionem, et anima sine sanguine numquam est, quo effuso recedit. legimus praeterea in VI. ⟨325⟩,

5 Cymbia . . . facta] cf. Macrob. Sat. V 21, 9. Isid. or. XX 5, 4. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 212 ‖ 19 sanguis enim . . . dicuntur] Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 212 et Isid. or. XI 1, 123 ‖ 21 Homerus] Od. XI 96 ‖ 22 alii . . . nutriatur] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 199 et 211. Isid. or. XX 2, 34 ‖ 24 bene animam e. q. s.] cf. mythogr. III 6, 26 sqq.

1 de *om. L* ‖ 3 multo *FH* ‖ 5 *ad* cymbia *supra versum haec adscripta sunt in T* procera pocula dicuntur proprie cimbia nauibus similia. quidam poculum ligneum ex edera factum quod dicunt cissubium et inde per sincopam dictum. *cf. Macrob. Sat.* V 21, 7 *sqq.* ‖ cymbae] nauis *supr. vers. add. l* ‖ 6 id est de victimis sumpti . . . iacit flores *in marg. hab. T* ‖ 7 mentio *om. T* 8 Varro . . . iacit flores *hab. Ambros.* ‖ quoque *om. Ambr.* ‖ 9 satisfacerent *T* 10 et *om. Ambr.* ‖ caedentur *Ambr.* ‖ 12 nepos] nexos *Ambr.* ‖ 15 et] uel *Ambr.* homines uel uictimas *T* ‖ 16 et ipse *om Ambr.* ‖ 18 adescendas *F*, *recepi emendationem a Burmanno commemoratam.* satisfaciendas *vel* assistentes *Barthius ad Stat. Theb.* V 315 adolescendas *Gerh. Vossius* inescandas *vel* eliciendas *Burmannus* ‖ 19 amisserunt *F* ‖ 20 exsangues *Masvicius:* et sanguines *F* exsanguines *Daniel et Commelinus* ‖ 21 nethromantia *F* ‖ 24 ergo *scripsi:* ego *F* 25 animae *H* ‖ 26 corporis *F*

insepultorum animas vagas esse: [*ergo vagantem circum sepulcrum significat*] et hunc constat non legitime sepultum fuisse. rite ergo reddita legitima sepultura, redit anima ad quietem sepulcri, quam Stoici herciscundi, id est medium secuti, tam diu durare dicunt, quam diu durat et corpus: unde Aegyptii, periti sapientia, condita diutius reservant cadavera, scilicet ut anima multo tempore perduret et corpori sit obnoxia, nec cito ad alios transeat. Romani contra faciebant, comburentes cadavera, ut statim anima in generalitatem, id est in suam naturam rediret. dicit ergo nunc sacrificiis quibusdam elicitam animam et sepulcro conditam obnoxiamque factam corpori, quod ante horrebat, quasi per vim extorta. ideo autem Stoicos medium sequi diximus, quia Plato perpetuam dicit animam et ad diversa corpora transitum facere statim pro meritis vitae prioris. Pythagoras vero non *μετεμψύχωσιν*, sed *παλιγγενεσίαν* esse dicit, hoc est redire, sed post tempus. SVPREMVM non est nomen, sed adverbium, ut ⟨VII 399⟩ torvum clamat. CIEMVS autem est hoc loco: dicimus more sollemni, *id est tertio* 'vale, nos te ordine quo natura permiserit cuncti sequemur'. *quidam dicunt eorum mortuorum nomina ter vocari, qui in aliena terra dimittuntur, ut in VI. ⟨506⟩ et magna manes ter voce vocavi.*

69. (*VBI PRIMA*) *FIDES PELAGO hoc est, ubi fidem pelago habere coepimus, nos tuto navigaturos.* FIDES PELAGO quia alibi ait ⟨V 851⟩ totiens deceptus fraude sereni.

70. LENIS CREPITANS AVSTER duo epitheta posuit vitiose, ut diximus supra ⟨II 392⟩: fecit autem hoc prope in decem versibus. 'auster' autem quivis ventus: *nam ad Thraciam aquilone navigatur.*

---

3 quam *ex* quem *L* ‖ histoici *F* ‖ 4 herciscundi id est medium secuti *F*: dicunt aere secundā id est *L* id. ē. secundum medium secuti *H* medium sequentes *ME* (at secuti *superscr. me*) id est divisi medium sequentes *mythogr.* ἡμισεύοντες id est medium secuti *Ryckius* terris condi id est medium secuti *Masvicius et Burmannus* ‖ 4 quam diu] quam qui *F* ‖ sapientiae *F* in sapientia *mythogr.* ‖ incondita *L* ‖ 6 reseruande *H* reseruantes *ME* ‖ 7 aliud *F* ‖ 9 recurret *M* (recurreret *m*, at rediret *addens*) at recurreret *superscr. e* ‖ 11 [h]orrebat *L. fortasse* errabat ‖ 13 diversa] uersa *H* ‖ 14 phitagoras *LH* pitagoras *M* non METEMHICYCKICĪ (PCICOSIN *l*) sed palingenecyax esse dicitur *L*, *om. H* non metempsicon (metempsicosin *m*) sed palangenesia esse dicit *M* ‖ 16 est *delevit l* ‖ 17 hoc loco quod dicimus *F* ‖ solempni *F* solemni *L* ‖ vale] uolla *F* ‖ nos te] Nosti *H* ‖ 18 sequimur *LH* ‖ 19 ut] aut *F* ‖ 20 *ad* prima fides *supra versum haec adscripta in T* postquam data est nobis fiducia in pelago siue postquam coepimus habere fidem in pelago nos tuto nauigaturos. ‖ 22 FIDES PELAGO quia . . . sereni *om. F* ‖ ait *om. L* ‖ 23 serenus *H* ‖ 23 uitiosa *H* ‖ 25 prope] inproprie *F* inproprie prope *Stephanus* ‖ 26 quiuis ventus *FH*: quouis uento *L* pro quouis uento *MEl* ‖ ventus] quomodo auster ex Thracia, cum lenis sit? soluitur: 'auster' pro quolibet uento accipimus *Lione teste add. Guelferb. I* trachia *F*, *corr. Daniel*

*'lenis' autem ideo quia superius* ⟨8⟩ *ait vix prima inceperat aestas. et lenes venti per aestatem sunt.*

71. *DEDVCVNT proprie, ut e contrario 'subducunt'.*

72. TERRAEQVE VRBESQVE RECEDVNT physicam rem dixit: ita enim navigantibus videtur, quasi ab his terra discedat.

73. SACRA MARI COLITVR MEDIO ordo est: in mari medio Aegaeo colitur tellus sacra, Neptuno et Nereidum matri, id est Doridi gratissima. fabula *autem* talis est: post vitiatam Latonam Iuppiter cum etiam eius sororem Asterien vitiare vellet, illa optavit a diis, ut in avem converteretur: versaque in coturnicem est. et cum vellet mare transfretare, quod est coturnicum, adflata a Iove et in lapidem conversa, diu sub fluctibus latuit. postea supplicante Iovi Latona, levata superferri aquis coepit. haec primo Neptuno et Doridi fuit consecrata. postea cum Iuno gravidam Pythone inmisso Latonam persequeretur, terris omnibus expulsa *Latona*, tandem aliquando adplicante se litoribus sorore suscepta est, et illic Dianam primo, post Apollinem peperit. qui statim occiso Pythone ultus est matris iniuriam. sane nata Diana parturienti Apollinem matri dicitur praebuisse obstetricis officium: unde cum Diana sit virgo, tamen a parturientibus invocatur. haec namque est Diana, Iuno, Proserpina. nata igitur duo numina terram sibi natalem errare non passa sunt, sed eam duabus insulis religaverunt. veritas vero longe alia est. nam haec insula cum terrae motu laboraret, qui fit sub terris latentibus ventis, sicut Lucanus ⟨III 460⟩ quaerentem erumpere ventum credidit, oraculo Apollinis terrae motu caruit. nam praecepit, ne illic mortuus sepeliretur, *ut in Vulcano*, et iussit quaedam sacrificia fieri. postea e Mycono Gyaroque vicinis insulis populi venerunt, qui eam tenerent; quod etiam

---

3 Deducunt . . . subducunt] cf. Isid. diff. verb. 156 ‖ 8 post vitiatam Latonam e. q. s] exscr. mythogr. I 37, II 17, III 8, 3. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 796, V 533, Ach. I 206, 388

---

4 dicit *LE* ‖ 5 discedat. item aliter iuno cum uidisset . . . altissimis montibus *F*, *qui error ea re excusatur quod* TERRAEQVE . . . altissimis montibus *in dextro*, *Serviana ad* 'sacra mari colitur medio' *in sinistro margine scripta sunt* ‖ 7 egeo *LH* aegeo *M* ‖ 8 Latonam *om. F* ‖ 9 astarien *H* ‖ uitiari *F* ‖ ipsa *M* (t illa *superscr. m* ‖ 10 dis *LH* (diis *l*) ‖ 11 maria *FM* ‖ adflata est *F* 13 latone *LH* (latona *l*) ‖ eleuata *FME* ‖ Neptuno *om. F* ‖ 14 phitone *LH* 15 insequeretur *F* ‖ expulsam *ME* ‖ 16 applicando *Masvicius* ‖ a sorore *MEl Masvicius* ‖ 17 peperit . . . Apollinem *om. F* ‖ phitone *L* phetone *H* phythone *M* ‖ 20 haec namque Iuno Diana Proserpina *mythogr. I* haec namque est Diana Luna Proserpina *mythogr. II* ‖ 21 naturalem *F* ‖ 22 in duabus *L* ‖ insulis] insingulis *H* ‖ 24 labentibus *mythogr. III* ‖ sicut . . . credidit] quaerentibus erumpere, sicut Lucanus credidit *mythogr. II* ‖ 25 credidit] petito *MEl* ‖ 27 micono *LH* myconoe *ME* micone *l* ‖ 28 tenuerunt *F* ‖ quod etiam . . . qui est Apollo *om. F*

Vergilius latenter ostendit. quod autem diximus Dianam primo natam, rationis est: nam constat, primam noctem fuisse, cuius instrumentum est luna, id est Diana; post diem, quem sol efficit, qui est Apollo. ut autem Delos primo Ortygia diceretur, factum est a coturnice, quae graece ὄρτυξ vocatur. Delos autem, quia diu latuit et post apparuit: nam δῆλον Graeci manifestum dicunt: vel quod verius est, quia cum ubique Apollinis responsa obscura sint, manifesta illic dantur oracula. Delos autem et civitas dicitur et insula: unde interdum recipit praepositionem. **item aliter: Iuno cum vidisset Latonam a Iove adamatam, iuravit eam non parituram in terris. Iuppiter mutavit eam in coturnicem, quae Graece* ὄρτυξ *appellatur, et monstravit ut veniret Delon, quae illis temporibus circa omnia litora ferebatur ventis. post partum vero Latonae, quo Dianam et Apollinem peperit, Ortygia dicta est quae ante Delos nominabatur, et postea Delos, cum eam Apollo revinxisset Gyaro et Mycono, altissimis montibus.** *SACRA MARI et reliqua. sane sacrum dicitur quod rite sacratur deo, ut aedes, arae, simulacra, dona. hic igitur aedium sacrarum etsi non aperte, attamen eiusdem ritus meminit, cum de insula loqueretur, in qua praeterquam ut 'sacra' dixerat, id est sacrata, gratiam quoque posuit non solum Doridi matri Nereidum, quae traduntur deae maris, sed Neptuno etiam addidit, dominatori videlicet omnium in mari deorum.* TELLVS *maior dignitas est 'tellus', quam si dixisset insula.*

74. NEREIDVM MATRI *Doridi, quinquaginta nympharum matri, coniugi Nerei.* NEPTVNO AEGEO *quia in Aegeo mari haec insula posita est. sane inter Hellespontum et Adriaticum mare omne illud mare Aegeum appellatur, quod nomen a patre Thesei Aegeo traxit. cum enim in labyrintho Minotaurus esset inclusus et quotannis ex nobilitate Atheniensium septem pueri vel puellae ad vescendum Minotauro mitterentur, tandem dolor Theseum subiit. profectus itaque est ad Mino-*

---

8 Delos autem . . . dicitur et insula] exscr. Isid. orig. XIV 6, 21

---

2 nam noctem primam constat fuisse *M* ‖ 5 ορτυξ *L:* orox *F*, *om. H*, ortyx *M* ortix *E* ‖ dicitur *F* ‖ 6 postea *ME* ‖ delon *LHME* ‖ 8 et *om. F* 9 unde . . . praepositionem *om. F* ‖ recipit interdum *M* ‖ 10 latinam *F* 11 ortix *F* ‖ 13 partum *Commelinus:* quartum *F* ‖ 13 quo] quae *Barthius ad Stat. Theb.* IV 796 ‖ 14 ante Delos] ante Cynthus *Barthius l. l.* ‖ 15 micono *F* 17 sacrarum *Masvicius:* sacrum *F* ‖ 18 adtamen *F* ‖ 20 Doridi *Daniel:* dori *F* ‖ 21 dominatori *Daniel:* dominatore *F* ‖ in mari *Daniel:* mare *F* ‖ 24 *ad v. 74 haec adscripta sunt in T* In aegeo mari est haec insula tenedos. et totum illud mare quod est inter hellespontum et adriaticum aegeum appellatur. et inter chium et tenedum insulas est hoc saxum in ipso mari aegeo quod a longe aspicientibus uidetur caprae similitudinem praetendere, et inde aegeum, quia ega dicitur capra graece. ‖ 25 ellespontum *F* ‖ 26 aegreum *F* ‖ aegreo *F* Aegeo rege Atheniensium traxit, qui in mare se praecipitavit sperans mortem filii *Daniel* ‖ 27 quodannis *F* ‖ 29 thesiom *F* ‖ utaque *F*

*taurum perimendum placuitque cum patre, ut (si) illud monstrum vicisset, vela candida navibus daret, si forte a Minotauro fuisset oppressus, navigium cum atris velis rediret. sed cum extinxisset Minotaurum, oblitus non cum candidis, sed cum nigris velis reverti coepit, et patri in specula constituto triste sui interitus signum dedit; qui extinctum filium credens se praecipitavit in mare, unde Aegeum pelagus appellatum est.*

75. PIVS ARQVITENENS *bene 'pius', aut* qui ultus est matrem *de Tityo, de Niobe, de Pythone: aut quia patriam stabilivit errantem. legitur et 'prius'.*

76. *MYCONO GYAROQVE REVINXIT quidam per historiam dictum putant; nam inter Myconum et Gyarum Syrum, unam de cycladibus esse dicunt, unde fuit Pherecydes philosophus. alii nullum auctorem alium esse adserunt, qui Delon ab Apolline religatam dicat: constat enim eam ante evagatam propter Latonae partum restitisse. *alii hanc insulam inter Myconum et Gyarum humilem esse dicunt, ut his quasi vinculis contineatur.* 'revinxit' autem [putant] num retraxit?*

78. COLI DEDIT a vicinis scilicet populis. VENTOS CONTEMNERE propter terrae motum.

79. APOLLINIS VRBEM Delon: et est definitio.

80. *REX ANIVS Anius [autem], rex Deli, Apollinis sacerdos, cum trium filiarum esset parens, ne unius tantum dei esset tutus auxilio, filias numini Liberi patris devovit, qui parem ei gratiam reddens effecit, ut quidquid una attigisset verteretur in fruges, altera in vinum, tertia in oleum. id cum comperisset Agamemnon, dux Argivorum, cum mille navibus oppugnaturus iret Troiam, misit qui eas accersirent, ut posset alere Graeciae exercitum. quae cum vinctae tenerentur invocaverunt Liberum patrem, quas deus in columbas vertit et ita vincula fecit effugere: unde hodieque Deli columbas violare nefas est. hunc tamen Anium Palaefatus etiam propinquum tradit Anchisae. alii dicunt*

---

21 Anius autem e. q. s.] cf. Tzetz. ad Lycophr. Cass. 570

---

1 placuitque] pepigitque *Masvicius* ‖ si *addidit Daniel* ‖ 8 ARCITENENS *ME*, ARQVITENENS] Apollo est *addidit Daniel*, Apollinem dicit *Lion* ‖ 9 Tityo *Heinsius ap. Burmannum:* titycone *F* Typhaone *Masvicius* ‖ pitone *F* ‖ 12 micoñ et gyañ *F* ‖ Syrum *Daniel:* sacrum *F* Scyrum *Masvicius primus* ‖ 13 ferecides phylosophos *F* ‖ nullam *F* ‖ 14 adseruiunt *F* ‖ 15 evagatam *scripsi:* euagate et *F* evagare et *Daniel primus* ‖ alii . . . contineatur *huc transposuit Daniel, post* retraxit *habet F* ‖ 17 putant *seclusi* ‖ 18 ET CONTEMPNERE VENTOS *M* ‖ CONTEMPNERE *FH* ‖ 20 et *om. ME* ‖ difinitio *LH* ‖ definitio] eiusdem nominis et urbs et insula Delos dicitur *addidit Daniel* ‖ 22 tutus *Gerh. Vossius:* totas *F* ‖ 23 filias *Gerh. Vossius:* filia *F* ‖ numine *F* ‖ 24 adtigisset *F* ‖ 26 obpugnaturus *F* ‖ accerserent *Masvicius* ‖ 28 deus] ille *Daniel primus* ‖ 30 Palefatus anium propinquum tradit anchisae *Ambros.*

*huius Anii filiam occulte ab Aenea stupratam edidisse filium nomine †an.* REX ET SACERDOS *hic Anius Apollinis filius et sacerdos fuit, qui habuit filium Andron nomine, unde Andros insula appellata est. aut quem Anchises ante Troicam bellum consultum venerat, an Salaminam peteret comes Priamo: unde et agnoscitur.* REX ET SACERDOS maiorum enim haec erat consuetudo, ut rex esset etiam sacerdos, vel pontifex: unde hodieque imperatores pontifices dicimus.

81. VITTIS ET LAVRO vittae sacerdotis sunt, laurus vero etiam imperatoris victoris.

82. ANCHISEN AMICVM κατὰ τὸ σιωπώμενον intellegimus: nam quomodo fuerint amici, palam *poeta* non dicit.

83. HOSPITIO *licet Probus quaerat, quid sit 'iungimus hospitio dextras', tamen* septimus casus est, id est iure hospitalitatis: nam 'ad hospitium' non potest intellegi, quia iam amicus fuit. *aut sicut quidam tradunt 'iungimus dextras et hospitio tecta subimus.'*

84. *TEMPLA DEI et reliqua. hoc iuxta augurii genus quod statirum dicitur retulit, in quo consideratur, quo in loco auguria peragi debeant: nam ideo ait 'templa dei' et reliqua, et subiunxit 'quove ire iubes' et exinde 'da pater augurium'. sane quaeritur, cur saxum vetustum dixerit. sed traditur a plurimis, inter quos etiam Epaphus, vir peritissimus, refert, Delphis quodam tempore evenisse, ut templum religiosum ante et intactum spoliatum incensumque sit, ac post multas Corinthii urbes insulasque proximas terrae motu haustas, Delon neque antea, neque postea hoc incommodo vexatam, sicut Thucydides. quod etiam Cicero in practura Verrinarum ita ait* t a n t a q u e v i s h u i u s r e l i g i o n i s e s t e t s e m p e r f u i t, u t n e P e r s a e q u i d e m c u m b e l l u m t o t i G r a e c i a e, d i i s h o m i n i b u s q u e i n d i x i s s e n t e t m i l l e n a v i u m c l a s s e m D e l u m a p p u l i s s e n t, q u i c q u a m c o n a r e n t u r

5 maiorum enim . . . dicimus] exscr. Isid. or. VII 12, 14 ‖ 12 Probus] cf. Steup de Probis p. 107 ‖ 19 sane quaeritur e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 6, 6 sqq. ‖ 24 Thucydides] II 8 ‖ 25 Cicero] in Verr. act. II 1, 18, 48

2 Anium *Masvicius. fortasse* Aenean. *cf. ad vers.* 133. Andron *F. Schoellius* nomine Andron *ut ex sequenti scholio temere adscita secludens.* ‖ filius] rex Deli *addidit Daniel* ‖ 4 bellium *F* ‖ 5 agnoscitur. sane maiorum haec erat consuetudo *e. q. s. F* ‖ 7 hinde *F* ‖ dicimus pontifices *F* ‖ 9 uictoris imperatoris *F* 10 intellegendum *M E* ‖ 11 fuerunt *M* ‖ 12 quaerit *F*, *correxit Masvicius* ‖ 13 casus septimus *F* ‖ 14 potuit *L* (potest *l*) ‖ fuerat *L* ‖ 16 TEMPLA DEI . . . da pater augurium *hab. Ambros.* ‖ 17 consideratur *Ambros.*: considerantur *F* 18 subiuncxit *F* ‖ 19 saxum *Daniel:* famam *F* ‖ 21 dephis *F* ‖ relegiosum *F* ‖ 22 multos corynthii *F* ‖ 23 insulasque proximas *Masvicius* (*cf. Macrob.*): singulosque proximos *F* singulasque proximas *Commelinus* ‖ 24 Thucydides *Dorvillius* (*cf. Macrob.*): thutrodes *F* Tuthrodes *vulgo* ‖ 25 tantaque eius auctoritas religionis et est et semper fuit *Ciceronis libri* ‖ 27 toti Graeciae *Masvicius e Cicerone:* totae asiae *F* ‖ 28 ad Delum *Ciceronis libri*

*aut violare aut attingere. non mirum ergo, si aut ad (sua) tempora poeta respondit, aut ad pristina, utpote quod religio numquam omnino vexata illo suo antiquo et vetusto saxo colebatur. vel 'vetusto' religioso. et quod 'venerabar' ait, ostendit se precatum.*

85. *DA PROPRIAM 'da' dic, indica; Apollo enim non dandi, sed dicendi habet potestatem. quaeritur etiam cur Aeneas cum Delum venisset, nullis prius hostiis caesis statim a precibus coeperit: quia tradunt multi, inter quos et Varro, esse aras tam Apollinis. quam filii eius non tantum Deli, sed in plurimis locis, apud quas hostiae non caedantur, sed consuetudo sit deum solemni tantum prece venerari. quod autem ait Neptuno et Apollini tauris postea sacrificatum, [et] apud alias aras hoc factum accipi oportet.* PROPRIAM perpetuam, *stabilem, firmam,* ut ⟨I 73⟩ propriamque dicabo. et bene post experimentum male conditae civitatis perpetuas postulat sedes. THYMBRAEE Thymbraeus Apollo dicitur a loco Troiae, id est agro vicino, pleno thymbra, *quae saturcia dicitur. et bene Deli positus Thymbraeum appellat quem in Troia adsueverat colere in agro,* in quo eius et nemus est et templum, ubi a Paride Achilles occisus est: unde fingitur manu Apollinis vulneratus. ergo Thymbraeus, ut Delius; nam numina a locis frequenter nomen accipiunt: *alii Thymbram locum in Delo consecratum Apollini tradunt.* sane quia Graece θύμβρη facit, in derivatione η in diphthongon mutat, ut *Αἴτνη* Aetnaeus, *Δίρκη* Dircaeus. DOMVM familiam, ut ⟨V 121⟩ domus tenet a quo Sergia nomen.

86. MANSVRAM VRBEM duo petit, et urbem et perpetuitatem. 'mansuram' *autem* ideo: vel propter Troiam, vel propter eam, quam

---

5 da dic] cf. comm. Luc. VI 774 || 6 quaeritur etiam . . . factum accipi oportet] cf. Macrob. Sat. III 6, 1 sqq. || 12 Propriam perpetuam] cf. Don. ad Ter. Andr. IV 3, 1 || 15 Thymbraeus Apollo dicitur e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 643

---

1 adtingere *F* || non mirum ergo] *scil. quod dixit 'templa dei saxo structa vetusto'* || ad *Daniel:* a *F* || sua *addidit Burmannus* || 2 respondit] respexit *Burmannus* || 3 *fortasse* in illo || 8 Varro ait esse aras tam Apollinis quam filii eius non tantum Deli sed in plurimis locis ubi hostia non cadantur sed consuetudo sit. Deum solem puritatem prece uenerari. at solam puritatem *Ambros.* || 10 sollemni tantum prece *Commelinus* (*cf. Macrob.*): sollempnitatum prece *F* sollemnitate precum *vulgo* || 11 et *seclusit Daniel* || 13 ut propriamque dicabo *om. F* || 15 a loco . . . vicino] ab agro Troiae vicino *vulgo* || id est agro *om. M* (*supr. vers. add. m*) || 16 plena *M* (*corr. m*) || thymbra] p. n. herbae *superscr. m* 21 sane . . . Dircaeus *om. F* || 22 θύμβρη] tībrē *L* tymbrae *H* thymbre *M* η in *M:* n̄ *L* non *H* enim *E* (n *supersr. e*) || dipton *L* diptongon *HI* dipthongon *M* || eethne ethneus dirce dirceus *L* etnae etnaeus. dircae dirceus *H* aetne aetneus dirce dirceus *M* || 24 teneat *FME* || a . . . nomen *om. F* || fregia *E* (at sergia *superscr. e*) || 25 VRBEM] perpetuam *add. Daniel* || petit *MEl:* peta *F* ponit *LH* || 26 ideo *om. ME* (*add. e*)

in Thracia condidit. SERVA ALTERA non quia prima servavit, sed quia servare voluit, ut Homerus dicit.

87. *INMITIS ACHILLI veteres 'Achilli' declinabant.*

88. QVEM SEQVIMVR? quia Cadmus oraculo Apollinis bovem secutus, in Hyanteo Boeotiam condidit. *veteres enim oraculis signa quibus civitatem conderent accipiebant.*

89. DA PATER 'pater' religionis, ut supra ⟨I 699⟩ diximus, nomen est. nam et hominibus datur, ut ⟨II 2⟩ inde toro pater Aeneas, et montibus, ut ⟨XII 703⟩ pater Appenninus, et fluviis ut ⟨VIII 540⟩ Thybri pater, numinibus etiam, ut ⟨V 14⟩ quidve pater Neptune paras, item ⟨II 617⟩ ipse pater Danais animos viresque secundas sufficit, item ⟨VII 327⟩ odit et ipse pater Pluton. AVGVRIVM modo oraculum, sed usurpative. *augurium enim est exquisita deorum voluntas per consultationem avium aut signorum, quod tunc peti debet, cum id quod animo agitamus per augurium a diis volumus impetratum, ut in hoc loco Aeneas, postquam omnia quae volvebat animo petiit, ait 'da pater augurium'. et est species ista augurii quae legum dictio appellatur: legum dictio autem est, cum condicio ipsius augurii certa nuncupatione verborum dicitur, [quali condicione augurium peracturus sit:] quod hic facit exsequendo formas petitionis versibus supra dictis; tunc enim quasi legitimo iure legem adscribit 'da pater augurium' et reliqua.* ANIMIS INLABERE NOSTRIS quia Apollinis responsa semper obscura sunt, vera tamen: unde cum intellegentia oraculum postulat.

90. *TREMERE OMNIA in consequentibus quid sit 'omnia' docuit dicendo 'liminaque laurusque dei'. et hoc augurium iuxta auguralem disciplinam dictum est, quod appellatur tripudium sonivium, id est a*

---

2 ostendit *M* (l dicit *superscr. m*) ‖ 4 QVEM SEQVIMVR] Apollo sedem exulantibus solebat ostendere: nam Phoenix, Cilix, Cadmus, a patre Agenore ad quaerendam sororem missi, et prohibiti, nisi reperta fuisset, domum ne (ne *om. D*) auderent reverti, Apollinis moniti oraculo diversas regiones petierunt, Phoenix Phoeniciam, Cilix Ciliciam, Cadmus Boeotiam (boetiam *D*) Qui Cadmus oraculo bovem secutus est, et ubi bos procubuit, ibi urbem condidit Thebas et Boeotiam (boetiam *D*) nominavit terram *add. D et Guelferb. I* ‖ quia] qui *D* caditius *F* catmus *LH* ‖ 5 Hyanteo *scripsi:* iantheo *F* yanthe *L* yante *H* thyante *ME* ‖ boetiam *F* boeetiam *L* boaetiam *ME* ‖ 9 apenninus *LH* fluminibus *F* ‖ 13 AVGVRIVM modo oraculum . . . da pater augurium et reliqua *hab. T* ‖ 14 augurium est exquisita . . . da pater augurium *hab. Ambros.* dei *Ambros.* ‖ consultationem *T:* consolationem *F et Ambros.* (atr. consultoẽm *in marg. Ambr. adscriptum*). *cf. ad Aen.* II 702 ‖ 16 a diis per augurium *Ambros.* ‖ in *om. T* ‖ 17 petit *F* ‖ 18 illa *Ambros.* ‖ 19 condicio *T:* condictio *F* conditio *Ambros.* initio *Mommsenus R. Staatsr.* I *p.* 4 *adn.* 1. ‖ verborum nuncupatione *Ambros.* ‖ quali . . . est *del. F. Schoellius* ‖ quali . . . exsequendo *om. Ambros.* ‖ quali *Masvicius:* quale *FT* ‖ 20 conditione *F* ‖ exesequendo *T* exsequens *Daniel* ‖ forma *Ambros.* ‖ 23 Apollinis oracula vel responsa *Masvicius* 26 hoc augurium . . . perciperet *hab. Ambros.* ‖ 27 sonubium *F et Ambros., correxi*

*sono, ad quod pertinet si arbor sponte radicitus cadat, si terra tremat: quod hic Aeneae factum ostendit, antequam voce divina responsa perciperet.* VISA REPENTE Stoicos et Academicos secutus est, qui dicunt ea quae contra naturam sunt, non fieri, sed fieri videri: unde magica ars omnis exclusa est, sicut Plinius Secundus docet in naturali historia.

91. LIMINAQVE 'que' brevis est pro longa posita: quod hac ratione defenditur: aut quia omnia monosyllaba ad artem non pertinent et his licenter uti possumus, aut certe quia omne μόριον, id est particula, quae sui substantiam non habet, membrum putatur superioris orationis: quod si est, 'liminaque' quasi una pars orationis est, et potest 'que' finalitatis ratione vel produci vel corripi. *LAVRVSQVE DEI aut ideo singulariter, quia in Delo insula laurus Apollini consecrata est; aut lucum dicit; aut quia traditur, Latonam duas laurus amplexam Dianam et Apollinem enixam. fabula sane de lauro talis est: Daphne Penei, vel ut alii dicunt Ladonis filia, ab Apolline adamata est. a qua cum precibus et promissis non potuisset Apollo ut secum concumberet impetrare, vim ei adhibere conatus est, cumque eam insequeretur et illa fugiens defecisset lassata, terrae imploravit auxilium. quam terra hiatu facto recepit et pro ea arborem edidit, quae Graece nomen suum retinuit, Latine laurus dicitur. sed Apollo eam etiam mutatam ita dilexit, ut tutelae suae adscriberet efficeretque, ut propter virginitatem servatam semper vireret.* *MOVERI quia opinio est sub adventu deorum moveri templa.*

92. MOVERI MONS Cynthus: unde Cynthius Apollo. CORTINA locus unde oraculum datur. dicitur autem cortina, vel quod Apollinis tripos corio Pythonis tectus est, vel quod certa illinc responsa funduntur, quasi certina, vel, quod est verius, quia cor illic vatis tenetur: nam caverna quaedam in templo Apollinis fuit, ad quam Phoebas rapta vaticinabatur, ut Lucanus ⟨V 159⟩ ostendit. *alii cortinam quasi ortinam tradunt, quod inde vox oriatur.* *RECLVSIS nunc apertis: alias denuo clusis.*

---

7 que brevis est e. q. s.] cf. Charis. p. 13, 6 K. Prob. d. ult. syll. p. 257, 11 K. Mar. Vict. p. 30, 6 K. ‖ 26 dicitur autem e. q. s.] exscr. mythogr III 8, 5 Apollinis tripos . . . tectus est] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 509 ‖ 28 quia cor illic vatis tenetur] cf. Varro d. l. l. VII 48

---

1 radicitus *Ambros.:* radicibus *F* ‖ 4 fieri *ante* videri *om. F* ‖ 5 ars] a Romanis *supr. vers. add. l, recepit Masvicius* ‖ exclusa omnis *F* ‖ narali *F* ‖ 6 historia] quocirca et Dido inducitur dicens (IV 493) 'magicas invitam accingier artes' *add. D* ‖ 7 quod *L:* quae *reliqui* ‖ 9 morion *libri* ‖ 10 sui substantiam] i. e. accentum *supersr. m*, i. e. suum accentum *e* ‖ 14 lucum *Daniel:* locum *F* ‖ 22 tutelae suae *om. Daniel* ‖ 27 tripes *Mc* tripus *Masvicius et Burmannus* 29 tenditur *ME* (tenetur *m*) ‖ quaedam] quidem *F* ‖ 30 ostendit in V *ME*

93. SVMMISSI inclinati. *utrum corpore an animo? an (quia) supplices rogamus? an, quod verum est, inclinati?* et sciendum pro qualitate numinum orantes interdum ima, interdum summa respicere; nam potestates aliae caelestes sunt, aliae terrenae, aliae permixtae: unde nunc Apollinem deprecantes, terram petunt. ipse est enim et Sol et Liber pater, qui inferos petiit, ut Horatius te vidit insons Cerberus. bene ergo terram petunt, unde ad eos responsa perveniunt, et quia Apollo etiam inferis notus est.

94. DARDANIDAE ut diximus, obscura quidem, sed vera sunt omnia: nam dicendo 'Dardanidae' ostendit Italiam, unde Dardanus fuit. quod si Cretam significaret, Teucriadae diceret. DVRI vel futurum ostendit laborem: vel eorum arguit insipientiam, *qui intellecturi non fuerant.* STIRPE *hoc verbo Troianis factus est error. sane* 'stirps' genere feminino originem significat, ut ⟨VII 293⟩ heu stirpem invisam, masculino arborem, ut ⟨XII 770⟩ sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum. sed Horatius contra regulam nititur, ut stirpesque raptas et pecus et domos.

95. PRIMA TELLVS Italia, unde Dardanus venit; Teucer enim de Creta post venit. VBERE LAETO quod est Italiae proprium, ut alibi ⟨I 531⟩ atque ubere glebae.

96. MATREM id est terram. tractum autem est de historia: nam Brutus et filii Tarquinii cum oraculum Delphici Apollinis peterent, responsum est eius imperium fore, qui primus matrem reversus oscularetur; quod solus Brutus agnoscens, de navi egressus simulans casum osculatus est terram: unde et potitus imperio est. EXQVIRITE hoc dicendo ostendit difficultatem.

97. *HIC pro illic.* DOMVS AENEAE ad illud respicit 'da propriam Thymbraee domum'.

98. NATI NATORVM propter illud 'et mansuram urbem'. nam oraculum semper ad petita respondet. sane hic versus Homeri est, quem et ipse de Orpheo sustulit, item Orpheus de oraculo Apollinis

6 Horatius] carm. II 19, 29 ‖ 9 ut diximus e. q. s.] cf. Macrob. comm. in somn. Scip. I 7, 8 ‖ 14 stirps genere feminino e. q. s.] cf. Prob. de nom. exc. p. 210, 23 sqq. K. ‖ 16 Horatius] carm. III 29, 37 ‖ 30 sane hic versus Homeri est] cf. Macrob. Sat. V 3, 8

1 inclinati *om. F* ‖ quia *addidit Daniel* ‖ 6 petit *FME* ‖ insons *Fm*: insomnis *LHM* in somnis *E* ‖ 8 motus *F* ‖ 11 teucridae *F* tuncriadae *H* 13 error *scripsi:* terror *F* ‖ 16 sed *om. FM* ‖ 17 domus *FLM* ‖ 21 id est terram] matrem autem terram apollo significat *F* ‖ est autem *L* ‖ 25 est imperio *L* imperii est *HME* ‖ 26 hoc dicendo] dicens exquirite *F* ‖ 27 ad *om. FE* ‖ 30 oraculua *E* ‖ respondit *FHE* (respondent *e*) ‖ 31 de Orpheo *ME:* orpheos *F* orpheo *LH*

Hyperborei. mire autem sequenti versu hoc ostendit dicendo 'haec Phoebus'.

99. TVMVLTV quia dixit 'exquirite'.

100. LAETITIA propter promissam imperii aeternitatem. *LAETITIA*] *finis enim auspicii in demonstratione conprehensus dedit petentibus laetitiae optandam gratulationem.*

101. *VOCET aut revocet, aut hortetur et moneat.*

102. MONVMENTA VIRORVM historias.

103. SPES DISCITE VESTRAS aut quasi senex loquitur: aut quia, ut supra ⟨II 687⟩ diximus, scit se esse moriturum; *ubique enim sciens futurorum inducitur.*

104. CRETA Dardanus Iovis filius et Electrae, profectus de Corytho, civitate Tusciae, primus venit ad Troiam et illic parva aedificia collocavit. post cuius obitum Teucer venit ex Creta et invenit Dardani socios habitantes in vallibus. qui constituit arces et moenia. modo ergo errat Anchises, nec respiciens adventum Dardani oraculum Cretam significare argumentatur ex his quae solent ab advenis fieri. Ida, inquit, illic est, quae et in Troia ad similitudinem dicta, ut ⟨497⟩ effigiem Xanthi Troiamque videtis, quam vestrae fecere manus, item sacrorum similitudo, quae apud maiores nefas erat perire: unde Aeneas in XII. ⟨192⟩ sacra deosque dabo, socer arma Latinus habeto. IOVIS MAGNI quia illic dicitur esse nutritus: quod, ut Sallustius dicit, ideo fingitur, quia primos Cretenses constat invenisse religionem. sane nati Iovis fabula haec est: Saturnus postquam a Themide oraculo comperit, a filio se posse regno depelli, natos ex Rhea uxore *filios* devorabat. quae natum Iovem, pulchritudine *eius* delectata, nymphis commendavit in monte Cretae Dictaeo, ubi eum aluerunt apes. *pro quo involutum lapidem gluttiendum Saturno dedit. quem cum Saturnus, fraude cognita, vehementius quaereret,* et adhibiti sunt Curetes et Corybantes, qui tinnitu aeris, *id est lusus excogitato genere, ut cum clipeis aereis inter se con-*

---

12 Dardanus Iovis filius e. q. s.] cf. mythogr. I 135, II 192 || 23 Sallustius] hist. fragm. III 63 Kr. || 24 sane nati Iovis e. q. s.] exscr. mythogr. I 104 II 1 et 16. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 387

---

1 yperborei *FLHE* || hoc *F:* hec *L* haec *H* haec uera *ME* || 2 Phoebus] graecus vero versus hic est (*Il.* XX 308) *καί παίδων παῖδες τοί κεν μετόπισθε γένωνται add. D* || 4 propter] uero propter *ME* || 7 *supra* VOCET *haec scripta sunt in T* aut reuocet aut hortetur aut etiam moneat. || 12 corito *LM* corytho *H* coritho *E* || 17 significare credit. argumentatur *Stephanus et Daniel* significare credit et argumentatur *Fabricius* significare credidit et argumentatur *Lion* || 18 Ida . . . Latinus habeto *om. F. cf. ad v.* 105 || 23 primos *FME:* primo *LH* || 25 a] e *F* || themidea *LH* || a filio suo *L* || 28 pro quod *F*, *corr. Daniel* || 30 et] ei *Masvicius* || 31 aereis *Commelinus:* aeris *F*

*currerent et* prohiberent audiri pueri vagitum: unde ipsi sunt matris deum ministri. *sed non nulli eosdem Curetes et Corybantes dicunt.* ut autem fingatur Saturnus filios suos comesse, ratio haec est, quia dicitur deus esse aeternitatis et saeculorum. saecula autem annos ex se natos in se revolvunt: unde Graece Κρόνος quasi χρόνος. id est tempus, dicitur. MEDIO PONTO potest quidem intellegi secundum Sallustium, longe a continenti. sed altior est hoc loco poetae intuitus: nam apud chorographos legimus, quae insula in quo sit mari, ut Sardinia in Africo, Delos in Aegeo, et de aliis *omnibus.* de Creta omnes dubitant in quo sit mari; nam parte Libycum, parte Aegyptium, parte Achaicum, parte Ionium respicit. ergo 'medio ponto', ac si dici possit 'medio pontorum', quod Latinitas non recipit.

105. MONS IDAEVS VBI Idaeus derivativum est pro principali: et est Ἴδη Idaeus, ut *Αἴτνη* Aetnaeus. CVNABVLA GENTIS nutrimenta; nam ubi iacent infantes cunae vocantur. et latenter dat gloriam Troianis dicens, eos a diis originem ducere: unde est ⟨VII 219⟩ ab Iove principium generis: ibi enim et de Dardano et de Teucro intellegimus, quasi Iovis cive.

106. VRBES HABITANT non dicit qui, sed intellegimus Cretenses. aut certe 'habitant' pro 'habitantur', ut ⟨II 229⟩ insinuat pavor. et primo quidem centum habuit civitates: unde hecatompolis dicta est: post viginti et quattuor, inde *ut dicitur* duas, Gnoson et Hierapydnam. *quamvis Livius plures a Metello expugnatas dicat.* VBERRIMA REGNA hic decipitur, quia audiit 'ubere laeto'.

107. MAXIMVS VNDE PATER fallitur; nam antiquior est Dardanus. *alii 'maximus' antiquissimus tradunt; per patris autem appellationem maiorum cognationem ostendit.* SI RITE AVDITA RECORDOR bene dubitatione excusat errorem.

3 ut autem e. q. s.] exscr. mythogr. III 1, 8. cf. Isid. or. VIII 11, 31 6 secundum Sallustium] hist. fragm. fragm. III 63 Kr. ‖ 24 Livius] fragm. 25 ap. Hertzium

1 prohibuerint *F* ‖ 3 comedisse *ME* ‖ 4 esse *om. L* ‖ 5 ex se] ex re *H* ΧΗΡΝΟϹ *F* ΚΑΡΟΝΟϹ *L* ΑΡΟΝΟϹ *H* ‖ cronos *F* ‖ 8 chosmographos *L* congraphos *H* ‖ 12 posset *HME* ‖ 13 recepit *L* ‖ 15 ide ideus (us *supr. vers.*) *L* iax..... *H* idae idaeus *ME* ‖ ut] aut *F* ‖ ΑΙΜΗ aemeus *F* ΗΟΝΗ etneus (ethneus *l*) *L* ΗΤΝΝ etnaeus *H* aethne aethneus *M* ‖ aetneus (aemeus)] ida inquid illic est quae et in troia ad similitudinem dicta ut effigiem xanti troiam quae uidetis quam uestrae fecere manus *add. F* ‖ 18 principatum *M* ‖ 19 cive *Fm:* cives *LE* filio *Mc, om. H* ‖ 22 catonpolis *F* hecathopolis *L* etcathopolis *H* ecathopolis *ME* ‖ 23 cnoson *F* noson *LHME* gnoson *l* ‖ 24 gerapidnam *F* garrapidniam *L* (gerrapidniam *l*) ierapidniam *H* hierapydniam *M* hierapidniam *E* Hierapytnam *Hertzius* ‖ libius *F* ‖ 25 quia] qui *F* ‖ audiit *El:* audit *FLHM* ubere laeto *scripsi:* ubere glebae *FM* atque ubere glebae *LHE* ‖ 26 est] dicitur *F* ‖ 29 bene] hi *F*

108. TEVCRVS *de hoc fabula duplex est; nam et de parentibus eius dupliciter traditur. alii enim † cureas et Idae nymphae, alii, inter quos et Trogus, Scamandri filium tradunt. qui Scamander cum Creta frugum inopia laboraret, cum parte tertia populi ad exteras sedes quaerendas profectus est, ab Apolline monitus, ibi eum habiturum sedes, ubi noctu a terrigenis oppugnatus esset. cum ad Phrygiam venisset et castra posuisset, noctu mures arcuum nervos et loramenta armorum adroserunt. Scamander hos interpretatus hostes esse terrigenas, in Idae montis radicibus aedificia collocavit. qui cum adversus Bebrycas finitimos bellum gereret, victor in Xantho flumine lapsus non conparuit, qui post a Cretensibus in honorem regis sui Scamander appellatus est, filioque eius Teucro regnum traditum. qui cives e suo nomine Teucros appellavit, qui post a rege Troo Troiani dicti sunt, et templum Apollini constituit, quem Sminthium appellavit; Cretenses enim murem sminthicem dicunt. alii non Scamandrum, sed Teucrum ipsum sub condicione supradicti oraculi profectum de Creta dicunt, et civitatem et templum condidisse, et sminthos mures vocari a Phrygibus. tradunt praeterea non nulli Dardanum a Teucro in Phrygia inventum filiam suam ei sociasse, et Dardanum populares suos socero cognomines fecisse. quidam Teucrum Dardani filiam uxorem duxisse tradunt, et ideo Teucros appellatos.* RHOETEAS *Rhoeteum promontorium Troados: licet alii 'Rhoetias' legant propter Rhoetiam Sithonis filiam. et* amat Vergilius

---

1 de hoc fabula duplex est e. q. s.] cf. Tzetzes ad Lycophr. Cass. 1304 | 3 Trogus] ad libr. XXIX haec refert Gutschmidius Fleckeiseni ann. suppl. II p. 151 sqq.

---

1 *ad v.* 108 *haec in margine T adscripta sunt* Dardanus et iasius fratres fuerunt iouis et electrae filii. Iasius genuit scamandrum cuius filius fuit teucer scamander cum creta frugum inopia laboraret . . . et sminthos mures appellari a frigibus. ‖ 2 Curetas *Commelinus* Curetis *Masvicius et Burmannus, fortasse recte. cf. Strab.* X p. 480 ‖ Idaeae nymphae *Masvicius et Burmannus* ‖ 4 tertia parte *T* ‖ ad exteras sedes . . . habiturum sedes] profectus est ad exteras sedes quaerendas monitus ab appolline eum habiturum ibi sedes *T* 5 prouectus *F* ‖ 6 esset oppugnatus *T* ‖ obpugnatus *F* ‖ ad] in *T* ‖ frigiam *FT* 7 laboramenta *F* ‖ corroserunt *T* ‖ 8 Scamander *F:* ille *T* ‖ hostes *om. T* ‖ ideae montis *T* ‖ 9 aedificia *F:* castra *T* ‖ qui . . . gereret] et cum bellum gereret aduersus bibricas finitimos *T* ‖ bibrycas *F* ‖ 10 geret *F* ‖ in . . . comparuit] lapsus in xanto flumine nusquam comparuit *T* ‖ santo *F* ‖ 12 qui] quapropter postea *T* ‖ apellauit *F* ‖ 13 qui post] et inde *T* ‖ troiani *T:* troiã *F* ‖ et] *idem T* ‖ 14 constituit apollini *T* ‖ appellant *T* ‖ Cretenses enim] quia cretenses *T* 15 dicunt] uocant *T* ‖ Teucrum] filium eius teucrum *T* ‖ 16 supradicti] praefati *T* ‖ dicunt *om. T* ‖ 17 vocari] appellari *T* ‖ 18 filiam eius sibi sociasse *debuit scribere scholiastes. cf. ad Aen.* I 38 ‖ 19 suos *Daniel:* suo *F. cf. ad Aen.* I 38 ‖ 20 appellatos] Troianos autem a Troo rege *add. Daniel* ‖ 21 ROETEAS *FL* OETHEAS *H* RHOETEAS *M* ‖ Rhoeteum] noeteu *F* ‖ 22 Rhoetias *Ribbeckius adn. crit. ad Aen.* III 108: rotias *F* Retias *Daniel* Rhetias *vulgo* ‖ legunt *F, corr. Masvicius* ‖ Rhoetiam *Ribbeckius:* retiam *F* Rhetiam *vulgo* ‖ Sithonis *Lobeckius Aglaoph.* p. 1142*:* ritonis *F* Rhitonis *vulgo. cf. Tzetzes ad Lycophr.* 183

declinationes Graecas, salva regulae reverentia, in Latinas convertere *ει* Graecam diphthongon in 'e' longum mutans, ut *Αἰνείας* Aeneas, *Μήδεια* Medea, *Ῥοίτειον* Rhoeteum.

109. OPTAVITQVE elegit, ut ⟨I 425⟩ pars optare locum.

110. HABITABANT VALLIBVS IMIS hi sunt qui cum Dardano venerant.

111. *HINC id est de Creta, unde venerat Teucer.* *MATER* CVLTRIX CYBELI '*mater*' *proprie*, '*cultrix*' *autem* '*Cybeli*', *id est* montis Phrygiae, in quo colitur, a quo et Cybele dicta est. alii dicunt Cybelum sacerdotem eius primum fuisse *in Phrygia*, et ab eo Cybelen dictam. non nulli 'cultrix Cybele' legunt, ut sit quasi Cybeleia. alii Cybele ἀπὸ τοῦ κυβιστᾷν τὴν κεφαλὴν, id est a capitis rotatione, quod proprium est eius sacerdotum. CORYBANTIAQVE AERA Corybantes δαίμονες sunt, ministri matris deum; [*quos dicit Corybantes*] quasi δαήμονες, qui totum sciunt. *aerea autem cymbala Corybantibus, Iasionis filiis, quibus vagitum Iovis celaverunt: quos quidam Corybantes dictos ideo tradunt, ἀπὸ τῆς Κόρης; Corybas enim Proserpina, quae Κόρη dicitur Graece, sine patre natus. alii Corybantes ab aere appellatos, quod apud Cyprum mons sit aeris ferax, quem †cypri coriam vocant.*

112. *IDAEVMQVE NEMVS ut ostenderet Idaeum montem, qui sit in Troia, de Cretae Ida cognomen indeptum.* FIDA SILENTIA SACRIS hinc, inquit, inventum est servare sacris fidele silentium.

113. ET IVNCTI CVRRVM DOMINAE SVBIERE LEONES dominas deas dicunt, ut alibi ⟨VI 397⟩ hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. *sane dominam proprie matrem deum dici Varro et*

4 Optavitque . . . locum] cf. Isid. or. IX 3, 41 ‖ 15 quasi δαίμονες qui totum sciunt] cf. Isid. or. VIII 11, 15 ‖ 26 Varro antiqu. rer. div. XVI fragm. 17 ap. Merk. prol. ad Ov. fast. p. 223

1 regulae *om.* *F* ‖ 2 longam *L* ‖ 3 aeneas etneas medeia medea roeteum raeteum *F* aeneias aeneas ΜΑΕΛΕΙΑ̃ medeã ΡΟΙΘΕΟΝ retheum *L* ΑΙΝΕΙΑΣ aeneas ΜΑΙΔΕΙΑΜ medeam ΡΟΙΕΕΟΝ rhethaeum *H* ΑΙΝΕΙΑΣ aeneas ΜΗΔΕΙΑ Medea ΡΗΟΙΤΕΙΟΝ Rhoetaeum *M* ‖ 6 uenerunt *F* ‖ 8 CYBELE *F* ‖ Cybele *F* ‖ 9 et *om.* *F* ‖ 10 cicibellum *H* ‖ fuisse *FEl*, *om.* *LHM* ‖ cybelem *LH* ‖ 11 Cybele] cibele *LM* cybelegeia *F* ‖ 12 Cybele] cibele *F* cybelea *L* cybebe *H* ‖ ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΙΒΙCΤΑΙ ΤΗΝ ΚΕΦΑΛΗΝ *F* ΠΟ ΚΥΒΥCΘ ΤΗ ΚΕΦΑΛΗ *L* ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΥΒΙCΘΑΙ ΤΗΝ ΚΕΦΑΛΗΝ *H* ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΥΒΙCΤΑΙ ΤΝΝ ΚΑΦΑΛΛΝ *M* ‖ a *om.* *F* ‖ 14 δαίμονες] daimones *FHl* demones *LM* ‖ 15 quasi δαήμονες] quasi demones *FLME* daemones quasi daemones *H* ‖ aenea cymbala Corybantibus dedit *Lobeckius Aglaoph.* p. 1140. *fortasse* data *post* cymbala *inserendum.* ‖ 16 Iasionis *Munckerus ad Hygin. fab.* 139: iasonis *F* ‖ 17 apo tes cores *F* ‖ 18 core *F* ‖ 20 Cyprii Curium *Meursius in Cypro* I 27. quod Cyprii Κόρυν vocant *dubitanter coni. F. Schoellius* ‖ 26 adorsi *L* (adorti *l*) ‖ sane dominam . . . mater deum] matrem deum proprie dominam dicit uarro ideo et proserpina domina apellatur a uirgilio eadem quia creditur esse quae et terra *ad* dominae *supr. vers. adscripta in T.* *pro* dominam dicit uarro *scri-*

*ceteri adfirmant: nam et ibi Proserpinam ideo a Vergilio dominam appellatam, quod ipsa terra esse dicatur, sicut et mater deum. sane* fabula talis est. Schoenos civitas est. exinde fuit virgo Atalante, *Schoenei filia,* praepotens cursu, adeo ut, *cum responsum accepisset, se post nuptias, ut quidam volunt, interituram, ut quidam vero, in naturam aliam commutandam,* sponsos provocatos ac victos occideret. postea Hippomenes Venerem ut sibi *in eo certamine* adesset rogavit: a qua cum accepisset de horto Hesperidum tria mala aurea, provocavit puellam ad cursum et *cum se videret posse superari,* singula coepit iacere. tunc Atalante, cupiditate colligendorum malorum retenta, superata est. sed Hippomenes potitus victoria, *cum gratiam Veneri vel oblitus esset, vel neglexisset referre, inpulsu eius* in luco matris deum amoris inpatientia cum victa concubuit. unde irata dea in leones eos convertit et suo currui subiugavit et praecepit, ne secum umquam leones coirent. nam et Plinius in naturali historia dicit leonem cum pardalide *libenter,* et pardum cum leaena concumbere. ideo autem mater deum curru vehi dicitur, quia ipsa est terra, quae pendet in aëre: ideo sustinetur rotis, quia mundus rotatur et volubilis est: ideo ei subiugantur leones, ut ostendatur maternam pietatem totum posse superare: ideo Corybantes eius ministri cum strictis gladiis esse finguntur, ut significetur omnes pro terra sua debere pugnare. quod autem turritam gestat coronam, ostendit superpositas terrae esse civitates, quas insignitas turribus constat. *hanc eandem eram appellari, hoc est dominam tradunt. alii ipsorum leonum dominam a Vergilio dictam arbitrantur.*

114. *DIVVM DVCVNT QVA IVSSA et necessarium posuit et honestum.*

115. GNOSIA REGNA Cretam, a Gnoso civitate eius. *GNOSIA REGNA PETAMVS [et] est argumentum a possibili.*

116. NEC LONGO DISTANT CVRSV a Delo scilicet. *et est argu-*

---

3 fabula talis est e. q. s.] exscr. mythogr. I 39 et II 47 || 15 Plinius] nat. hist. VIII § 41 sqq. || 17 ideo autem e. q. s.] exscr. Isid. orig. VIII 11, 63 sqq. et mythogr. III 2, 3

---

*bendum videtur* dominam dici Varro docet || Varro affirmat dominam proprie matrem Deum dici *Ambros.* || 3 Schoenos] chyros *F* Schyres *LH* (scoenos *l*) scyros *M* sciros *E* || atalantes *F* || 4 Schoenei *Masvicius:* cycinei *F* || 5 interi interituram *F* || 7 ippomenes *FH* ypomenes *L* || 9 ad cursum *F:* in cursum *M* in cursu *E, om. LH* || 11 ippomenes *FLH* || potitur *L* || 13 cum uicta athalante (atlanta *E*) *ME* || 15 plenius *F* || 16 pardalide *LH:* parda *FMEl* || 17 curru] cum ui *F* || 19 reuolubilis *LH mythographi* || subiungantur *FL* || 21 stratis *F* || pro terra] propterea *H* || 23 insignatas *FL* (insignitas *l*) || 26 DICVNT *F* || 27 cretensia a gnoso *F* cretam annoso *L* (a gnoso *l*) croetam a gnoso *H* cretã gnosco *M* (cretica a gnoso *m*) cretam agnosco *E* (cretica a gnoso *e*)

*mentum a facili.* MODO IVPPITER ADSIT aut aër, ac si diceret: tantummodo sit serenum, ut Horatius manet sub Iove frigido venator tenerae coniugis inmemor: aut re vera Iuppiter, qui praeest insulae Cretae, quam petemus: *aut quia ventos prosperos Iuppiter praestat.*

117. *TERTIA LVX hoc quidam iuxta speciem auguralem positum tradunt, quae appellatur condictio, id est denuntiatio, cum denuntiatur ut ante diem tertium quis ad inaugurandum adsit, quod Anchises, post impetrationem augurii et Apollinis responsum suadens in Cretam eundum, ostendit condictionem in tertium diem; addit enim 'modo Iuppiter adsit' et reliqua. haec et pro civitate dicitur.* CRETAEIS quia Κρήτη, ideo Cretaeis, ut Aetnaeis.

118. MERITOS unicuique aptos; ratio enim victimarum fit pro qualitate numinum: nam aut haec immolantur quae obsunt eorum muneribus, ut porcus Cereri, quia obest frugibus, hircus Libero, quia vitibus nocet: aut certe ad similitudinem, ut inferis nigras pecudes, superis albas immolent, *item* tempestati atras, candidas serenitati. *sane hic ostendit dicendo 'meritos' rite Neptuno et Apollini tauros immolari. 'honores' taurum figurate dixit; varietas enim ipsa idem significat.*

119. TAVRVM NEPTVNO propter futuram navigationem. *TAVRVM TIBI* PVLCHER APOLLO propter oraculum datum. *sane hoc loco Vergilius secutus veterum opinionem Neptunum tantum et Apollinem nominavit; dicuntur enim hi dii penates fuisse, quos secum advexit Aeneas: quamvis diversis locis alias opiniones aliorum secutus poeta de diis penatibus diversa dixerit. et quidam 'pulcher Apollo' epitheton datum Apollini reprehendunt; pulchros enim a veteribus exsoletos dictos; nam et apud Lucilium Apollo pulcher dici non vult.*

---

2 Horatius] carm. I 1, 25 || 22 sane hoc loco . . . diversa dixerit] cf. Macrob. Sat. III 4, 6 || 28 apud Lucilium] I fragm. XII ap. Muellerum

---

1 ac] aut *F* || 2 frigida nenerator *F* tenerae . . . inmemor *omittens* 3 inmemor] id est ὑπὸ Διός, hoc est sub divo *add. D* || re vera *om. F* || Iuppiter qui] quia iuppiter *F* || 4 petebant *F* petimus *M E* || 6 hoc quidam . . . pro civitate dicitur *habet Ambros.* || positum tradunt iuxta speciem auguralem *Ambros.* || iux *F* || 8 ancises *F* || 11 haec *F*: hoc *Daniel primus* || quia] quia graece *M E l* || KHNTH *F* KPHTHN *M* creten *E* || 12 aena eis *F* [h]etnaeus *L* aeh[t]ne aetneis *E* || 14 hae *vulgo* || immolatur *F L* (immolantur *l*) || 18 serenitati *ex* serenitate *F* || serenitati] ut infra 'nigram Hiemi pecudem' *add. Fabricius* 19 immolari. honores *omisit*, taurum . . . significat *post* aptos (*lin.* 13) *collocavit Daniel* || figurete *F* || *ad* taurum Neptuno *supr. vers.* Neptuno taurus immolatur sicut vitulus iovi *T* || 23 sequutus *F* || 24 hii *F* || 28 Lucill. Apollo pulcer dici non vult *Ambros.* || aput *F*

120. NIGRAM HIEMI PECVDEM ZEPHYRIS FELICIBVS ALBAM bono usus est ordine, ut prius averteret mala, sic conciliaret optanda: frustra enim profutura poscuntur adversis sequentibus. *NIGRAM HIEMI PECVDEM] nam et Romani veteres diis asperioribus sacrificabant, ne nocerent.*

121. PVLSVM REGNIS CESSISSE PATERNIS non dicit quare. sed talis historia est: Idomeneus *de semine Deucalionis natus*, Cretensium rex, cum post eversam Troiam reverteretur, in tempestate devovit sacrificaturum se de re, quae ei primum occurrisset. contigit, ut filius eius primus occurreret: quem cum, ut alii dicunt, immolasset, ut alii *vero*, immolare voluisset *et post orta esset pestilentia*, a civibus pulsus regno Sallentinum Calabriae promunctorium tenuit, iuxta quod condidit civitatem, ut ⟨400⟩ et Sallentinos obsedit milite campos Lyctius Idomeneus. relatio ergo historiae ad iniciendum Troianis *Cretam* eundi desiderium pertinet: et re vera aliter ad hostis provinciam ire non poterant.

122. IDOMENEA *huius nominis paenultima syllaba, natura brevis, contra regulam producta est. sed quia* quinque Graecae sunt linguae, Aeolica, Iaca, Dorica, Attica, communis; hinc fit ut in uno nomine varietas inveniatur, ut ecce in hoc 'Idomeneus'. communis lingua facit genetivum Ἰδομενέως, Dorica Ἰδομενεῦς, Attica Ἰδομένεως, Iaca Ἰδομενῆος. unde est hic in versu accusativus, sicut et Ilionea.

123. HOSTE hic multi distingunt. ADSTARE esse † *sub hoc*: quod tunc significat, quando de his loquimur quae cadere non possunt; ut si dicas terras adstare. *et ostendere vult se non temere credidisse.*

124. ORTYGIAE *de hac plenius supra ⟨72⟩ dictum est.* PELAGOQVE VOLAMVS [*quia*] *ut alibi ⟨I 224⟩ mare velivolum.*

---

6 sed talis historia est e. q. s.] exscr. mythogr. I 195, II 210

---

3 pascuntur *F* ‖ sequentibus malis *M* malis sequentibus *E* († aduersis *supra* malis *me*) ‖ 7 historia talis *M* ‖ 8 devovit diis *vulgo* ‖ 9 de ea re *M* ei *om. F* ‖ ut] ut ei *M* ‖ 12 salentinum *LH* sallentinum tunc *M* ‖ 13 ut] unde est *F* ‖ 16 poterat *F* ‖ 17 huius nominis . . . sed quia *in meis libris praeter Floriacensem desunt, sed edita sunt a Stephano.* ‖ 18 regula *F* ‖ 19 iaca *LH*: ionica *FMEl* ‖ actica *L* antica *H* ‖ 20 Idomeneus] idomeneos *F* ‖ c. l. f. g. idomeneos dorica idomenes atica idomenaeus ionica idomeones *F* c. l. f. g. idomenetis (ti *in ras. l*) dorica idomenedis attic//a idomeneus iaca (ionica *l*) idomeneos *L* c. l. f. g. idomeneus dorica idomenedes anticca idomeneus iacca idomeneus *H* c. l. f. g. idomeneos dorica idomendes atica (attica *m*) idomeneus *M* (ionica idomeneus *supr. vers. add. m*) c. l. f. g. idomeneos dorica idome//ne//s attica idomenus ionica idomeneus *E* ‖ 21 Ἰδομενεῦς] *cf. Ahrens de dial. dor. p.* 237 *adn.* 6 ‖ 22 ilionaea *F* ‖ 23 multi hic *F* ‖ sub hoc *F*. *fortasse* adhuc. *possis et suspicari ad* sedesque adstare relictas *in archetypo adscriptum fuisse* f. (i. e. '*scilicet*') ab hoc *vel* ab hoste. συνεκδοχή *coni. F. Schoellius* 24 quod *om. F* ‖ 27 HORTYGIA *F* ‖ 28 VOLVMVS *F* ‖ uelibolum *F*

125. BACCHATAMQVE IVGIS NAXON aut vitibus consitam, aut celebratam Bacchis, aut ubi Bacchus ex Indis, *vel ut quidam volunt post devictos gigantes* egit triumphum; nam ut supra ⟨I 67⟩ diximus, ipsi consecrata est: quae et Dia dicitur. *BACCHATAM* [*ergo*] *in qua bacchatus sit Liber; aut ideo gratam Baccho, quod ibi cum relicta a Theseo Ariadne libentissime concubuerit, cui etiam coronam donavit, quae postea inter sidera collocata est.* VIRIDEMQVE DONVSAM *vel* a colore marmoris Lacedaemonii, *vel silvestrem.*

126. OLEARON non adiecit epitheton causa varietatis. NIVEAMQVE PARON unde candidum marmor, ut ⟨I 593⟩ Pariusve lapis circumdatur auro. SPARSASQVE PER AEQVOR CYCLADAS et hae quas dixit, cyclades sunt: unde minus est 'et alias'. 'sparsas' autem, quia nullo ordine continentur, ut stoechades, quae ἀπὸ τοῦ στοίχου dictae sunt; rectae enim sunt. cyclades vero non ideo dicuntur, quia in rotunditate sunt, sed quod longo ordine eas circumire necesse est. *alii sporadas nomine cycladum dictas tradunt, quod sparsae sunt.*

127. LEGIMVS praeterimus, ut ⟨292⟩ litoraque Epiri legimus. tractus autem sermo a nautis, quod funem legendo, id est colligendo, aspera loca praetereunt. FRETA CONCITA TERRIS vel propter promunctoria: vel quod naturale est, ut concitatiora sint maria vicinitate terrarum, quas constat anhelitum quendam ex se emittere: unde in quinto navigaturus Aeneas Eryci sacrificat.

128. *NAVTICVS et reliqua. celeuma nauticum est hoc hemistichium.* CRETAM PROAVOSQVE PETAMVS celeuma dicunt. et bene metro

---

9 Niveamque Paron . . . marmor] cf. Isid. or. XIV 6, 29 ‖ 13 ut stoechades . . . necesse est] cf. Isid. or. XIV 6, 19 et 38 ‖ 14 cyclades . . . necesse est] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 390 ‖ 18 Legimus . . . praetereunt] exscr. Isid. or. X 154. diff. verb. 335 cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 325 et comm. Luc. III 44

---

3 deuinctos *F* ‖ 4 *ad* bacchatamque *supr. vers.* quod ibi bachatus sit liber pater aut ideo etiam consecratam bacho quod ibi liber concubuerit cum ariathne relicta a theseo cui etiam et coronam donauit quae postea inter sidera collacata est *T* ‖ 6 a Theseo Ariadne *Masvicius:* a thesionadne *F* Athesiona due *Daniel* ‖ cui] qui *F* ‖ 7 DONYSAM *F* DONISAM *LHME* ‖ 8 a colore marmoris l amoris lacedemonii *L* accoloere amor at armorum is lucae demonii *H* ‖ 9 OLEARVM *F* ‖ 10 ut] ut et *L* et *H* ‖ 11 circumdatus *FLH* ‖ PASSASQVAE *H* 12 cyclade *LH* ‖ 13 stoechades *LE:* stoicadis *F* stato ecchades *H* stoclades *M* αποο ΤΟΥ CΤΙΧΙΟS *F* αποω ΤΟΥ STYXΟΥ *in lacuna l* αποο ΤΟΙ CΤΥΧΥΟΥ *H* αποο ΤΟΥ CΤΥΧΙΟΥ *M* ano ΤΟΥ CΤΥΧΙΟΝΥ *E* ‖ 14 rectae enim sunt *om. E* ‖ 15 ordine] *fortasse* orbe ‖ circairi *L* (circuiri *l*) circumiri *M* ‖ 16 necesse est uel propter promunctoria . . . eryci sacrificat. LEGIMVS . . . praetereunt *LHME*. necesse est propter promontoria periculosa *Luct. Plac.* ‖ 20 FRETA CONCITA TERRIS *om. LHME* 21 promontoria *F* promuntoria *M* ‖ 22 hanelitum *M* ‖ quendam non dix *F* 24 celeuma nauticum *scripsi:* celũ anauticum *F* celeumaticum *Daniel primus* emisticium *F* ‖ 25 CRETAMQVE . . . dicunt *om. F* ‖ caele uno *H* ‖ dĩcut *L*

celeumatis usus est, id est anapaestico trimetro hypercatalecto. celeuma autem quasi praeceptum: unde Sallustius *ait* inpediebant iussa nautarum.

129. *PROAVOSQVE sane 'proavos' appellando cognationem declarat.*

130. SVRGENS flans, ut ⟨481⟩ et fando surgentes demoror austros: econtra non flans ponens et residens dicitur, ut ⟨VII 27⟩ cum venti posuere omnisque repente resedit flatus.

131. ET TANDEM ad desiderium pertinet navigantum; nam sequitur 'ergo avidus muros'. CVRETVM *hi* Curetes sunt primi cultores Cretae. *alii tradunt Curetes et Corybantes, matris deum ministros, custodes sicut dictum est ⟨111⟩ pueri Iovis, ad plurimas res maximi usus hominibus extitisse.* ADLABIMVR *ostendit prosperam navigationem fuisse.*

132. *ERGO AVIDVS MVROS ordo est 'avidus urbis optatae muros molior', non 'avidus molior'.*

133. PERGAMEAMQVE VOCO zeugma a superioribus, hoc est urbem. *legitur sane in libris antiquioribus, Aeneam vere Cretam tempestate delatum locum Troiam nomine Pergamum appellavisse. alii dicunt, Pergamum in Creta conditam a Troianis captivis, qui ex classe Agamemnonis illo erant delati † ibique putant Aeneam quendam, generis auctorem, Ilio incolumi cum eo ad sacrum Apollinis venisset, gravidam hospitis filiam fecisse; ex qua ortus eodem nomine Aeneas classem Agamemnonis est adgressus hieme disiectam, cui se feruntur iunxisse hi, qui Cretam secesserant deserto Agamemnone: unde loco nomen Pergamum ab illo inditum, quod obtinuisse desertores feruntur iuxta Cydoniam. quod poetam latenter attigisse debemus accipere.* GENTEM sociorum multitudinem, 'laetam' autem propter Pergama restituta.

134. AMARE FOCOS sacrificia celebrare. *quidam 'focos' lares et per hoc domicilia tradunt. ergo 'focos' pro 'penates' posuit. at e contrario penates pro focis, ut ⟨I 704⟩ flammis adolere penates.*

---

2 Sallustius] hist. fragm. inc. 23 Kr.

---

1 caeleumatico *F* caeleymatis *H* ‖ id est *om. H* ‖ metro *LH* (trimetro *l*) 5 flando *LH* ‖ 6 et contra *F* eccontra *H* ‖ 8 nauigantum *om. F* ‖ auidos *L* ‖ 9 hii curetes primi cultores cretae esse dicuntur *F* ‖ 10 coribantes *F* ‖ 12 maxime *F, correxit Masvicius* ‖ 15 *bis* melior *F* ‖ 16 zeuma *libri* ‖ 18 nominē *F, corr. Daniel* ‖ pergamam *F* ‖ 20 delati. aliqui putant *F. Schoellius. post* ibique *aliquot verba intercidisse videntur, veluti* manserunt. alii *vel* quidam ‖ 21 venisset *scripsi:* uenisse et *F* ‖ 24 hii *F* ‖ 25 inditum *F* conditum *Daniel primus* ‖ cydoneam *F* ‖ 26 LETAM propter pergama restituta gentem sociorum multitudinem *F* ‖ 28 *ad* focos *supr. vers.* quidam intellegunt in hoc loco focos domicilia et focos posuit pro penatibus sicut e contrario penates pro focis *T* 29 poenates *F* ‖ ad *F* ‖ 30 poenates *F* ‖ poenates *F*

*sane Varro rerum divinarum refert, inter sacratas aras focos quoque sacrari solere, ut in Capitolio Iovi, Iunoni, Minervae, nec minus in plurimis urbibus oppidisque, et id tam publice quam privatim solere fieri. focum autem dictum a fotu, ut colinam ab eo quod ibi ignis colatur; nec licere vel privata vel publica sacra sine foco fieri. quod hic ostendit poeta; focorum enim commemoratione instantium sacrificiorum mentio inducitur: quod ita esse multis locis docetur. quidam aras superorum deorum volunt esse, medioximorum, id est marinorum focos, inferorum vero mundos.* ARCEMQVE ATTOLLERE TECTIS poetica periphrasis, id est domos aedificare: nam arx est in civitate munitus locus.

135. FERE 're' longa est. *SICCO SVBDVCTAE LITORE PVPPES in siccum subductae litus.*

136. OPERATA IVVENTVS perfecit sacrificia propter conubia et novas sedes, *quia apud veteres neque uxor duci neque ager arari sine sacrificiis peractis poterat, ut* alibi laetis operatus in herbis, item Iuvenalis ⟨XII 92⟩ et matutinis operatur festa lucernis.

137. *SVBITO CVM id est cum subito.*

138. CORRVPTO CAELI TRACTV hic est ordo pestilentiae, ut Lucretius ⟨VI 1090⟩ docet: primo aëris corruptio, post aquarum et terrae, mox omnium animalium. notandum sane Apolline offenso pestilentiam semper creari: quod etiam Homerus ostendit, cum eum armatum inducit sagittis: unde et Apollo dicitur secundum aliquos ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν. contra si citharam teneat, mitis est: unde Horatius condito mitis placidusque telo supplices audi pueros Apollo. *MISERANDA metonymia 'quae miseranda facit'.*

139. *ARBORIBVSQVE SATISQVE LVES quidam dicunt diversis numinibus vel bene vel male faciendi potestatem dicatam, ut Veneri coniugia, Cereri divortia, Iunoni procreationem liberorum, sterilitatem horum tam*

---

1 Varro rer. div.] lib. V fragm. 5 ap. Merk. prol. ad Ov. fast. p. 118. cf. Isid. or. XX 10, 1 et diff. verb. 307 ‖ 10 arx . . . locus] cf. Varro d. l. l. V 151 ‖ 16 alibi] georg. I 33 ‖ 23 unde et Apollo . . . pueros Apollo] exser. mythogr. III 8, 16 ‖ 25 Horatius] carm. saec. 33

1 Varro refert inter sacratas aras . . . sine foco fieri *Ambros.* ‖ queque *F* 3 opidisque *F* ‖ 4 fotu *scripsi:* fovi *F Ambr. cf. Isid. diff. verb. 'focus ergo dictus a fotu'* ‖ 5 liceat *Ambros.* ‖ focu *F* ‖ 10 periphrasis] peris scāsis *H* ‖ 12 re *om. L H (supr. vers. add. l)* ‖ 15 quia . . . poterat *supr. vers. hab. T. eadem edidit Stephanus* ‖ 16 peractis *om. T* ‖ letus *H* ‖ 17 festina *L H* ‖ 23 sagittis] sic dicens (Il. I 45) τόξ' ὤμοισιν ἔχων ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην. ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀιστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο, αὐτοῦ κινηθέντος· *add. D* ‖ 24 αποτ(υ)ο πομηειν *L* απο του απολλυειν *H* απο του αποααυε *M* απο του αχοι αχοιιι *E* (απολλυε *superscr. e*) 25 telis *E* ‖ subplices *H* ‖ 26 metonimia *F* ‖ miserando *F*

*Saturno quam Lunae; hanc enim sicut Saturnum orbandi potestatem habere.*

140. LINQVEBANT DVLCES ANIMAS item alibi ⟨IV 385⟩ et cum frigida mors anima seduxerit artus. quare anima dicitur relinqui et non magis relinquere? secundum eos scilicet qui dicunt animam esse perpetuam et ad diversa corpora transitum facere: quod si est, bene dicimus, nos animas linquere, quorum nihil praeter corpus est: nam anima perpetuitatis est. unde Palinurus in sexto ⟨362⟩ nunc me fluctus habet, hoc est corpus, quod solum meum est. *aut certe simpliciter 'animas dulces linquebant', quia morientibus maxime dulces videntur: Terentius animam relinquam potius quam illum deseram.* AVT AEGRA TRAHEBANT *duo mala significat, aut mortem aut aegritudinem prolixam. 'aegra' autem aegrota. et bene addidit 'corpora', quia et animus aeger potest esse.*

141. EXVRERE SIRIVS AGROS Sirius stella est in ore canis posita, quae annis omnibus oritur circa VIII. Kt. Iulias, quae orta plerumque pestilentiam toto anno facit, plerumque paucis diebus, interdum innoxia nascitur. hinc est et in totum regnaret Sirius annum, item supra et letifer annus. tunc autem pestilentiam creat, si in hanc rem etiam ceterorum consentiat cursus astrorum. sane canicula, in cuius ore est, tantum generis feminini est, cum sit canis communis generis, unde hoc nascitur: nam in diminutione mutavit genus. *STERILES EXVRERE AGROS exurendo steriles reddere.*

142. SEGES AEGRA 'seges' interdum terram significat, ut Horatius haec seges ingratos tulit et feret omnibus annis, interdum frumentum, ut quid faciat laetas segetes: hoc loco utrumque potest intellegi.

---

11 Terentius] ad. III 4, 52 ‖ 19 et in totum] Stat. Theb. I 635 ‖ 26 Horatius] ep. I 7, 21 ‖ 28 quid faciat] georg. I 1

---

4 quaere *H* ‖ 5 linqui *Mle* ‖ linquere *e* ‖ 6 perpetuam *ex* perpetuum *L* 7 dicimur *H* ‖ relinquere *F* ‖ 8 praeter corpus nihil est *L* nihil est praeter corpus *M* ‖ 9 non *L* (nunc *l*) ‖ habet uersantque in litore uenti *F* ‖ 10 animas dulces linquebant *scripsi:* animae eos linquebã et *F* animae eos linquebant *vulgo* ‖ 11 terrentius *F* ‖ 12 illum *F:* illam *Masvicius primus,* illas *praestantiores Terentii libri* ‖ 16 *ad* Sirius *in margine haec adscripta sunt in T* syrius canis europae fuit a minoe donatus caphydo (*leg.* Cephalo) qui cum thebas duxit ubi uulpes erat quae a nullo cane poterat capi cum autem canem hunc nullum animal posset euadere uulpes in saxum matata (*sic*) est. canis autem in sidus et ideo sirius dictus est quia in siria fuit ∗ (*unum verbum evanuit*) SYRIVS *constanter LHME* ‖ EXVRERE *et* AGROS *om. F* ‖ 21 creat . . . etiam *om. L* (*in marg. suppl. l*) ‖ hac rem *H* hac re *ME* ‖ 23 communis *om. F* noscitur *F* ‖ 24 *ad* steriles *supr. vers.* quos ipse exurendo faciebat steriles *hab. T* ‖ 28 frumentum *FL:* frumenta *HME*

144. *HORTATVR PATER IRE MARI bene filium mittit, quia erroris causa pater fuerat.* VENIAMQVE PRECARI et beneficium, ut ⟨I 519⟩ orantes veniam, et re vera veniam erroris Anchisae, *qui oraculum male interpretatus est.*

145. LABORVM TEMPTARE AVXILIVM *'laborum' periculorum, ut non tamen ulla magis praesens fortuna laborum est. 'temptari' autem 'laborum auxilium'* propter pestilentiam *dixit. et quidam 'auxilium' distingunt, ut sequatur 'iubeat quo vertere cursus'.*

146. VERTERE CVRSVS propter sedes *ait.*

148. *EFFIGIES SACRAE et reliqua. ἓν διὰ δυοῖν. Varro sane rerum humanarum secundo ait, Aeneam deos penates in Italiam reduxisse, quaedam lignea vel lapidea sigilla, quod evidenter exprimit dicendo 'effigies sacrae divum' et reliqua: quamvis alio loco alias opiniones secutus diversa dixerit. sane hos deos Dardanum ex Samothracia in Phrygiam, Aeneam vero in Italiam ex Phrygia transtulisse, idem Varro testatur. quos quidam dicunt ideo inductos a poeta monere per somnum: monitu nam eorum per quietem iussum eum Latino foedus fecisse, eorum etiam monitu Latinum Aeneae se coniunxisse. eosdem tradit visos aliquotiens in somnis quid fieri vellent imperasse: eaque nostros publice curasse maiores.*

149. *MEDIISQVE EX IGNIBVS et reliqua. hoc quibusdam videtur ad maiestatem potius deorum referendum, quam ad iactantiam virtutis Aeneae. et significantius erit, si quae non legeris intellegas.*

150. VISI ADSTARE non adstabant, sed videbantur: unde et visa dicuntur; non enim sunt, sed videntur.

151. IN SOMNIS multi hic distingunt et volunt unam partem esse orationis, id est vigilantis: *nam quemadmodum videbat lunam infusam fenestris?* multi 'in somniis' dicunt, ut sit conlisio, quo-

2 Veniamque precari et beneficium] cf. Don. ad Ter. ad. V 8, 19 ‖ 6 non tamen] georg. III 452 ‖ 10 Varro sane c. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 4, 6 sqq.

1 *ad* hortatur *supr. vers.* quia pater fuerat causa erroris bene filium mittit *hab. T* ‖ 2 fuera *F* ‖ et] aut *Ml* ‖ 3 et] aut *l* ‖ qui . . . interpretatus est *edidit Stephanus* ‖ 5 TEMPTARI *LH* ‖ 10 endiadyn *F* ‖ Varro rerum humanarum II . . . sacrae divum *in marg. hab. T.* Varro lib. II° R. hum. ait Deos Penates Aeneam in Italiam reduxisse quaedam lignea vel lapidea sigilla *Ambros.* ‖ uario *F* ‖ 12 id est quaedam *T* ‖ 14 samotracia *F* ‖ 18 coniunexisse *F* ‖ 21 *ad v.* 149 commendat hoc dicendo uirtutes animi et meritum suum iuxta deos quod scilicet tanti meriti fuerit ut ei merito apparerent dii quamquam alii intellegant ad maiestatem deorum potius referendum . . . intellegas *hab. T.* commendat . . . dii *e Tiberii Donati commentario excerpta sunt* ‖ 26 IN SOMNIIS *L* ‖ 27 uigilantes *F* ‖ 28 *ad* in somnis *supr. vers.* plurimi legunt in somniis et iungunt posterioribus et uolunt corpus uinci somno mentem uero uigilare et meminisse omnium *T* ‖ in *om. FL* ‖ somnis *H* ‖ dicunt et posterioribus iungunt . . . scire potuit. sane in somniis collisio est . . . peculi *F* ‖ conlisio] in consilio *L* inconlisio *H* collisio *m*

modo 'peculi' pro 'peculii'. *multi 'in somniis' legunt et posterioribus iungunt: unde et visi: et corpus somno vinci volunt, mentem vero vigilare et meminisse omnium. ideo etiam dormiens de luna scire potuit.*

MVLTO LVMINE cum nimbo suo, *qui circa deos solet videri.*

152. INSERTAS aut clatratas; aut non seratas, ut sit quasi 'inseratas', id est non clausas, et dictum, quomodo 'asprosque molares' pro 'asperos', 'conpostus' pro 'conpositus', 'vixet' pro 'vixisset'. *vel 'insertas fenestras' quas lumine suo luna inseruerat, ab inserendo, quod se per rimas insereret.* *FVNDEBAT scilicet abundans lumen.*

153. *TVM SIC ADFARI hic versus in multis non invenitur.*

154. ORTYGIAM 'ad Ortygiam': more suo detraxit praepositionem, ut paulo post 'Cretae' pro 'in Creta'. *sane quibusdam visum est serum auxilium deorum penatium; cur enim ante pestilentiam non monuerunt mutandas sedes? ideo aliquibus videtur somnium fuisse appetitum.*

155. *CANIT proprie, quia oraculum.* EN quasi demonstrantis est, ut fidem faciat, ne somnium putetur, ut paulo post ⟨170⟩ haud dubitanda refer.

156. DARDANIA derivativum nomen a constitutore. et notandum, regionem pro civitate positam. TVAQVE ARMA SECVTI ac si diceret 'tuas partes', *vel imperium, ut ⟨XII 192⟩ socer arma Latinus habeto.*

157. SVB TE *id est te duce,* sub tuo iure agentes. PERMENSI evecti, ut est contra ⟨II 181⟩ pelagoque remenso inprovisi aderunt. *multi autem 'permensi' sine 'n' legunt a verbo permetior. hic versus variasse dicitur.*

158. IDEM nos scilicet qui te sumus secuti. *VENTVROS plus est quam si dixisset 'futuros'; nam quasi eos iam esse significat.*

---

1 peculi *ex* pecula *L* ‖ 2 et *ante* corpus *T*: sed *F* ‖ corpus post somno *Daniel primus* ‖ 4 cum nimbo suo] cum hosuo at cum bono *H* ‖ qui . . . solet videri *Stephanus edidit* ‖ 5 clatratas *F*: claratas *H* celatas *ME* aut celatas aut *in ras. l* claras *Lion* ‖ saratas *L* ‖ ut sit quasi inseratas *om. ME* ‖ 7 compostos pro compositos *F* ‖ 8 *ad* insertas fenestras *supr. vers.* quas lumine . . . insereret *T* | quasi *F* ‖ inseruerat luna *T* ‖ 9 habundans *F* ‖ 11 invenitur] qui tamen admodum necessarius est *addidit Masvicius* ‖ 13 sane . . . appetitum *melius ad v.* 153 *referuntur* ‖ 14 serum *Bongarsius in marg. exempl. Danielini in biblioth. Bern. asservati et Ribb. prol. p.* 110 *adn.*: rerum *F* rarum *Commelinus et Masvicius* verum *Burmannus et Lion* ‖ penatum *F* ‖ 15 motandas *F* ‖ 17 *ad* canit *supr. vers.* in hoc loco canit bene dixit quia proprie ad oraculum refertur *T* ‖ EN] NON *H* ‖ 22 vel imperium *edidit Stephanus* ‖ vel tuum imperium *Lion* ‖ 24 *ad* sub te *supr. vers.* s. duce siue sub tuo imperio agentes *T* ‖ *ad* permensi *supr. vers.* peruecti *T* ‖ 26 permedios *F* permedior *Daniel et Commelinus* permetior *Masvicius* ‖ 27 uaria esse *F*, *corr. Daniel* ‖ 28 *ad* tollemus *supr. vers.* efferemus et cum dicit uenturos plus est quam si dixisset futuros quia eos iam quasi esse significat *T*

IN ASTRA NEPOTES significat Gaium Iulium Caesarem, qui primus inter deos relatus est. et bene 'in astra', cuius sidus apparuit, ut ecce Dionaei processit Caesaris astrum.

159. VRBI Romae κατ' ἐξοχήν, ut supra ⟨I 258⟩ diximus. MAGNIS id est nepotibus. et bonum ornatum a sermonis fecit similitudine 'magnis magna para' dicendo. *'magnis' vero dixit vel penatibus, ut 'magnis diis', vel nepotibus. et ad exhortationem Aeneae pertinet ('magna para').*

160. FVGAE profectionis. *dicens autem 'fugae' videtur crimen proditionis excusare.*

161. MVTANDAE SEDES argumentum a necessitate. simul arguitur error Anchisae. ordo autem est 'Delius Apollo'. *SVASIT deest 'capere'.*

162. *CRETAE] non sic dicitur 'Cretae', quemadmodum 'Romae': neque enim bene, sicut dictum est, sine praepositione insulae ponuntur, nisi hac tantum quae eiusdem nominis civitates habent † et deli quasi labini.*

163. EST LOCVS ut ante ⟨I 530⟩ diximus, *totius* orbis conparatione. HESPERIAM deest 'quam', ut supra ⟨I 12, 530⟩ dictum est. COGNOMINE ab Hespero, Hispaniae rege: vel stella quam intuentur petentes Italiam.

164. *ANTIQVA nobilis, ut iam dictum est* ⟨I 530⟩.

165. OENOTRI vel a rege, vel a vino. Italis enim primus vitem ostendit Saturnus, ut in septimo ⟨179⟩ legimus vitisator curvam servans sub imagine falcem *Saturnusque senex.*

166. *ITALIAM DIXISSE bene omnia Italiae nomina in unum contulit propter errorem Aeneae.*

167. PROPRIAE SEDES perpetuae, quia infirmas et in Creta et in Thracia condidit. HINC DARDANVS ORTVS IASIVSQVE PATER

---

3 ecce] buc. IX 47

---

1 Gaium] g. *F* caium *L* ‖ 2 eius *M* (cuius *m*) ‖ 4 ut supra diximus κατα ἐξοχήν *M* ‖ 5 a sermonis fecit similitudine *H*: s. f. similitudinem *F* a s. f. similitudinem *L* s. f. similitudine *ME* ‖ 6 magnis uero dixit uel penatibus ut magnis diis uel nepotibus sed ad exhortationem aeneae pertinet magna para dicendo *F* ‖ *ad* magnis *supr. vers.* nepotibus uel penatibus *T* ‖ 7 et *scripsi:* sed *F* ‖ 9 *ad* fugae *supr. vers.* profectionis *et* dicendo fugae crimen proditionis uidetur excusare *T* ‖ 12 error] ergo *F* ‖ ordo . . . Apollo *cum* Delius *lemmate post* capere *hab. F.* DE LIVS APOLLO Apollo a Delo insula *add. Lion* ‖ 14 CRETAE *add. Daniel*, CRETAE pro in Creta *Masvicius primus* ‖ non sic dicitur . . . civitates habent *in marg. T* ‖ 16 ciuitatis *F* ‖ ut Deli, Thasi, Lemni *coni. F. Schoellius* ‖ 18 ante] primo *M* in primo *E* ‖ 19 ut supra dictum est *om. F* ‖ 20 espero *L* hespere *H* ‖ 23 OENOTRII *LM* ‖ vel a rege] dicti vel a rege eiusdem nominis *Daniel primus* ‖ italus *F* ‖ 24 in *om. F* ‖ uitis sator *HE* ‖ 26 italia *F* ‖ 29 condiderat *L*

Dardanus et Iasius fratres fuerunt *Iovis et* Electrae filii: sed Dardanus de Iove, Iasius de Corytho procreatus est, a cuius nomine et mons et oppidum nomen accepit. postea Iasium dicitur Dardanus occidisse. *hi tamen fratres cum ex Etruria proposuissent sedes exteras petere, profecti. et Dardanus quidem contracta in Troia iuventute Dardaniam urbem condidit, a qua Troianorum origo crevit. Iasius autem Samothraciam cepit et ibi liberum locum imperio tenuit. alii dicunt utrumque ex Corytho, Iovis filio, procreatos et sicut dictum est relicta Italia profectos. sed Iasium Samothraciam imperio tenuisse, Dardanum vero in Phrygiam pervenisse ibique auxilio fuisse Teucro, Scamandri filio, qui tum finitimas gentes bello subigebat, filiamque eius duxisse in matrimonium, et post mortem soceri regnum adeptum Dardaniam Troianam regionem ab suo nomine appellasse. Graeci et Varro humanarum rerum Dardanum non ex Italia, sed de Arcadia, urbe Pheneo, oriundum dicunt; alii Cretensem; alii circa Troiam et Idam natum. sane per patris appellationem cognationem* ⟨*significat*⟩.

168. A QVO PRINCIPE NOSTRVM a Dardano, non ab Iasio; nam anteriori respondit. quod autem dicit 'a quo principe genus nostrum est' potest et generaliter intellegi, *id est* unde originem ducimus, ut deos penates quasi Troianos intellegas, et ad ritum referri, de quo dicit Labeo in libris qui appellantur de diis animalibus: in quibus ait, esse quaedam sacra quibus animae humanae vertantur in deos, qui appellantur animales, quod de animis fiant. hi autem sunt dii penates et viales.

169. *LAETVS id est omissa tristitia quam de sociis habebat amissis, vel quia ei designatus evidenter fuerat locus, ad quem sine errore et pergere et pervenire deberet.*

170. HAVD DVBITANDA REFER aut quia dubitaverant ex consilio Anchisae, aut ne propter somnium non crederent. *HAVD D. R.*] **ideo dicunt, si forte non crederet quod per somnium vidit,* aut quia non dubie, ut Apollo, monuerunt.* CORYTHVM designat partem pro-

---

1 Dardanus . . . occidisse] exscr. mythogr. I 135

---

1 filii uel ut quidam uolunt dardanum de ioue iasium de corytho procreatum *F* ‖ 2 corito *Lm* corinto *H* corio *M* chorto *E* (chorito e) ‖ a] de *F* ‖ 5 dardanam *F*, *corr. Daniel* ‖ 7 coepit *F* ‖ 10 teucros *F* ‖ 11 finiamas *F* ‖ bella *F* ‖ 13 Varro Rerū humanar. Dardanum non ex Italia sed ex Arcadia urbe Phineo oriundum dicit *Ambros.* ‖ 17 a Dardano non ab Iasio] hoc est non ab iasio sed a dardano *F* ‖ 18 respondet *ME* ‖ 19 potest tamen *Daniel* ‖ dicimus *F* decimus *H* ‖ 21 dis *H* ‖ animalibus] quibus origo animalis est *F* ‖ 24 uinales *M* ‖ 26 qua ei designatur *F*, *corr. Daniel* ‖ sane *F* ‖ 28 REFER ideo dicunt . . . uidit aut quia dubitauerant e. q. s. *F* ‖ ex] de *vulgo* ‖ 31 monuerunt *scripsi:* mouerunt *F* noverunt *Daniel primus* ‖ CORYTVM *F* CORITHVM *LH* CORITVM *ME* ‖ designant *Daniel primus. idem* civitatem ne erraret et *addidit*

vinciae, ne alter error ex magnitudine procreetur locorum. *quidam autem de Corytho hanc fabulam tradunt. Dardanus cum equestri proelio ab Aboriginibus pulsus galeam perdidisset, propter quam resistens et in audaciam suos reducens victoriam adeptus est, tum ob rem feliciter gestam oppidum ubi galeam amiserat condidit, cui Corytho nomen indidit eo quod Graece κόρυς galea dicitur. vel Corythum montem, in quo Corythus sepultus est. alii Corythum a Corytho, Paridis et Oenones filio, conditum ferunt.*

171. *AVSONIAS appellata Ausonia ab Ausone, Ulixis et Calypsus filio: et primo pars, postea omnis Italia nominata.* DICTAEA Dictaeus mons Cretae est, dictus a Dicte nympha, quae illic colitur: in quo dicitur altus Iuppiter, ut Dictaeo caeli regem pavere sub antro. *DICTAEA Dictaeus mons est in Creta, ubi herba dictamnos nascitur, quae admota vulneribus ferrum inhaerens solet expellere. qui mons dictus est a Dicte nympha, quae ibi colitur. quam cum Minos rex amaret et insequeretur per loca avia, illa se amore castitatis praecipitem dedit, et excepta piscatorum retibus invita reducta est. a qua rex abstinuit et nomine eius Dictaea loca appellari iussit. in hoc monte dicitur altus Iuppiter, ut Dictaeo caeli regem pavere sub antro.* NEGAT TIBI IVPPITER ARVA ex definito. et bene Iuppiter, quasi ipse qui Cretensibus praeest.

172. TALIBVS ATTONITVS VISIS hoc est talibus deorum vultibus: *propter 'visi ante oculos adstare':* unde sequitur 'et voce deorum'; nam et voce se dicit attonitum et visis. 'attonitus' vero est stupefactus; nam proprie attonitus dicitur, cui casus vicini fulminis et sonitus tonitruum dant stuporem.

173. NEC SOPOR ILLVD ERAT soluta elocutio.

---

7 Paridis et Oenones filio] cf. comm. Luc. IX 973 ‖ 9 appellata Ausonia . . . nominata] cf. Fest. Pauli s. v. Ausoniam ‖ 10 Dictaeus mons . . . expellere] cf. Isid. or. XII 1, 18 et XVII 9, 29 ‖ 12 Dictaeo] georg. IV 152 ‖ 14 qui mons dictus est . . . appellari iussit] cf. comm. Luc. VI 214 ‖ 24 attonitus . . . stuporem] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. X 765

1 latitudine *Me* (magnitudine *superscr. m*) ‖ quidam de coritho hanc fabulam tradunt . . . conditam ferunt *in marg. T.* (*'Corythus' nomen constanter per 'i'*) ‖ 3 ab Aboriginibus pulsus *Daniel:* aboriginibus pulsus *F* aboriginibus pulsis *T* ‖ 4 in audaciam] *an* in aciem? ‖ tum] tu *F* ‖ 6 κόρυς] coris *FT* 7 oenonis *T* ‖ 8 condita *F* ‖ 9 *ad* Ausonias *supr. vers.* ab ausono filio ulixis et calipsonis ausonia dicta *T* ‖ Ausone *Masvicius:* ausonio *F* ‖ calipsis *F* ‖ 11 est *om. L* ‖ a Dicte] addictae *H* ‖ 12 alitus *ME* ‖ dictaeus mons est in creta . . . pauere sub antro *in marg. T* ‖ 15 a nympha dicte *F* ‖ Minos rex *Masvicius:* minus rex *F* rex minois *T* ‖ 17 invita *Commelinus* in vita *Daniel primus* ‖ reducta] retenta *Masvicius* ‖ 19 caeli] celere *F* cel(r)ere *T* ‖ 20 ex definito] id est ex fato *superscr. m* ‖ 27 eloquutio *FH*

174. VELATASQVE COMAS vittatas, ut ⟨V 366⟩ victori velatum auro vittisque iuvencum: *aut coronatas, ut* ⟨V 72⟩ *velat materna tempora myrto.* nam dii qui erant apud Laurolavinium non habebant velatum caput.

175. *MANABAT fluebat. hinc et lapis manalis quem trahebant pontifices, quotiens siccitas erat.*

176. CORRIPIO E STRATIS CORPVS ne satietate videatur reliquisse somnum. et sciendum, quia quotiens ex abrupto somnus aufugerit significat omen infelix, ut ecce hoc loco tempestas sequitur. item in secundo ⟨302⟩ excutior somno, et statim sequitur civitatis excidium: nec sine ratione; nam si somnus munus deorum est, ut ⟨II 269⟩ et dono divum gratissima serpit, non sine infelicitate ex abrupto deorum munus abscedit.

177. TENDOQVE SVPINAS AD CAELVM CVM VOCE MANVS honesta elocutio cum uno sermone respondemus duobus, ut ⟨568⟩ interea fessos ventus cum sole reliquit. *'ad caelum' autem ideo, quia dii penates et Iovis et Apollinis fecerunt mentionem.*

178. INTEMERATA rite perfecta, ut, si leniter vinum fundendum est aut mola inicienda, sic fiant ut ratio exigit sacrificii: aliter si fiant, temerata ac turbata sunt sacra: unde Helenus ⟨406⟩ nequa inter sanctos ignes in honore deorum hostilis facies occurrat et omina turbet, item in octavo ⟨110⟩ audax quos rumpere Pallas sacra vetat. FOCIS *et hic sicut superius* ⟨134⟩ *dictum est, ostendit cum aris etiam focos solere numinibus consecrari: sed hic* ideo 'focis', non aris, quia *privatum sacrificium loquitur; nam* penatibus sacrificat. PERFECTO HONORE peracto sacrificio, qui est honor deorum. *et bene ordinem servat, ut ante sacrificet, quam somnium narraret.*

179. *ANCHISEN FACIO CERTVM bene 'certum', quia incertus erraverat. vel propter illud 'haec laetus longaevo dicta parenti'.* —

---

5 hinc et . . . siccitas erat] cf. Festus Pauli s. v. manalem lapidem

---

1 *ad* velatas *supr. vers.* uittatas uel coronatas *T* ‖ uittas *F* ‖ uictori *FMl* uictoris *LH* uictoriis *E* ‖ 2 uelut *F* ‖ 3 laurumlauinium *F* ‖ 5 manabat autem significat fluebat. hinc dicitur lapis manalis quem trahebant pontifices per agros tempore siccitatis *in margine hab. T cum Tiberii Donati ad hunc vers. scholio coniuncta* ‖ 10 secundo] duo *F* ‖ 12 infelicitate] infelicitatis significatione *F* ‖ 16 ideo dixit ad caelum quia ipsi dii penates iouis et appollinis fecerunt mentionem *in marg. T* ‖ 18 si leniter] silenter *E* ‖ 19 fiat *M* (fiant *m*) ‖ 21 occurat et omnia (*sic*) turbet] *ab his verbis incipit Casselani quaternio XIII.* 22 omnia *E* ‖ 25 loquitur] sequitur *Daniel primus* ‖ nam *Commelinus:* non *F* 26 perfecto sacrificio *C* ‖ 27 *supr. vers.* 168 rerum ordinem seruat ut primo sacrificet et postea somnium narret *T* ‖ 29 *scholium ad v.* 179 *omisit Daniel*

180. AMBIGVAM non incertam, sed *modo* duplicem, ut in sequentibus probat dicens 'geminosque parentes'. *ergo 'geminos' hic duos, ut* ⟨II 415⟩ *gemini Atridae.*

181. *SEQVE NOVO adventu scilicet Teucri.* *VETERVM LOCORVM id est Italiae. deest sane 'esse', ut sit deceptum esse. sane* NOVO ERRORE VETERVM LOCORVM aut per contrarietatem sermonum declamavit: aut 'novo' pro magno posuit.

182. *NATE ILIACIS* EXERCITE fatigate; nam 'exercitatus' peritus significat: ut expertus et expers; nam expertum rerum si dixero, significo peritum; si expertem, ignarum.

183. CASVS CASSANDRA CANEBAT haec compositio iam vitiosa est: quae maioribus placuit, ut ⟨82⟩ Anchisen agnovit amicum et ⟨V 866⟩ sale saxa sonabant. *et bene Cassandrae inseruit testimonium, quae divinationem ab Apolline acceperat.*

184. *PORTENDERE † significari debito.* PORTENDERE minus est 'deberi', ut in septimo ⟨256⟩ portendi generos.

185. REGNA VOCARE satis proprie, unde in octavo ⟨38⟩ expectate solo Laurenti arvisque Latinis.

186. TEVCROS CREDERET scilicet propter longitudinem spatii.

187. TVM VATES CASSANDRA MOVERET bene 'tum', quia iam probavit. *et duo argumenta posuit, quibus purgavit errorem.*

188. *CEDAMVS PHOEBO* (*ET M. M. S.*) *a necessario et utili scilicet.*

---

9 ut expertus . . . ignarum] cf. Isid. or. X 82 diff. verb. 180 et 181 ‖ 11 haec compositio . . . sonabant] cf. Don. ad Ter. eun. IV 7, 10

---

1 ut sequens more eius uersus ostendit *M* (t in sequentibus probat dicens *superser. m*) ‖ 2 *ad* geminosque parentes *supr. vers.* teucrum et dardanum *T* ‖ 4 aduento scilicet teutri *F* ‖ *ad* veterum *supr. vers.* ueterum locorum hoc est italiae *T* ‖ 5 *ad* deceptum *supr. vers.* aduentu scilicet teucri *T* ‖ *ad* locorum *supr. vers.* scilicet esse *T* ‖ 6 sermonem *L* ‖ declamauit *HMe:* declarauit *FCl* declinauit *LE* ‖ 7 aut novo pro magno posuit *om. C* ‖ posuit] ut pollio et ipse facit noua carmina *add. MEl* ‖ 8 fatigate] exercitate *add. FC* ‖ 9 et expers . . . ignarum] rerum id est peritus. ex expers id est ignarus *M* rerum id est peritus et expers id est ignarus. nam expertum rerum si dixero significo peritum. si expertem ignarum *E* ‖ 12 Anchisen . . . et *om. FCM* ‖ 13 saxo *F* saxos *C* ‖ sonabant *om. FC* ‖ *ad* Cassandra *supr. vers.* bene eius nomen inseruit quae acceperat diuinationem ab apolline *T* ‖ casandrae *F* ‖ 14 acciperat *F* ‖ 15 *ad* portendere *supr. vers.* id est significari debito (ex superscr. "ex" *ead. man.*) *T* ‖ significari debito *F* significat debita portendere *Masvicius primus, neglegens* PORTENDERE *Serviani scholii lemma esse.* significare diuinitus *vel* praesignificare. DEBITA pro debito *coni. F. Schoellius. fortasse* significare debita ‖ minus est *FC Stephanus, omittunt LHM* ‖ 16 in VI. *F* in II. *C* in VIII. *LH* ‖ generum *libri Vergiliani* ‖ 17 proprie] t propere *superscr. m* ‖ in VII. *F* in III. *C* ‖ et spectate *FC* ‖ 18 laurenti *FC* laurentum *LHM* ‖ Latinis] SAEPE frequenter *add. Lion* 20 TVNC *H* ET *C* ‖ tunc *FCH* ‖ 21 probabit *F* ‖ *ad vers.* 187 duobus argumentis necessario et utili probat suum errorem primo quod quidquid illud fuit non debuit uni credi accedebant etiam alia incredibilia *e. q. s. ap. Tiberium Donatum hab. in marg. T* ‖ 22 CEDAMVS] obsequamur *add. Lion*

CEDAMVS PHOEBO cuius instinctu dii penates profutura dixerunt, ut ⟨155⟩ hic canit et tua nos en ultro ad limina mittit. MELIORA SEQVAMVR potest bis subaudiri 'meliora', ut meliora moniti meliora sequamur.

189. *CVNCTI hoc est 'cuncti adsentimur'; nam 'cuncti profecti' pugnat cum 'paucisque relictis'. OVANTES alacres, non utique gaudentes.*

190. HANC QVOQVE DESERIMVS SEDEM quemadmodum Troiam et Thraciam. et cum dolore dictum accipe 'hanc quoque deserimus *sedem'; expressit enim miseriam totius sedis relictae.*

191. CAVA TRABE navium periphrasis optima. *CVRRIMVS AEQVOR sicut ⟨I 67⟩ Tyrrhenum navigat aequor.*

194. SVPRA CAPVT capitalis, perniciosus.

195. NOCTEM HIEMEMQVE pluviam cum obscuritate. *'hiemem' autem Graece dixit, nam χειμὼν etiam tempestas dicitur a Graecis. FERENS adferens.* INHORRVIT VNDA TENEBRIS horridior est facta per tenebras.

196. *MAGNA AEQVORA aut epitheton est, ut surgant aequora quae magna sunt, aut 'magna aequora', magni fluctus.*

197. GVRGITE VASTO epitheto auxit tapinosin.

198. *INVOLVERE DIEM aspectum ademerunt. NIMBI nubes.* NOX VMIDA nubes caliginosae.

200. EXCVTIMVR CVRSV a proposito itinere avertimur. CAECIS IN VNDIS incertis, quia sidera non apparebant. *CAECIS VNDIS] id est quae non viderentur.*

201. IPSE *hoc est*, navigandi peritus: hoc enim significat emphasis pronominis. *NEGAT DISCERNERE CAELO figurate, ut ⟨II 637⟩ (abnegat) excisa vitam producere Troia.*

202. *VIAE mari dedit quod proprium terrae est, ut alibi 'sulcari' ait ⟨V 158⟩: unde et terra 'aequor'. PALINVRVS hic Iasii filius*

29 aequor] georg. I 50

3 potest . . . sequamur *om. H* ‖ ut meliora *om. F* ‖ moniti] montu *F* ‖ aut meliora sequamur *FC* ‖ 6 alacres *Daniel:* claris *F* ‖ Ovantes] hoc autem tractum est ab his qui de pugna venientes cum multitudine populi obviam ad numina minora ibant. et ibi oves diis immolabantur fugatis hostibus, unde dicuntur ovantes *D* ‖ 10 optima *om. M* ‖ 11 POSTQVAM ALTVM TENVERE RATES Homeri est (*Od.* XII 403 *sqq.*) ἀλλ' ὅτε δὴ . . . ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς *D* 12 *ad* supra caput *in marg.* Quur dicit supra caput cum omnis imber supra caput sit? sed supra caput id est capitalis et mortifer *T* ‖ pernitiosus *CLHM* 13 *ad* hiemem *supr. vers.* tempestatem et graece dixit tempestas enim chimon appellatur a graecis *T* ‖ 14 chimon *F* ‖ 15 facta *om. H* ‖ 18 aut *Burmannus:* ut *F* ‖ 20 *ad* involuere *supr. vers.* aspectum oculorum abstulerunt obscurauerunt *T* ‖ ademerunt *Daniel:* adimerent *F* ‖ 21 nubis *HE* (nubes *e*) ‖ caliginosae *FC:* caliginosa *LME* caliginone *H* ‖ 23 IN *om. FC* ‖ id est . . . viderentur *hab. C* ‖ 24 est *om. Daniel* ‖ 25 hoc est *hab. C* ‖ 27 excissa *F* ‖ 28 *ad* viae *supr. vers.* uiam dicens dedit mari quod proprium est terrae catachresticos *T* ‖ *ad* Palinurus

*gubernator Aeneae fuit, qui Aenea de Sicilia ad Italiam veniente praecipitatus in mare nomen in Lucania monti celebri dedit.*

203. INCERTOS SOLES bene 'incertos', quia quantavis sit obscuritas, tamen noctis est manifesta discretio: unde superflua quaestio est eorum qui dicunt, tres dies quomodo transisse scierunt, si noctem a die discernere non poterant? *ergo 'incertos' obscuros dixit, ut* ⟨VI 270⟩ *quale per incertam lunam.* CAECA CALIGINE eacenphaton in sermone.

204. *ERRAMVS PELAGO et reliqua. hinc Pelopis gentes Maleaeque sonantia saxa circumstant pariterque undae terraeque minantur. pulsamur saevis et circumsistimur undis. hi versus circumducti inventi dicuntur et extra paginam in mundo.*

205. ATTOLLERE VISA naturaliter dixit: quotiens enim propinquamus litoribus, et exsurgere terra videtur et fumum emittere.

206. APERIRE ostendere, ut Sallustius caput aperire solitus. (*APERIRE PROCVL MONTES AC*) *VOLVERE FVMVM pro aperiuntur montes ac fumus volvitur.*

207. *REMIS INSVRGIMVS †cum remes, anaremos, id est exsurgentes fortius remigamus.*

---

15 Sallustius] hist. fragm. V 16 Kr.

---

*in marg.* Iste Palinurus fuit filius iasii gubernator aeneae qui ueniente aenea ad italiam praecipitatus in mare nomen in lucania celebri monti dedit *T* | iasi *F* ‖ 1 qui Aenea de Sicilia *Daniel:* quinea dificilia *F* ‖ italia *F* ‖ 5 tris *F* quomodo] quo *L* quem ad modum *M* ‖ 6 potuerunt *C* potuerant *l* ‖ *ad* incertos *supr. vers.* obscuros *T* ‖ 8 in sermone] Quomodo ipse diem noctemque negat discernere caelo et ipse dicit 'tres adeo incertos'? solvitur: hic narratio est. unde ergo potuit scire si 'incertos'? quomodo 'tres' dixit? non nulli 'incertos' obscuros dies putant; fuerunt ergo sine sole, ut et noctes sine stellis. *Lione teste add. Guelferb. I* ‖ 9 Maleaeque sonantia *Masvicius:* male equisonantia *F* | 10 pariterque *Daniel:* paterque *F* ‖ unde terreque *F* ‖ 11 pulsamur *Daniel:* pulsamus *F* ‖ hic *F* ‖ 13 VISA uisa naturaliter *C* ‖ 14 et exsurgere ... emittere] terra exsurgere et fumum ex se uidetur emittere *M* ‖ ex se emittere *E* ‖ 15 *ad* aperire *supr. vers.* ostendere erigere pro aperiuntur montes *T* ‖ capud *H* ‖ solitum *F* solutus *man. rec. in L* ‖ 16 *ad* volvere fumum *supr. vers.* pro uoluitur fumus *T* ‖ 18 cum remes anaremos *vel* anciremos id est exsurgentes fortius remit tamus *F* cum remos ane* .remos id est exsurgentes fortius remittamus *Daniel* cum remis inhaerentes id est exsurgentes fortius remigamus *Masvicius.* '*locus corruptus, quem dedi ex Danielis codice.* demittamus *legendum, scilicet in mare. vel* remis in. f. remigamus' *Burmannus, qui* remis insurgentes fortius remigamus *voluisse videtur. fortasse* REMIS INSVRGIMVS incumbimus. alii 'remis insurgimus' id est fortius remigamus. *possis et* incumbimus. sane in remos inclinati, inde exsurgentes fortius remigamus. *nisi forte scholiastes* remis *pro ablativo habuisse et haec fere scripsisse putandus est* cum remis: nam inclinati in remos, inde exsurgentes fortius remigamus. *cf. adn. crit. ad v.* 214 (idê *F pro* inde). *schol. ad Luc.* III 543 *a Webero edita. Graeca latere putat F. Schoellius fortasse* ἀναρρίπτομεν ἅλα πηδῷ. *cf. Od.* XIII ἔνθ' οἱ ἀνακλινθέντες ἀνερρίπτουν ἅλα πηδῷ *et* VII 328, X 130 ‖ *ad* remis insurgimus *supr. vers.* hoc est uelis dimissis cepimus nauigare adiutorio remorum *T* ‖ *ad* adnixi torquent *supr. vers.* incumbentes giro celeri rotant *T* ‖ *ad* uerrunt *supr. vers.* sulcant *et* uerrere. ferire peruertere *T*

209. SERVATVM EX VNDIS ac si diceret, de periculis in graviora se pervenisse discrimina. STROPHADVM ME LITORA Phineus rex fuit Arcadiae. hic suis liberis superduxit novercam, cuius instinctu eos caecavit. ob quam rem irati dii ei oculos sustulerunt et adhibuerunt harpyias. *Phineus, Agenoris filius, Thracum rex, vel ut quidam volunt Arcadiae, Cleopatram, Aquilonis et Orithyiae filiam, habuit uxorem et ex ea duos filios, quibus supraduxit novercam. quos noverca ad patrem tamquam stupri adfectatores detulit: ob quam rem eos Phineus caecavit. quare irati dii, vel ut quidam volunt, Aquilo veneno propter nepotum iniuriam eum caecavit et ad pelagias insulas detulit adposuitque harpyias.* quae cum ei diu cibos abriperent *somnosque inquietarent, hic* Iasonem, cum Argonautis propter vellus aureum Colchos petentem, suscepit hospitio: cui etiam ductorem *propter symplegadas petras* dedit. hoc ergo beneficio inlecti Argonautae, *eum ei gratiam vellent referre,* Zethum et Calain, filios Boreae et Orithyiae, alatos iuvenes, ad pellendas harpyias miserunt: quas cum strictis gladiis persequerentur pulsas de Arcadia, pervenerunt ad insulas quae appellabantur plotae. et cum ulterius vellent tendere, ab Iride admoniti ut desisterent a Iovis canibus, suos converterunt volatus: quorum conversio, id est στροφή, nomen insulis dedit. quod Apollonius plenissime exequitur. ut autem canes Iovis dicerentur, haec ratio est, quia ipsae furiae esse dicuntur: unde etiam epulas perhibentur abripere, quod est furiarum, ut ⟨VI 606⟩ et manibus prohibent contingere mensas. unde et avari finguntur furias pati, quia abstinent partis. item ipsas furias esse paulo post ipse testatur dicens ⟨252⟩ vobis furiarum ego ma-

---

2 Phineus e. q. s.] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VIII 255 mythogr. I 27 et 111, II 142 et 13. cf. mythogr. III 5, 5 sq. ‖ 21 Apollonius] Argon. II 270 sqq.

---

2 se pervenisse] superuenisse *F* ‖ Phineus . . . et adhibuerunt harpyias *om. F* ‖ 3 is *C* ‖ liberis suis *CM* ‖ 4 ei] et *L* ‖ tulerunt *C* ‖ et *om. L* (*add. l*) ‖ 5 arpyas *CH* arpias *L* arpyias *ME* ‖ fineus rex agenoris filius tracum fuit *F*, *corr. Daniel* ‖ 6 Cleopatram *scripsi:* eleobolam *F* Cleobulam *Daniel primus* ‖ et] ex *F* ‖ orythe *F* ‖ 7 superduxit *Daniel* superinduxit *Masvicius primus* ‖ 8 adfectores *F*, *corr. Masvicius* ‖ 10 veneno] Ventus *Masvicius primus* ‖ 11 arpyias *F* 13 in hospitio *FC* ‖ 14 simpligiades petros *F*, *corr. Masvicius* ‖ 15 inferre *F*, *corr. Masvicius* ‖ zetum *FCM* ‖ 16 orythyae *F* orythiae *C* horytiae *L* horythyae *H* orithyae *M* horithiiae *E* ‖ alatos] assatos *F* assutos *C* ‖ arphyias pellere conpulerunt *M* (at ad depellendas arpias miserunt *superscr. m*) ‖ pellendas] fulgandas (*leg.* fug.) *F* ‖ arpyias *F* arpyas *C* arpias *L* arpytas *H* ‖ 17 instrictis *Me* ‖ pulsae *FC* ‖ 19 ab iridea *F* ab iride uati *C* ‖ 20 et suos *FC* ‖ uelatus *F* ‖ strofe *Fl* strophe *LHME* ‖ 21 exquiritur *F* ‖ 23 perhibentur *FCEm:* dicuntur *LHM* ‖ 24 prohibet *F* ‖ 25 quia *ME:* qui *FCLH* ‖ has *M* (ipsas *m*) ‖ 26 ipse] idem *HEm* ‖ dicens ut *LHE*

xima pando. furias autem canes dici et Lucanus testatur, ut ⟨VI 733⟩ Stygiasque canes in luce superna destituam et in sexto ⟨257⟩ Vergilius visaeque canes ululare per umbram adventante dea. sane apud inferos furiae dicuntur et canes, apud superos dirae et aves, ut ipse in XII. ⟨845⟩ ostendit, in medio vero harpyiae dicuntur: unde duplex in his effigies invenitur. *et* has Vergilius tres dicit, *quarum nomina sunt* Aëllo, Ocypete, Celaeno, Apollonius duas *dixit,* quem in XII. ⟨845⟩ Vergilius sequitur, *ut sunt geminae pestes. quidam autem dicunt hunc Phineum, ob divinitatem a Thracibus regem cooptatum, consilia divina prodidisse et obcaecatum adpositis harpyiis.*

210. STANT *sunt.*

211. IONIO IN MAGNO in magno mari Ionio. et sciendum Ionium sinum esse inmensum ab Ionia usque ad Siciliam, et huius partes esse Adriaticum Achaicum Epiroticum; maria enim vel a provinciis vel ab insulis vel a civitatibus nomen accipiunt. bene ergo 'in magno', quasi in quo etiam alia maria sunt. *quidam sane Ionium ab Io Inachi filia dictum volunt, quod amata hoc mare tranaverit, quod in VII.* ⟨790⟩, *ubi de scuto Turni loquitur, plenius invenies. non nulli Ionium ab Ionio rege, qui in insula quae ante Illyricum iacet regnaverat, dictum tradunt.*

212. HARPYIAEQVE COLVNT ALIAE ergo et Celaeno harpyia. *has Hesiodus dicit Thaumantis et Electrae filias. quas sicut dictum est quidam furias putant, cum furiarum mater secundum Hesiodum Terra, secundum Aeschylum Nox sit.*

---

4 sane apud inferos . . . et aves] cf. comm. Luc. VI 733 'canes furias dixit. apud inferos enim furiae dicuntur, apud superos canes, in caelo dirae.' ‖ 23 Hesiodus] theog. 265 sqq. ‖ 24 secundum Hesiodum] theog. 185 ‖ 25 secundum Aeschylum] eum. 319

---

1 et] etiam et *F* etiam *C* ‖ testatur *LHME*: docet dicens *FC* ‖ 2 distuam *C* distituam *H* ‖ 4 aduentente *C* adaeniente *LHE* ‖ 5 dirae] dicerae *F* ‖ 6 arpyiae *F* arpyae *C* arpiigae *L* arpiie *H* arphyiae *H* ‖ et *et* quarum nomina sunt *hab. C* ‖ 7 cypete celeno ello *M* ‖ ocypere *F* cypete *LH* cipetae *E* celeno *FCLE* caeleno *H* ‖ 8 dixit *hab. C* ‖ 9 ut sunt geminae pestes *hab. C* ‖ 10 prodisse *F* ‖ 11 arpyiis *F* ‖ 13 id est in magno *FC* ‖ 16 vel a civitatibus *om. M* ‖ 18 amatata *F* ‖ 20 illiryeum *F* ‖ 22 *ad* harpyiaeque colunt *supr. vers. et in marg.* harpyiae a rapina dicuntur quia arpage dicitur graece rapina quae uirgines dicuntur quia omnis rapina est sterilis. Ideo plumis circumdatae quia omnis rapina quicquid inuaserit celat. Ideo uolatiles quia omnis rapina ad uolandum est celerrima· earum autem nomina sunt aello ocypete celeno· aello graece quasi edon (*leg.* ἑλών) allon id est alienum tollens· ocipete id est citius auferens celenum uero nigrum dicitur· hoc significantes quod primum sit alienum concupisci secundum concupita inuadere tertium celare quae inuadit *T. cf. mythogr. III 5, 5* ‖ celeno *FCL* caeleno *HM* ‖ 23 esiodus *F* ‖ 25 aescilium *F* Aescilum *Daniel* Aeschilum *Commelinus* Aeschylum *Masvicius* ‖ Nox sit] PHINEIA versio Graeca est *add. Daniel*

213. *MENSASQVE METV hoc est sicut dictum est, pulsae a Zetho et Calai.*

214. NEC SAEVIOR VLLA PESTIS ET IRA DEVM STYGIIS SESE EXTVLIT VNDIS ut Poena in Statio. et non dicit has de inferis *esse* natas, sed peiores esse omnibus inde procreatis.

216. *VIRGINEI VOLVCRVM VVLTVS si subdistinguas 'virginei', maior erit admiratio.* *FOEDISSIMA hic turpis, ut Terentius in eunucho* ⟨IV 4, 17⟩ *nunc heu videtur foedus, quia illum non habet. alibi 'foedum' cruentum, ut* ⟨II 502⟩ *sanguine foedantem et* ⟨VII 575⟩ *foedatique ora Galaesi.*

217. PROLVVIES sordis effusio. *et vitavit ne diceret 'stercus'. et per hoc nimiam edacitatem ostendit. et quidam volunt 'proluvies', cum stercus ventris significet, a Vergilio hoc loco figuram ventris significatam, ergo quasi sannosum et panticosum ventrem. aliquando 'proluvies' sola effusio. Terentius quod proluvium, quae haec est subita largitas. aliquando pro aquis multis ponitur.* VNCAEQVE MANVS manus pro unguibus posuit, hoc est γαμψώνυχας.

218. FAME veluti fame; nam abundare dicit armenta. aut re vera 'fame', quam eis inferebat non inopia, sed avaritia. *has alii famis praesides esse tradunt, quia et Phineo propterea adpositae sunt, et Troianos ab epulis prohibent, et his tantum famem praenuntiant, et ipsae sunt fame pallidae.*

219. DELATI quod necessitatis est; nam voluntate aliquo non deferimur, sed venimus.

220. LAETA pinguia: nam in animalibus, in quibus cognosci non potest sensus, laetitiam pingue corpus ostendit, non mens, ut in hominibus. *PASSIM CAMPIS Ulixis socii boves Solis occidisse inducuntur, Vergilius credibilius finxit.*

221. CAPRIGENVMQVE PECVS satis nove et adfectate. *NVLLO CVSTODE deest 'cum'.* PER HERBAM ordo est, non 'per herbam', sed 'per campos in herbis videmus armenta'.

---

4 in Statio] Theb. VIII 25 ‖ 15 Terentius] ad V 9, 28 'quod prolubium? quae istaec subitast largitas?'

---

2 cala *F* ‖ 4 pena *ex* pene *L* ‖ esse *hab. C* ‖ 5 inde] id est *F* ‖ 7 eunudio *F* ‖ 8 heu] tibi *Terentius* ‖ quia illam *F* quia aliam *Commelinus Masvicius Burmannus* quae aliam *Lion* ‖ 13 ventris] *scil. 'proluviem'* ‖ 14 quasi sannosum *scripsi:* quasis annosum *F* quasi annosum *Daniel primus. cf. Pers. sat.* V 91 *'rugosaque sanna'* ‖ panticosum *ex* panticorum *F* ‖ aliquanda *F* ‖ 17 pro unguibus manus posuit *FC* ‖ gampsonichas *FC* tammionxиc *L* (camsonichos *l*) ΓΑΜΙΟΝΧΗC *H* ΓΑΜΡΟΝΥΧΕC *M* CΑΜΦΟΝΙΧΕC *E* χαμψόνυχας *Stephanus* ‖ 18 ueluti fame *om. F* ‖ 19 *ad* fame *in marg.* has quidam praesides famis esse dicunt quia . . . et ipsae fame sunt pallidae *T* ‖ 20 fami *F* ‖ 22 sunt famis sunt palliae *F* ‖ 27 ulixes *F* ‖ Solis *Commelinus:* solos *F* ‖ 30 HERBAS *FC*

222. IPSVMQVE VOCAMVS 'ipsum', id est regem deorum, aut certe praedatorem, hoc est, cui de praeda debetur aliquid: nam Romani moris fuit ut bella gesturi de parte praedae aliquid numinibus pollicerentur: adeo ut Romae fuerit unum templum Iovis praedatoris: non quod praedae praeest, sed quod ei aliquid ex praeda debeatur. *vel quod hic deus iustitiae praeest. ergo cum eum invocant, testantur se nihil mali facere cum sine custode interimunt armenta.*

223. IN PARTEM PRAEDAMQVE in partem *scilicet* praedae.

224. DAPIBVSQVE EPVLAMVR dapes deorum sunt, epulae hominum: bene ergo utrumque posuit; nam et sacrificiis et conviviis operam tribuunt. OPIMIS pinguibus.

225. *SVBITAE pro subito. adverbium in nomen deflexum.* LAPSV celeritate, ut supra ⟨II 225⟩. *ADSVNT velocitatem ostendit.*

226. HARPYIAE *vi* Graeca diphthongos est: nam Latina esse non potest, quia ne *v* quidem habemus. CLANGORIBVS ALAS deest 'cum', ut sit 'alas quatiebant cum clangoribus', ut atque I x i o n i i v e n t o r o t a c o n s t i t i t o r b i s, id est cum vento. aliter acyrologia est, si clangorem dixit alarum sonitum. **sed sane hic versus qui circumductus est talis auditur 'resonant magnis stridoribus alae'.**

227. *CONTACTVQVE OMNIA FOEDANT subaudiendum 'quae relinquebant'.*

228. TVM praeterea. et deest 'erat', *vel 'audiebatur'. et tria mala ipsarum posuit, vocem tactum odorem.*

229. RVRSVM ad illud solum pertinet 'instruimus mensas'; nam ante in speluncis non fuerant. et sciendum hanc particulam interdum sic poni, ut iteratum aliquid significet, ut si dicas 'veni ad te mane, rursum veni'. interdum sine iteratione est, ut 'fui apud te, rursum veni etiam' non ideo dicis 'rursum', quia etiam primo

---

5 sed quod . . . debeatur] exscr. Isid. or. X 219 'Praedator autem est cui debetur de praeda aliquid.' ‖ 16 atque] georg. IV 484

---

2 praedatorum *M E* ‖ nam . . . aliquid *om. H* ‖ 3 romanis *L* (*corr. l*) bella gestare *F* bellis gestis *C* ‖ 4 fuerit] fuit *F C* ‖ 8 *ad* in praedam partemque Iovem *supr. vers.* secundum quosdam propterea uocant iouem in partem praedae quod ipse deus iustitiae praeest et cum eum inuocant testantur nihil mali facere cum sine custode interimunt armenta *T* ‖ scilicet *hab. C* ‖ praedae] partem enim solent diis immolare partem retinere sibi, unde Ovidius (*met.* XII 154) 'sacra tulere suam pars est data cetera mensis' *add. Fabricius* ‖ 9 hominum *ex* omnium *L* hominium *H* ‖ 12 *ad* subitae *supr. vers.* nomen pro aduerbio positum *T* ‖ deflectum *F* ‖ 13 ut supra *om. F C, fortasse recte* ‖ 14 nam *om. F C* ‖ 15 ne] nec *L M E* ‖ 18 sonitum] Plautus in Querulo de anseribus 'cuncti alas quatiunt diris cum clangoribus' *add. Daniel* ‖ sed sane . . . alae *huc transposuit Masvicius, post* odorem (*lin.* 22) *hab. F*) ‖ 21 et *om. F* ‖ 22 adorem *F* 23 RVRSVS *F C* ‖ 24 in speluncis] t in speculis *superscr. lmc* ‖ 26 rursus *M* uenio *M E l* ‖ 27 veni *om. H*

venisti, sed quia illic fuisti. CAVATA *pro 'cava'; nam cavatum proprie manu factum dicimus.*

231. ARISQVE REPONIMVS IGNEM ecce quod dixit 'in partem praedamque Iovem'. sane sciendum iterationem hanc fieri secundum ritum sacrorum; nam displicuisse prima ex prodigiis indicatur. sunt autem hae animales hostiae, quae tantum immolantur, *et caro sacerdotibus proficit.* alibi tantum sanguinem in aras fundi significat, ut ⟨67⟩ sanguinis et sacri pateras. alibi partem corporis, ut ⟨V 237⟩ extaque salsos porriciam in fluctus. alibi integras victimas, ut ⟨VI 253⟩ et solida inponit taurorum viscera flammis.

232. EX DIVERSO CAELI ut 'ex secreto montium': subaudis 'loco'.

233. TVRBA SONANS impetum ostendit; nam de tribus loquitur. et adludit ad furias, de quibus ait alibi ⟨VI 572⟩ vocat agmina saeva sororum. *ergo 'turba' tamquam turba. quare turba, cum tres dixerit? quia apud Graecos qui dualem numerum habent, pluralis numerus a tribus incipit: ergo bene 'turba', quasi plures. vel 'turba' propter tumultum et strepitum alarum. alii tradunt ideo turbam, quod plures, non tres tantum harpyiae sint: alii quod eis cum furiis consortium, unde ⟨252⟩ 'vobis furiarum ego maxima': alii eas etiam parcas esse, unde et divinatio ei data est.* PRAEDAM PEDIBVS CIRCVMVOLAT VNCIS aut circum praedam [*dixit*] volat uncis pedibus: aut intra volam *interiorem manus* amplectitur praedam: unde et 'involare' dicimus intra volam tenere, unde et pyra quaedam volema dicuntur, *eo quod volam impleant.*

234. *POLLVIT contingit. et pollutum sacrificium contactum dicitur. et hoc est 'contactuque omnia foedant inmundo'.*

235. *DIRA Sabini et Umbri quae nos mala, dira appellant.*

236. *AC IVSSI hic 'iussi' utrum verbum an participium sit, id est utrum illi iussi sint, an ego iussi?* TECTOSQVE PER HERBAM DIS-

1 Cavata pro cava . . . dicimus] cf. Isid. diff. verb. 92

1 cauatam *F* ‖ 2 mane *F*, *corr. Daniel* ‖ 3 quod] quia *FC* ‖ 5 indicantur *C* ‖ 6 immolatur *LH* (*corr. l*) ‖ et caro sacerdotibus proficit *edidit Stephanus* 9 proicit *FC* proiciam *LHME* ‖ 10 ut *om. LH* et *E* ‖ 13 TVRBA SONANS si tres sunt, quomodo turba? solvitur: figura emphasis est; nam tres sunt et ad saevitiam retulit earum turbam impetumque ostendit *e. q. s. D* ‖ tribus] turba *C* ‖ loquimur *M* ‖ 15 quare turba cum tres dixerit . . . alii uolunt easdem esse parcas *in marg. T* ‖ 16 tris *F* ‖ 19 tris *F* ‖ arpyiae *F* ‖ funis *F* Furiis *Daniel* 21 datum *F*, *corr. Daniel* ‖ 22 circa praeda *FC* ‖ 23 amplectitur sic dixit *FC* praedam *omittentes* ‖ 24 pira *CM* pera *H* ‖ quaedam *om. FCME* ‖ 25 eo quod volam impleant *hab. C. cf. Serv. ad georg.* II 88 ‖ 26 *ad* polluit *supr. vers.* contingit unde et sacrificium pollutum contactum dicitur *T* ‖ 28 Sabini *Daniel:* abini *F*

PONVNT ENSES *hoc est* disponunt et tectos faciunt: sic et scuta condendo latere faciunt.

239. *SIGNVM utique militare.* MISENVS bene Misenum dicit tubicinem: ipse est enim qui dicitur filius fuisse Aeoli, ut 〈VI 164〉 Misenum Aeoliden: quia constat sonum omnem ex vento creari.

240. NOVA mira, ut Pollio et ipse facit nova carmina: nam novum bellum non est cuius extat exemplum; Hercules enim in monte Arcadiae Stymphalo vicit Stymphalidas, ut Statius et aerisonum Stymphalon. aut 'nova' ideo, quia vulnerari non poterant.

241. OBSCENAS obscenae sunt aves, quae canendo adversa significant, ut paulo post 'infelix vates'. PELAGI VOLVCRES quia dicuntur Ponti et Terrae filiae: unde in insulis habitant partem terrarum, partem maris tenentes. alii dicunt eas Neptuni filias, qui fere prodigiorum omnium pater est: nec inmerito; nam secundum Milesium Thaletem omnia ex umore procreantur: unde est Oceanumque patrem rerum. hinc fit ut, quotienscumque desunt parentes, redeatur in generalitatem. sic et peregrinos Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. alii vero dicunt harpyias filias esse Thaumantis et Electrae. *quidam 'pelagi' adverbialiter accipiunt, ut 'belli', ut 'domi', propterea quod res in insula geritur.* *FOEDARE cruentare. Ennius ferro foedati iacent.*

242. VIM PLVMIS VLLAM naturale enim est ut eludat ictum plumarum levitas: unde et addidit 'plumis'. nam, quod Donatus dicit, ideo eas fuisse invulnerabiles, quia de Styge erant natae, non probatur.

244. *SEMESAM semicomesam.* VESTIGIA *vel* pedum signa: *vel indicium sordium, quibus epulas discedentes polluebant.*

6 Pollio] buc. III 86 ‖ 8 Statius] Theb. IV 298 ‖ 14 alii dicunt . . . pater est] cf. Gell. noct. att. XV 21 ‖ 17 Oceanumque] georg. IV 302 ‖ 18 sic et . . . parentes] cf. Isid. or. IX 4, 41 ‖ 22 Ennius] inc. nom. rel. LIX ap. Ribb. ed. II, XXIII ap. Vahl. ‖ 27 Vestigia pedum signa] cf. Isid. or. XV 16, 13

1 hoc est *hab.* *C* ‖ sicut et *FC* ‖ 3 *ad* signum *supr. vers.* scilicet militare *T* ‖ 4 tubicinen *F* tubic///en *C* ‖ filius fuisse dicitur *FC* ‖ ut] unde ait *FC* 6 apollio *C* ‖ 13 habitabant *C* ‖ 16 humore *HM* mare *C* ‖ 19 alii vero . . . Electrae *post* probatur (*lin.* 26) *hab.* *F* ‖ vero *om.* *LH* ‖ 20 Electrae] quae sic dicuntur elloo eypodo podarce quam Virgilius celeno *Lione teste add. Guelferb. I* 20 ut quidam *F* ‖ uerbialiter *F*, *corr.* *Daniel* ‖ 21 belle *F*, *corr.* *Commelinus* ‖ 22 *ad* foedare *supr. vers.* cruentare *T* ‖ Ennius ferro foedati iacent *Ambros.* ‖ 24 Donatus dicit] alii dicunt *F* ‖ 25 fuisse *om.* *F* ‖ erant] sunt *C* ‖ 27 *ad* semesam *supr. vers.* semicomesam *T* ‖ seme comesam *F* ‖ *ad.* vestigia *supr. vers.* uel pedum signa uel etiam indicium sordium quibus sordibus discedentes ipsae polluebant aepulas *T*

246. INFELIX VATES nuntia infelicitatis, ut μάντι κακῶν. *hoc est nobis infelix, ut* ⟨I 330⟩ *sis felix, id est nobis. et videtur hic auspicii genus inducere secundum augures, quod de diris colligitur, quorum unum genus est quod ex signis colligitur, quo nunc utimur. diram autem esse harpyiam duplici modo memorat, et oscinis et alitis: etenim cum eam facit loquentem oscinis auspicium expungitur, diram tamen quod futuram famem denuntiat; nam ipse ait* ⟨262⟩ *sive deae, seu sint dirae obscenaeque volucres, et* ⟨256⟩ *quam vos dira fames. verum cum ait* ⟨258⟩ *pinnis ablata refugit, ab alite auspicium factum docuit; alites enim certa genera avium ab auguribus appellantur, quae pinnis vel volatu omina possunt facere: quae si fuerint prosperae, 'praepetes'; si adversae, inebrae vocantur: quod etiam in XII.* ⟨862⟩ *signatius dicit alitis in parvae subito collecta figuram, ubi vere diram vult videri.* RVMPIT VOCEM cum indignatione loquitur, ut ⟨X 63⟩ quid me alta silentia cogis rumpere? et notandum, ut supra ⟨II 129⟩ diximus 'rumpit vocem', *cum hoc de silentio melius dicatur fieri. an 'rumpit', quia tantum humanam habens faciem contra naturam sui corporis loquitur?*

247. *BELLVM ETIAM PRO CAEDE BOVM STRATISQVE IVVENCIS iteratum est ad augendam invidiam, ut* ⟨326⟩ *stirpis Achilleae fastus, iuvenemque superbum. aut num aetates boum voluit conprehendere?*

248. LAOMEDONTIADAE perfidi: a rege natum obprobrium, qui deos fefellit. *sane alibi indifferenter hoc nomen ex persona poetae*

---

11 quae si fuerint . . . inebrae vocantur] cf. Isid. or. XII 7, 77 et Fest. Pauli s. v. inebrae

---

1 ut *om.* *FM* ‖ HMAHTI KAKWN *F* MANTI CAKWN *L* manti KAKWN *E*, *om.* *M* ‖ 2 *ad* infelix vates *supr. vers. et in marg.* nuntia infelicitatis et uidetur hoc genus auspicii inducere . . . quod futuram famem praenuntiat *T* ‖ videtur hic . . . ubi vere diram vult videri *hab. Ambros.* ‖ 3 de deris *F* de diis *T* (de deorum signis *superscr. eadem manus*) ‖ 4 quorum . . . utimur *om.* *T* ‖ quarum *F* ‖ ex signis *Daniel:* et signis *F* et superius *Ambros.* ‖ quo] qui *F* ‖ 5 esse *om.* *T* ‖ et oscinis] hoc est oschinis *T* ‖ 6 eam *om.* *F* ‖ facit] facit eam *T* faciat *Ambros.* ‖ oscinem *F* oschinis *T* ‖ exprimitur *T* *Ambros.* ‖ 7 famen denuntiet *Ambros.* ‖ sive] sibi *F* ‖ 8 seu] saeu *F* ‖ nos *Ambros.* ‖ dira] dy *F* ‖ 9 verum *om. Ambros.* ‖ cum *om.* *F* ‖ 10 alites *Tollius ad Auson. epigr.* 1: aliter *F Ambros.* ‖ ab auspicibus *Ambros.* ‖ 12 inebrae *Ambros.:* inibrae *F* (h *ead. man.*) ‖ dicuntur *Ambros. Daniel* ‖ 13 signatius dicit *scripsi:* signatus dicit *F* signat cum dicit *Ambros.* significat cum dicit *Daniel* ‖ 14 uidere *F* ‖ 16 *ad* rumpit vocem *in marg.* rumpit uocem. notandum nobis est cum hoc de silentio soleat dici. nam rumpere uocem proprie est tacere. rumpere silentium loqui. ergo rupit uocem quia tantum habens faciem contra naturam sui corporis loquitur *T* ‖ 17 humanum *F* ‖ 19 *ad vers.* 247 iteratio est facta ad augendam inuidiam *et* hoc loco aetates boum uoluit demonstrare *T* ‖ sed iteratum est *F* ‖ 20 ad] aut *F* augendum *F* ‖ 21 uolunt *F* ‖ 22 natum] neratum *F* obnatum *Mc* ‖ *ad* Laomedontiadae *in marg.* hoc nomen quod est laomedontiade narie ex persona poetae ponitur. hic autem ex persona harpyiarum inducitur dictum quia pro conuicio positum est *T* ‖ poeta *F*

*ponitur*, *ut* ⟨VIII 18⟩ *Laomedontius heros* ⟨VII 105⟩ *Laomedontia pubes.* BELLVMNE *necessario iteravit, ut verbum in quo culpa consistit.*

249. PATRIO REGNO *aut* Neptunio, *aut, sicut alii dicunt, quia Thaumas, pater earum ex Electra, Ponti et Terrae filius fuit. alii 'patrio' proprio accipiunt. ut et patrios cultusque (habitusque) locorum, utique proprios; nam quam patriam agri habeant?*

250. ACCIPITE ERGO ANIMIS quia nos bellis appetitis: ac si diceret, ut futuram famem iam nunc possitis timere.

251. QVAE PHOEBO PATER OMNIPOTENS tribuit auctoritatem, ne possint a se dicta *quasi ab irata conficta* contemni. simul notandum Apollinem quae dicit a Iove cognoscere. PHOEBVS APOLLO purus, inpollutus: et est Apollinis fixum antonomasivum, quod alii dari non potest; nam sunt *et* alia communia, ut 'pater', 'omnipotens'.

252. FVRIARVM MAXIMA adeo ipsae sunt furiae, ut et unum epitheton habeant, et causis consentiant: nam ait de Tisiphone ⟨VI 605⟩ furiarum maxima iuxta accubat et manibus prohibet contingere mensas; quod etiam hae faciunt et inferentes Troianis famem et praenuntiantes. *alii dicunt ideo adsumpsisse sibi furiae nomen harpyiam, ut terreat.*

253. ITALIAM CVRSV PETITIS ex his quae norunt fidem dicendis accommodant: *id est ex hoc mihi fidem habebitis futurorum, si praecedentia vera sunt.*

255. DATAM *fatis concessam.*

256. QVAM VOS DIRA FAMES ut Varro in secundo divinarum dicit, oraculum hoc a Dodonaeo Iove apud Epirum acceperunt: quod modo dixisse fingit harpyias. sed tamen colorate tangit historiam dicendo 'quae Phoebo pater omnipotens'. NOSTRAEQVE INIVRIA

---

6 et patrios] georg. I 52 ‖ 25 Varro in secundo divinarum] fragm. 3 ap. Merk. prol. ad Ov.. fast. p. 113

---

4 *ad* patrio regno *supr. vers.* Neptunio aut sicut alii tradunt thamantias pater earum ponti et terrae filius fuit uel patrio intellege proprio *T* ‖ ait neptunio *C* ‖ neptuno *F* ‖ 5 thumas *F* ‖ 6 utique proprios; nam quam p. a. habeant *scripsi:* utquae proprios numquam p. a. habeant *F* ‖ 7 habeant] aut ut alii quoniam Neptuni filiae fuerunt *add. Daniel* ‖ 8 appetistis *FC* apetitis *L* adpetitis *H* ‖ 11 quasi ab irata conficta *hab. C* ‖ contempni *LM* ‖ 12 ab ioue *FC* ‖ 13 antonomasium *LHME* (antonomasiuum *man. rec. in L*) ‖ 14 et *hab. C* ‖ 16 ex causis *Lion* ‖ 16 ait] et *H* ‖ thisiphone *FH* tesifone *CLME* ‖ 18 etiam] autem *C* ‖ 20 *ad* furiarum maxima *supr. vers.* tradunt quidam quod ideo furiarum nomen assumpserit una ex arpyis ut magis eos terreret *T* ‖ 21 dicendi *L* ‖ 22 accommodat *FC* ‖ 24 *ad* datam *supr. vers.* concessam a fatis *T* ‖ 25 humanarum *Kiesslingius de Dionysi Halicarnasei antiq. auct. lat. p.* 40. *cf. Gruppius de rel. Varr. antiqu. rer. hum. p.* 6 ‖ 26 apud] caput *C* ‖ 27 fingit] fugit *F* finxit *L* ‖ sed] et *HME*

CAEDIS *quidam 'iniuriam' pro 'vindictam' accipiunt. et harpyia* ista mentitur: nam inminens Troianis fatalis est fames.

257. AMBESAS undique esas, hoc est rotundas: maiores enim *nostri* has *mensas* habebant in honore deorum, panicias scilicet.

258. REFVGIT non metu: nec enim minantibus convenit: sed ne posset *rogatu* placari.

259. *GELIDVS DERIGVIT id est gelidus factus deriguit.*

260. NEC IAM AMPLIVS ARMIS subaudis 'usi sunt'; nec enim potest esse ab inferioribus zeugma. quod plerumque fit, ut ei per omnia unus sermo sufficiat, ut ⟨359⟩ Troiugena, interpres divum, qui numina Phoebi, qui tripodas, Clarii laurus, qui sidera *sentis* per omnia 'sentis' intellegis. plerumque aliud subauditur, ut hoc loco, item ⟨XII 435⟩ disce, puer, virtutem ex me verumque laborem, fortunam ex aliis subaudis 'opta'; nam fortuna ex aliis non discitur.

261. SED VOTIS PRECIBVSQVE duplici ratione placantur numina, aut votis aut precibus: unde est ⟨437⟩ Iunonis magnae primum prece numen adora, Iunoni cane vota libens. IVBENT volunt, ut ⟨II 3⟩ infandum regina iubes renovare dolorem. *Terentius iubeo Chremetem.*

262. SIVE DEAE quia divinant. OBSCENAEQVE VOLVCRES quia in his ventris cernebant proluviem. bene autem, etiam si aves sunt, eas dicit placandas propter pessima omina.

263. PASSIS *apertis,* solutis.

264. NVMINA MAGNA *hoc est* Iovem Minervam Mercurium secundum Samothracas, *ut* ⟨12⟩ *penatibus et magnis diis. ita autem invocat, ut 'magna' dicat.* MERITOS congruos, id est expiatorios: unde sequitur 'di prohibete minas'. *INDICIT sacrorum verbo usus est; nam supplicationes et dies festi indici dicebantur.*

265. *DII PROHIBETE MINAS hoc per speciem auguralem quae invocatio appellatur non nulli dictum putant. invocatio autem est precatio,*

---

19 Terentius] Andr. III 3, 1

---

2 est famis fatalis *FC* hesas *FC* ‖ 4 nostri *et* mensas *hab. C* ‖ honorem *M* ‖ 5 enim *om. C* ‖ 6 possit *FC* ‖ rogata *C* ‖ 7 DIRIGVIT *et* diriguit *F* ‖ *ad* gelidus deriguit *supr. vers.* gelidus factus *T* ‖ 9 zeuma *libri* ‖ fit] fuit *FC* ‖ ei *FCME:* et *H, om. L* ‖ 11 Phoebi . . . sidera *om. M* ‖ lauros *FL* ‖ 12 sentis *hab. C* ‖ 15 ex aliis *om. CHL* (*add. l*) ‖ 18 item Iunoni *vulgo* ‖ 19 terentio iubeo cremetum *F* ‖ 23 omnia *LH* (omina *l*) ‖ 24 solutis apertis *C* ‖ 25 hoc est *hab. C* ‖ Mercurium] et pepe *add. F* ‖ secundum Samothracas *om. FC* ‖ 28 *ad* indicit *in marg.* cum dicit indicit sacrorum uerbo usus est nam supplicationes et dies festi indici dicebantur. inde indictae feriae *T* ‖ 30 hoc per . . . suscepta *hab. Ambros.*

*uti avertantur mala, cuius rei causa id sacrificium augurale peragitur, ut hic de auspicio harpyiarum invocatione suscepta 'dii prohibete minas' et cetera.* AVERTITE CASVM bene, etiam si contingat, casum credit esse, non ultionem. *aut certe ideo 'casum', † ne si fatales averti non possit. 'casum' autem, id est periculum; nihil est enim fame gravius, quod ait postea* ⟨367⟩ *obscenamque famem, quae prima pericula vito. Sallustius sin vis obsistat, ferro, quam fame aequius perituros.* SERVATE PIOS propter facta sacrificia. *merito ergo servate* (*nos*) *qui pii sumus, ut* ⟨VII 21⟩ *quae ne monstra pii paterentur talia Troes.*

269. VENTVSQVE GVBERNATORQVE VOCABAT honestius hac elocutione per pluralem utimur numerum, licet possit et singularis esse.

270. *MEDIO APPARET FLVCTV iuxta morem cotidianum dixit 'medio', ut si dicamus 'in medio mari naufragium fecit', cum interdum non longe a litore contingit.* NEMOROSA ZACYNTHOS insulas Graeciae commemorat. *hac omnes insulae Graeciae sunt, quas Homerum secutus mutatis tantum coniunctionibus de Graeco in Latinum transtulit. 'nemorosa' autem ὑλήεσσα Ζάκυνθος commemorat.*

271. SAMEQVE Cephalleniae *civitas* est ista: nam Samos in Asia est. *NERITOS mons Ithacae.*

272. EFFVGIMVS transimus celeriter. LAERTIA REGNA inrisorie, cum praemiserit scopulos, ut ⟨I 139⟩ inmania saxa, vestras, Eure, domos.

274. LEVCATAE NIMBOSA CACVMINA MONTIS Leucata mons est altissimus, *prope paeninsula,* in promunctorio Epiri iuxta Ambraciam *et sinum et* civitatem, quam Augustus Nicopolim appellavit victis illic Antonio et Cleopatra. ibi et templum Actiaco Apollini constituit et ludos Actiacos: unde nunc Vergilius in honorem Augusti quae ipse fecit dat eius origini; nam Aeneam illic dicit ludos cele-

---

7 Sallustius] hist. fragm. III 67 Kr. ‖ 17 Homerum secutus] Od. I 246 et IX 21

---

2 ut *F:* et *Ambros.* ‖ harpyarum *F* ‖ 4 fatalis *Daniel* cum res *vel* necessitas fatalis a. n. p. *F. Schoellius* ‖ 7 Sallustius Sin uis obstet ferro quam fame perituros aequius *Ambros.* ‖ equius *F* ‖ 9 nos *add. Daniel* ‖ 11 VENTVS *CLH* VOCABAT *F* V. *CL* VOCANT *H* VOCABANT *ME* ‖ locutione *ME* ‖ 16 ZACHINTHOS *F* ZACHINTOS *L* ZACHINCTOS *H* ZACHYNTHOS *M* ‖ insulas Graeciae commemorat *om. FC* haec (*sic*) omnes insulae Graeciae *hab. C* ‖ 18 transtulit *ex* transtulat *F* ‖ 19 YΛNEϹϹA ZAKYNΛOϹ *F* ‖ 20 cephaleniae *FM* caephaleniae *CL* caphaleniae *H* ciuitas *hab. C* ‖ ista *om. M.* est ἄστυ, *ut* civitas *tamquam eius vocis interpretamentum secludatur F. Schoellius* ‖ 22 transimus] traximus *FC* ‖ 25 Leucate *Masvicius et Burmannus* ‖ 26 promontorio *FC* ‖ umbrachiam *FC* ambrachiam *LHE* ‖ 27 et simum et *C:* et sinum *F* sinum et *Daniel* ‖ nicopolin *HME* ‖ 28 ibi etiam *ME* ‖ Actiaco] in promontorio *add. D* ‖ 30 nam et aeneam *L*

brasse, ut alibi inducit Aeneam promittentem templum Apollini, quod fecisse constat Augustum, ut ⟨VI 69⟩ tum Phoebo et Triviae solido de marmore templum constituam. *sane de hoc Leucate amatores se in mare ad excludendum amorem praecipitare dicebantur: ut Sappho † quae his inde desiluit. hic locus uocatur † allo. hoc autem plenius ubi Damon in bucolicis loquitur invenies.* NIMBOSA CACVMINA *semper enim, quamvis aliis caeli partibus serenis, Leucatae montis cacumen nubibus tectum est.*

275. ET FORMIDATVS NAVTIS *aut quod locus hostilis;* aut propter asperitatem locorum, quia saxosa sunt; aut, ut quidam volunt, quia moris erat aliquem ei de nautis immolari, *ac per hoc qui formidaretur.* APERITVR APOLLO *nauticum verbum, quotiens cedente eo quo inpeditur aspectus, aliquid patescit, ut ⟨530⟩ portusque patescit iam propior.*

276. HVNC PETIMVS occurrebat: cur formidatum petitis? ideo intulit 'fessi'. *vel quia hiemis inminebat adventus: nam ideo et parvae urbi successit, quia terra erat hostilis, aut ideo hostili terrae, quia erat parva.* PARVAE VRBI Ambraciae *scilicet. 'parvae' autem in adulationem Augusti dictum; nam hanc Augustus diruit primo, quod ei bello Actiaco fuisset inimica: 'parva' ergo quam parvam fecerat Caesar. sed post eam instauravit et appellavit Nicopolim.*

278. INSPERATA TELLVRE *an quia saxosa loca; an quia per medios hostes navigaverant; an quia tempestate; an quia [cum] Graeca? nam ideo et 'potiti' sequitur.* TELLVRE POTITI 'potior' et 'illa re' dicimus et 'illius rei': sed per septimum *casum* in usu est, per ge-

---

6 in bucolicis] VIII 59

---

1 et *LH* (ut *l*) ‖ templum promittentem *FC* ‖ 3 de . . . constituam] et reliqua *F* d. m. t. i. *C* ‖ 4 leutate *F* ‖ amattores *F* ‖ excludendum *Daniel:* excludendo *F* excutiendum *Burmannus. cf. ad buc.* VIII 59 ‖ 5 ut . . . invenies *om. Daniel* ‖ sapho *F* ‖ poetris *F. Schoellius. fort.* ob Phaonis (amorem) *vel* quae princeps. *cf. Strabo p.* 452 ‖ 6 allo] *fortasse* ἅλμα. *cf. Strabo* l. l. *ἔχει δὲ τὸ τοῦ Λευκάτα Ἀπόλλωνος ἱερὸν καὶ τὸ ἅλμα τὸ τοὺς ἔρωτας παύειν πεπιστευμένον* ‖ 8 Leucatae *scripsi:* lecatis *F* Leucatis *vulgo* ‖ 9 NAVTIS] et reliqua *add. F,* a. a. *C* ‖ aut propter] apellat *C* ‖ 10 locorum] saxorum *M* quia saxosa sunt *omittens* ‖ 15 petitis *LH:* petistis *FCME* ‖ 16 intulit] addidit *F* addidit non tulit *C* ‖ fessi] HVC PETIMVS si formidatur, quare 'huc petimus'? soluitur: at fiducia uirtutis, aut quia hoc necessitas imperabat; dicendo ergo 'fessi' necessitatem demonstrat, propter saxosa loca, in quae moris erat, ut unus ex nautis immolaretur *Lione teste add. Guelferb.* I ‖ 16 vel quia hiemis inminebat adventus *pertinent ad* hunc petimus fessi. *quae sequuntur sic videntur constituenda* ET PARVAE SVCCEDIMVS VRBI ideo 'parvae', quia terra erat hostilis. ‖ 18 ambrachiae *FCLH* ‖ Ambraciae] apud quam pugnavit Augustus contra Antonium: unde Ovidius (*met.* XIII 713) 'certatam lite deorum Ambraciam' *add. D* ‖ 19 adolationem *F* ‖ 21 posteã *F* postea *vulgo* ‖ 22 INSPIRATA *F* ‖ 23 cum Graeca natione *Daniel primus* ‖ nam ideo et 'potiti' sequitur *omisit Daniel* ‖ 25 rei] regi *L* reis *H* ‖ casum *hab. C* ‖ usum *F*

netivum figurate ponitur. Sallustius ut prius quam legatos conveniret Adherbalis potiretur. legimus et per accusativum, sed uti non possumus: Terentius patria potitur commoda.

279. LVSTRAMVRQVE IOVI aut 'lustramur', id est purgamur, ut Iovi sacra faciamus; aut certe 'lustramur Iovi', id est expiamur. piaculum enim commissum fuerat tauro in Thracia immolato, ut diximus supra ⟨21⟩, et licet multa fuissent secuta sacrificia, intellegebatur tamen adhuc numen iratum non desinentibus malis. sciendum sane moris fuisse, ut piaculo commisso ludi celebrarentur: nam cum Romani iracundia matris deum laborarent et eam nec sacrificiis nec ludis placare possent, quidam senex statutis ludis circensibus saltavit, quae sola fuit causa placationis: unde et natum proverbium est omnia secunda, saltat senex. *quamvis hoc et alio ordine et alia ex causa narratur † stotian. aut 'lustramur Iovi', quia supra ⟨222⟩ dixerat ipsumque vocamus in partem praedamque Iovem et postea poena harpyiarum secuta est: ergo quoniam non ad iustum sacrificium Iovem invocaverint, ideo illi piaculum solvunt; hoc est enim 'diis lustrari', offensa eorum liberari. sane 'lustramur' apto verbo usus est mentionem ludorum facturus; horum enim certaminum sacra celebratio lustrum vocatur: lustrato enim populo dii placantur.* VOTISQVE] *dubium est utrum faciendis an solvendis votis.* *VOTISQVE INCENDIMVS ARAS id est vota facientes. dubitatur vero utrum Iovis aras, an Veneris dixerit. Varro enim templum Veneri ab Aenea conditum, ubi nunc Leucas est, dicit: quamvis Menander et Turpilius comici a Phaone Lesbio id templum conditum dicunt. qui cum esset navicularius, solitus a Lesbo in continentem proximos quos-*

1 Sallustius] Iug. 25, 10 ‖ 3 Terentius] ad V 4, 17. cf. Don. ad hunc. vers. 24 Menander et Turpilius] cf. Ribbeckii com. lat. rel. p. 84 ed. 1

1 conveniret *FC:* uideret *LHME* ‖ 2 adherualis *F* atherbalis *ME* ‖ 5 faciamus] aut dubium est utrum faciendis an soluendis uotis *add. F; quae cum ad* votisque *pertineant post* placantur (*lin.* 21) *collocari* ‖ 12 salutauit *FC* ‖ causa fuit *F* ‖ 13 salutat *FC* ‖ quamuis hoc ex alio ordine et alia ex causa narretur stotian *Daniel* quamvis haec ex alio ordine et alia ex causa narretur historia *Commelinus primus.* ‖ 14 station *Bern.* 167. a Suetonio *F. Schoellius. fortasse* in libro octavo. *cf. Serv. ad Aen.* VIII 110 ‖ 14 ioni *F* ‖ *ad* lustramur *in marg.* quod dicit lustramur apto uerbo usus est mentionem ludorum facturus quia horum certaminum sacra celebratio lustrum uocabatur et lustrato populo dii placabantur *T* ‖ 22 VOTIS *F* ‖ *ad* votisque incendimus aras *in marg.* dubitatur iouis an ueneris aras dicat uarro tradit templum ab enea conditum ueneri ubi et leucata mons est quamuis . . . cognominem sibi fecit *T* 23 Varro ait templum Veneri ab Aenea conditum ubi nunc Leucate *Ambros.* ‖ 24 Leucas est *Hagenus:* leucasẽ *F* Leucatem *Daniel primus* ‖ Menander et Turpilius Comici templum Veneri a lanone lesbio conditum dicunt *Ambros.* (a lanone *man. sec.*) ‖ 25 Phaone *Commelinus:* facione *F* fanone *T* ‖ dicant *T* ‖ 26 a lesbio *T* ‖ in *om. T*

*que mercede transvehere, Venerem mutatam in anuis formam gratis transvexit: quapropter ab ea donatus unguenti alabastro cum se † in dies inditum ungueret, feminas in sui amorem trahebat, in quis fuit una, quae de monte Leucate eum potiri eius nequiret abiecisse se dicitur: unde nunc auctorare se quotannis solent qui de eo monte iaciantur in pelagus. quidam id fieri propter Leucaten puerum dicunt, quem cum Apollo vellet rapere, in mare se proiecit montemque cognominem sibi fecit.*

280. ACTIA LITORA ut supra diximus, propter Augustum hoc dicit, qui illic ludos statuit agonales, *devicto Antonio et Cleopatra.*

281. PATRIAS PALAESTRAS palaestrae usus primum apud Athenienses repertus est. Troiani autem praeter Dardanum et Teucrum etiam ab Atheniensibus originem ducunt: unde et Minervam colunt. hinc est in secundo ⟨188⟩ neu populum antiqua sub religione tueri 'antiqua' *scilicet* ab Atheniensibus tradita. 'Iliacis' ergo Atheniensibus, unde Ilienses didicerunt. *nam et Vestam ideo Troiani colunt, quia eadem terra est, terrigenas autem Athenienses nemo dubitat.*

283. FVGAM TENVISSE feliciter navigasse: nam 'tenere' est implere, ut ⟨686⟩ ni teneant cursus *certum est dare lintea retro,* id est impleant. et potest intellegi secundum communem sensum, ob hoc eos lustratos, id est expiatos, ob hoc sacrificasse et ludos celebrasse, quia hostiles terras prospera navigatione transierant.

284. MAGNVM SOL CIRCVMVOLVITVR ANNVM antiqui tempora sideribus computabant et dixerunt primo lunarem annum XXX. dierum: unde invenitur in aliquibus DCCCC. annorum vita, scilicet lunarium. postea solstitialis annus repertus est, qui XII. continet menses. mox maiore cura annum esse magnum voluerunt omnibus planetis in eundem recurrentibus locum, et hic fit, ut supra ⟨I 269⟩

---

24 antiqui tempora e. q. s.] cf. ad Aen. I 269

---

1 anuis *Ribbeckius com. lat. rel. p.* 84 *ed.* I: nauis *FT* anus *Masvicius* 2 in dies inde tum ungeret *Masvicius* inde totum ungueret *Ribbeckius* indies inde inungueret *Hagenus* in dei similitudinem u. *F. Schoellius* ‖ 3 sua *T* ‖ trahebat *T:* trahebant *F* ‖ in quis] e quibus *T* ‖ 4 poteri *F* ‖ eius] eis *T* ‖ se *om. T* ‖ 5 auctorare *T* auctorare *F* ‖ quodannis *F* ‖ iacian̉ *F* iaciuntur *T* ‖ 6 id *om. F* ‖ 7 mare *T:* ma *F* ‖ cognomen *T* ‖ 10 qui] quia *L* ‖ agonales *LH:* et agona *FC* et agonales *ME* ‖ deopatra *F* ‖ 11 primus *FC* ‖ 12 praeter] propter *FCl* ‖ 14 relligione *FEm* ‖ 15 scilicet *hab. C* ‖ 16 didicerunt] dici coeperunt *C* ‖ 17 terra et terrigenes autem *F, correxit Commelinus* ‖ 21 impleantur *FC* ‖ communem] communionem *F* ‖ 22 et ludos celebrasse *om. F* ‖ 24 magnum ne putemus lunarem esse propterea dixit. antiqui enim tempora *e. q. s. Daniel* ‖ 26 quibusdam *M* (t aliquibus *superscr. m*) ‖ 28 magnum annum esse *FC* ‖ 29 decurrentibus *LHE* ‖ hic] hoc *Fl* hec *C* ‖ supra *om. FC*

diximus, secundum Ciceronis Hortensium post annos XII DCCCCLIIII solstitiales scilicet: bene ergo nunc 'magnum' addidit, ne lunarem intellegeres; bene solis nomen, ne, quia dixerat 'magnum', illum planetarum acciperes: de quo varia dicuntur et a Mentore et ab Eudoxo et a Ptolomaeo et ab ipso Tullio; nam in libris de deorum natura tria milia annorum dixit magnum annum tenere. *possumus tamen accipere, Troianos ibi annum duodecim mensium fecisse.*

286. AERE CAVO CLIPEVM aeris cavi, ut ⟨I 75⟩ pulchra prole. *'clipeum' hic masculino, at neutro alibi* ⟨IX 706⟩ *clipeum super intonat ingens.* MAGNI GESTAMEN ABANTIS paenultima habet accentum. et hunc Abantem intellegamus occisum cum Androgeo *apud Troiam. ut* ⟨II 389⟩ *mutemus clipeos: sed Vergilius, ámans inventa occasione recondita quaeque summatim et antiquam contingere fabulam, de Abante dixit. Abans namque, Lyncei et Hypermestrae filius, viribus praestans, cum vicinas civitates subvertisset magnusque terror universis esset, diem supremum obiit. populi autem quos ille devicerat, regno eius infesti, manu facta urbem dirituri muros subiere, cumque in eo essent ut iam civitatis potirentur, senex quidam iuvenem egregiae formae securum in publico excidio notavit in foro, cumque ex eo quaesisset, cur patriae non succurreret, respondit, quod arma non haberet. tunc senex ei Abantis arma consecrata demonstrat hortatusque est ut eis uteretur: quibus tunc sumptis iuvenis properat in aciem. hostes vero viso Abantis clipeo fugerunt. quidam sane Abantem inventorem clipei ferunt.*

---

5 in libris de deorum natura] cf. II 20, 51 ‖ 14 Abans namque e. q. s.] cf. Apollod. II, 2, 1 sqq. Hyg. fab. 170

---

1 XII milia DCCCCLIIII *L* XII milia DLIIII *H* duodecim milia nongentos quinquaginta quattuor *M* XII nongentos quadraginta quatuor *E* (duodecim milia nongentos quinquginta quatuor *e*) ‖ 2 solsticialis *L* solstitialis *H* ‖ addidit . . . magnum *om. H* ‖ lunaris *M* ‖ 3 intellegerimus *FC* intellegeretur *M* illum intellegeres planetarum *M* acciperes *omittens* illum in planetarum *Daniel* illum VII planetarum *Commelinus* ‖ 4 acciperemus *FC* ‖ dicuntur *om. F* Mentore] *immo* Metone ‖ 5 abtolomaeo *F* ab ptolomeo *L* ab tolle ē mee *H* abtolemo *M* abtholemeo *E* ‖ 6 III annorum *C* ‖ dicit *FC* dixit . . . annum] magnum annum esse dicit *M* ‖ possumus . . . fecisse *hab. C* ‖ 7 mensuum fecisset *FC, corr. Daniel* ‖ 10 Abantis. hunc abantem possumus intellegere cum androgeo aput troiam occisum ubi scriptum est mutemus clipeos· sed uirgilius amans. . .inuentorem clipei ferunt *in marg. inf. T* ‖ paenultima habet a. *om. F, cf. ad lin.* 24 ‖ 11 intellegamus] possumus intellegere *FC* ‖ occisum *om. C, post* apud Troiam *hab. F* ‖ 13 inuento *F* ‖ antiqua *T* ‖ 14 licei *T* ‖ hyptre *F* climestre *T* Hypermnaestrae *Daniel* ‖ 16 supremum] sumptum *T* ‖ illi *F* ‖ 17 urbem *om. T* ‖ diruituri] ut diruerent *T* ‖ subiere *Daniel:* subire *F* subigere *T* 18 ciuitatis *ex* ciuitates *F* ‖ 19 securum ex in publico excio *F* ‖ 20 respondit] et respondit *Daniel* et respondisset *Masvicius primus* ‖ 21 hortatusque est *T:* hortatusque *F* hortaturque *Burmannus* ‖ 22 iuuenes *F* ‖ 24 ferunt] sed hoc nomen in penultima syllaba habet accentum *add. F*

287. POSTIBVS ADVERSIS FIGO *proprie; figi enim dona dicuntur, ut* ⟨IX 406⟩ *sacra ad fastigia fixi. et sciendum inter sacratas res etiam dona esse, sicut in libris sacrorum invenitur, quae tamdiu dona dici possunt, quamdiu non profanentur: rite ergo dicendo 'Aeneas haec de Danais victoribus arma' ostendit clipeum quem dono obtulerat consecratum. sciendum tamen hunc clipeum ab Aenea apud Samothraciam in templo consecratum, quod poeta per transitum tetigit.* REM CARMINE SIGNO 'rem' votum, id est voluntatem. *'carmine' autem epigrammate.* et sciendum carmen dici quicquid pedibus continetur: nam et hic unum versum carmen dixit, et in bucolicis duo, ut tumulo superaddite carmen, Daphnis ego in silvis hinc usque ad sidera notus, formosi pecoris custos formosior ipse.

288. DE DANAIS VICTORIBVS inrisio est, ut ⟨II 368⟩ victoresque cadunt Danai. subaudis autem 'arma consecravit', *vel posuit. sane hic 'arma' clipeum solum, ut* ⟨X 841⟩ *at Lausum socii exanimem super arma ferebant.*

289. LINQVERE TVM PORTVS *id est post insultationem carminis necessario statim fugit.*

291. AERIAS ARCES id est altas. PHAEACVM Corcyram insulam dicit, sitam inter Epirum et Calabriam, ubi regnavit Alcinous, *quam incoluerunt Phaeaces.* ABSCONDIMVS nauticus sermo est. sane mira usus est celeritate, ut ante absconditam quam visam insulam diceret.

292. PORTVQVE SVBIMVS CHAONIO ut ⟨VII 161. VIII 125⟩ subeunt muro: nam si 'Chaonios' legeris, *non 'Chaonio'*, difficilis est scansio, *non* excluso 's'.

293. BVTHROTI VRBEM id est Buthrotium, ut ⟨I 244⟩ fontem Timavi. haec autem civitas est in Epiro, cuius pars est Chaonia, quae ante Molossia dicta est. *BVTHROTI VRBEM] Helenus, filius*

---

11 tumulo] buc. V 42

---

1 fige *F* ‖ 2 fixa *F* ‖ 3 Libri sacrorum. sciendum inter sacras res etiam dona esse quae tam diu dona esse possunt quam diu non profanentur. *Ambros.* 6 aput Samothratiam *F* ‖ 8 carmini autem epigrammati *FC* ‖ 10 dicit *CM* 11 hinc . . . ipse *om. C* ‖ huc *F* ‖ 16 solum] dicunt *add. Daniel* ‖ ad *F* ‖ 18 *ad* linquere tum portus *supr. vers.* id est post insultationem carminis necessario statim fugit *T* ‖ 21 inter] contra *FC* ‖ Calabriam] uetereum *F Daniel et Commelinus* uegetum *C. lege* Veretum. *cf. Strab. p.* 281 *et Plin. nat. hist.* III § 105 ibi *F* ‖ alchinous *FCLM* ‖ 22 quam incoluerunt Phaeaces *hab. C* ‖ 23 sane mira] et mira bene *FC* et mira *M* sane et mira *E* ‖ 26 non chaonio *C* nam chaonio *F* ‖ 27 non *hab. C Stephanus, Fabricius* ‖ excloso *C* ‖ excluso s] exclusus *H* ‖ 28 BYTROTI *C* BVTROTI *M* ‖ butrotium *C* bythrotium *L* butrotium *ex* butrutium *M* ‖ 29 choma *H* choonia *ex* chaonia *M* ‖ 30 molosia *LH* molossia *ex* molussia *M* ‖ Helenus . . . decrescat *in marg. T. ex his* posita est autem . . .

*Priami, cum Epirum sacrificaturus applicasset, bos vulneratus manus ministrantis evasit. et in eo loco ubi bos cecidit urbem ex responso constituit. quam a vulnere bovis Buthrotum appellavit. posita est autem in saxo quod mari cingitur, in quo fons huius naturae esse perhibetur, ut, cum mare quietum fuerit, crescat, cum vero fluctibus attollitur, decrescat.*

294. INCREDIBILIS RERVM FAMA incredibilium rerum fama. et bene non credit: unde et postea ⟨319⟩ interrogat Pyrrhin conubia servas?

295. *PRIAMIDEN HELENVM hoc totum cum admiratione pronuntiandum est.*

297. PATRIO MARITO atqui Thebana fuit *de Thebis Phrygiis.* sed aut provinciam pro patria posuit, ut ⟨I 380⟩ Italiam quaero patriam, item Sallustius Hispaniam sibi patriam esse: aut certe secundum ius locutus est, quia uxor viri domicilium sequitur, iuncta ergo Hectori facta Troiana est; nam et 'cessisse' de iure est, cedi enim hereditas dicitur. *ergo merito dicta est Heleno civi nupsisse.* CESSISSE MARITO *sic ait, ut dicimus: ex hereditate paterna illud mihi cessit.* consuetudinis *sane* regiae fuit, ut legitimam uxorem non habentes, aliquam licet captivam, tamen pro legitima haberent, adeo ut liberi ex ipsa nati succederent. Pyrrhus hanc quasi legitimam habuit et ex ea filium Molossum suscepit. postea cum vellet Hermionen, Menelai et Helenae filiam, Oresti iam ante desponsatam, ducere uxorem, Orestis insidiis in templo Delphici Apollinis occisus est. verum moriens praecepit, ut Andromache, quae apud eum coniugis locum tenuerat, Heleno daretur propter supra ⟨II 166⟩ dictum beneficium, quo eum a navigatione, *ceteris Graecis navigantibus, quos tamquam vates sciebat tempestate perituros,* prohibuerat. inde factum est, ut teneret regnum privigni, qui suc-

---

14 Sallustius] hist. fragm. I 59 Kr. ‖ 19 consuetudinis regiae fuit e. q. s.] exscr. mythogr. I 41, II 208. cf. I 140 ‖ 29 inde factum est e. q. s.] exscr. Isid. or. XIV 4, 9

---

attollitur *hab. F* ‖ 1 epyrum *T* ‖ 3 buthrotē *T* ‖ posita autem est *F* ‖ 4 mari *Daniel:* mare *F* muro *T* ‖ 5 vero fluctibus *om. T* ‖ decrescat *om. F, post* attollitur *haec addens* Litora chaonio chaonia autem a chaone ut alii perhibent fratre ut alii socio helene (*sic*) in uenatione extincto locus appellatus. *cf. ad v.* 297 8 credidit *FCl* ‖ 10 PRIAMIDEN . . . pronuntiandum est *om. Daniel* ‖ 12 frigiis *F* ‖ 13 sed *om. C* ‖ aut . . . posuit] aut provintiam pro patria posuit aut probamus pro patria *F* aut probamus pro patria *C* ‖ prouintiam *HM* ‖ Italiam quaero patriam item *om. FC* ‖ 16 haectori *CHM* ‖ de iure verbum est *Fabricius* ‖ 19 sane *hab. C* ‖ 22 mollosum *C* molosum *LH* ‖ 23 hermionē *LH* ‖ 24 densponsam *F* desponsam *C* ‖ 26 daretur] quae peperit Molossum prius Pyrrho *addidit Commelinus* ‖ 29 prohiberat *F* ‖ teneret] Helenus *add. Commelinus*

cesserat patri: a quo Molossia dicta est pars Epiri, quam Helenus postea a fratre Chaone, quem in venatu per ignorantiam dicitur occidisse, Chaoniam nominavit, quasi ad solatium fratris extincti. *quamvis de hoc nomine etiam aliae caūsae apud diversos alios inveniantur.*

300. PROGREDIOR PORTV CLASSES ET LITORA LINQVENS hysteroproteron in sensu: ante enim linquitur litus et sic a portu proceditur. *sane securitatem verbo ostendit, dicens 'classes et litora linquens', quippe cum regnum civium peteret. aliter in primo ⟨306⟩ exire locosque explorare novos.* notandum sane finitum esse versum participio: quod rarum apud Latinos est, apud Graecos vitiosissimum.

301. SOLLEMNES *non festas, sed* legitimas, anniversarias. TRISTIA DONA tale est illud ⟨V 49⟩ quem semper acerbum, semper honoratum, sic di voluistis, habebo.

302. IN LVCO lucum, ut supra ⟨I 441⟩ diximus, numquam ponit sine religione; nam in ipsis habitant manes piorum, qui lares viales sunt: unde in sexto ⟨673⟩ nulli certa domus; lucis habitamus opacis. *et in quinto ⟨760⟩ tumuloque sacerdos ac lucus late sacer additur Anchiseo. et hic lucus, qui ad reddenda sollemnia Hectori et Astyanacti fuerat dicatus.* FALSI simulati.

303. *LIBABAT CINERI non dixit cuius, sed exin † latinis intellegitur. sic et 'manes'.* MANESQVE VOCABAT sacrificiis inani sepulturae conciliabat manes Hectoreos. et bene in luco, ut diximus supra.

304. AD TVMVLVM id est cenotaphion. VIRIDI CAESPITE herboso.

305. GEMINAS unam marito, alteram filio: aut certe illud respicit, quia inferi pari gaudent numero, ut ecce duas tibi Daphni, superi vero inpari, ut numero deus inpare gaudet: *vel 'geminas' Diti patri et Proserpinae; † aut quia datae. (sane) mortuorum arae,*

---

27 aut certe illud e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. V 86 ‖ 28 ecce] buc. V 66 ‖ 29 numero] buc. VIII 75

---

1 patri a quo] pati a que *F* patriaque *C* ‖ molosia *LHM* ‖ quam] sicut dictum est *add. FC. cf. ad. v.* 293 ‖ 3 cahoniam *H* ‖ 7 linquitur] loquitur *F* progreditus *M* (t proceditur *superscr. m*) ‖ 8 *ad* progredior . . . linquens *supr. vers.* hoc dicendo securitatem ostendit quia ciuium regna petebat *T* ‖ 11 raro *FC* ‖ uitiosissimum] usitatissimum *coni. Hagenus* ‖ 13 non festas, sed *C* ‖ 14 TRISTIA DONA acerba tale *e. q. s. Daniel* ‖ 17 ipsorum *E* (t piorum *superscr. e*) 18 nulla *E* ‖ lucos habitamus opacos *F* l. h. o. *C* ‖ 20 late *om. F* ‖ achiseo *F* 21 dicatos *F* ‖ 22 CINERE *F* ‖ latius *Daniel* satis *ego* ex infra dictis *F. Schoellius* 23 inanis *L* ‖ 25 *scholium ad* ad tumulum *om. F* ‖ cenetafion *C* caenetafion *H* canetafion *E* ‖ 28 quia] nam *FC* quid *H* ‖ ut. . .numero *om. C* ‖ 30 Diti *Daniel:* dicti *F* ‖ datae] elatae *Daniel.* a uidua datas *F. Schoellius. fortasse* aut 'geminas' duas

*deorum altaria dicuntur, ut en quattuor aras, ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phoebo: quamvis hoc frequenter poeta ipse confundat.* LACRIMIS SACRAVERAT *hoc tantum, ut causam lacrimarum haberet.*

306. MONSTRIS *ut monstris:* rebus *scilicet* insperatis. *et hoc ad Andromachen refertur, quae putat monstrum: aut certe 'monstris', quod tunc advenerat Aeneas, cum illa manes invocaret et eum crederet esse defunctum.*

308. DERIGVIT VISV IN MEDIO dum me cernit, obstipuit: *aut antequam nos manifestius videret.* CALOR OSSA RELIQVIT id est extimuit, ut ⟨I 92⟩ s o l v u n t u r f r i g o r e m e m b r a.

310. VERANE TE FACIES ordo est, o nate dea, adfersne te mihi, vera facies, verus nuntius? *et opportunum principium feminae, quam incertam timor fecerat.* VERVS MIHI NVNTIVS ADFERS *quidam sic exponunt: 'adfers' pro adfereris, id est verus mihi nuntiaris.*

311. VIVISNE et secundum muliebrem adfectum, *sicut supra dictum est,* interrogat, et bene suspicatur: nam et inferis sacrificat, et in luco, in quo habitant manes.

312. HECTOR VBI EST hoc ad Aeneae pertinet gloriam, ut ab Hectore numquam discessisse videatur. sentit autem hoc: si umbrae videntur in sacris, cur non eorum magis quibus sacrificatur? DIXIT LACRIMASQVE EFFVDIT *bene postquam ad mentionem Hectoris ventum est, tacuit et flevit.*

313. FVRENTI insolabiliter et inpatienter dolenti.

314. TVRBATVS *lugente scilicet Andromache. Cato ait v e r b a t e r t i a t o e t q u a r t a t o q u e m p i a m d i c e r e p r a e m e t u.* HISCO hiscere est hiare, nec loqui posse. *vel 'hisco' hic loquor.*

315. VIVO EQVIDEM *hoc † enim et hos legendum est.* VIVO EQVIDEM ac si diceret: si tamen vita est infeliciter vivere.

---

1 en quattuor] buc. V 65 ‖ 22 bene postquam . . . flevit] cf. Eugraph. ad Ter. Andr. I 5, 8 ‖ 25 Cato] inc. libr. rel. 13 ap. Iord.

5 ut monstris *et* scilicet *hab. C* ‖ *ad* monstris *in marg.* rebus insperatis et hoc ad . . . esse defunctum *T* ‖ 6 andromachem *F* ‖ 9 DIRIGVIT *FCLE* ‖ 12 ordo talis est *MEl* ‖ 13 *ad* verane te facies *supr. vers.* oportunum principium . . . fecerat *T* ‖ oportunum *F* ‖ 15 *ad* adfers *supr. vers.* pro affereris id est uinus mihi nuntiaris uel temet ipsum affers ueraciter *T* ‖ adfers *om. Daniel* pro] prout *F* ‖ adfereris] adferis *F* adferris *Daniel* ‖ 16 sicut supra dictum est *hab. C, etsi ea ad quae respicit scholiastes (ad v.* 310 et opportunum . . . fecerat) *non habet* ‖ 20 sentit] sensit *FC.* i. e miratur *superscr. m* ‖ 21 in sacris *FC* sacris *LH* (in *et* i feriis dandis *superscr. l*) inferiis dandis *ME* ‖ manis *E* (i magis *superscr. e*) ‖ 24 insolubiter *E* (insolubiliter *e*) ‖ 27 posse] namqui nimium maerent singultibus ore etiam aperto verba non reddere possunt *add. D* ‖ *ad* hisco *in marg.* hisco os aperio locuturus *T* ‖ 28 cum patho *Masvicius* ἐμφατικῶς *Hagenus* εἰρωνικῶς *vel* ἠθικῶς *F. Schoellius. fort.* θρηνητικῶς

316. *NAM VERA VIDES propter illud 'verane te facies'?*

317. *HEV disiungendum ab interrogatione, ut separatim luctuosa vox audiatur. CASVS hic 'eventus', ut* ⟨I 240⟩ *tot casibus actos: alibi 'periculum'. DEIECTAM CONIVGE TANTO* *πάϑος per conparationem virorum factum.* EXCIPIT signate locutus est, quia 'deiectam' dixerat; excipiuntur enim quae cadunt.

318. DIGNA congrua et priori conveniens.

319. HECTORIS ANDROMACHE si 'Andromache', sequentibus iunge: si 'Andromachen', superioribus. *sed cum supra Heleno nuptam dixerit, cur hic Hectoris dixit? sed ipse quaestionem solvit dicendo* ⟨294⟩ *'incredibilis'.* CONVBIA SERVAS tenes, ut ⟨VII 3⟩ et nunc servat honos sedem tuus ossaque nomen: *aut certe obtines, ut servantem ripas. Aut quia audierat nuptam Heleno. SERVAS pro servasti.*

320. *DEIECIT VVLTVM decenter, quia de concubitu admonita est.* DEMISSA humili, *tenui. et verecunde, quia de Pyrrho dictura est.*

321. *O FELIX] (bene) ad interrogata non respondet.* O FELIX bene et virginitatem laudat et mortem, ut ostendat se invitam Pyrrhi pertulisse conubium et esse superstitem suis miseriis. *PRIAMEIA VIRGO] quia notum est nomen, omisit.* PRIAMEIA VIRGO Achilles dum circa muros Troiae bellum gereret, Polyxenam visam adamavit et conditione pacis in matrimonium postulavit. *alii dicunt, quod, cum ad redimendum corpus Hectoris ab Achille etiam ipsa cum patre venisset, adamata est.* quam cum Troiani fraude promisissent, Paris post Thymbraei Apollinis simulacrum latuit et venientem Achillem ad foedus missa vulneravit sagitta. tum Achilles

---

13 servantem] georg. IV 459 ‖ 21 Achilles dum e. q. s.] cf. mythogr. I 140 II 205

---

1 VIDENS *F* ‖ facias *F* ‖ 4 *πάϑος Hagenus:* paphas *F* dapnas *Daniel* Daphnas *Lion* ‖ 5 detectam *F* deiectus *H* ‖ 8 ANDROMACE *H* ANDROMACHAE *ME* ‖ andromacae *C* andromachae *ME* ‖ 9 andromachen] andromache *C* ‖ 9 *ad* Hectoris Andromache *supr. vers.* cum supra . . . incredibilis *T* ‖ 10 cur] cui *F* ‖ dicedo *F* 12 *ad* seruas *in marg.* tenes aut certe optines ut seruantem ripas. aut quia audierat nuptam heleno. seruas pro seruasti posuit modum pro modo *T* ‖ obtines] oms̄ *F* omis *Commelinus* amas *Masvicius* ‖ 13 aut quia audierat nuptam Heleno *ad* Pyrrhin conubia seruas *pertinent* ‖ SERVAS] sei tias *F* ‖ 17 O FELIX bene nec ad interrogata respondit et uirginitatem *e. q. s. F.* non respondet *scripsi* ‖ 19 conubium] ut ipsa paulo post dicit *add. ME* ‖ suis miseriis *FCH:* suis misteriis *L* (patriae *superscr. l*) patriae *ME* ‖ 20 PRIAMEIA VIRGO quia notum . . . omisit. ANTE ALIAS ideo . . . extincta est. VNA ANTE ALIAS ideo . . . extincta est et ante alia (*sic*) absolute . . . pulcherrimus omnes. HOSTILEM AD TVMVLVM quia grande . . . interitus. fabula talis est Achilles dum *e. q. s.* (PRIAMEIA . . . extincta est *in dextro,* VNA ANTE ALIAS *et reliqua in sinistro margine.*) ‖ 21 gerit *C* geret *L* (gereret *l*) ‖ 23 remendum *F, corr. Daniel* ‖ anchille *F* ‖ 26 tunc *FL*

moriens petiit, ut evicta Troia ad eius sepulcrum Polyxena immolaretur: quod Pyrrhus implevit. *et alius ordo fabulae huius: cum Graeci victores in patriam vellent reverti, e tumulo Achillis vox dicitur audita querentis, quod sibi soli de praeda nihil inpertivissent. de qua re consultus Calchas cecinit, Polyxenam Priami filiam, quam vivus Achilles dilexerat, eius debere manibus immolari; quae cum admota tumulo Achillis occidenda esset, manu Pyrrhi aequanimiter mortem dicitur suscepisse. invenitur enim apud quosdam quod etiam ipsa Achillem amaverit, et ea nesciente Achilles fraude et insidiis sit peremptus.*

ANTE ALIAS ideo felicior, quia virgo extincta est. *VNA ANTE ALIAS 'ante alias' hic absoluto iunxit, ut* ⟨XI 821⟩ *fida ante alias. iungitur tamen et comparativo, ut* ⟨I 347⟩ *scelere ante alios inmanior, et superlativo, ut* ⟨IV 141⟩ *ipse ante alios pulcherrimus omnes.*

322. HOSTILEM AD TVMVLVM quia grande est mortis solatium praemissus hostis interitus. *TROIAE SVB MOENIBVS ALTIS solatium dedit mortuae, quod licet ad hostilem tumulum, sed in ore patriae perierit; unde duplex felicitas, quod et virgo et in patria meruerit interire.*

323. *IVSSA MORI hoc est ex praecepto Achillis, quam ad tumulum suum iussit occidi. SORTITVS quia captivi et praeda inter victores sorte dividebantur, ut est* ⟨IX 266⟩ *et praedae dicere sortem.*

324. NEC VICTORIS ERI TETIGIT CAPTIVA CVBILE singula habent enfasin suam: nam parum erat dominum dicere, nisi et victoris adderet fastum; 'tetigit' non ascendit; nec genialem lectulum, sed 'cubile'. *NEC VICTORIS ERI et reliqua. merito ergo 'felix' quae sola morte tot poenas refugit. TETIGIT CAPTIVA CVBILE 'tetigit' non cum fiducia coniugali ascendit, sed ut solent captivae dominorum toros parentes leviter contingere.*

---

16 solatium dedit . . . interire] cf. Macrob. Sat. IV 6, 2

---

1 euicta] etuicta *L* devicta *vulgo* ‖ 2 et] est *Masvicius primus* ‖ 4 inperpetiuissent *F* ‖ 5 calcas *F* ‖ polixenam *F* ‖ 7 pyrri *F* ‖ 8 aput *F* ‖ 11 absoluto *scripsi:* absolute *F*. *cf. Charis. p.* 112, 15 K. ‖ fida] filia *Daniel* ‖ 15 quia] nam *M* ‖ 19 hoc est ex] bene hoc ex *Daniel* ‖ quam] *fortasse* qui eam ‖ 20 occidit *F*, *corr. Daniel* ‖ *ad* quae sortitus non pertulit ullos *supr. vers.* hoc est sortes non pertulit ut in diuisionem neniret per indicium sortis scilicet in alienam potestatem *T* ‖ captivi *Daniel:* captiue *F*. *fortasse* captivae. ‖ 21 deuidebantur *F* praedae dicere] praedicere *F* ‖ 22 NEC VICTORIS HERI et reliqua. singula . . . adderet fastum. merito ergo . . . refugit. TETIGIT CAPTIVA CVBILE tetit (*sic*) non cum fiducia . . . contingere et cubile dixit non lectulum genialem *F* ‖ 23 enfasis *F* efasin *L* (enfasin *l*) enfasim *H M E* enfasin suam *spatio relicto om. C* 25 cubile] quod est pecudum vel quadrupedum *add. D* ‖ 26 refugit] effugit *Masvicius primus* ‖ *ad* tetigit captiva cubile *supr. vers.* hoc est non cum fiducia coniugali . . . contingere *T*

325. *DIVERSA PER AEQVORA VECTAE tamquam parum fuerat, patriam incensam.*

326. *STIRPIS ACHILLEAE cum magno dolore dictum 'Achilleae', quia ab eo Hector occisus est. et idem bis dixit.* FASTVS superbiam. et est quartae declinationis; nam liber, qui dierum habet conputationem, secundae declinationis est: unde erravit Lucanus ⟨X 187⟩ dicendo nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

327. SERVITIO ENIXAE TVLIMVS hoc est pertulimus, donec in servitio positae eniteremur. et bene plurali utitur numero ad excusandum pudorem.

328. LEDAEAM HERMIONEN *id est* Ledae neptem, *Tyndarei uxoris, quam Iuppiter in cygnum mutatus gravidam fecit, quae ovum peperisse dicitur, unde nati sunt Helena, Castor et Pollux.* LACEDAEMONIOSQVE HYMENAEOS cum ingenti felle, ac si diceret: infelices maritis semper, ut Paridi et Deiphobo.

329. TRANSMISIT HABENDAM erili voluntate, non lege coniugii: *vel quia inter captivos matrimonio fides non stabat:* unde et 'habendam' dixit. *et 'transmisit', quia alii tradidit, quidam 'permisit' accipiunt.*

330. *EREPTAE CONIVGIS hanc Hermionen quidam dicunt, cum Oresti esset desponsata, post a Menelao apud Troiam admirante virtutem Pyrrhi, esse illi promissam. alii dicunt a Menelao quidem apud Ilium Pyrrho desponsatam, sed a Tyndareo Oresti, morante apud Troiam Pyrrho, ut quidam promissam, ut quidam coniunctam tradunt: quam cum Pyrrhus, confisus voluntate Menelai, armatus multitudine rapuisset, ab Oreste insidiis interfectus est. si ergo Orestes eam uxorem non duxerat, cur 'coniugis' posuit? sic ergo intellegendum est, quam sperabat coniugem, ut in secundo ⟨344⟩ et gener auxilium, cum adhuc sponsus esset.*

---

6 unde eravit Lucanus . . . annus] cf. Prisc. VI 72 (I p. 256, 12 H.) et comm. Luc. X 187

---

3 *ad* stirpis Achilleae *supr. vers.* cum magno dolore . . . idem bis dicit *T* 4 superbia *FC* ‖ 7 uincitur fastibus annos *FC* ‖ 9 niteremur *H* emitteremus *Stephanus.* fabula autem est ut praediximus *add. Daniel* ‖ utimur *M* ‖ 11 HERMIONĒ *LM* ‖ nepotem *C* ‖ *ad* Ledaeam Hermionen *supr. vers.* id est ledae neptem . . . castor et pollux *T* ‖ uxoris *scripsi:* uxorem *FT* ‖ 12 ouium *F* ‖ 15 semper maritis *CM* ‖ 16 erili . . . unde et habendam *om. H* ‖ erili *FC:* herili *LME* 20 *ad* ereptae coniugis *in marg.* hanc hermionē . . . adhuc sponsus esset *T* horesti *T* ‖ 21 disponsata *F* ‖ admirantem *FT, corr. Daniel* ‖ 22 pyrri *F* ‖ esse *scripsi:* eam *FT* clam *F. Schoellius* ‖ illi *om. F* ‖ 23 porro *F* pirrho *T* ‖ dispontam *F* ‖ sed a Tyndareo *scripsi:* se a tyndario *F* sed tindareo *T* sed Tyndario *Daniel* sed a Tyndaro *Masvicius et Burmannus* ‖ hresti *F* horeste *T* ‖ 24 pyrro *F* ‖ ut quidam tradunt, promissam, ut quidam, coniunctam *debuit scribere scholiastes* ‖ 25 pyrrus *F* ‖ multitudinem *T* ‖ 26 horeste *T* ‖ horestes *T* ‖ eum *F* 29 esset] est *F*

331. SCELERVM FVRIIS matricidio scilicet. *Orestes enim, Agamemnonis filius, cum interfecto patre a Clytemestra coniuge et adultero Aegistho ipse subtractus periculo esset, apud Strophium, patrem Pyladis, educatus est. qui cum adolevisset cum amico Pylade, tam Aegisthum quam matrem peremit: ob quam causam furiis agitatus est nec ante furore liberatus, quam pervenisset in Tauricam regionem, ubi soror eius Iphigenia, subducta a Diana apud Aulidem sacrificio, templo Dianae praeerat et more gentis deae hospites immolabat. ibi cum ad aras pertractus esset, ut tamquam hospes occideretur, agnitus a sorore subtractus est morti: post. accepto responso, sublato Dianae simulacro, sororem reduxit in Atticam, ubi in honorem conservati numinis Tauropolin appellavit.* AGITATVS stimulatus. *Cicero in Rosciana* ⟨24, 67⟩ *agitari et perterreri furiarum taedis ardentibus.*

332. EXCIPIT dolo interficit, *ut* ⟨VI 173⟩ *aemulus exceptum Triton.* PATRIAS ARAS alii Achilleas intellegunt; [*aut quod ibi Achilles occisus sit*] nam Pyrrhus, ut in historia legimus, occiso patre in templo Apollinis Thymbraei reversus ad patriam, in numinis insultationem in templo eius Delphico aras patri constituit et illic ei coepit sacrificare: [*neque enim aut Pyrrhus, aut Apollo Delphis oriundi sunt.*] alii 'patrias' Apollineas volunt a Patris, Achaiae civitate, in qua *Patrius* Apollo colitur. nec debemus quaerere, cur non Delphicas dixerit, quia epitheta in alieno negotio plerumque alia ponuntur, ut in quarto ⟨345⟩ Italiam magnam Gryneus Apollo, Italiam Lyciae iussere capessere sortes, cum a Delio tantum eum constet accepisse responsa. *sunt qui dicunt ab*

16 nam Pyrrhus . . . sacrificare] exscr. mythogr. I 140

1 matricidii *FC* id est matricidio *Me* ‖ *ad* scelerum furiis *in marg. inf.* horestes fuit filius agamemnonis et clitemestre qui interfecto patre ab uxore clitemestra et ab adultero aegisto subtractus est periculo a sorore iphigenia quae erat sacerdos dianae et aput strophium patrem piladis educatus est· qui in (*leg.* inter) eum talem amicitiam fecit et suum filium ut fratres dicerentur. postea cum adoleuisset cum amico pilade tam aegistum quam matrem peremit. ob quam causam furiis agitatus est. nec ante a furore liberatus quam uenisset ad tauricam regionem ubi soror eius iphigenia aput auliden sacrificia templi dianae praeerat et more gentis deae hospites immolabat. et ibi subtractus morti cum esset agnitus sorore (*leg.* a sorore) sublato simulacro deae sanitate gaudens in patriam est reuersus. *T* ‖ agamemnonhis *F* ‖ 2 clymastra *F* ‖ 3 egisto *F* ‖ stroficum *F* ‖ 4 piladis *F* ‖ 5 egestum *F* ‖ egitatus *F* ‖ 7 a Diana *Commelinus:* achana *F* ‖ 11 reduxit *Daniel:* reuixit *F* ‖ 12 appelauit *F* ‖ 14 EXCEPIT *CLH* ‖ interfecit *LH* ‖ 15 intellegunt] ubi ille adorabat Apollinem *add. Daniel* ‖ aut quod achilles ibi occisus sit *C* ‖ 16 nam Pyrrhus . . . legimus] aut quod (quo *F*) historia loquitur pyrrhus *FC* ‖ 18 insultatione *CL* ‖ 20 a patris *FC* a patras *LH* a patria *M* (apatras *superscr. m*) a patrâs *E* ‖ achie *L* achiae *H* achiiae *M* (achaiae *m*) ‖ 21 Patrius *hab. C* ‖ 22 delphicis *H* ‖ 25 cum tantum *FC* ‖ responsum *FC* ‖ quidam dicunt ab aesculapio aras apollinis statutas . . . et aras constituisse *in marg. sup. T* ‖ dicunt *om. F*

*Aesculapio aras Apollini statutas 'patrias' nominatas. alii in templo Apollinis dicunt aram fuisse inscriptam ΠΑΤΡΙΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ab hoc, quod Icadius, Apollinis et Lyciae nymphae filius, cum in adultam aetatem venisset, primo regionem in qua natus erat a matre Lyciam nominavit, deinde in ea urbem Apollini condidit. sortes et cortinam consecravit, et, ut illum patrem esse testaretur, Patara cognominavit. inde cum Italiam peteret, naufragio vexatus delphini tergo exceptus dicitur ac prope Parnasum montem delatus patri Apollini templum constituisse et a delphino locum Delphos appellasse, aras deinde Apollini tamquam patri consecrasse, quas ferunt vulgo patrias dictas. hinc ergo et delphinum aiunt inter sacra Apollinis receptum; cuius rei vestigium est quod hodieque quindecimvirorum cortinis delphinus in summo ponitur et pridie quam sacrificium faciunt, velut symbolum delphinus circumfertur, ob hoc scilicet, quia quindecimviri librorum Sibyllinorum sunt antistites, Sibylla autem Apollinis vates et delphinus Apollini sacer est. invenitur tamen apud Cornificium Longum, Iapydem et Icadium profectos a Creta in diversas regiones venisse, Iapydem ad Italiam, Icadium vero duce delphino ad montem Parnasum, et a duce Delphos cognominasse, et in memoriam gentis, ex qua profectus erat, subiacentes campos Crisaeos vel Cretaeos appellasse, et aras constituisse.*

333. REDDITA *more veteri pro 'data' accipiendum est: 're' ergo abundat. Ennius annalibus ad illa reddita nuptam, et alibi isque dies post aut Marcus quam regna recepit pro accepit. aut 'reddita', quod Heleno debebatur imperium.* CESSIT PARS HELENO per privignum, ut diximus ⟨297⟩.

---

23 Ennius annalibus] I, XLI ap. Vahl. ‖ et alibi] ann. II, XVIII ap. Vahl.

---

2 ΠΑΤΡΙΟΥ ΑΠΟΛΛΟΝΟϹ *F* ΠΑΤΡΙΟΥ ΑΠΟΛΛΟΝΟϹ *T* ‖ 3 icadios *F* ‖ nyphae lycyae *F* liciae nimphae *T* ‖ 5 lician *F* ‖ urbem quoque *Daniel* ‖ 6 Patora *Daniel* ‖ 7 n̄fragio *F* ‖ delphyni *F* ‖ 9 a *om. F* ‖ apellasse *F* ‖ 10 ferunt *om. F* 11 sacra] sacrata *Daniel* ‖ 12 delphinos *F* ‖ in summo honore ponitur *Daniel* 13 pridie quum *Burmannus et Lion* ‖ faciant *F* ‖ 14 sybillinorum *et* sybilla *F* 15 delfinos *F* ‖ 16 Cornificius longus ait Iaspidem et Icaolium profectos a Creta in diuersas regiones uenisse Iapidem ad Italiam Icaolium uero duce Delfino ad montem Parnassum et a Duce Delphos nominasse et in memoriam gentis ex qua profectus erat subiacentes campos Crisaeos uel Creteos appellasse et arces constituisse *Ambros.* ‖ iapidum et iacadium *F* ‖ 17 a crata in diuersa regione *F* 18 duci *F* ‖ 20 et *om. F* ‖ 23 analibus *F* in Annalibus *Daniel* ‖ ut illa reddita nuptum *Daniel* ut Ilia reddita nuptum *Commelinus* ‖ 24 recoepit *F* isque dies postquam Ancus Marcius regna recepit *H. Ilbergius* ‖ pro accepit. aut 'reddita', quod Heleno debebatur i. *Vahlenus:* et pro accepta ut reddita quod heleno debatur i. *F* debeatur *F. Schoellius* ‖ 25 REDDITA quo modo 'reddita', cum constet Helenum fuisse Troianum nec de Graecia ullam habuisse partem? reddere autem est datum recipere. solvitur sic: reddita id est data. Cessit ergo pars Heleno per privignum ut diximus *D* ‖ 26 diximus] supra *add. Me*

334. CHAONIOS COGNOMINE CAMPOS *Epirum campos non habere omnibus notum est, sed constat ibi olim regem nomine Campum fuisse eiusque posteros Campylidas dictos et Epirum Campaniam vocatam, sicut Alexarchus, historicus Graecus, et Aristonicus referunt. Varro filiam Campi Campam dictam, unde provinciae nomen; post vero, sicut dictum est, Chaoniam ab Heleno appellatam, qui fratrem suum Chaonem, vel ut alii dicunt comitem, dum venaretur occiderat. alii filiam Campi Cestriam ab Heleno ductam uxorem, et* (*cum*) *de nomine soceri Campos, de nomine Chaone Chaonas dixisse.*

335. TROIANO A CHAONE *licet superius causa huius nominis dicta videatur, tamen quidam dicunt hunc Chaonem pro omnium incolumitate, cum pestilentia laborarent socii Heleni, ex responso immolandum se obtulisse, unde in honorem eius Epirum, quae Campania dicebatur, Chaoniam nominatam. alii dicunt,* [*quod*] *cum Helenus cum Pyrrho ab Ilio navigaret et tempestate iactarentur, Chaonem, unum e Troianis, amicum Heleni, vovisse, ut, si illi periculum evasissent, se pro eorum incolumitate interimeret: qui se, postquam illi evaserunt, sicut promisit, occidit: unde factum est, ut ex eius nomine Helenus, adeptus regnum, Epirum Chaoniam nominaret.* DIXIT *nominavit, ut* ⟨VIII 331⟩ *fluvium cognomine Thybrim diximus et* ⟨I 533⟩ *Italiam dixisse ducis de nomine gentem.*

336. PERGAMAQVE 'Pergama' legendum, non ut plerique 'Pergameam', qui per inperitiam contra metrum sentiunt. decipiuntur autem dum utrumque derivativum volunt, cum sit 'Pergama' principale.

337. (SED TIBI) QVI CVRSVM VENTI *servat hunc ordinem, ut a sui persona incipiens mox quaerat alienam, ut* ⟨I 369⟩ *sed vos qui tandem, quibus aut venistis ab oris. et hoc totum* cum admira-

---

1 Epirum campos *Daniel, om. F* ‖ 3 epyrum *F* ‖ Campaniamque *Daniel* ‖ 4 Alexarchus historicus graecus et Aristonicus referunt in Chaoniis campis olim regem nomine Campum fuisse eiusque posteros Campilidas dictos et Epyrum Campaniam vocatam. *Ambros.* ‖ Alexarchus *Daniel* alexar *F* ‖ 4 Varro ait filiam Campi Campam dictam unde provinciae nomen *Ambros.* ‖ 5 campam *F* Campaniam *Daniel* ‖ 6 Chaoniam *Masvicius:* caoniam *F* ‖ a heno appelatam *F, corr. Daniel* ‖ caonem *F, corr. Masvicius* ‖ 7 uenerator *F, corr. Daniel* ‖ 8 ab heno dictam uxorem *F, corr. Dan.* ‖ 9 *fortasse* de nomine Chaonis ‖ 10 TROIANO CAONE *F* ‖ *ad* Troiano a Chaone *supr. vers.* propter memoriam chaonis scilicet quem constabat fuisse troianum licet superius . . . chaonem nominatam *T* ‖ CHAONE] vel fratre Heleni vel ut alii volunt hunc Chaonem *add. Daniel* ‖ 11 incolomitate *F* ‖ 12 helene *F* ‖ 13 obtulisse] tradidisse *T* ‖ epyrum *F* ‖ 4 Chaoniam *Daniel:* chaonē *FT* ‖ 14 nominatam] nominavit *Daniel* Helenus, et hoc fuit quando navigaverunt a Troia cum Pyrro *addens* ‖ pyrro *F* ‖ 15 Chaonem *Hagenus:* dianē *F* Dianae *Daniel* ‖ 17 incolomitate *F* ‖ interimiret *F* ‖ ille *F* ‖ 18 ex *omisit Daniel* ‖ 19 aepyrum *F* ‖ Chaoniam *Hagenus:* dianiam *F* ‖ 20 thibrum *F* ‖ 21 ducis] duos *F* ‖ 22 pergamean *C* ‖ 23 inperitiam] etiam *add. FC* ‖ 26 servat . . . alienam *hab. T* ‖ 27 suis *F*

tione dictum est. QVI VENTI id est tam prosperi. QVAE FATA tam nobis felicia.

338. QVIS DEVS? qui praestitit, ut te videre possemus. tale est et illud Aeneae ad Didonem adulatorium ⟨715⟩ hinc me digressum vestris deus appulit oris. IGNARVM aliud disponentem.

339. *PVER ASCANIVS filius, quia Graeci παῖδας etiam filios dicunt.* SVPERATNE vivit. sane nove dictum est et caret exemplo, ut pauca in Vergilio. alii dicunt 'superat' superstes est: sed 'superstes' praesentem significat, ut Cicero in Mureniana ⟨XII 26⟩ suis utrisque superstitibus, id est praesentibus.

340. QVEM TIBI IAM TROIA hemistichium nec in sensu plenum. sunt autem duo talia, hoc et ⟨VIII 41⟩ concessere deum: quem quidam ita conplevit concessere deum profugis nova moenia Teucris.

341. AMISSAE CVRA PARENTIS si 'parentis' Creusae accipis, occurrit *illud*, unde sciebat eam perisse? et alii dicunt potuisse hoc vel Heleno divinante cognosci, vel Aenea requirente per Troiam, ut ⟨II 769⟩ implevi clamore vias: sed utrumque viribus caret. parentem ergo patriam accipiamus, ut Tullius si tibi patria, quae communis omnium parens est, et est sensus 'doletne perditam patriam'?

342. ANIMOSQVE VIRILES atqui supra dixerat 'puer': sed 'animos viriles' ait parentum consideratione. inde et in nono ⟨309⟩ de ipso ante annos animumque gerens curamque virilem.

343. *AVVNCVLVS quidam 'avunculus' humiliter in heroico carmine dictum accipiunt.*

345. *INCASSVM FLETVS et 'longos' et 'incassum' bene addidit, ut femineos monstraret adfectus.*

---

12 hemistichium nec in sensu plenum] cf. vita Donati p. 64, 10 *Reiffersch.* 20 Tullius] in Catil. I 7, 17 'nunc te patria, quae communis est parens omnium nostrum'.

---

2 felicia] facilia *FCE* (t felicia *superscr. e*) ‖ 3 QVI *FCH* ‖ 7 παῖδας] pedas *F* ‖ 9 pauca] puta *C* (pauca in *evanuerunt in F*) ‖ superstis *H* ‖ sed superstes *om. HE* (superstes *add. e*) ‖ 10 praesentibus *H* ‖ numeriana *ME* ‖ 12 emisticium *F* emisticium est *C* emistichium *LH* emystichium *M* ‖ 13 hoc et . . . Teucris *om. FC* ‖ hoc et *Me*: hoc *L* hoc ut *H* hoc est *E* ‖ 17 illud *hab. C* 18 vel *om. C* ‖ 19 uias *FC*: uiam *LHME* ‖ 20 patriam *H* ‖ 21 doletme *F* ‖ 23 autqui (at superscr.) *F* etqui *C* ‖ 24 inde *FCM*: unde *LHE* ‖ nono] III. *C* ‖ 26 heroico *ex* herooo *F* ‖ 28 *ad* incassum fletus *supr. vers.* et longos . . . adfectus *T* ‖ CASSVM *F* ‖ 29 adfectos *F*

348. ET MVLTVM LACRIMAS ordo est 'lacrimas multum fudit inter verba singula': nam si 'lacrimans' *dixeris*, quid fudit? *et bene verba Heleno post Andromacham non dedit, ne frigeret, sicut in libro quinto Acestae.*

349. *PARVAM TROIAM SIMVLATAQVE MAGNIS et cetera. multi putant, Aeneam † de ea venisse ad Epirum et ibi haec loca per licentiam poeticam esse conficta. Varro Epiri se fuisse dicit et omnia loca isdem dici nominibus, quae poeta commemorat, se vidisse: unde apparet haec non esse fabulata. idem etiam Varro Troiam Epiri ab Aenea sive a comitibus eius* [†*byopator*] *nuncupatam docet, ubi Troiana classis Aeneam expectasse sociosque eius castra in tumulis habuisse memoratur, quae ex illo tempore Troiana appellantur: unde apparet divinum poetam aliud agentem verum semper attingere.*

350. *ARENTEM pro aridum: participium vice nominis.*

351. AGNOSCO aut cognomine agnosco; aut certe quia reparatam audierat Troiam, ut ⟨294⟩ hic incredibilis rerum fama occupat aures. *AGNOSCO*] **nam ea agnoscimus quae iam pridem vidimus**. SCAEAEQVE AMPLECTOR LIMINA PORTAE Scaea porta dicta est non a pugnis ante se factis scaevis, id est malis; nam et ante sic dicta est; nec ab itinere ingressis scaevo, id est sinistro, quod ingressi non recto eunt itinere, sed sinistro: sed a cadavere Laomedontis, hoc est scenomate, quod in eius fuerat superliminio. *tamen hanc portam ex nece Achillis scaeam appellatam*

23 tamen . . . volunt] cf. Tzetz. ad Lycophr. Cass. 774

2 dixeris *hab. C* ‖ fundit *HM* ‖ 3 andromacam *F* ‖ frigerit *F* ‖ *fortasse* sicut nec in libro quinto Acestae. *cogitare videtur scholiastes de v.* 749 *sqq.* ‖ 5 multi putant . . . attingere *in marg. T* ‖ 6 de (ea) et *F* et *T*. non devenisse *Heynius exc.* I *ad Aen.* III *p.* 563 *ed.* IV. *fortasse* deiectum non venisse ‖ epyrum *T* 7 epyri *F* ‖ hisdem *F* ‖ 8 dicta. *Ritschelius mus. rhen.* VI *p.* 500 ‖ 9 fabuleta *F*, *corr. F. Schoellius* ‖ id est etiam *F* ‖ epyri *F* ‖ Varro Troiam ab Aenea sua (*sic*) ab eius comitibus byopato nuncupatam dicit *Ambros.* ‖ 10 byopator *F* byopatam *T* Biopatora *Masvicius* Gya et Patrone *Kiesslingius de Dion. Halic. antiquit. auct. Lat. p.* 40 (*cf. Dion.* I 51) *Βουϑρωτόν Bursianus Geogr. v. Griechenl.* I *p.* 18. *seclusi* byopator. *fortasse in margine archetypi adscriptum erat* Syt. prator., *i. e.* '*Suetonius pratorum*'. *cf. Reiffersch. quaest. Suet. p.* 436 *et adnot. crit. ad Aen.* II 683 ‖ classis] claus *F* ‖ 11 tumulus *T* ‖ memorat *T* ‖ 12 troia appellatur *T* ‖ divinum *om. T* ‖ aliut *F* ‖ 13 verum *Daniel:* rerum *F* ueritatem rerum *T* ‖ atitingere *F* ‖ 15 agnosco nam ea cognoscimus quae iam pridem uidemus aut certe *e. q. s F* ‖ 16 audieram *M* ‖ ut *om. C* ut . . . aures *om. F* ‖ 17 agnoscimus *Hagenus* ‖ 18 vidimus *Daniel* ‖ 19 a *om F* ‖ scaeius *F* 20 antea *L* ‖ nec et ab *L* nec hab *H* ‖ saeuo *ME* ‖ 22 scaenomate *CH ἀπὸ τοῦ σκηνώματος Fabricius Masvicius Burmannus. cf. Steph. thes. s. v.* σκήνωμα ‖ *post* superliminio *quinque fere litterae eranuerunt in F.* positum *fuisse coni. Hagenus* aliqui *F. Schoellius*

*volunt.* AMPLECTOR ut ⟨II 490⟩ amplexaeque tenent postes atque oscula figunt: *quasi ad Troiam pervenisset.*

352. TEVCRI pro Teucriadae.

353. AMPLIS quod est regiae magnitudinis. ACCIPIEBAT pascebat, *ut* Terentius accipit homo nemo melius neque prolixius.

354. AVLAI pro aulae; et est diaeresis de Graeca ratione veniens, quorum 'ae' diphthongos resoluta apud nos duas syllabas facit. *aula autem proprie dicitur quae concluditur porticibus quattuor, unde superius 'porticibus' dixit.*

355. *INPOSITIS AVRO DAPIBVS id est cum inpositas auro dapes haberet.*

356. *PROCESSIT exactus est. AVRAE VELA VOCANT hypallage est pro 'auras vocant'.*

357. CARBASVS *utrum aliorum qui navigabant, an ipsorum: et utrum 'tumide', an 'tumidus auster', ut pallidus Orcus? carbasus autem* genus lini est, quod abusive plerumque pro velo ponitur. sane in numero singulari 'haec carbasus' dicimus, in plurali 'haec carbasa'.

359. TROIVGENA ac si diceret 'generose', ut alibi ⟨V 45⟩ Dardanidae magni genus alto a sanguine divum. *Sciendum tamen, sicut veteres auctores adfirmant, peritissimos auguriorum et Aeneam et plurimos fuisse Troianos. non nulli autem dicunt a Marsya rege missos e Phrygia regnante Fauno, qui disciplinam auguriorum Italis ostenderunt. ergo 'Troiugena' sine dubio auguriorum et divinationis peritus est.* INTERPRES vaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicas. sed quia 'interpres' generale nomen est, currit per species; nam, ut ait Cicero, omnis divinandi peritia in duas partes dividitur: nam aut furor est, ut in vaticinantibus: aut ars, ut in aruspicibus, [fulguritis sive] fulgoratoribus, auguribus. et omnia

---

5 Terentius] eun. V 8, 52 'accipit homo nemo melius prorsus neque prolixius' ‖ 16 pallidus Orcus] georg. I 277 ‖ 18 sane . . . carbasa] cf. Pompeii comm. p. 162, 25 K. ‖ 28 Cicero] cf. de div. II 11, 26. I 6, 11 sq. et 18, 34

---

1 AMPLECTOR teneo, ut amplexaeque *e. q. s. Fabricius* AMPLECTOR pro teneo ut *e. q. s. Stephanus primus* ‖ 2 oscula figunt *om. F* ‖ quasi ad Troiam venisset (*sic*) *post* teneo *colloc. Daniel* ‖ 5 accepit *LHME* ‖ nemo melius *M:* melius nemo *reliqui* ‖ 7 aula *C* ‖ 11 inpositos *F* ‖ 16 hortus *F* ‖ 18 in plurali autem *L* haec *omittens, quod supplevit l* ‖ 21 sciendum sicut veteres adfirmant . . . peritus est *hab. Ambros.* ‖ 23 Troianos fuisse *Ambros.* ‖ autem] tamen *Ambros.* Marsya *Commelinus:* marsoa *F* Marso *Ambros.* ‖ 24 displicinam *F* ‖ 25 ostenderent *Daniel primus* ‖ 26 est *Ambros.:* esse *F* ‖ 29 ut furor *L* (aut furor *l*) aut in uaticinantibus *F* ‖ 30 fulguritis siue fulguratoribus *F* fulguritis siue fulgoratoribus *CHe* fulgoritis siue fulgoratoribus *L* fulgoratoribus siue fulguritis *M* fulguratis siue fulguratoribus *E.* *seclusi* fulguritis sive ‖ auguribus *om. ME*

ista ex se pendent, licet propriis finibus contineantur. unde Vergilius omnia ei dat quem vult perfectum intellegi, ut hoc loco Heleno; item alibi Asilae in decimo ⟨176⟩ cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent et linguae volucrum et praesagi fulminis ignes. *Varro autem quattuor genera divinationum dicit: terram, aërem, aquam, ignem: geomantis, aëromantis, pyromantis, hydromantis. Vergilius tria genera complexus est: per lauros geomantis, per sidera pyromantis, per praepetes aëromantis.* DIVVM QVI NVMINA potest et 'interpres divum' distingui. sane per omnia zeugma est ab inferioribus 'sentis'. QVI NVMINA SENTIS qui suscipis numen et futura praedicis.

360. QVI TRIPODAS SENTIS tripodes mensae fuerunt in templo Apollinis Delphici, quibus superinpositae Phoebades vaticinabantur. *vel quod in eodem templo tripus est cum ossibus et dentibus Pythii serpentis.* CLARII LAVRVS et hic 'qui sentis' subaudis. et Clarium oppidum est in finibus Colophoniorum, *ubi Apollo colitur*: unde Apollo Clarius. sane quaeritur, utrum 'Clarii' geminandum sit 'i'. et sciendum aliter non procedere: nam 'cla' brevis invenitur, ut Statius nec Clarias hac luce fores Didymaeaque quisquam. per laurus autem oraculum intellegimus. QVI SIDERA SENTIS qui es peritus astrologiae.

361. ET VOLVCRVM LINGVAS qui es augur oscinum. ET PRAEPETIS OMINA PINNAE *praepetes sunt quae secundo auspicio ante eum volant qui auspicatur.* aves *autem* aut oscines sunt, aut praepetes: oscines *quae* ore futura praedicunt, praepetes *quae* volatu *augurium* significant, *cum sunt prospera.* sed praepetes aut superiora

---

5 Varro . . . hydromantis] cf. Isid. or. VIII 9, 13 'Varro dicit divinationis quattuor esse genera, terram, aquam, aerem et ignem: hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam dictam.' tertio antiqu. rer. div. libro haec verba tribuit Merkelius prol. ad. Ov. fast. p. 115. cf. Kettnerus stud. Varr. p. 18 sq. ‖ 19 Statius] Theb. VIII 199 ‖ 23 praepetes sunt . . . auspicatur] cf. Festus s. v. praepetes ‖ 24 aves aut oscines e. q. s.] cf. Gell. noct. Att. VII 6

---

3 Asilae] sibilla sirene *L* (sibene *l*) sile *H* ‖ 5 Varro quattuor genera diuinationum docet terram aerem aquam ignem Geomantiam Aeromantiam Hydromantiam Pyromantiam *Ambros.* ‖ 6 pyrromantis *F* ‖ 8 pyrromantis *F* ‖ 9 zeuma *libri* ‖ 10 suscipis *FC*: suspicis *LHME* ‖ 13 delfici apollinis *FC* superposita *FC* ‖ uaticinabatur *F* ‖ 15 LAVRVS *FE* LAVROS *CLMe* LAVRES *H* et hic *om. FC* et *om. M* ‖ et *om. LHM* ‖ clarum *C* ‖ 17 i *om. C* ‖ 19 clarius *LHE* (*corr. e*) ‖ foras *LH* ‖ 20 laurus *CE*: laurū *F* lauros *LHMe* ‖ 22 QVI VOLVCRVM *M* ‖ oscinum] os *F* uscin *H* ‖ 23 PENNAE *L* ‖ praepetes sunt . . . priora petunt volantes *hab. Ambros.* ‖ 24 auspicantur *F* ‖ autem *hab. C* ‖ aut *ante* oscines *om. Ambros.* ‖ 25 quae *hab. C* ‖ futurae *H* ‖ praedicunt] ab os et cano *add. D* ‖ quae *et* augurium *hab. C* ‖ 26 sed praepetes si superiora tenent uocantur, si inferiora inferae praepetes et ideo *l*

tenent, et praepetes vocantur: aut inferiora, et dicuntur inferae; praepetes autem ideo, quia omnes aves priora petunt volantes.

362. FARE AGE hortantis est 'age', id est dic celeriter. et est ordo 'Troiugena, fare age, quae prima pericula vito, quidve sequens tantos possim superare labores'. cetera per parenthesin dicta sunt. NAMQVE OMNEM CVRSVM hypallage est: nam non omnem cursum prospera dixit religio, sed omnis religio dixit prosperum cursum.

363. CVNCTI DIVI quia quicquid audivit a diversis ad Iovem recurrit, ut diximus supra ⟨251⟩ quae Phoebo pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo praedixit. NVMINE autem oraculo significat.

364. REPOSTAS πάθος pro 'repositas', id est longe positas, *remotas.*

365. NOVVM magnum, more suo.

366. PRODIGIVM CANIT prodigium, portentum *et* monstrum modico fine discernuntur, sed confuse pro se plerumque ponuntur. *Varro sane haec ita definit: ostentum, quod aliquid hominibus ostendit; portentum, quod aliquid futurum portendit; prodigium, quod porro dirigit; miraculum, quod mirum est; monstrum, quod monet.* TRISTES IRAS deorum scilicet, propter iniurias suas.

367. OBSCENAMQVE FAMEM aut quae homines etiam ad obscena conpellit, ut ⟨VI 276⟩ malesuada Fames: aut certe, quam obscena avis praedixerat. QVAE PRIMA PERICVLA VITO? QVIDVE SEQVENS TANTOS POSSIM SVPERARE LABORES duo petit: quemadmodum aut periculis careat, aut quibus consiliis par esse *et* laboribus possit. *et totum hoc per interrogationem legendum est.* (QVIDVE) SEQVENS *quid observans.*

368. TANTOS quantos harpyia praedixerat.

369. DE MORE scilicet sacrificantum.

---

2 praepetes autem ideo . . . volantes] exscr. Isid. or. XII 7, 77 ‖ 16 prodigium . . . quod monet] cf. Isid. diff. verb. 459

---

2 volantes] vel a graeco πέτομαι id est volo *add. D* ‖ 7 relegio *L* ‖ 9 audiunt *H* ‖ 11 oraculo *FMe:* oraculi *C* oraculum *LHE* ‖ 13 REPOSTAS penitus: passio per syncopam id est πάθος pro positas id est longe positas *D* ‖ phatos *FLH* pathos *CMl* phathos *E* ‖ 14 remotas *hab. C* ‖ 16 *ad* prodigium *supr. vers.* proprie dictum in hoc loco prodigium id est pessimum. dictum quasi porro abigendum *T* ‖ 17 plerumque *om. F* ‖ 18 ostentum . . . monet *hab. Ambros.* ‖ 22 iniuriam suam *Me* ‖ 25 aues *FC* ‖ 27 et *et* et totum . . . legendum est *hab. C* ‖ 29 quid observans *omisso* SEQVENS *post* LABORES *collocarit Daniel* 31 scilicet *om. F* ‖ sacrificandum *E* (*corr. e*)

370. EXORAT PACEM DIVVM aut de sacrificantum more requirit, utrum tempus consulendi esset; nam et hoc vehementer quaeritur, ut in sexto ⟨45⟩ cum virgo poscere fata tempus ait; aut certe, quod et melius est, de sacrificantum more ante nefas expiat ab harpyia praedictum, et sic venit ad vaticinationem. ut autem hic expiatam famem intellegamus sequens efficit locus, ut ⟨395⟩ aderitque vocatus Apollo, cum constet, nisi in hoc intellexeris loco, famis causa nusquam invocatum esse Apollinis numen. dubitationem autem in hoc loco 'exorat' facit; nam 'orare' est petere, 'exorare' impetrare: ergo impetrat pacem aut ad inquirendum tempus, aut ad mitigandum famis periculum. VITTASQVE RESOLVIT in ratione sacrorum par est et animae et corporis causa: nam plerumque quae non possunt circa animam fieri fiunt circa corpus, ut solvere vel ligare, quo possit anima, quod per se non potest, ex cognatione sentire. inde est ⟨IV 518⟩ unum exuta pedem vinclis in veste recincta. bene ergo Helenus cuncta corporis solvit, ne qua parte animo religato ad numen accedat.

371. *SACRATI CAPITIS diis et vaticinationibus dicati.*

372. *MVLTO NVMINE multa veneratione numinis.* SVSPENSVM si 'suspensus', ipse numinis plenus; si 'suspensum', me sollicitum et attentum.

373. DEINDE CANIT post peracta sollemnia.

374. NATE DEA ordo est 'nate dea pauca tibi expediam dictis; prohibent nam cetera parcae scire Helenum, farique vetat Saturnia Iuno': omnia, inquit, vates novit, sed non omnia permittitur dicere, fatis prohibentibus; etiam ex his quae novi, multa me vetat dicere Iuno Saturnia. MAIORIBVS caelestibus, propter sideris cursum, cuius fuit explanatio per Creusam. *MAIORIBVS AVSPICIIS] [ergo] maiora sunt, quibus praeter tripudium auspicari ius est neque precatio adhibetur, sicut hoc loco nullum deum precatur Aeneas. aut in his versibus*

9 nam orare . . . impetrare] cf. Don. ad Ter. hec. prol. II 2. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 666. Isid. diff. verb. 403 ‖ 20 sollicitum et attentum] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 107

1 EXORAT PACEM DIVVM aut de sacrificantum *om. L H M e* (*in marg. suppl. l*) morem *M E* ‖ requiritur *E* ‖ 3 certe *om. F C* ‖ 4 et *om. F C* ‖ 5 sic] sicut *C* hinc *M E* ‖ 6 expiatum *F* ‖ cum sequens *F* consequens *C* ‖ 12 nam] non *F C* ‖ 13 ut solvere . . . accedat *om. F* ‖ 14 quod] id quod *C* ‖ 17 relegato *C* accederent *M E* accederet *man. rec. in L* ‖ 19 SVSPENSVM *F C M E*: SVSPENSVS *L H* ‖ 20 suspensum] m *in ras. L* ‖ 21 me] est *H* ‖ adtentum *C L H* ‖ 22 sollempnia *L H* ‖ 25 permittit *H* ‖ 26 fatis . . . dicere *om. L H* (*in marg. suppl. l*) ‖ nouit *F* ‖ me *om. F C* ‖ 28 cuius *om. F* ‖ ergo maiora . . . quasi avispicium *prope evanuerunt in F, ut lectio admodum incerta sit.* maiora . . . quasi avispicium *hab. Ambros.* ‖ 29 est *F*: sit *Ambros. et Daniel* ‖ 30 aut in *scripsi:* ut *F* in *Ambr.* (ut *superscr. man. sec.*)

*'nam te maioribus ire per altum auspiciis' et reliqua 'auspiciis', quia auspicia maiora, aut maioribus dicuntur, quibus augurium avium aliarumque rerum eripitur, ut puta, si parra vel picus auspicium dederit, et deinde contrarium aquila dederit, auspicium aquilae praevalet. ergo quia notum est esse apud augures auspiciorum gradus plures, et augur loquitur auguriorum perito, ideo 'maioribus auspiciis' dixit. auspicium autem est volatus avium, qui indicat agendum vel omittendum esse quod quis coeperit; dictum ab ave inspicienda quasi avispicium.* PER ALTVM per limitem fortunae superioris.

376. *SORTITVR*] **id est sorte decernit vel sortitione distribuit.** SORTITVR disponit, ordinat. et bene adlusit quasi Apollinis sacerdos, cuius propriae sunt sortes. VOLVITQVE VICES definitio fati secundum Tullium, qui ait fatum est conexio rerum per aeternitatem se invicem tenens, quae suo ordine et lege variatur ita tamen, ut ipsa varietas habeat aeternitatem. *et hic 'vices' vicissitudines, alibi pericula, ut* ⟨II 433⟩ *vitavisse vices Danaum.*

377. PAVCA TIBI E MVLTIS duo se dicit esse dicturum, quemadmodum possit tute navigare, et quibus signis Italiae regna cognoscat. HOSPITA AEQVORA vicina; nihil enim nobis hospitio esse vicinius constat.

378. *AVSONIO PORTV ut in Ausonia, quasi in portu et in litore, conquiescat.*

379. PROHIBENT NAM CETERA SCIRE hic distinguendum; et est sensus 'cetera te scire non sinunt fata, Helenum vero Iuno prohibet dicere etiam ea quae audire poteras', et vacat 'que', ut solet frequenter. male autem sentiunt qui distingunt 'scire Helenum', cum legerimus in Lucano ⟨V 177⟩ venit aetas omnis in unam congeriem miserumque premunt tot saecula pectus, item alibi ⟨V 176⟩ nec tantum prodere vati quantum scire licet. et adeo repletus numine novit omnia sacerdos, ut refrenetur ad certa dicenda: nam dicendo 'Helenum farique vetat Saturnia Iuno'

---

13 secundum Tullium] de fato fragm. 2 ap. Christium. cf. de div. I 55, 126

---

1 et reliqua auspiciis *om. Ambros.* *pro* et reliqua *dedit* manifesta fides *Daniel* 'auspiciis'] *fortasse* 'maioribus auspiciis' 3 auspicium] augurium *Ambros.* dederit *post* auspicium *om. Daniel* ‖ 6 perito *F Ambros.* perita *Daniel primus* ‖ auspiciis *om. Ambros.* ‖ 7 omitendum *F* ‖ 8 avispicium *Ambros. et Daniel:* auspicium *F* ‖ PER ALTVM per altum dixit per limitem fort. sup. *Lion* ‖ 10 SORTITVR disponit (disponitur *F*) diuinat id est sorte decernit uel sortitione distribuit (distrubuit *C*) et bene *e. q. s. FC* ‖ 11 allusit *CL* alludit *M* ‖ quasi *et* sunt *om. L* (*suppl. l*) ‖ 12 sortes] id est responsa divina *vulgo additur* ‖ 14 lege sic uariatur *F* ‖ 24 hic] hoc *F* ‖ 26 ea *om. FC* ‖ 29 congeriam *F* ‖ 32 certa] cetera *Stephanus, Masvicius, Burmannus*

ostendit praemissum ad Aeneam pertinere; aliter suum non interponeret nomen. prohibet autem scire mortem patris ad augendum inopinatum dolorem; tempestatem ab Aeolo inmissam; amorem Didonis, in quo et gaudium quidem est, sed quod inprovisum vile creditur. et si sciret Aeneas, se de Africa exiturum, non facile Didonis consentiret amoribus. novimus autem hoc Iunonem agere, ut, si possit fieri, ⟨IV 106⟩ *regnum Italiae Libycas averteret oras*. inopinatum vero dolorem etiam Aeneas conqueritur, ut ⟨712⟩ *nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret, hos mihi praedixit luctus*.

382. IGNARE pro 'ignarus', casus pro casu: dicit autem ignarum fati. *Persius* ⟨III 29⟩ *censoremve tuum, vel quod trabeate salutas.*

383. LONGA PROCVL non situ, quam paene videt: sed necessitate fatali. *significat autem difficilem circuitum.* VIA INVIA Aeneae scilicet.

384. TRINACRIA quae Latine Triquetra dicitur, quam multi Trinacriam dicunt, *sub hac differentia, ut quotienscumque Sicilia significatur, Trinacria totum per 'r' dicatur, quotiens Sicula, per unam 'r' ut* ⟨454⟩ *Trinacia cernitur Aetna.* LENTANDVS aut lente tibi navigandum est; nam totam Siciliam circumiit: aut 'lentandus tibi remus est', id est flectendus: unde 'lentum vimen' dicimus, id est flexile. *et quidam 'lentandus' nove verbum fictum putant, sed in annalibus legitur confricati oleo lentati, paratique ad arma, a verbo 'lentor'.*

---

22 lentum] georg. IV 34 ‖ 23 in annalibus] I, LXII ap. Vahl.

---

2 nomen] Quomodo vetat Iuno dicere si fata scire prohibent? nullus enim vetatur loqui quod nescit? solvitur sic: nam cetera Parcae te scire farique vetat Saturnia Iuno. noluit ille dicere, quia moriturus erat Anchises. alibi 'nec vates Helenus cum multa horrenda moneret *Lione teste add. Guelferb. I. eadem praebet post* luctus (*lin.* 10) *D, cuius in margine scripta sunt quae hoc loco edidit Fabricius* praeterea quomodo uetat Iuno dicere si ista (fata *Fabricius*) scire prohibent? nullus enim vetatur loqui quod nescit: ergo cetera Parcae scire te prohibent, non autem Helenum. ‖ sciri *Mc* ‖ 4 in quo et gaudium quidem est sed (sed *om. C*) quod inprouisum uile creditur *FC* in quo et gaudium quidem ÷ quod inprouisum uile creditur *L* (÷ *l, ut videtur*) in quo et gaudium quidem et quod inprouisum uile creditur *H* in quo est gaudium quidem et (sed *E*) quod prouisum uile creditur *ME*. *fortasse* in quo et gaudium quidem est, quod tamen provisum vile crederetur. ‖ 7 posset *LHE* ‖ aduerteret *FCMEl* ‖ 11 casum pro casu *FC* ‖ dicit . . . fati *om. M* ‖ 12 trabete *F*
15 fatali] et cursu nauigationis tardiore *add. D* ‖ 17 triquaetra *ex* triquadra *L. cf. Quintil.* I 6, 30 *cum adnotatione Halmii* ‖ 18 trinacriam *LME* trinacram *H* trinaciam *FC. cf. ad Aen.* I 196 ‖ dicunt] quod tria habet promontoria quae Graeci ἄκρα dicunt *add. D, quae Masvicius post* dicatur (*lin.* 19) *collocavit.* ‖ 21 circuinit *E* ‖ 22 id est *om. FC* ‖ 23 flexibile *FCl* ‖ 24 Annales confricati oleo lentati paratique ad arma *Ambros.* confrictique oleo lentati et ad arma parati *coni. Ilbergius*

386. INFERNIQVE LACVS Lucrinum et Avernum dicit, inter quos est spelunca, per quam ad inferos descendebatur; unde eos dixit infernos. AEAEAEQVE INSVLA CIRCAE qui nunc Circeius mons a Circe dicitur, aliquando, ut Varro dicit, insula fuit, nondum siccatis paludibus, quae eam dividebant a continenti. 'Aeaea' autem dicta ab aspernantium voce, propter celebratas illic corporum mutationes: unde est ⟨VII 11⟩ inaccessos ubi Solis filia lucos. 'Aeaeae' autem tres sunt diphthongi: nam genetivus est ab Aeaea. *quidam pro eoa, id est orientalis, quia Solis filia traditur, accipiunt. alii non Circe Aeaea, sed insula quae et Aeaea.*

387. QVAM TVTA POSSIS VRBEM COMPONERE TERRA ante cuncta lustrabis, quam possis urbem tuta terra componere. 'tuta' autem propter Thraciae et Cretae discrimina.

388. SIGNA TIBI DICAM deest 'ergo'. et notandum quia non eo ordine, quo promiserat, dicit; ante enim dicit de civitate condenda, sic de tuta navigatione.

389. SECRETI AD FLVMINIS Tiberini. LITOREIS litus dicitur quicquid iuxta aquam est: unde nunc ripam fluminis litus vocavit.

390. SVS naturaliter longa est, licet in genetivo corripiatur, ut 'bos' 'pes' 'res' 'spes'. de hac autem sue alii dicunt secundum Vergilium quod in Italia inventa sit, alii, quod secum eam more navigantum Troiani portaverint et oraculo cognoverint ibi esse condendam civitatem, ubi sus illa post fugam fuisset inventa. dicitur ergo in Campania*m* fugisse et inventa in Laurolavinio: a qua Ascanius post Albae nomen inposuit.

---

19 sus naturaliter . . . spes] cf. Prob. cath. p. 24, 5 K.

---

3 infernos] inferos *M* ‖ infernos] propter necromantiam quae ibi fiebat *add. D* ‖ quae *L* (qui *l*) ‖ circesius *FC* circaeius *LH* ‖ 4 circa *HMEl* ‖ aliquando] quondam *ME* ‖ 5 continentie *F* continentia *H* ‖ acaeae *HMEl* ‖ 6 illi *E* ‖ 8 dipðtðonge *F* dyptongae *C* dyptongi *L* diphhnge *H* diptongi *ME* 9 quidam Aeaea *Daniel primus* ‖ eooiã *F* Eoia *Daniel* ‖ 10 aeaaea *F* ‖ Aeaea *Daniel:* aea aeae *F*. *fort.* alii non ab 'aeae' 'Circe Aeaea', sed ab insula quae est Aea Aeae. ‖ *ad* Aeaeaeque insula Circes *in marg.* Circe solis filia herbarum perita et carminum nocentium cum patris imperium ferre non posset anguia (*leg.* Angitia) sorore comite colchos uenit indeque in italiam aduecta collem insedit qui ex altera parte paludibus ex altera mari cingitur. in quo cum feliciter ageret circeium ex suo nomine uocauit. ad quem locum cum ulixes tempestate delatus esset socios eius in feras mutauit potentia carminum eius coniugium sibi admiscens unde telogonius (*leg.* Telegonus) natus qui inscius patrem occidit. anguia (*leg.* Angitia) autem soror eius marsos docuit carmina. dicta est autem ab obprobrio quorundam nautarum qui ab ea in feras mutati sunt qui praetereuntes solebant clamare acaeae. uel sicut tradunt quod ab oriente uenerit quasi eoa *T*. *cf. Serv. ad Aen.* VII 750 *Solin.* 2. *Sil. Ital.* VIII 500 15 praemiserat *CME* ‖ 17 FLVMINIS] VNDAM id est *vulgo additur* ‖ 19 corripiat *FCE* breuis sit *Me* ‖ 21 eam *ex* eum *CL* ‖ 22 oraculo] misso *add. LH* (*del. l*) 24 campanio *H* ‖ laurolauinium *H*

391. TRIGINTA CAPITVM FETVS ENIXA prodigiale est hoc, quo significatur triginta annis regnaturus Ascanius.

392. *ALBI CIRCVM VBERA NATI Varro dicit etiam hoc signi fuisse, quod, cum etiam alterius coloris porci in fetu huius porcae fuerint, albi tantummodo circa ubera sint reperti.*

393. *IS LOCVS VRBIS ERIT id est in ipsa regione: nam et Lavinium et Alba longe a litore sunt.* *REQVIES errorum scilicet: alioquin bello conflictatus est.*

394. *HORRESCE pro 'horrueris', vel pro 'horrescas', id est timeas.*

395. VIAM id est rationem: et non dicit, quia etiam profutura est fames, ut ⟨VII 128⟩ haec erat illa fames: haec nos suprema manebat exitiis positura modum. ADERITQVE VOCATVS APOLLO nunc 'vocatus', quia, ut supra ⟨370⟩ diximus, expiatorium fecit sacrificium.

396. HAS AVTEM TERRAS quasi ostendentis est: nec enim Calabria ab Epiro longo distat spatio.

397. NOSTRI AEQVORIS Epirotici, quo Calabriae litus adluitur.

398. *MALIS GRAIS aut a persona Aeneae epitheton est, aut ad discretionem malorum et bonorum. a multis sane amphibolia putatur; potest enim aut catholicon esse epitheton Grais, vel eis habitantibus Grais, qui mali sunt, ut est illud saepe malae legere noverae.*

399. HIC ET NARYCII POSVERVNT MOENIA LOCRI Locri socii Aiacis Oilei fuerunt, Epizephyrii et Ozolae. sed post tempestatem montis Capherei Epizephyrii tenuerunt Bruttios: et hos nunc dicit: Ozolae vero tenuerunt Pentapolim; inde est ⟨XI 265⟩ Lybicone habitantes litore Locros. quin etiam de Ozolis legitur, quod delati Tinneiam ulterius accesserint et civitatem condiderint, quae

---

21 illud] georg. II 282

---

1 est hoc *om. M* ‖ 2 annos *L* ‖ regnaturus esse *Masvicius primus* ‖ 3 Varro dicit . . . reperti *hab. Ambros.* ‖ 4 in foetu *Daniel:* infectum *F* ‖ 5 tantum modo] tamen modo *coni. Hagenus* ‖ *quae ad vv.* 393—402 *in sinistro Floriacensis margine adscripta sunt hodie legi non possunt. quare ea scholia cum Bernensi* 167 (= *G*) *contuli* ‖ IS] IX *G* ‖ 7 litores *G* ‖ herrorum *F* ‖ 8 cumflectatus *F* ‖ 9 ORRESCE *G* ‖ vel pro horrescas id est timeas *G, om. Daniel* ‖ 10 VIAMVS *H* ‖ id est *om. LHME* ‖ et non dicit *GCH* et nunc dicit *LME* (*sed* nunc *in ras. l*) et non dicit quam *vulgo* ‖ 13 quod nunc uocatus *C* quia *omittens* 15 est *om. C* ‖ 18 ad discretionem *Commelinus:* discretionem *G* ‖ 19 malorum et bonorum *Masvicius:* malorum id est bonorum *G* ‖ amfibolia *G* ‖ 20 chatolicon *G* ‖ Grais *Daniel:* graeci *G* ‖ eis] *fortasse* ibi ‖ 21 illud] quod *add. G* 22 NARICII *LM* NARVCII *H* ‖ Locri] Ili *L, om. H* ‖ 23 Ozolae *scripsi:* ozoloes *CF* ozoli *LM* hozoli *HE* ozolei *Daniel* ‖ 24 cerei *G* caerei *C* casterei *E* (caferei *e*) ‖ brittios *GCMe* bricios *L* (briccios *l*) britios *H* bracios *E* ‖ 25 ozoloei *C* ozoli *reliqui praeter G, qui pro* Ozolae vero *praebet* ozolo eius ‖ pentapolin uel libiam *L* penthapolim *H* lybiam *M* libyam *E* ‖ unde *C* ‖ 27 tynneiam *GC* tinnea *L* tunneiam *H* tinneiam *Mle, om. E. fortasse* quod delati Tuneta *vel* Leptin etiam ulterius processerint ‖ accesserunt *G* ‖ condiderunt *LE*

nunc Vzalis dicitur. Narycii autem a loco dicti sunt provinciae suae, Ozolae a putore paludis vicinae. *alii Narycios Opuntios, eosdem et Epicnemidios dicunt; namque prius Naryx, Opus postea dicta, eadem autem et Epicnemidia vocatur; est enim Cnemis promontorium, in quo Opuntii Locri positi sunt, a quibus originem trahunt qui in Italia sunt, et appellantur Epizephyrii, quod Zephyrium promontorium vocatur a Graecis, in quo sunt conditi Locri qui in Graecia sunt. hi vero qui iuxta Delphos colunt Ozolae nuncupantur, sive a foetore draconis, quem Apollo interemit, seu quod uxores eorum Veneris ira viris suis fuerint foeditate taetri odoris invisae; qui autem Libyam delati sunt Nasamones appellantur, ut Cornelius Tacitus refert, oriundi a Naryciis, quod ibi invenies ubi ait Lybicone habitantes litore Locros.*

400. SALLENTINOS OBSEDIT MILITE CAMPOS Sallentinum promunctorium Italiae est *inter Calabriam et Bruttios:* nam ut ait Sallustius omnis Italia coacta in angustias finditur in duo promunctoria, Bruttium et Sallentinum.

401. LYCTIVS IDOMENEVS a Lycto, Cretae civitate, unde propter supra ⟨121⟩ dictam pulsus est causam. *ad Italiam venisse ac post dicitur in Asiam profectus decessisse. alii hunc regressum consedisse apud Apollinem Clarium tradunt.* DVCIS MELIBOEI PHILOCTETAE a Meliboea, civitate Thessaliae, de qua fuit. 'Meliboei' ergo *dixit* pro 'Meliboeensis'.

402. SVBNIXA PETILIA MVRO *civitas* cincta muro modico, ut ⟨IV 216⟩ crinemque madentem subnixus rapto potitur. 'Petilia' dicta vel ἀπὸ τοῦ πέτασθαι, id est volare, quod captato

15 Sallustius] hist. fragm. IV 33 Kr.

(condiderint *e*) ‖ 1 nunc *om. GC* ‖ uzalis *HMle* euzalis *GCE* ozalis *L* ‖ naricii *GLHM* ‖ sunt *om. LH* ‖ 2 ozoli *libri,* uero *add. ME* ‖ vicinae] nam ὄζω est puteo *add. D* ‖ naricios *G* ‖ Opuntios *Daniel:* pontios *G* ‖ 3 Epicnemidios *scripsi:* epicnemidas *G* ‖ narix *G* ‖ opuns *G* ‖ 4 Epicnemidia *Masvicius:* epicneminina *G* ‖ 5 opinuntii *G, corr. Daniel* ‖ 6 epitefirii *G* Epizefirei *Daniel* ‖ tefirum *G* Zephyrum *Daniel, correxi* ‖ promuntorium *G* ‖ 7 uocantur *G* ‖ 8 iuxa delfos *G* ‖ 10 feditate *G* ‖ 11 Cornelius Tacitus dicit Opuntios qui libiam delati sunt Nasamones appellari a Naritiis oriundos *Ambros.* ‖ 12 nariciis *G* ‖ 14 promuntorium *FC* promunturium *M* (promunctorium *m*) ‖ 15 brittios *F* ‖ 16 funditur *FLE* (finditur *l*) ‖ in] inter *FC* ‖ 17 promuntoria *FC* promunturia *M* (promunctoria *m*) ‖ bryttium *F* brittium *C* brutium *LH* (tium *in ras. l*) bruttium *Me* brutum *E* ‖ 21 DVCIS MELIBOEI id est filoctetae meliboea ciuitate *F* DVCIS MELIBOEI id est filoctetae; melibei a ciuitate *C* ‖ 22 thessalidae quae fuit *Me* ‖ 23 dixit *hab. C* ‖ meliboeenses *F* meliboeensis *ex* meliboeenses *C* meliboensis *reliqui* ‖ 24 civitas *hab. C et Stephanus* ‖ modica *L* ‖ 25 subnixas *G* 26 απο τοy νετλcταy *G* απο τοy πεταcοαι *C* ατιλ τοy νεταcοaι *L* (αιιετy πεταcτε *l*) . . λ τοy ν&λcοaι *H.* *pro* dicta vel ἀπὸ τοῦ πέτασθαι *praebet* a petaste dicta *M* dicta est ano τοy νεταcοει *E* a poetaste dicta *e* ‖ quod] nam *M* nam quod *E*

augurio est condita, vel quod post relictum Ilium, quo ducebatur a Graecis, eam petivit civitatem. 'Petilia' sane numeri est singularis. *multi ita intellegunt, non 'Philoctetae Petilia', sed 'Philoctetae muro'; nam ait Cato, a Philocteta, condita iam pridem civitate, murum tantum factum. alii 'subnixam' ideo accipiunt, quia inposita est excelso muro, ut Coelius historicus ait.* Philoctetes autem fuit Poeantis filius, Herculis comes, quem Hercules, cum hominem in Oeta monte deponeret, petiit, ne alicui sui corporis reliquias indicaret. de qua re eum iurare conpulit, et ei pro munere dedit sagittas hydrae felle tinctas. postea Troiano bello responsum est, sagittis Herculis opus esse ad Troiae expugnationem. inventus itaque Philoctetes cum negaret primo se scire ubi esset Hercules, tandem confessus est mortuum esse. inde cum acriter ad indicandum sepulcrum eius cogeretur, pede locum percussit, cum nollet dicere. postea pergens ad bellum cum exerceretur sagittis, unius casu vulneratus est pedem, quo percusserat tumulum. ergo cum putorem insanabilis vulneris Graeci ferre non possent, diu quidem eum pro oraculi necessitate ductum tandem apud Lemnum sublatis reliquerunt sagittis. hic postea horrore sui vulneris ad patriam redire neglexit, sed sibi parvam Petiliam in Calabriae partibus fecit. *alii cum adductum a Graecis ad Troiam ad occidendum sagittis Paridem dicunt, quia etiam Paridis mors inter fatalia dicitur fuisse Troiana.*

403. TRANSMISSAE *quidam 'transmissae' legunt, ut sit praepositio; trans autem adverbium, † ut sit 'transtulit'.*

404. IN LITORE *in Italia scilicet.*

---

4 Cato] orig. lib. III 3 ap. Iordanum, 70 ap. Peterum ‖ 6 Coelius] fragm. 53 ap. Peterum ‖ Philoctetes autem e. q. s.] exscr. mythogr. I 59, II 165

---

1 post reditum ilii *GC* ‖ 2 singularis *om. GC* (*post* sane *supr. vers. add. c*) 3 *ad* Philoctetae subnixa Petilia muro *in marg.* alii subnixam ideo accipiunt quia inposita est excelso muro. multi ita intellegunt . . . tantum factum *T* ‖ 4 pilocteta *G* ‖ Cato ait a Filocteta condita iam primum ciuitate Petilia murum tantum factum *Ambros.* ‖ 6 Caelius dicit Petiliam urbem impositam esse excelso muro *Ambros.* ‖ FILOCTETE filoctetes autem *FC* ‖ pyranthis *FC* phiantis *LHE* pyanthis *M* ‖ 7 cum . . . deponeret] cum ignem sibi in oeta monte componeret *FC* ‖ ethna *E* (oeta *e*) ‖ 9 eique *M* ‖ ydrae *FCH* idrae *L* ‖ 10 in troiano *L* ‖ 11 cum ab eo hercules quaereretur et primo *e.q.s. ME mythogr. I* ‖ 12 primo negaret *HME* ‖ scire] nescire *FC* ‖ ubi esset Hercules *om. LH* ‖ tandem mortuum esse confessus est *M* ‖ 14 cogeretur] et primo negaret *add. LH* ‖ percussit ne loqueretur iurauerat (quod iurauerat *C*) cum nollet dicere *FC* ne loqueretur, iurauerat enim se nolle dicere *coni. Hagenus* ‖ postea . . . bellum] postea cum ipse duceretur ad bellum *M* cum exerceretur sagittis *omittens* ‖ peragens *F* ‖ 15 unius sagittae *M* ‖ pedem *FCLH:* pede *GM* in pede *E mythographi* in pedem *l* ‖ 16 percussit *L* ‖ 17 possint *FC* ‖ necessitate] sustinuerunt *vulgo additur* ‖ 19 hic. . .sed sibi] qui cum horrore uulneris sui ad patriam redire noluisset sibi *M* ‖ 20 cum *Daniel:* enim *F* ‖ 21 sagitis *F* ‖ 23 TRANSMISSI *F* ‖ trans missae *Ribbeckius* ‖ 24 ut sit 'trans steterint' *F. Schoellius*

405. PVRPVREO VELARE COMAS subaudis 'cura' aut 'memento': aut certe, quod est melius, 'velare' imperativus sit, non infinitivus.

406. *HONORE sacrificio.* *HOSTILIS FACIES OCCVRRAT quidam Ulixen dicunt, alii Diomeden.*

407. ET OMINA TVRBET sacrificii ordinem rumpat, quod est piaculum. significat autem *ut* ⟨II 166⟩ *dictum est* Diomeden, qui cum multis casibus adfligeretur, Palladium, quod apud ipsum erat, Troianis oraculo iussus est reddere. quod cum vellet implere, Aeneam invenit sacrificantem: qui, ut supra diximus, sacrificii ordinem non rupit, et Palladium Nautes accepit: unde Nautarum familia Minervae sacra servabat. sane sciendum sacrificantes diis omnibus caput velare consuetos ob hoc, ne se inter religionem aliquid vagis offerret obtutibus, excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio esse videretur. *et Herculi in templo suo, quia et ipse capite operto est, vel quia haec arae ante adventum Aeneae a Iano vel Evandro consecratae sint. sane quidam dicunt absurde, ab Heleno Diomeden suppressum; sed intellegendum est de industria factum, ne terror iniceretur Aeneae.*

409. HAC CASTI pii, ut ⟨VI 563⟩ nulli fas casto sceleratum insistere limen. *IN RELIGIONE in observatione perpetua. NEPOTES appellando 'nepotes' gradus futurae cognationis ostendit.*

410. *AST VBI pro postquam; et est temporis adverbium.* DIGRESSVM a litore Calabriae.

411. ANGVSTI RARESCENT CLAVSTRA PELORI *ideo* quia a continenti, id est a columna usque ad Pharon tribus milibus distat. 'rarescent' autem ideo, quia venientibus de Ionio propter curvaturam litorum clausae videntur angustiae, quae paulatim propinquantibus aperiri videntur. PELORI promunctorium Siciliae est secundum Sallustium, dictum a gubernatore Hannibalis illic sepulto, qui fuerat occisus per regis ignorantiam, cum se eius dolo *propter an-*

---

6 Diomeden e. q. s.] exscr. mythogr. I 142 ‖ 14 et Herculi . . . sint] cf. Macrob. Sat. III 6, 17 ‖ 27 Pelorum promontorium . . . sepulto] exscr. Isid. or. XIV 7, 4 ‖ secundum Sallustium] hist. IV 39 Kr.

---

2 infinitus *LH* ‖ 6 ut dictum est *hab. C* ‖ 7 iactaretur *M* († affligeretur *superscr. m*) ‖ 9 qui ut supra diximus ne sacrificii ordinem rumperet palladium nautes accepit *MEl* ‖ 10 nautarum *CM:* nauturum *F* nautarum *ex* nautorum *L* nautorum *HE* ‖ 12 capita *FC* ‖ 14 videretur] qui saturno uelato capite iucenditur *add. D. inde* quia . . . iucenditur *Fabricius.* quia Saturnus v. c. ibi cernitur *vulgo* ‖ 15 Iano *scripsi:* iuno *F* Iunone *Daniel* ‖ 16 supressum *F* 21 aduerbium] loci aduerbium *add. F. fortasse* et est temporis et loci adverbium. *cf. Serv. ad Aen.* I 714. alibi loci adv. *F. Schoellius* ‖ 23 ideo *hab. C* 24 Pharon tribus] frontibus *H* ‖ 25 de calabria *ME* († de ionio *superscr. me*) de Ionio] ad Calabriam *add. D* ‖ 26 angustiae . . . videntur *om. L, in marg. suppl. l* ‖ quae] quia *Mle* ‖ 27 operiri *l* ‖ promunctorium] *cf. adnot. ad v.* 399 29 propter angustias freti *hab. C*

*gustias freti* crederet esse deceptum, veniens de Petilia: quamquam legerimus, etiam ante Pelorum dictum.

412. LAEVA TIBI TELLVS venientis personam respexit: nam de Ionio navigantes si fretum petant, dextrum teneant litus necesse est; sin alias, sinistrum.

413. AEQVORA CIRCVITV totam enim transiturus est Siciliam.

414. HAEC LOCA ut etiam Sallustius dicit Italiae Siciliam coniunctam constat fuisse: sed medium spatium aut per humilitatem obrutum est, aut per angustiam scissum. ut autem curvum sit, facit natura mollioris Italiae, in quam asperitas et altitudo Siciliae aestum relidit. QVONDAM tria tenet tempora, sicut 'olim'. *praesentis, ut* ⟨II 367⟩ *quondam etiam victis redit in praecordia virtus; praeteritum, ut* ⟨V 588⟩ *quondam Cretae fertur labyrinthus in altae; futurum* ⟨VI 876⟩ *nec Romula quondam ullo se tantum tellus iactabit alumno.*

415. *TANTVM AEVI LONGINQVA et reliqua. parenthesis: nam ordo est 'haec loca vi quondam dissiluisse ferunt'.* *AEVI LONGINQVA pro longi. 'aevum' pro tempore posuit, ut aevoque sequenti. alibi pro annis, ut* ⟨II 638⟩ *vos o quibus integer aevi sanguis ait.*

416. DISSILVISSE FERVNT hinc apparet bene dictum unctos saluere per utres. nam ut 'dissilui', sic 'salui' facit. Cicero cum hic de raeda reiecta paenula desiluisset. est enim positio 'salio salis salui', item in compositione 'dissilio dissilui'. CVM PROTINVS continuo: et modo adverbium loci est, alibi temporis *est*, ut ⟨291⟩ protinus aërias Phaeacum abscondimus arces.

417. FORET ab infinito est: sed modo praeteritum significat

---

7 Sallustius] hist. IV 36 Kr. cf. Isid. or. XIII 18, 3 et duct. Plac. ad Stat. Theb. III 597 ‖ 18 aevum . . . pro annis] cf. Isid. diff. verb. 67 ‖ aevoque] buc. VIII 27 ‖ 20 hinc apparet e. q. s.] cf. Diom. p. 374, 5 K. ‖ unctos] georg. II 384 ‖ 21 Cicero] pro Mil. X 29

---

1 pitilia *CH* ‖ 2 legatur *E* ‖ etiam *om. L* ‖ 6 enim] paene *add. HMe* 8 coniunctam siciliam *Me* (Siciliam *om. E* ‖ 9 obrutum *FCMle:* opruptum *H* obruptum *E* obrupta *L* abruptum *Isidorus et Luct. Plac.* ‖ ut . . . sit] aut dum curuum sit *Luct. Plac.* ‖ 10 tam curvum sit *Fabricius, Masvicius, Burmannus* ‖ in qua *F* ‖ 11 altitudo et asperitas *Luct. Plac.* ‖ relidit] vi violentia, ut Lucanus (III 62) 'vis ingens pelagi semperque laborant aequora ne rupti repetant confinia montes' *add. Fabricius* ‖ 12 tempora tenet *F* ‖ 13 ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta *Vergilius* ‖ 17 AEVI LONGINQVA pro longi *scripsi:* AEVI longi pro longinqua *F* longi pro longinqua *om. Daniel* ‖ 18 pro tempore *Daniel:* pr̃ tempore *F* ‖ aeuoquo *F* ‖ 20 DISSVLVISSE *H* ‖ hic *FC* 21 dissului *H* desalui *E* (dissilui *e*) ‖ 22 praeda *H* ‖ paenum ulla *C* ‖ desiluisset *LHE:* dissiluisset *FCMe* ‖ 23 salui] salini *Me* ‖ 24 continue *FMle* coniunctine *E* ‖ 25 ascendimus *C* ‖ 26 infinitiuo *FE*

tempus, quod rarum est; saepius enim futurum significat. VENIT MEDIO in medium, ut ⟨V 451⟩ it clamor caelo.

418. HESPERIVM SICVLO LATVS ABSCIDIT hypallage est: nam minora a maioribus segregantur, sed contra dixit. ABSCIDIT propter metrum 'ci' corripuit per poeticum morem.

419. INTERLVIT interlabitur, pontus scilicet. *AESTV aestum poetae maris angustias artati ideo appellant, quod ibi commotione reciproci cursus mare videatur aestuare.*

420. DEXTRVM SCYLLA LATVS LAEVVM INPLACATA CHARYBDIS de Ionio venientibus. Scylla enim in Italia est, Charybdis in Sicilia. Scylla *autem ipsa* Phorci et Creteidos nymphae filia fuit. hanc amabat Glaucus, quem Circe diligebat; et quoniam pronior in Scyllam fuerat, irata Circe fontem, in quo illa consueverat corpus abluere, infecit venenis: in quem illa cum descendisset, pube tenus in varias mutata est formas. horrens itaque suam deformitatem se praecipitavit in maria. *alii a Glauco, cum sperneretur a Scylla, rogatam Circen et iam ita, ut legatur, mutatam dicunt. alii a Neptuno amatam, cum illa Glaucum amaret, rivalitatis dolore in hoc monstrum mutatam.* Homerus hanc dicit inmortale monstrum fuisse. Sallustius saxum esse dicit simile formae celebratae procul visentibus. canes vero et lupi ob hoc ex ea nati esse finguntur, quia ipsa loca plena sunt monstris marinis, et saxorum asperitas illic imitatur latratus *canum. sane alia Scylla fuit, de qua in bucolicis* ⟨VI 74⟩ *plenius dictum est.* [legimus etiam nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt. si *ergo* 'plangunt' dicimus, et 'latrant' non incongrue posuit.] Charybdis autem *in Siciliae parte posita* femina fuit voracissima, *ex Neptuno et Terra genita,* quae, quia boves Herculis rapuit, fulminata a Iove est et in maria praecipitata:

11 Scylla Phorci e. q. s.] exscr. mythogr. II 169 cf. I 3, III 11, 8 ‖ 19 Homerus] Od. XII 118. cf. Macrob. Sat. V 6, 4 sqq. ‖ Sallustius] hist. IV 36 Kr. 20 simile . . . latratus] cf. Isid. or. XIII 18, 4 ‖ 24 nunc] georg. I 334 ‖ 26 Charybdis autem e. q. s.] exscr. mythogr. II 170

5 corripit *F* ‖ 7 angustias *F. Schoellius:* angustis *F* angustiis *Masvicius* angusti spatium ideo appellant *coni. Hagenus* ‖ 11 Scylla] enim *add. L* ‖ forti *H* creteidis *FC* ‖ 12 et] is *FC* ‖ 13 illa] scylla *L* scilla *H* ‖ consueuerat . . . in quem *om. F* ‖ corpus] se *C* ‖ 16 in mari *F* ‖ 17 iam] *fortasse* illam ‖ 19 matatam *F* hoc *L* (hanc *l*) ‖ 22 maris *F* ‖ 24 plenus *F* ‖ legimus . . . posuit *seclusi* ‖ 25 ergo *hab. C* ‖ dicimus *om. M* ‖ 26 non] nunc *FE* (non *e*) ‖ posuit] dicitur *ME* (at. posuit *superscr. e*) ‖ *cis quae de Charybdi dicta sunt* LAEVVM INPLACATA CARYBDIS *praemittit F. ceterum in hoc libro* Charybdis autem . . . ter uno die, COHIBET . . . fabulam, TRAHENTEM . . . Sallustio, PISTRIX . . . iunguntur, *quae in dextro margine scripta sunt, hodie vix legi possunt.* ‖ in Siciliae parte posita *hab. C* 27 ouis *C* ‖ 28 a ioue dicitur fulminata *M* (fulminata a ioue est *m*) fulminata a ioue dicitur *e* ‖ deiecta *Me* (praecipitata *m*)

unde naturam pristinam servat; nam sorbet universa *quae prehendit* et secundum Sallustium ea circa Tauromenitanum egerit litus. de hac Cicero in Philippicis ⟨II 27, 67⟩ ait Charybdis: quae si fuit, animal fuit unum.

421. OBSIDET ad transeuntium insidias. BARATHRI barathrum est inmensae altitudinis nomen: unde sequitur 'sorbet in abruptum': quod Graece βάραθρον dicitur. *TER GVRGITE VASTO aut 'ter' pro 'saepe' posuit. finitum pro infinito, aut ter uno die.*

423. *ALTERNOS singulos. non omnes simul, ut ⟨XII 233⟩ vix hostem alterni si congrediamur habemus: aut 'alternos' vicissim, quia accipit, ut vomat. rursus vomit, ut accipiat.*

424. COHIBET SPELVNCA hypallage est in sensu; nam ipsa se tenet intra speluncam secundum fabulam.

425. *TRAHENTEM Sallustius quo forte inlata naufragia sorbens gurgitibus occultis milia sexaginta Tauromenitana ad litora trahit. ergo et 'sorbet' et 'trahit' de Sallustio.*

426. PRIMA nominativus est pluralis a neutro. et est Graeca figura, τὰ πρῶτα ἄνθρωπος.

427. PVBE TENVS 'tenus' praepositio ablativa quidem est, sed figurate etiam genetivo cohaeret, ut et crurum tenus a mento palearia pendent. sane gaudet postpositione. PISTRIX si navem intellegas, haec pistris huius pistris facit; si de belua, haec pistrix, huius pistricis facit.

428. COMMISSA LVPORVM coniuncta et coagmentata: ipsa scilicet, ut ⟨IX 672⟩ portam quae ducis imperio commissa recludunt. et figurate locutus est, ut ⟨I 228⟩ oculos suffusa. est

2 secundum Sallustium] hist. fragm. IV 37 Kr. ‖ 5 barathrum . . . nomen] cf. Isid. or. XIV 9, 5 et gloss. Sangerm. ap. Hildebrandum p. 27 ‖ 14 Sallustius] hist. fragm. IV 37 Kr. ‖ 19 tenus praepositio . . . cohaeret] cf. Serv. comm. in Don. p. 418, 34 et 442, 1 K. ‖ 20 et crurum] georg. III 53

1 unde naturam seruat humanam *E* (t pristinam *superscr. e*) ‖ 3 in Philippicis *om. CME* ‖ Quae Charybdis tam vorax? Charybdim dico? quae si fuit, animal unum fuit *Cicero* ‖ 4 unum] in philippicis *add. CLHME* ‖ 5 insidias] pertinet quod ait obsidet *add. Lion* ‖ 6 inmensae] nimiae *Isid. et gloss. Sangerm.* ‖ 7 BERCEPOX *C* berethron *LHE* (hron *in ras. l*) beretron *M* ‖ dicitur] quia sit grauis aspectus quia βαρὺ τὸ ἀθρεῖν *add. D* ‖ 10 uocissim *F* ‖ 12 SPELVNCAM *L* ‖ 14 quo] quod *Daniel* ‖ 16 de Sallustio *F* et detrahit Sallustio *Daniel* ‖ 18 TAΠPOTA ΑΝΕΧΙCΤΟC *F* TAΠPOTA ΑΝΕΡΙCΠΟC *C* TA ΠPICTA ΑΝΕΤΡΟΠΟC *L* TAΠICTAΑΝΕΤΡΟΙΤΟC *H* TA ΠΙCTA ΑΝΕΤΡΟΠΟC *M* TAΠICTA ΑΝΕΤΠΟΤΟC *E* (ΑΝΕΤΡΟΠΟC *e*) 19 ablatino *F* ‖ 22 haec *om. C, sed spatium relictum est.* hae *L* (haec *l*) pristris huius pristris *H* pistris huius pistris *reliqui, nisi quod prioris* pistris *litteram extremam, alterius duas litteras extremas in ras. l* ‖ facit *om. L* ‖ si . . . facit *in contextu omissa in marg. suppl. L* ‖ de belua] dicas *add. ME* ‖ 23 huius *om. HME* ‖ facit *om. HE* (*supr. vers. add. e*) ‖ 24 coaugmentata *LEm*

autem haec elocutio: postrema, id est τὰ ἔσχατα, commissa erat luporum utero caudas delphinum, id est commissas habebat. *et quidam volunt 'commissa' dici quae diversa iunguntur.*

429. *PRAESTAT melius est.*

430. CESSANTEM inmorantem, quod sequentia indicant 'longos et circumflectere cursus'. *Terentius si absis uspiam, aut ibi si cesses. sed alibi quid illic natus cessat cum Syro.*

431. *INFORMEM hic 'quae confusae sit formae'. alibi deformem nec sum adeo informis, alibi monstrum* ⟨658⟩ *informe ingens, quod humanam excedat formam.*

432. *CAERVLEIS CANIBVS variavit nunc 'canes' dicendo, cum supra dixerit 'lupos'.*

433. PRAETEREA hinc ostenditur cuncta scire Helenum et iam infensam Iunonem, sed prohiberi dicere, ut diximus supra ⟨380⟩. HELENO PRVDENTIA in homine enim prudentia est, in vatibus fides.

433. VERIS IMPLET oraculis, ut Lucanus ⟨V 168⟩ atque hominem toto sibi cedere iussit pectore.

437. IVNONIS MAGNAE id est supernae; nam legimus ⟨VI 138⟩ Iunoni infernae dictus sacer.

438. PRECE NVMEN ADORA IVNONI CANE VOTA LIBENS his enim Iuno praecipue delectatur, id est hymnis et prece. *CANE [autem] de historia est; nam et bello Punico matrimi et patrimi cantarerunt Iunoni. et bene tria posuit quae ad religionem pertinent: precare, vove, solve. DOMINAM hic abusive dominam Iunonem appellavit, cum proprium hoc nomen matris deum sit.*

---

6 Terentius] ad. I 1, 3 ‖ 7 alibi] heaut. tim. V 1, 9 ‖ 9 nec sum] buc. II 25

---

1 postremum *C et Daniel* ‖ id est] u$^{n}$de est *C* unde est *Daniel* ‖ ΤΑΑΙCΚΑΤΑ *C* ΤΑ ΕCΚΑΤΑ *LH* ταεcεκατα *M* († testata id est eandem rem *superscr. m*) testata *E* (at. τατεκατα *in marg. ead. man.*) ‖ 2 id est *om. CM* ‖ habebat] caudas utero *add. Fabricius* ‖ 3 diversa *Arntzenius ad Plin. paneg. cap.* 39: diuerta *F Hageno teste*, diu exesa *Daniel* ‖ 4 *ad* Pachyni in *marg.* promunturium siciliae spectans austrum ab aeris crassitudine dictum nam pachis graece dicitur crassus et spissus et quia austro perflatur hoc promunturium inde retinens pinguedinem apellatur pachinum *T. cf. Serv. ad v.* 699 *et Isid. or.* XIV 7, 5 ‖ 6 abhis *F* abis *Daniel* ‖ ubi *Daniel* ‖ 7 cesset *F* ‖ syra *F* ‖ 9 monstrum] ut monstrum *add. Daniel* ‖ 14 prohiberi *ex* prohibere *F* prohibere *E* ‖ dicere *om. F* ‖ 15 PRVDENTIA VATI *F* ‖ enim *om. FC* ‖ in vate *F. Schoellius* ‖ 16 SI VERIS IMPLET APOLLO id est si ueris implet oraculis *FC* S. V. I. A. subaudis oraculis *Lion* ‖ utque *C* ‖ 17 totus *H* ‖ cedere] dicere *F* caedere *M* ‖ 18 legimus] in sexto *add. Fabricius* ‖ 19 iunonis *C* ‖ dictus sacer *om. C* ‖ dictos *F* ‖ sacer] in VII. aut sicut supra dictum ideo magna *add. F. cf. ad Aen.* I 378, II 269, III 12 ‖ 20 his enim . . . prece *om. F* ‖ 22 patrimi et matrimi *Mascicius primus* 23 regionem *F*, *corr. Daniel* ‖ precare vove solve *scripsi:* preca roboc solue *F* prece votis donis *Daniel primus*

439. VICTOR propositi tui effector, *ut illi victor ego, et Tyrio et reliqua.*

441. CYMAEAM VRBEM sicut ⟨293⟩ Buthroti arcem, ⟨I 244⟩ fontem Timavi. Euboea insula est, de cuius civitate Chalcide profecti sunt ad novas sedes quaerendas, et haud longe a Bais, qui locus a socio Ulixis Baio illic sepulto nomen accepit, invenerunt vacuum litus, ubi visa muliere gravida civitatem condiderunt: quae res fecundam ostendebat fore rem publicam: et eam Cumas vocaverunt, sive ab ἐγκύῳ, id est praegnante, sive ἀπὸ τῶν κυμάτων, id est undis; nam κύματα dicuntur. 'υ' autem Latini in 'u' vertunt, ut 'Byrria' 'Burria'.

442. DIVINOSQVE LACVS consecratos, Avernum et Lucrinum. 'Avernus' autem in plurali numero 'Averna' facit, ut 'tartarus' 'tartara': unde est 'Averna sonantia silvis'. sane hic lacus ante silvarum densitate sic ambiebatur, ut exhalans inde per angustias aquae sulpureae odor gravissimus supervolantes aves necaret: unde et Avernus dictus est, quasi ἄορνος. quam rem Augustus Caesar intellegens, deiectis silvis ex pestilentibus amoena reddidit loca.

443. INSANAM VATEM alii magnam dicunt, sed melius deo plenam et vaticinatricem intellegimus. *INSANAM VATEM] *quia duo genera vaticinandi sunt, aut simplex, ut Heleni, aut per furorem, ut Sibyllae. VATEM] [quia] vates a vi mentis appellatos, Varro auctor est.** SVB IMA in ima, ut namque sub ingenti lustrat dum singula templo.

1 illi] georg. III 17 ‖ 4 Euboea . . . undis] exscr. mythogr. I 145 ‖ 14 sane hic lacus . . . loca] exscr. Isid. or. XIII 19, 8 ‖ 22 Varro] cf. de l. l. VII 36 ‖ vates . . . appellatos] cf. Isid. or. VII 12, 15

3 CIMEAM *C* ‖ VRBEM] cymeam autem urbem *add. Me* per urbem *add. E* ‖ sicut . . . Timavi *om. FC* ‖ bytroti *L* butroti *HMe* busti *E* ‖ 4 chalchide *L* chachide *H* calchide *reliqui.* incolae *add. Fabricius* ‖ 5 sedes] fides *F* ‖ a Bais] ab his *F* ‖ 6 socii *F* ‖ 7 visa] iussa *C* ‖ 8 secundam *F* ‖ fore rem] furorem *C* ‖ nocarunt *FCME* ‖ 9 ab en KYW *FLE* ab ЄNKYШ *C* ADENKYA *H* ab ENKYO *M* ab ἐγκύου *vulgo* ‖ a praegnate *C* ‖ AΠO TAIN KYMATON *C* AΠO TOYN KYMATON *L* AΠO TON KYMATAN *H* ‖ 10 ab undis *ME* ‖ KYMAI *FCHME* KYMA *L* ‖ κύματα undae *Fabricius primus* ‖ conuertunt *M* ‖ 11 Burria *om. L* Cymaeam autem urbem sicut butroti arcem et fontem timaui *add. C* ‖ 13 haec auerna *ME* ‖ 15 exalans *libri* ‖ 16 sulpureae *C* sulphureae *reliqui* ‖ superuoluntates *F* superuolitantes *C* ‖ 17 AOPNOC *M* ‖ 19 magnam dicunt quia duo genera . . . Varro auctor est sed melius . . . intellegimus *F* ‖ 20 intellegimus] intellegamus *D, addens* a Graecorum tractum etymologia qui μάντεις ἀπὸ τῆς μανίας appellaverunt. nam supra sensus humanos intellegentia furor et insania dicitur, teste Cicerone lib. de diuinatione (I 1, 1) 'huic praestantissimae rei nomen nostri a diuis, Graeci ut Plato interpretatur a furore dixerunt', rursus (I 2, 4) 'furoris diuinationem Sibyllinis maxime uersibus contineri arbitrati'. unde adhuc qui inspirari solent fatuari dicuntur. Virgilius (VI 11) 'magnam cui mentem animumque Delius inspirat uates'. (unde adhuc . . . dicuntur *verba sunt Iustini* 43, 1, 8) ‖ 22 sibillae *F* ‖ mentis *ex* mentes *F* ‖ apellatos *F* ‖ 24 templo] et

444. FATA CANIT FOLIISQVE NOTAS ET NOMINA MANDAT tribus modis futura praedicit: aut voce, aut scripto, aut signis, id est quibusdam notis, ut in obelisco Romae videmus: vel, ut alii dicunt, notis litterarum, ut per unam litteram significet aliquid. in foliis autem palmarum sibyllam scribere solere testatur Varro. *FOLIIS palmae. NOTAS litteras. NOMINA verba.*

445. CARMINA VIRGO quia eius responsa versibus scribebantur. 'virgo' vero Phemonoe dicta est: nam sibylla appellativum est nomen, adeo ut Varro quot sibyllae fuerint scripserit. sibylla autem dicitur omnis puella, cuius pectus numen recipit: nam Aeolii σιοὺς dicunt deos, βουλὴ autem est sententia: ergo sibyllas quasi σιοῦ βουλὰς dixerunt. inde est ⟨VI 11⟩ magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates. sane sciendum omnia responsa sibyllae plus minusve centum contineri sermonibus: unde Vergilius ait ⟨VI 43⟩ quo lati ducunt aditus centum, ostia centum, unde ruunt totidem voces, responsa sibyllae.

446. DIGERIT ordinat, disponit. *IN NVMERVM in ordinem, ut continuatio carminum fiat, unde est numeros memini si verba tenerem.* SECLVSA pro 'inclusa': praepositio pro praepositione.

448. VERSO CARDINE aperta ianua, per periphrasin.

449. TVRBAVIT IANVA FRONDES non ianua, sed ventus, qui per ianuam ingreditur.

450. *NVMQVAM pro 'non'.*

451. *SITVS positiones et ordines. alibi 'situ' vetustate, ut ⟨VII 452⟩ en ego victa situ. alibi squalore ⟨VI 462⟩ per loca senta situ.*

452. INCONSVLTI inscii rerum, ignari, sine consilio. et consultus est qui consulitur, inconsultus qui non accipit consilium.

---

8 virgo vero . . . σιοῦ βουλὰς dixerunt] exscr. mythogr. II 87 ‖ 18 numeros] buc. IX 45 ‖ 27 consultus . . . consilium] exscr. Isid. or. X 39. cf. gloss. Sangerm. ap. Hildebr. p. 75

---

(I 431) 'exercet sub sole labor' *add. Stephanus et Fabricius* ‖ 2 futura praedicit] ait futura praedicta *F* ‖ scripto] scriptura *FCe* scripto *ex* scriptu *M*. praedicta *add. F* ‖ 3 obeliscis *F* oboliscos *C* obolisco *L* obilisco *HE* ‖ oromae *C* ‖ 5 *ad* foliis *supr. vers.* scilicet palmarum *T* ‖ 7 VIRGO *om. LH* ‖ scribantur *FL* (scribebantur *l*) ‖ 8 foemon *L* (foemonoe *l*) femor Noe *H* fermone *E* (femonoe *e*) ‖ 9 quod *H* ‖ 10 recepit *L* ‖ aeli *L* (aelii) aeoles *E* ‖ sios *FCL* sius *H* ζιος *E* ‖ 11 bule *FLH* bulae *CE*. σιοὺς . . . βουλή *evanuerunt in M* nubulas *F* sinbulas *CH* zio$^{s}$bulas *L* (zio$^{s}$ *l in ras.*) ziosbulas *ME* ‖ 14 minus *FC* minus /‴ *L* (*duae litterae erasae*) ‖ 15 quod latini dicunt *FC* ‖ hostiae *F* hostia *HE* ‖ centum *om. ME* ‖ 17 *ad* in numerum *supr. vers.* in ordinem *T* 19 SECLVSA . . . praepositione *om. F* ‖ 23 pro 'non' *scripsi:* ponam *F*. *cf. Serv. ad Aen.* II 670. *omisit hoc scholium Daniel* ‖ 25 sentu *F* ‖ 26 sine consilio sine responso . . . adgrediuntur *F* et consultus est . . . consilium *omittens* ‖ 27 accepit *C*

*INCONSVLTI* | * *sine responso, quibus consultum non esset, ut inconsultos incautos dicimus, qui sine consilio aliquid adgrediuntur.**

453. *NEQVA MORAE* '*nequa*' *pro* '*non*' *aut* '*nulla*', *hoc est nullum damnum te ex mora fecisse credideris.*

455. (*VI*) *VELA VOCET valde vocet.*

456. *ORACVLA fata, responsa.*

457. *IPSA CANAT ne te mittat ad ea quae in foliis notat.* VOLENS quae velle habet: nam 'volitura', *aut* propter asperitatem *sermonis* noluit dicere: *aut* '*volens*', *quia cogi non potest si nolit: (aut) ut in sacrificiis* '*uti volens propitiusque*'.

458. *ILLA TIBI ITALIAE POPVLOS et cetera. bene haec ad sibyllam distulit, quia ipse de cursu tantum interrogatus est. et quia* '*bella*' *terribile nomen intulerat, statim evadendi spem adiecit* '*et quo quemque modo fugiasque ferasque laborem.*'

460. *VENERATA quam tu veneratus sis, vel venerata pro te deos, id est rogatis pro te diis.*

461. HAEC SVNT QVAE NOSTRA LICEAT TE VOCE MONERI bene cum praescriptione, ne falsidicus vel minus peritus postea putaretur sacerdos.

463. *EFFATVS AMICO EST poeta divinus peritiam suam inventa occasione semper ostendit;* '*effatus*' *ergo verbo augurali usus est, quia scit loca sacra, id est ab auguribus inaugurata* '*effata*' *dici: ergo religioso verbo voluit uti, qui potuit dicere* '*quae postquam vates sic ore est fatus amico*'. '*effatio*' *dicta est pro locutione, quod ubi quid loquimur* '*famur*'.

464. *AVRO GRAVIA utrum aurea, an quibus non totis aureis addito auro pondus accesserit? et* GRAVIA 'a' finalitatis ratione producitur, sed satis aspere: nam in nullam desinit consonantem, ut

27 a finalitatis . . . ensis] cf. Serv. comm. in Don. p. 424, 21 et Serg. de syll. p. 479, 6 K.

5 VI *addidi* valde vocet *scripsi:* ualde uouet *F* valde nove *Daniel* VELA VOCENT quamuis sit prouisa nauigatio *D* ‖ 8 uellae *H* ‖ uolitur *FC* ualitura *E* (uolitura *e*) aut *et* sermonis *hab. C* ‖ 9 aut *inseruit F. Schoellius* ‖ 11 ILLA TIBI quare de sibylla dicit, quid enim plus est dictura? soluitur sic: cum Helenus dixisset ventura quaeque et bella, intulit spem, et quo quaeque modo fugiasque ferasque laborem *Lion. similia ediderat Fabricius* ‖ *ad vers.* 458 bene . . . ferasque laborem *in marg. T* ‖ sybillam *F* ‖ 12 curso *F* ‖ tantum *om. T* ‖ 13 quo quemque] quod quaeque *F* ‖ 19 sacerdos *om. F*, *post* putaretur *addens* utrum auria an quibus non accesserit et grauia, *quae expunxit Daniel* ‖ 21 verbo augurali . . . famur *hab. Ambros.* ‖ anguriali *F* ‖ 22 inangurata *F* ‖ 23 uolunt *F* ‖ quia *Ambros.* ‖ 24 fatos *F* ‖ est *scripsi:* et *F et Ambros.* ‖ proloeutione *F* pro elocutione *Ambros.* ‖ ubi quid *Ambros.:* ubique *F* ubi *Daniel* ‖ 26 auria *F* ‖ an] in *F*, *cf. adnot. ad lin.* 19 ‖ 27 a *om. FC* ‖ 28 in *om. C*

omnia vincit Amor, et nos cedamus Amori, item ⟨X 394⟩ at tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis. ELEPHANTO pro ebore posuit: Graece dixit.

465. STIPAT denset: unde stipatores dicuntur qui in navibus conponunt, a stipa.

466. DODONAEOS *id est* Epiroticos, a civitate Epiri Dodona. laudavit a regione, ut vasa Corinthia. *quidam dicunt ita: 'ubi aes optime fusum, sicut et apud Corinthum: vel 'Dodonaeos' quales sunt in templo Dodonaei Iovis. haec autem regio in finibus Aetolorum est, ubi Iovi et Veneri templum a veteribus fuerat consecratum. circa hoc templum quercus inmanis fuisse dicitur, ex cuius radicibus fons manabat, qui suo murmure instinctu deorum diversis oracula reddebat: quae murmura anus Pelias nomine interpretata hominibus disserebat. sed cum hic ordo oraculorum per multa tempora stetisset, ab Arce latrone Illyrio excidi quercus praecepta est; unde factum est, ut postea fatidica murmura cessarent. narratur et aliter fabula: Iuppiter quondam Hebae filiae tribuit duas columbas humanam vocem edentes, quarum altera provolavit in Dodonae glandiferam silvam Epiri ibique consedit in arbore altissima praecepitque ei qui tum eam succidebat, ut ab sacrata quercu ferrum sacrilegum submoveret. ibi oraculum Iovis constitutum est, in quo sunt vasa aenea, quae uno tactu universa solebant sonare. altera autem columba pervenit in Libyam et ibi consedit super caput arietis praecepitque ut Iovis Ammonis oraculum constitueretur.* LEBETAS ollas aereas. Graece dixit; zemas enim vulgare est, non Latinum.

467. HAMIS AVROQVE hamis aureis, *ἓν διὰ δυοῖν*. 'hamis'

---

1 omnia] buc. X 69 ‖ 4 unde . . . a stipa] exscr. Isid. or. XIX 27, 2 16 Iuppiter quondam e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 106 ‖ 24 Lebetas ollas aereas] cf. Isid. or. XX 8, 4

---

1 et . . . Amori *om. LHM*, nos . . . item *om. FC* ‖ item . . . ensis *om. M* (*add. m*) ‖ 2 at] ut *FC* nam *Vergilius* ‖ Euandrius . . . ensis *om. F* ‖ ensis] quare 'liceat'? solvitur: 'liceat' quae leviora sunt; supra enim tacuit de morte patris; nam dicuntur difficile responsa praedicere. *add. Lion: quae pertinent ad vers.* 461 ‖ 4 inde *LH* ‖ 5 a *om. FC et Lione teste Guelferb. I* ‖ stipare *F* stupa *C* styppam *Guelferb. I* stipam *legisse videtur Isidorus. cf. ad Aen.* I 433 ‖ 6 id est *hab. C* ‖ 8 chorintum *F* ‖ 9 regia *F* ‖ 11 inmanes *F* ‖ 12 murmore intinctu *F*, *corr. Daniel* ‖ 13 murmora *F* ‖ 15 Illyrio *Masvicius:* hillirio *F* ‖ 16 cessarent *scripsi:* cessarunt *F* cessauerint *Daniel* ‖ hebe *F* ‖ 18 peruolauit *legit Hagenus in F* ‖ 23 praecipitque *F* ‖ oracũlum constituetur *F* ‖ 24 zemas *FCLHe* ziemas *M* zimas *E* zima *l* ‖ 25 Latinum] Lebes pro uase capitur in quod aqua dum manus abluutur decidit. quod decentius Aeneae conuenire domum (*leg.* donum) uidetur, quam quod culinae dona praestentur, ut Homerus in Odyssea (I 136) *χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα καλῇ χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος add. D* ‖ 26 ΕΝΔΙΑ ΔΥΕΝ *FC* endiadi in *L* endiado *H* endiadin *M* endiadiin *E* per Endiadim *Stephanus* per Endiadyn *Masvicius*

autem catenis *vel circulis* significat. TRILICEM *trino nexu intextum.*

468. CONVM INSIGNIS GALEAE a parte totum; nam conus est curvatura, quae in galea prominet, super quam cristae sunt. *coni tamen appellationem sciendum a Graeco tractam.* CRISTASQVE COMANTES *proprie. sicut dictum est Graecorum sic erant, ut* ⟨II 391⟩ *deinde comantem Androgei galeam. et est participium 'comantes' nothum; non enim est verbum 'como'.*

469. SVA DONA PARENTI id est Anchisae. 'sua' autem congrua *meritis,* apta aetati.

470. DVCES *equorum scilicet, quos vulgo agasones vocamus. ut* ⟨X 574⟩ *effunditque ducem. alii duces itinerum accipiunt.*

471. REMIGIVM SVPPLET bene verbo militiae usus est, ut supplementum diceret; nam multos in Creta perdiderat.

472. VELIS APTARE IVBEBAT subaudis 'socios' a superioribus. *et bene servat τὸ πρέπον, ut ubique Anchisen inducat iubentem navigationem, ut* ⟨9⟩ *et pater Anchises dare fatis vela iubebat.*

473. FERENTI *pro secundo,* [*sed*] *vel* flanti, *vel cum flare coepisset.*

475. ANCHISA *bene, cum Veneri libidinem non obicit. dicendo coniugium maiorem honorem Anchisae tribuit. 'Anchisa' autem* vocativus hic non est Latinus, nam brevis esset 'a', ut 'o Catilina': Graecus est ergo, de quo valde apud † eos quaeritur quemadmodum exeat ab his nominibus, quae in 'es' mittunt nominativum. nam 'Tydides' 'Tydide' facit, ut ⟨I 96⟩ Danaum fortissime gentis Tydide. 'Atrides', cum sit simile, 'Atrida' facit, ut Horatius ne quis humasse velit Aiacem, Atrida, vetas cur? tale est ergo

3 conus . . . cristae sunt] exscr. Isid. or. XVIII 14, 2. cf. gloss. Sangerm. ap. Hildebr. p. 80 ‖ 13 Remigium supplet . . . perdiderat] cf. comm. Luc. II 475 ‖ 25 Horatius] sat. II 3, 187

1 vel circulis *hab. C* ‖ nixu intextum *F, corr. Daniel* ‖ 3 CONVM autem (*sic*) a parte totum . . . a Graeco tractam *post* accipiunt (*lin.* 12) *collocavit Daniel, post* como *Lion* ‖ conum *FC* cotnus num *H* ‖ 5 *ad v.* 468 sciendum coni appellationem a greco tracta et comantis proprie dixit sic enim consuetudo grecorum erat ut galeas cristatas haberent ut deinde comantem androgei galeam. et est participium a uerbo como *in marg. T* ‖ tractum *F* ‖ 6 sic *om. Daniel* ‖ 7 nothum *Hagenus:* notum *F* ‖ 10 meritis *hab. C* ‖ apta congrua aetati *L* ‖ 11 DVCES] itineris *add. Daniel* ‖ vel quos *Daniel* ‖ agassones *F* ‖ 13 ut *et* diceret *om. F* ‖ 15 IVBEBAT *om. FC* ‖ 16 tro pepon *F* ‖ iubentem *Hagenus:* in *F.* ut ubique Anchises iubeat navigationem *idem coni. Hagenus* ‖ 17 et *et* vela *om. F* ‖ 18 FVRENTI *F* ‖ sed vel *om. Daniel* ‖ 19 Veneri *Daniel:* uene *F. fortasse duo scholia fuerunt* bene cum Venere libidinem non obicit *et* dicendo coniugium maiorem honorem Anchisae tribuit ‖ 21 a *om. LH* ‖ o *om. FC* hoc *L* ‖ 22 apud poetas *vel* a Plinio *F. Schoellius. fortasse* apud idoneos ‖ 23 in eis *FH* ‖ 24 Tydide] tydidae *F* tydide ac *C* sititide *H* ‖ 25 ut Horatius . . . cur *post* Scytha (*p.* 425 (*lin.* 3) *collocanda videri per litteras mihi significavit Ioannes Kirchnerus* ‖ 26 uelint *Me*

et 'Anchisa'. sane apud Latinos horum nominum causa manifesta est: nam nominativum ipsum in 'a' mutant et recipiunt Latinam declinationem, ut 'Atrides' 'Atrida', 'Scythes' 'Scytha'. DIGNATE digne habite, digne indicate. nam modo non agentis habet, sed patientis imaginem; illud est in primo ⟨335⟩ haud equidem tali me dignor honore.

476. CVRA DEVM *id est* amor, ut *alibi* ⟨X 132⟩ Veneris iustissima cura. BIS PERGAMEIS EREPTE RVINIS probavit curam deorum. et sciendum, rhetorica esse argumenta, quae a contrariis laudant. quod enim supra Anchises infelicitatis putavit, ut ⟨II 642⟩ satis una superque vidimus excidia, hoc iste argumento convertit in laudem. 'bis' autem propter Herculem et Graecos, qui expugnavere Troianos.

477. ECCE TIBI aut vacat 'tibi', ut in Tullio qui mihi accubantes in conviviis: aut certe altius dictum est 'tibi', ac si diceret: qui Italiae hanc tantum visurus es partem, non etiam eam quam Aeneae fata promittunt. *aut certe 'tibi' id est quod ad te attinet; nam ita veteres ponebant, ut Terentius in adelphis* ⟨IV 1, 21⟩ *en tibi autem: quid est? lupus in fabula. et cur haec Aeneae non dicit? aut sufficere putat quae illi vaticinatus est, ut retineat illa, aut ambobus dicit ad unum loquendo.* AVSONIAE Italiae, a rege Ausone. ARRIPE invade: illic enim est sacrificaturus.

478. ET TAMEN ἀνακόλουθον est; non enim praemisit 'quamquam vicina sit'. *PRAETERLABARE NECESSE EST praeternaviges. et bene positum 'necesse est', ne fatigato longae navigationis denuntiatio dura videretur.*

479. PANDIT APOLLO Laurolavinatem agrum significat, ad quem venturus est.

480. VALE AIT bis haec est in Vergilio iteratio, ut hoc loco:

3 Dignate . . . imaginem] cf. Gell. XV 13, 10 ‖ 14 in Tullio] in Catil. II 5, 10

1 et sunt anchisa *FC* ‖ 2 nam] quae *Stephanus et Masvicius* ‖ nominativus ipse in a mutatur et recipit *Daniel* ‖ mutant] mittunt *Stephanus*, *Fabricius*, *Masvicius* ‖ 3 atrida facit *et* scytha facit *Me* ‖ 4 non] nam *F* ‖ 5 illud *F*. *Schoellius:* unde *libri* ‖ 7 id est *et* alibi *hab. C* ‖ 9 et sciendum *om. F* ‖ 10 supra *om. F* infelicitatem *C* ‖ 11 excidia] et c. s. u. *add. Me* ‖ hic *M* (t iste *superscr. m*) argumentum *ME* (argumento *mc*) ‖ 14 tullo *F* ‖ qui] id *L* ‖ 18 ut] *Daniel:* in *F* ‖ 19 haec Aeneae *scripsi:* necenee *F* ut Aenęae *Daniel* et Aeneae *Masvicius* 21 AVSONIAE . . . Ausone *om. F* ‖ Ausone *Masvicius:* ausono *libri* Ausonio *exemplaria pleraque* ‖ illis *F* ‖ 23 AT TAMEN *H* ‖ anacolyton *F* anacoliton *C* anacoluton *LHMe* anaculeuton *E* anacoleuton *m*) ‖ 25 PRAETERLABORE *F* ‖ 27 Laurolavinatem *m:* laurolauiniae *FC* laurolanini (i *superscr.*) autem *L* (i *superscr. l*) laurolauinii autem *HE* laurolauinii uatem *M* Laurolavinatem autem *Fabricius* Laurolavinatem *Masvicius et Burmannus*

nam cum supra 'compellat' dixerit, intulit modo 'ait'. item in quinto ⟨547⟩ cum praemiserit fidam sic fatur ad aurem, subiecit rursus et sese ostendat in armis, dic ait. O FELIX NATI PIETATE latenter ostendit mortem futuram: non enim ait felicem vitae longinquitate vel adventu ad Italiam, sed tantum 'nati pietate', quasi qui poterit exsequiarum munus implere.

481. PROVEHOR sermone progredior, ut ostendunt sequentia. *DEMOROR AVSTROS id est vos demoror quo minus ventis utamini.*

482. SVPREMO ultimo: postquam eorum desperabat aspectum.

483. PICTVRATAS participium sine verbi origine, *vel a feminino genere derivatum, pro 'pictas', id est pictura decoratas.* AVRI SVBTEMINE id est filo quod intra stamen currit, quod Persius ⟨VI 73⟩ tramam dixit mihi trama figurae sit reliqua: ast illi tremat omento popa venter? nam male quidam 'subtemen' stamen accipiunt, cum stamen de auro esse non possit.

484. PHRYGIAM CHLAMYDEM aut acu pictam: huius enim artis peritos Phrygiones dicimus secundum Plautum; in Phrygia enim inventa est *haec* ars: aut ob hoc addidit 'Phrygiam', quasi per quam patriae memoria retineretur. NEC CEDIT HONORI id est tanta dat munera, quanta merebatur Ascanius: hoc enim est 'honori non cedere', parem esse meritis accipientis. Scaurus vero 'honore' legit et intellegit: honore non cedit Heleno, qui patri eius vel avo donaverat multa.

485. TEXTILIBVS sibi congruis: quid enim magis conveniebat donare mulierem?

486. ACCIPE ET HAEC aut intellegimus ante *a se* aliqua fuisse donata: aut certe secundum ius locutus est; omnia enim quae vel avus vel pater acceperat, ad Ascanium hereditatis iure deveniunt. *an 'et haec' praeter illa quae Helenus tibi dedit?* MONVMENTA memoria. 'monumenta' autem a mentis admonitione sunt dicta.

487. LONGVM AMOREM et de praeterito et de futuro, ut agnos-

12 filo quod intra stamen currit] cf. Isid. or. XIX 29, 7 ‖ 16 acu pictam . . . ars] exscr. Isid. or. XIX 22, 22 ‖ 17 secundum Plautum] Aulul. III 5, 34

5 aduentum *FC* ‖ 8 *ad* demoror austros *supr. vers.* uos demoror quo minus utamini uentis *T* ‖ 11 dirinatum *F* ‖ 13 uocat *M* (dixit *m*) ‖ tramã *L* ‖ figurae sit *Persius:* figura est *libri* ‖ ast . . . venter *om. FC* ‖ tremat omento] tramata mento *L* tramato mente *H* ‖ 16 CLAMIDEM *libri, nisi quod* CHLAMIDEM *H*
enim
18 haec *hab. C* ‖ 19 retinetur *F* ‖ 20 hoc enim honoris est *FC* hoc est honori *L* (enim *l*) hoc enim est *M* ‖ cedere] scilicet *add. M* parem esse meritis *omittens* ‖ scauris *F* scayrus *L* ‖ 26 a se *hab. C* ‖ 27 locuta *F* ‖ 28 deuenerunt *C* ‖ 29 MONIMENTA *Mcle* ‖ 30 monimenta *cl* ‖ amonitione *LH* (admonitione *l*)

cas, quantum te vel amaverim vel amatura sim. *potest et pro 'diu' accipi.*

488. CONIVGIS HECTOREAE dictum est hoc habita ratione personae, cum qua loquebatur, ac si diceret 'uxoris avunculi tui'. *EXTREMA TVORVM vel quae Ilio extulit: vel sicut supra* ⟨482⟩ *digressu maesta supremo.*

489. MEI SVPER ASTYANACTIS IMAGO 'super' id est valde, vehementer, expresse, hoc est valde mihi es imago Astyanactis: quo sermone etiam Homerus in simili utitur significatione. *SVPER* [*et*] *deest 'est', ut sit quae superest, id est restat, ut in octavo* ⟨251⟩ *neque enim fuga iam super ulla pericli est. fabula autem de Astyanacte ista est: superato Ilio cum Graeci ad patriam redituri contrariis flatibus prohiberentur, Calchas cecinit deiciendum ex muris Astyanacta Hectoris et Andromachae filium, eo quod si adolevisset fortior patre futurus, vindicaturus esset eius interitum. hunc Ulixes occultatum a matre cum invenisset, praecipitavit e muro, et ita Graeci Troia profecti sunt.*

491. PVBESCERET ut etiam in secundo ⟨681⟩ diximus, prooeconomia est, ut verisimile sit Ascanium in nono potuisse iam bella tractare.

492. *DIGREDIENS pro 'cum digrederer', participium pro verbo modi coniunctivi.*

493. VIVITE FELICES 'vivite' modo bene optantis est, non, ut in bucolicis ⟨VIII 57⟩, male dicentis, ut vivite silvae, id est perite. simile est et 'valete', ut Terentius valeant qui inter nos discidium volunt. sunt autem haec per contrarium inventa maledicta, ut sit quasi salva veneratio. illud quaeritur, utrum 'vive', an 'vivas', id est utrum per imperativum, an per optativum dicere debeamus? et constat dici melius per optativum: optari enim pos-

9 Homerus] Od. IV 149 ‖ 25 Terentius] Andr. IV 2, 13

3 hoc *om.* *CL* ‖ 5 vel] ut *Daniel* ‖ 8 es] est *H* ‖ imago...significatione *om.* *F* ‖ 9 significatione] *κεἰνου γὰρ τοιοίδε πόδες τοιαίδε τε χεῖρες ὀφθαλμῶν τε βολαὶ κεφαλή τ' ἐφύπερθέ τε χαῖται* (*Od.* IV 149) *add.* *Fabricius* ‖ 10 deest est ut sit quae superest id est restat *Hagenus:* et deest ut que sit superest id est restet *F* uel deest ut sitque superest id est restet *Daniel* vel deest est sitque superest id est restet *Masvicius* et 'quae' deest et 'est', ut sit quae superest, id est restat *coni.* *F. Schoellius* ‖ 11 neque iam fuga super illa periculi est *F* ‖ de astianacte historia talis legitur superato ilio...profecti sunt *in marg. inf.* *T* ‖ 12 astianactis *F* ‖ Ilio] illic *F* ‖ 13 fatibus *F* ‖ calcas *F* ‖ deiniciendum *F* ‖ 14 andromachis *F* ‖ 15 eius] patris *Daniel* ‖ 17 sunt] imago astianactis quo sermone etiam homerus in simili utitur significatione *add.* *F* ‖ 19 nono] octauo *F* ‖ 21 degredere *F*, *corr.* *Daniel* ‖ modo *F* ‖ 23 non *om.* *F* ‖ 25 simile] tales *F* tale *C* ‖ 26 dicidium *F* ‖ maletheta *L* (maledicta *l*) ‖ 27 salua] amara *F* ‖ 28 per *om.* *F* ‖ an] aut *F* ‖ dicere...optativum *om.* *F*

sunt, non imperari vel bona vel adversa. quod autem invenimus per imperativum, usurpatum est. FORTVNA PERACTA IAM SVA id est dura, propria Troianorum, ut ⟨VI 62⟩ hac Troiana tenus fuerit Fortuna secuta.

495. PARTA pro 'parata'. *ARANDVM findendum, ut ⟨V 158⟩ longa sulcant vada salsa carina; sulcus enim proprie aratri est.*

496. CEDENTIA RETRO ut ⟨VI 61⟩ iam tandem Italiae fugientis prendimus oras.

498. FECERE MANVS quod est dulcius.

499. QVAE FVERIT MINVS OBVIA GRAIS id est quae nullum patiatur excidium. alii 'fuerint' legunt et volunt esse maledictum in Graecos, ut ad auspicia referas: quod non procedit; nec enim de hoc agebatur. *OBVIA autem obnoxia, inimica, contraria.*

500. SIQVANDO THYBRIM fluvium: pro quo regem ipsum posuit Thybrim, qui in hunc cecidit fluvium et ei nomen dedit; nam antea Albula dicebatur, ut ostendit in octavo ⟨332⟩ Vergilius. alii volunt non Thybrim cecidisse, sed Tiberinum, regem Albanorum, a quo Tiberis dictus est. ut autem Thybris dicatur, haec ratio est: quodam tempore Syracusani, victores Atheniensium, ceperunt Syracusis ingentem hostium multitudinem et eam caesis montibus fecerunt addere munimenta civitati. tunc auctis muris etiam fossa intrinsecus facta est, quae flumine admisso repleta munitiorem redderet civitatem. hanc igitur fossam, per hostium poenam et iniuriam factam, Thybrin vocaverunt ἀπὸ τῆς ὕβρεως. postea profecti Siculi ad Italiam eam tenuerunt partem, ubi nunc Roma est, usque ad Rutulos et Ardeam: unde est ⟨XI 317⟩ fines super usque Sicanos: et Albulam fluvium ad imaginem fossae Syracusanae Thybrin

---

14 fluvium ... Tiberis dictus est] cf. Varro de l. l. V 30. Isid. or. XIII 21, 27. Serv. ad Aen. VIII 330. mythogr. I 193

---

1 vel bona vel adversa] uel aduersa uel prospera *M* uel prospera uel aduersa possunt *E* possunt *post* enim *omittens* ‖ 2 usurpatiuum *M* ‖ 4 secuta] PERACTA prostrata *addidit Daniel* ‖ 5 PARTA] PERACTA *FC* ‖ properata *C* ‖ 6 longae *Daniel* ‖ vada] probata *F* ‖ carinae *F* ‖ arati *F*, *corr. Daniel* ‖ 10 FVERINT *F* FVERI/T *C* ‖ 11 patiantur *H* patitur *M* ‖ fuerint] n *in ras. L* ‖ 12 nec enim deb; cagebatur *H* ‖ 14 TYBRIN *CE* TYBRIM *Le* TIBRIN *H* THIBRIM *H* ‖ 15 tibrin *FCE* tybrim *LH* thibrim *M* ‖ 16 ut uirgilius *M* ‖ ostendit uirgilius *l* ‖ in VII. *CL* ‖ Vergilius *om. LHM* ‖ uolunt *H* non *omittens* ‖ 17 tibrn *F* tibrin *CE* tibrim *Le* tybrin *H* ‖ 18 tyberis *CE* ‖ tibris *FCLE* ‖ 19 victores ... multitudinem *FC*: uictores ceperunt syracusis atheniensium ingentem hostium multitudinem *LH* uictores a. c. i. h. m. *M* uictores c. a. i. h. m. *E* ‖ 21 autis *F* ‖ 22 flumine admisso] aqua *M* ‖ 23 civitatem] patriam *Me* ‖ 24 Thybrin *scripsi:* Ybrin *libri*, *nisi quod* tibrin *E* ‖ ΑΠΟ ΤΗϹ ΥΒΡΕѠϹ *C* ΑΠΟ ΤΥ ΥΒΡΕϹϹ *L* (ΥΒΡΕϹϹ *in ras. l*) ΑΠΟ ΤΗϹ ΥΒϹϹ *H* ‖ 26 et ad ardeam *Me* ‖ 27 ab imagine *C* tybrin *FH* tibrin *CE* brin *L* (tybrin *l*) tẏbrin *M* (ŀ *man. pr.*)

vocaverunt, quasi ὕβϱιν, ut ⟨497⟩ effigiem Xanthi Troiamque videtis. circa Syracusas autem esse fossam Thybrin nomine Theocritus ⟨I 118⟩ meminit.

501. GENTIQVE MEAE bene genti suae dicit, non sibi. scit enim, Ascanio regna deberi † *yicta fatisque incensa.* DATA MOENIA CERNAM COGNATASQVE VRBES OLIM quandoque. et per omnia 'cernam' subaudis. sensus autem talis est: si potuero ad Italiam pervenire et regna constituere et videre urbes et populos tibi cognatos; nam et Aeneas et Helenus a Dardano originem ducunt. ergo hoc dicit: quoniam et ab uno originem ducimus et iisdem casibus subiacuimus, Troiam utramque, id est quam et tu fecisti et ego facturus sum, iungamus et faciamus unam, sed 'animis', hoc est foedere et adfectione, quoniam re vera eas natura non sinit iungi. *quamvis quidam dubitant, utrum genere, an loci proximitate propinquos dixerit.* sane quoniam occurrebat humanae brevitas vitae, bene subiunxit 'maneat nostros ea cura nepotes'. distinguendum autem 'populosque propinquos Epiro'. et sequentibus ostendit quomodo 'Hesperia', id est, quibus populis auctor est Dardanus. HESPERIA autem 'Ἑσπεϱόϑεν, nam Graece dixit, et est de loco adverbium 'Dardanus 'Ἑσπεϱόϑεν'. figura enim non numquam pulchra est si elocutio inperfecta sit, ut Cicero in Verrinis Quintum Verrem Romulia non addidit 'tribu'. *cognatas vero urbes quidam in honorem Augusti dictum accipiunt. is enim cum in Epiro Nicopolim conderet, cavit in foedere civitatis ipsius, ut cognati observarentur a Romanis.*

506. PROVEHIMVR PELAGO id est Buthrotio derelicto. VICINA CERAVNIA IVXTA Ceraunia sunt montes Epiri, a crebris fulminibus

---

21 in Verrinis] act. I 8, 23

---

1 YBPEIN *F* YBPEM *C* Ybrin *L* ybrym *H* ibrin *E* quasi ὕβϱιν *om. M* 2 esse *om. M* (*add. m*) ‖ fossam *om. L* ‖ ybrin fossam *FC* ‖ Thybrin *scripsi:* ybrin *L* tybrin *H* thbrin *M* tibrin *E* ‖ 5 victa *Daniel. fortasse* DATA fatis concessa ‖ 7 potero *M* (potuero *m*) ‖ 8 diuidere *FC* ‖ 9 et *ante* Aeneas *om. M* 10 et *om: M* ‖ 11 et *ante* tu *om. M* ‖ 17 et] sed *LH* ‖ ex sequentibus *ME* in sequentibus *l* ‖ 18 Hesperia] *fortasse addenda* quibus idem Dardanus auctor ‖ 19 et hesperia *H* ‖ autem *FC:* hoc est *LHME* ‖ hespero ten *F* hesperothe *C* et iepoenen *L* (HECHHPWOHN *l*) ECITEPOOEN *H* hesperoten *M* ECHHPWOHN *E* (ESPEROTEN *e*) ‖ graece] recte *F* ‖ 20 'Ἑσπεϱόϑεν] hesperiam tenuit *FC* Hesperothen *LH* hesperoten *Me* hesperiothen *E* ‖ 21 inperta *F* ‖ Quintum] qui *FC* ‖ 22 et non *LH* ‖ trubui *C* ‖ *ad* cognatas urbes *supr. vers.* a cognatis habitandas. sed quidam cognatas urbes dictum aceipiunt in honorem augusti. is enim cum in epyro nicopolim conderet ciuitatem cauit in foedere ipsius ciuitatis ut cognati a romanis obseruarentur *T* ‖ 23 his enim *F* ‖ 26 bythrotio *F* bytrotio *Cl* Bytroto *L* buthrono *H* butrotio *M* butrocio *E* Buthroto derelicta *Masvicius*

propter altitudinem nominati: unde Horatius expressius dixit Acroceraunia propter altitudinem et fulminum iactus.

507. CVRSVSQVE BREVISSIMVS adeo ut medio noctis spatio transfretaverit.

509. OPTATAE TELLVRIS quae a navigantibus semper optatur. *alii 'optatae' electae vel expetitae accipiunt, ut* ⟨I 425⟩ *pars optare locum tecto.*

510. SORTITI REMOS *quia remigium suppletum erat. et 'sortiti'* per sortem divisi ad officia remigandi, qui esset proreta, quis pedem teneret. PASSIM prout quis voluit. LITORE SICCO ad discretionem illius, quod aqua adluitur.

511. *CVRAMVS id est reficimus.*

512. HORIS ACTA per horas decurrens. *SVBIBAT bene 'subibat'; post sextam enim horam descendit.*

514. AVRIBVS AERA CAPTAT naturale enim est, ut a qua parte flaturus est ventus, ad eam auris admota frigidior fiat.

515. SIDERA CVNCTA NOTAT ideo 'cuncta', quia in prognosticis legitur non sufficere unum signum ad explorandam futuram serenitatem. 'notat' autem, ut Tullius notat et designat oculis, id est diligenter intuetur. TACITO CAELO *aut sereno,* aut nocturno, per quod tacetur; aut ipse tacitus; aut certe ad homines rettulit: nam licet aeternus sit axium sonus, tamen a nobis non auditur. ergo quantum ad nos, tacitum dixit. *LABENTIA cursu scilicet mundi; neque enim ventis feruntur, sicut de planetis dicitur: ergo 'labentia' tamquam labentia, numquam enim loco moventur.*

516. ARCTVRVM stella est post ursam in boote signo. *PLVVIAS HYADAS id est pluviosas. Sallustius consedit in valle virgulta nemorosaque 'virgulta' pro virgultosa. quidam autem 'arcturum vel pluvias hyadas' accipiunt, quia non utraque uno tempore oriuntur:*

---

1 Horatius] carm. I 3, 20 ‖ Acroceraunia...iactus] exscr. Isid. or. XIV 8, 6 ‖ 19 Tullius] in Cat. I 1, 2 ‖ 27 Sallustius] hist. fragm. inc. 8 Kr.

---

3 ut *om. F* et *M* (ut *m*) ‖ 5 quae a *ex* quia *L* ‖ 6 alii ... tecto *omisit Daniel* ‖ obtare *F* ‖ 8 supletum *F* ‖ 9 qui esset...teneret *om. ME* (*supr. vers. add. e*) ‖ 11 quod] propter quod *FC* ‖ alluitur *ex* abluitur *L* adluditur *H* ‖ 13 subbibat *E* ‖ 18 exprobrandam *F* ‖ 20 aut sereno *hab. C* ‖ 21 ipse *L* (certe *l*) ‖ setulit *F* ‖ 23 ergo...dixit *om. M* ‖ a nobis *E* (ad nos *e*) ‖ *ad* labentia *supr. vers.* currentia cursu scilicet mundi non uenera labentia sed tamquam labentia *T* ‖ 26 bote *F* bocte *H* bootae *M* ‖ signo] *ἀπὸ τῆς οὐρᾶς καὶ ἄρκτον* id est a cauda ursae *add. D* ‖ *ad* pluuiasque hyadas *in marg.* pluuiosas. quidam accipiunt arcturum uel pluuias yadas quia non uno tempore semper oriuntur. apparente scilicet arcturo semper, yadibus autem certo tempore. quod si ita est erit que pro ue id est uel arcturum uel yadas circum quas solent prognostica quadam praeuisione pluuiam portendere *T* ‖ 28 nemorosaque *F* ‖ arcturium *F*

*quod si ita est, erit 'que' pro 're'.* TRIONES *id est septentriones duos, Cynosuram et Helicen. Varro autem ait boves triones dici. et haec signa etiam plaustra dicuntur, quae a bobus necessario trahi solent, ut Graeci ἄρκτον ἅμαξαν.*

517. ARMATVMQVE AVRO CIRCVMSPICIT ORIONA *bene 'armatum auro', quia et balteus eius et gladius clarissimis fingitur stellis.* sic Lucanus ⟨I 665⟩ ensiferi nimium fulget latus Orionis. et sciendum non hoc eum intueri, ut cernat signa, quae omnibus patent, sed explorare stellarum vigorem, quo futura indicatur serenitas, ut in georgicis ⟨I 395⟩ nam neque tunc stellis acies obtusa videtur. [*ipsum autem Orionem etiam tempestates significare, si fuerit obscurus, alibi ⟨I 535⟩ ostendit cum subito adsurgens fluctu nimbosus Orion.*] si autem quaerebat quasi non orta, nequaquam procedit, cum etiam septentriones dixerit, qui semper videntur. CIRCVMSPICIT ORIONA *aut quaerit cernere, aut diu contemplatur.*

518. CAELO CONSTARE SERENO *id est omnia videt habere caelum quae significent serenitatem. 'constare' autem* suppetere, ut Iuvenalis ⟨VI 166⟩ quis ferat uxorem, cui constant omnia?

519. CLARVM SIGNVM faculam elevavit, ut ⟨II 256⟩ flammas cum regia puppis extulerat. CASTRA MOVEMVS castra sunt, ubi miles steterit. *modo tamen classem significat, quia et castra nautica dicuntur.* dicta autem 'castra' quasi casta, vel quod illic castraretur libido: nam numquam his intererat mulier.

520. TEMPTAMVSQVE VIAM id est naves producimus. PANDIMVS ALAS contos intendimus: *unde ⟨I 224⟩ mare velivolum. Sallustius et parvis modo velorum alis remissis.*

522. HVMILEMQVE VIDEMVS ITALIAM aut naturam provinciae

---

2 Varro] de l. l. VII 74. cf. Gell. II 21, 6 sqq. ‖ 11 ipsum autem...Orion] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IX 461 ‖ 20 castra sunt...mulier] exscr. Isid. or. IX 3, 44

---

1 *ad* geminosque triones *supr. vers.* ericem dicit et cinosuram *T* ‖ GEMINOS duos *Mascicius primus* ‖ 2 id est Cynosuram et Helicen *Daniel primus* ‖ scynos suram et hellicen *F* ‖ 3 a bobus *Mascicius:* beiuus *F* bobus *Daniel* ‖ 4 ἅμαξαν *Daniel:* ΗΝCΑΙΑΜ *F* ‖ 5 *ad* armatumque auro *supr. vers.* quia balteus eius et gladius clarissimis notatur stellis *T* ‖ 6 carissimus *F* ‖ 9 exprobrare *F* ‖ 10 obtunsa *F* ‖ 11 significari *F* ‖ 13 sed si autem *F* ‖ 14 quis eam peruidentur *C* quae *LH* (qui *l*) ‖ 15 *ad* circumspicit Oriona *supr. vers.* aut...contemplatur *T* 16 *supra vers.* 518 hoc est postquam omnia...significent serenitatem *T* ‖ 17 significant *Commelinus primus* ‖ 18 feret *Pithoeanus Iuvenalis* ‖ constat *CLM* (constant *lm*) ‖ 21 ubi] uel *F* ‖ milis *F* ‖ 22 *ad* castra movemus *supr. vers.* in hoc loco classem intellege, *in marg.* Nota castra de nucibus dici *T* ‖ quasi castra *F* 23 nonnunquam *Stephanus* ‖ his] illic *C* ‖ 24 TEMTAMVS *LH* ‖ 25 unde...remissis *omisit Daniel* ‖ intendimus] vel antennas cum velo extendimus, quae sunt alae in malo navis *add. D*

ostendit: *quod verum est in illo transitu:* ut Sallustius I t a l i a e p l a n a a c m o l l i a: aut rem physicam exprimit, quia omne quod continetur altius est ab eo quod continet: aut quia procul visentibus terra humilis semper videtur, ut Lucanus ⟨III 7⟩ e t d u b i o s c e r n i t v a n e s c e r e m o n t e s.

524. ITALIAM tautologia usus est ad exprimendum adfectum navigantum. *CONCLAMAT valde aut saepius clamat.* *SALVTANT quidam pro 'adorant' tradunt, ut 'deos salutare'.*

525. CORONA INDVIT aut usque ad summum implevit, aut re vera coronavit. *MERO hic vino; alias 'merum' quod nihil admixtum habet.*

528. DI MARIS per quod navigo, TERRAE ad quam iturus sum. TEMPESTATVM ventorum, aurarum, temporum, serenitatis, ut ⟨IX 19⟩ u n d e h a e c t a m c l a r a r e p e n t e t e m p e s t a s? nam multa significat.

529. *VENTO septimus casus.* SPIRATE et ad ventum pertinet, et ad favorem, ut ⟨II 385⟩ a d s p i r a t p r i m o F o r t u n a l a b o r i.

530. CREBRESCVNT OPTATAE AVRAE magnum *hic* Anchisae ostenditur meritum. PATESCIT propinquantibus, ut ⟨411⟩ e t a n g u s t i r a r e s c e n t c l a u s t r a P e l o r i.

531. *APPARET IN ARCE MINERVAE hic dubium est, utrum 'Minervae templum', an 'in arce Minervae' debeamus accipere. sane Calabria ante Messapia vocata est. hoc autem templum Idomeneus condidisse dicitur, quod etiam castrum vocatur.*

533. *EVROO ab eo quod est 'Eurous fluctus' ablativum 'Euroo' per derivationem debemus accipere.* IN ARCVM in arcus similitudinem, ut ⟨VI 42⟩ e x c i s u m E u b o ï c a e l a t u s i n g e n s r u p i s i n

---

1 Sallustius] hist. fragm. IV 32 Kr. ‖ 10 Mero...habet] cf. Isid. or. XX 3, 3

---

1 Italia *Stephanus* ‖ plena *LM* (plana *l*) plano *H* ‖ 2 molia *L* (mollia *l*) mollis *Stephanus* atque humilia *coni. Hagenus* ‖ 3 est *om. C* ‖ uidentibus *M* 6 musus *H* ‖ 7 nauigantium *FC* ‖ CONCLAMAT... clamat. ITALIAM...navigantum *Daniel* ‖ CONCLAMA *F* ‖ ualda *F* ‖ *ad* salutant *supr. vers.* adorant *T* ‖ 8 duos salutari *F*, *correxit Daniel* ‖ 9 *ad v.* 525 Induit corona. Corona septimus casus est id est uel in circuitu uasis spumam colligi fecit. uel cooperuit. uel etiam in circuitu miscere fecit *T* ‖ 16 labori] lichori *H* ‖ 17 AVRAE] sonant *add. Daniel* ‖ hic *hab. C* ‖ 18 meritum] quom mox precatus exauditur ut diis acceptus sit *add. D* ‖ 19 rarescunt *FC* ‖ Pelori] MINERVAE Palladis, ut (*buc.* II 61) 'Pallas quas condidit arces, ipsa colat.' *add. D* ‖ 20 *ad* templumque apparet in arce Minervae *supr. vers.* hic est dubium aut templum mineruae aut arcem mineruae. sed credibilius est in arce id est in altitudinẽ templum apparuisse mineruae *T* ‖ 21 in arce] arcem *Masvicius primus* ‖ 22 messepia uocatus est *F*, *correxit Daniel* ‖ idomenaeus *F et exemplaria impressa* ‖ 24 EOO. Euroo ab eo *e. q. s. Daniel* EVROO. Eoo ab eo *e. q. s. Masvicius primus* ‖ 25 diriuationem *F* in arcus...Sallustius *om. C* ‖ 26 euboici *F* ‖ rupit *H l*

antrum, in antri *scilicet* similitudinem. sic de ponto Sallustius, unde hic tulit colorem, *nam* speciem efficit Scythici arcus.

535. IPSE LATET re vera procul intuentibus: unde est 'portusque patescit'. nam secundum Donatum 'late patet' non stat versus.

536. *TVRRITI SCOPVLI in modum, in similitudinem turrium, ut* ⟨I 162⟩ *hinc atque hinc vastae rupes geminique et reliqua.* REFVGITQVE AB LITORE TEMPLVM aedificia vicina litoribus longe intuenti videntur in mari, quae accedentibus quasi recedere et retro se agere putantur: vel quia situm est in colle, qui sensim crescit a litore. ideo dixit 'refugit'. *tale est* ⟨72⟩ *terraeque urbesque recedunt.*

537. PRIMVM aut quale numquam ante viderat: *aut antequam aliud videret:* aut certe quia sequitur porcae albae omen. alii vero 'tondentes primum campum' volunt, id est primam partem campi. *sane figurate 'equos omen'; diversa enim significatione idem dixit. sed multi de libris augurum tractum tradunt: iugetis enim dicitur augurium quod ex iunctis iumentis fiat. observatur enim, ne prodituro magistratui disiunctis bobus plaustrum obviam veniat: quod Vergilius oblique ad equos transtulit, quos cum solutos vidisset Anchises, quem augurioram peritum fuisse non dubium est, ait 'bellum o terra hospita portas, bello armantur'. dicendo 'armenta' oblique intellegit boves quos vitaverat dicere, et ne plaustrum nominaret, ait 'currus'; cum autem dicit 'iugo', veram significationem iugetis facit. sed quia in libris Etruscis invenitur etiam equos bona auspicia dare, subiunxit 'spes est pacis, ait'.*

538. CANDORE NIVALI *pro 'candoris nivalis', ablativum pro ge-*

---

1 Sallustius] hist. fragm. III 49 Kr.

---

2 hic *om. FC* ‖ tulit] sumpsit *M* ‖ nam *hab. C* ‖ scitisi *H* scithici *in ras. l* ‖ 3 IPSE LATET] cautes *add. F* g. *add. C* ‖ 4 versus] ideo ergo lat· t debemus legere *add. Lion* ‖ 5 *ad* turriti scopuli *supr. vers.* in similitudinem turrium *T* ‖ 8 mare *H* ‖ et] ac *ME* ‖ 9 sensum *H* ‖ 12 antea *LM* ‖ *ad* hic primum *supr. vers.* praeter quod seruius dicit antequam aliud uideret *T* ‖ 13 vero *om. M* ‖ 15 sane figurate...spes est pacis ait *hab. Ambros.* ‖ *ad* omen equos *in marg.* diuersa significatione figurate omen et equos bis idem dixit id est uidi omen et uidi equos *T* ‖ sine *F* ‖ idem] id omen *Daniel primus* ‖ 16 multi de libris augurum hoc tractum uolunt iugetis enim...bellum o. t. h. p. *in marg. T. cf. adnot. crit. ad v.* 540 *et* 543 ‖ augurium *F* ‖ tradunt] uolunt *Ambros.* ‖ iugetis *F. cf. Paul. Festi s. v. 'iuges' et Christii adnot. crit. ad Cic. de div.* II 36,77. iugalis *ex* iugelis *Ambros.* iuge id *Commelinus* iuge eis *Masvicius. Scaliger, qui laudat haec verba (castig. in Festi libros p. LXX), 'iugetis' non mutavit.* augurium *om. Ambros.* ‖ 17 obseruabatur *T* ‖ magistratui prodituro *T* ‖ 18 de iunctis *T* ‖ bouus *F* bubus *T* ‖ ueniret *T* ‖ 19 solutus *F* ‖ 20 dubium non est *Ambros.* ‖ 21 armantur] eqs. *add. Ambros.* ‖ intelligit *Ambros. et Daniel:* intellege *F* ‖ 22 uitauit *Ambros.* ‖ 23 iugalis *Ambros.* ‖ 24 auspicia bona *Ambr.* ‖ 26 *ad* candore niuali *supr. vers.* ablatiuus pro genitiuo pro eo quod est niuei candoris *T*

*relivo: et* hoc ad victoriae omen pertinet. simul notandum Anchisen omnem habere divinandi peritiam: hinc est illud ⟨V 47⟩ divinique ossa parentis.

539. TERRA HOSPITA usurpative 'hospita' dixit; quae enim in 'es' exeunt communia esse possunt; nam femininum in 'a' non mittunt. Lucanus ⟨V 11⟩ hospes in externis audivit curia tectis. nec mirum abusum esse Vergilium, cum et Plautus paupera dixerit ab eo quod est hic et haec pauper, ut ⟨VIII 105⟩ pauperque senatus item ⟨XII 519⟩ pauperque domus, nec nota potentum munera.

540. BELLO ARMANTVR EQVI *hic 'bello' dativus est, et* ratiocinatio divinationis est. ARMENTA armenta dicta sunt quasi apta armis: nam *et* equi intersunt proeliis, boves arma dant ex coriis.

541. SED TAMEN ἀνακόλουθον; nam 'quamquam' non praemisit. OLIM *infiniti temporis.* CVRRV *pro 'currui': dativus vetus.*

543. SPES EST PACIS, AIT ostendit latenter vincere posse Troianos, dicendo supra 'curru succedere sueti' *et* '*iugo*'. *et cum praemisisset de bello, post ait de pace, ut id magis remaneret in mentibus.*

544. PALLADIS ARMISONAE bene post belli omen, armorum

4 usurpative ... munera] cf. Prob. cath. p. 16, 11 sqq. et inst. art. p. 82, 33 sqq. K. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 279 ‖ 7 Plautus] Plautus in vidularia 'paupera haec res est' Prisc. I p. 152, 8 H. ‖ 12 armenta...ex coriis] cf. Varro de l. l. V 96. Isid. or. XII 1, 8

1 anchisem *L* ‖ 6 coria (v superscr.) *L* uilia *H* ‖ 7 planstus *F* placutus *H* ‖ 9 item ut *C* ‖ 10 tota *H* ‖ 11 *ad* bello *supr. vers.* datiuus id est ad bellum *T* ‖ 12 *ad* haec armenta *supr. vers.* dicendo armenta oblique intellegi noluit boues quas uitauerat dicere sicut in sequentibus ne plaustrum nominaret dixit currus *T* ‖ 13 et *hab. C* ‖ arma dant *C*: armant *reliqui* ‖ ex coriis *in marg. M* ‖ boves...coriis] clypei uero armantur boum coriis *Masvicius et Burmannus* ‖ coriis] armenta quoque dicta sunt maiora animalia quae arationi congrua sunt *add. D* coriis] Varro autem (*de l. l.* V 96) boves armenta vocari voluit, quasi aramenta, quod eorum praecipue opera in arandis agris utamur: unde Columella lib. VII (*lib.* VI *praef.*) 'iumenta et armenta a re traxere, quod nostrum laborem vel onera subvectando vel arando iuvarent.' proprie ergo armenta boves dicuntur et equi: quamvis etiam alia maiora animalia eo nomine dici possint, licet sint ad arandum aut ad gestanda arma inutilia: nam cervi, qui ad hoc non sunt idonei, inter armenta computantur a Virgilio lib. I (185), cum ait 'hos tota armenta sequuntur'. dixerunt etiam antiqui armento in feminino: Ennius 'ad armentas ipsius easdem' et Pacuvius 'tu curvifrontes pascere armentas soles'. *add. Masvicius. Ennii et Pacuvii verba Nonius p.* 190 *M. laudavit* ‖ 14 una coloton *F* ana coloton *C* anacoliton *LH* anacoluthon *M* ‖ 15 *ad* olim *supr. vers.* nunc olim infiniti temporis est; *ad* curru *supr. vers.* pro currui *T* ‖ 16 EX *C* (*expunxit et* EST *superscr. ead. man.*) ET *LH* (EST *l*) ‖ 17 cursum *LH* (curru *l*) cursu *E* (curru *e*) ‖ sueti *om. FC* ‖ *ad* iugo *supr. vers.* cum dicit 'iugo' ueram significationem iugetis augurii facit. sed quia in libris etruscis inuenitur etiam equos bona auspicia dare subiunxit spes est. et bene cum praemisisset...mentibus *T* ‖ curru succedere et iugo sueti *F* ‖ 18 de pace] da pace (t superscr.) *F*

deam precatur, quamquam hoc quoque templum visum ad omen pertineat.

545. PHRYGIO VELAMVR AMICTV *sicut dictum est* ⟨407⟩ *propter visum vel Diomeden vel Ulixen, quando ei Palladium redditum est.*

546. DEDERAT QVAE MAXIMA *vel propter caput velandum, vel ad illud pertinet* ⟨435⟩ *quod ait p r o q u e o m n i b u s u n u m p r a e d i c o: hoc est ut supplicet Iunoni.* DEDERAT QVAE MAXIMA ut p r o q u e o m n i b u s u n u m p r a e d i c o. RITE recte, secundum ritum: unde sequitur 'perfectis ordine votis'.

547. IVNONI ARGIVAE id est magnae, ut ⟨437⟩ I u n o n i s m a g n a e: *aut inimicae Troianis.*

548. HAVD MORA CONTINVO unum de his [*sermonibus*] vacat.

549. VELATARVM *quia antemnae involutae sunt velo, id est velatae. et est versus spondiazon.*

550. GRAIVGENVMQVE DOMOS sic est dictum, quemadmodum ⟨359⟩ T r o i u g e n a. et sciendum sacrificii tantum causa eos tetigisse Calabriam, ubi dicuntur accepisse Palladium, *sicut* ⟨407⟩ *dictum est,* a Diomede vel ab Ulixe: nec inmerito dubitatur; ut enim in secundo ⟨166⟩ legimus, ambo rapuerunt. *'domos' autem ideo, quod Helenus* ⟨398⟩ *c u n c t a m a l i s h a b i t a n t u r m o e n i a G r a i s.*

551. HERCVLEI SI VERA EST FAMA TARENTI *fabula talis est:* Lacones et Athenienses diu inter se bella tractarunt, et cum utraque pars adfligeretur, Lacones, quibus iuventus deerat, praeceperunt, ut virgines cum quibuscumque concumberent. factum est ita, et cum post sedata bella iuventus incertis parentibus nata, et patriae [erubesceret] et sibi esset obprobrio: nam partheniatae dicebantur: ac-

---

8 rite recte e. q. s.] cf. Varro de l. l. VII 88 ‖ 22 Lacones et Athenienses e. q. s.] cf. Serv. ad georg. IV 126 et mythogr. I 206. Isid. or. IX 2, 81

---

1 deam *om. F* ‖ quamquam] non praemisit *add. LH* (*del. l*) etiam *add. MEl* ‖ quoque *om. M* ‖ 4 pallundium *F* ‖ 5 *ad* maxima *supr. vers.* maxima uel...unum *T* ‖ 6 illum *F* ‖ quod ait *om. T* ‖ 7 DEDERAT...praedico *om. F* praeque *ex* proque *L* praequae *E* (proque *e*) ‖ 12 sermonibus *hab. C* ‖ *ad* adolemus *supr. vers.* augemus reddimus *T* ‖ vacat] 'haud mora continuo' figura est ἐκ παραλλήλου dicta ex mutua et inuicem declaratione *add. D* ‖ 13 *ad* velatarum *supr. vers.* et uelatarum propterea dicit quia ... hoc est uelatae. *ad* antennarum *in marg.* antempna lignum transuersum in malo nauis per quod extenditur uelum dicitur. antempna quod ante amnem *T. cf. Isid. or.* XIX 2, 7 ‖ 14 spondation *F* ‖ 16 siciendi *F* sciendi *C* ‖ 17 dicitur *El* (dicuntur *e*) sicut dictum est *hab. C* ‖ 18 ab *om. FC* ‖ 19 rapuerant *LHE* ‖ *ad v.* 550 dicit causam cur mutauerint nauigia. et domos ideo dicit propter illud quod helenus dixit cuncta...graecis *T.* dicit...nauigia *Tiberii Donati sunt* ‖ 22 et *om. FC* ‖ 24 ut *om. C* ‖ ita et *F. Schoellius:* ut et *LH* ut *FCME* ‖ 25 et patriae *LM* et patriam *FC* et patri *HE* ‖ erubesceret *om. Mc. videtur e Serviano ad georg.* IV 126 *scholio huc inlatum esse: quamquam fortasse* et patres erubesceret *Servius scripsit*

cepto duce Phalanto, octavo ab Hercule, profecti sunt, delatique ad breve oppidum Calabriae, quod Taras, Neptuni filius, fabricaverat, id auxerunt et prisco nomine appellaverunt Tarentum. bene ergo nunc 'Herculei Tarenti si vera est fama', quia Taras condiderat, auxerat Phalantus. *est et alius fabulae ordo: Lacedaemonii cum adversum Messenios bellum haberent, solis senibus relictis omnem iuventutem eduxerunt iuraveruntque se non ante reversuros quam Messeniam expugnassent. sed cum victores reversi essent vidissentque multitudinem iuvenum, qui ex servorum et dominarum virginum concubitu, ut quidam volunt, sine ullo discrimine nuptiarum nati erant, servos patibulis suffixerunt, filios strangulavere, nepotes fugaverunt. ut alii dicunt, timentes ne qua ex illis discordia nasceretur, pueros qui ex virginibus nati erant partheniatas vocaverunt et Phalantum eis ducem constituerunt. sed hi cum venissent in Italiam, a quodam sepulchro, cui inscriptum erat Tarae nomen, urbem conditam Tarentum dixerunt. hoc autem oppidum post multos annos excidii Iliensis conditum quidam dicunt. alii dicunt, quod, sicut supra memoratum est, a nepotibus Lacedaemoniorum fugatis a nomine ducis Tarae, Herculis filii, Tarentum dictum. quidam Tarentum ante Saturium dictum tradunt et ab Herculis filio Tarento post Tarentum dictum. alii Herculeum appellatum volunt, quia Heraclidae Lacedaemoniorum reges, aut ab Herculis filio conditum sit Tarentum, in quo molles et luxuriosi nascuntur. et haec consuetudo poetae est, ut ubi de incertis dubitat, famam faciat auctorem.*

552. ATTOLLIT SE quia adpropinquantibus aut recedere montes videntur, aut surgere. DIVA LACINIA CONTRA Iunonis Laciniae templum, secundum quosdam a rege conditore dictum, secundum alios a latrone Lacino, quem illic Hercules occidit, et loco expiato Iunoni templum constituit. *alii a promontorio Lacinio, quod Iunoni*

19 quidam Tarentum . . . Tarentum dictum] cf. Probus ad georg. II 197 p. 50 K. ‖ 28 alii...dederat] cf. Tzetzes ad Lyc. Cass. 856

1 palanto *L* palento *H* ‖ 2 Taras] trans *F* ‖ 3 auserunt *H* ‖ 4 si vera... Phalantus *om. F* ‖ qua *H* quod *MEl* ‖ 5 auserat *H* ‖ palantus *LH* ‖ lacedaerionii *F* ‖ 10 ullo *Daniel:* illo *F* ‖ 11 suffexerunt *F* ‖ ut *F. Schoellius:* sed *F* 13 cra *F* ‖ 14 hii *F* ‖ 15 tare *F* ‖ 16 *ad v.* 551 quidam hoc oppidum satyrium ante dictum nolunt. sed a tarento herculis filio postea tarentum dictum et post multos annos excidii iliensis conditum ferunt *in marg. T* ‖ post] per *F* ‖ ilienses *F* ‖ 18 tare *F* ‖ 19 satyrium *F. cf. Prob. ad georg.* II 197 *p.* 50 *K.* ‖ 20 pos *F* ‖ dictam *F* ‖ arculeam *F* ‖ 21 heradidae *F* ‖ alcidaemoniorum *F* ‖ reges] bene ergo si vera est fama aut quia taras condiderat auxerat phalantus *add. F. cf. adnot. ad lin.* 4 ‖ 25 CONTRA *om. FC* ‖ lamiae *H* ‖ 27 lacio *M* (lacino *m*) Lacinio *Masvicius* ‖ hoc loco *H* ‖ *ad vers.* 552 praeter sensum seruii quidam dicunt a lacinio promunturio quod iunoni thetis dono dederat et ante bellum troianum conlaticia penia (pe *et* i *in ras.*) reges populique fecerunt *in marg. T* ‖ 28 promuntori *F*

*Thetis dono dederat, † quod ante Troicum bellum conlaticia pecunia reges populique fecerunt. quidam dicunt templum hoc Iunonis a Lacinio rege appellatum, cui dabat superbiam mater Cyrene et Hercules fugatus; namque cum post Geryonem extinctum de Hispania revertentem hospitio dicitur recipere noluisse, et in titulum repulsionis eius templum Iunoni tamquam novercae, cuius odio Hercules laborabat, condidisse. in hoc templo illud miraculi fuisse dicitur, ut si quis ferro in tegula templi ipsius nomen incideret, tamdiu illa scriptura maneret, quamdiu is homo viveret, qui illud scripsisset.*

553. CAVLONISQVE ARCES Aulon mons est Calabriae, ut Horatius et amicus Aulon fertilis Baccho: in quo oppidum fuit *a Locris conditum,* quod secundum Hyginum, qui scripsit de situ urbium Italicarum, †olim non est. *alii a Caulo, Clitae Amazonis filio, conditum tradunt.* NAVIFRAGVM SCYLLACEVM periculosum navibus. dictum Scyllaceum aut a tractu, vel a periculi similitudine: nam inde Scylla longe est. *alii dicunt Ulixen post naufragium in Italia de navium fragmentis civitatem sibi fecisse, quam 'navifragum Scyllaceum' nominavit. alii ab Atheniensibus, qui cum Mnestheo duce venerant et a Libya redierant, conditum tradunt.*

555. ET GEMITVM INGENTEM PELAGI videtur delatus primo ad fretum, postea ad Aetnam reversus.

556. FRACTAS nimias, ut fractos sonitus imitata tubarum. *vel 'fractas' cum fragore venientes.*

557. AESTV MISCENTVR HARENAE describit loca Charybdi vicina: quam esse cre*di*dit ex periculi magnitudine.

558. *NIMIRVM nisi fallor.* ILLA *hoc pronomine et in venerativa et in vituperativa significatione veteres utebantur, ut hic 'illa', id est*

---

10 Horatius] carm. II 6, 18 ‖ 22 fractos] georg. IV 72

---

1 in quo a. T. b. templum *F. Schoellius. fortasse* d. d. in quo templum quod colatitia *F* ‖ 3 superbia *F. corr. Daniel* ‖ herculis *F* ‖ 4 cum *Daniel:* cum *F* Geryonem *Masvicius:* gessonem *F* ‖ Hispanis *Daniel primus* ‖ 5 hospicio *F* ‖ 6 innoni *F* ‖ 8 incideret et *F* ‖ 9 his *F* ‖ 10 AVLONISQVE *L* (CAVLONISQVE *l*) ‖ caulon *MEl* ‖ cabriae *H* ‖ 11 amicus] eius *add. H* ‖ caulon *MEl* ‖ in quo] in quod *F* quod *C* ‖ a Locris conditum *hab. C* ‖ 12 yginum *FC* higinum *H* ‖ qui scripsit *om. M* ‖ 13 Aulon est *Masvicius* Aulon non est *Burmannus.* a coli (= '*cauli*') nominatum est *F. Schoellius. cf. Serv. ad A.* XII 413 ‖ 14 SALACEVM *H* ‖ 15 scitaceum *H* scillaceum *E* ‖ aut] vel *M* ‖ tractatu *H* ‖ 16 longe *ex* longa *L* ‖ *ad* navifragum Scyllaceum *supr. vers.* dicunt quidam ulixen post naufragium condisse (*sic*) ciuitatem in italia de nauium fragmentis quam nauifragum scillaceum nominauit *T* ‖ 22 *ad* fractas *supr. vers.* nimias siue cum fragore uenientes *T* ‖ 24 ARENAE *LHME* ‖ descripsit *F* ‖ 25 quam] quod *FC* ‖ 26 *ad* nimirum *supr. vers.* nisi fallor *et* certe; *ad* illa *supr. vers. et in marg.* hoc pronomine ueteres utebantur et in ueneratiua significatione et in uituperatiua, ut hoc loco illa id est periculosa. alibi ponit uituperative ut ille deum pater *T* ‖ 27 significationes *F*

*periculosa, detestabilis: venerative autem, ut* ⟨X 875⟩ *sic pater ille deum faciat.*

559. HAEC SAXA HORRENDA CANEBAT rettulit se ad historiam: nam pro Scylla 'saxa' dixit 'horrenda'.

560. ERIPITE de periculis. *et deest 'nos'.*

561. *RVDENTEM* [*si*] *'rudentem proram' id est stridentem et sonantem, ut in tempestate, ut est* ⟨VII 16⟩ *et sera sub nocte rudentum.*

562. LAEVAS AD VNDAS de Ionio venientibus: aliter non procedit.

563. COHORS quia superius dixit ⟨519⟩ nos castra movemus.

564. *GVRGITE pro fluctu.*

565. AD MANES IMOS poetica hyperbole.

566. SCOPVLI CLAMOREM de historia, ut supra ⟨420⟩ diximus, hoc traxit: undae enim inlisae concavis saxis imitantur latratum.

567. ELISAM exclusam, *expressam*, ut ⟨VIII 261⟩ elisos oculos et siccum sanguine guttur. RORANTIA ASTRA *cum scilicet locum, in quo astra sunt, (quae) per diem non videbant. 'rorantia' autem* pro 'inrorata', id est quae inrorabantur: e qua significatione non est apud Latinos participium. sane hyperbole est.

568. VENTVS CVM SOLE ventorum enim mutationem necesse est fieri vel oriente die vel occidente.

569. IGNARIQVE VIAE CYCLOPVM ADLABIMVR ORIS ut ⟨209⟩ servatum ex undis strophadum me litora primum accipiunt; similis enim est sensus. 'Cyclopum' 'clo' habet accentum, quia Latina declinatio est; in accusativo, quia Graece posuit 'Cyclopas' 'cy' habet accentum; *si* 'Cyclopes' 'clo' habebit *accentum.*

570. *AB ACCESSV id est in accessu.*

571. TONAT AETNA RVINIS *sensus est: portus quidem securos nos faciebat, deest enim 'quidem', sed Aetna terrebat. et* causa huius

1 ueneratiuae *F* ‖ 2 facit *F* ‖ 3 HAEC *om. FC* ‖ 5 *ad* eripite *supr. vers.* scilicet nos de periculis *T* ‖ 6 *ad* rudentem *in marg.* hic duplex sensus est si rudentem accipias adiectiuum nomen tunc intellege stridentem propter tempestatem si autem per se nomen acceperis intellege funem *T* ‖ RVDENTEM... rudentum *post* venientes (*p.* 437 *lin.* 23) *collocavit Daniel* ‖ si *seclusi. sed cf. Turonense scholium* ‖ 7 *prius* ut *om. Daniel* ‖ rudentem *F* ‖ 11 *ad* cohors *supr. vers.* quia supra dixerat mouemus castra seruauit proprietatem dicendo cohors *T* 12 *ad* gurgite *supr. vers.* fluctu *T* ‖ 15 elisae *FC* ‖ saxis] canis *add. Me* ‖ latratus *FC* ‖ 16 expressam *hab. C* ‖ 17 *ad* rorantia astra *in marg.* eum scilicet locum in quo sunt astra *T* ‖ 19 quae] quia *L* ‖ a qua hac *FC* ‖ 22 die *HME* sole *FC* die uel medio *L* ‖ 23 CYCLOPVM ADLABIMVR ORIS *om. FCLH* 24 me...accipiunt *om. FC* ‖ prima *E* (primum *e*) ‖ 25 similis...sensus *om. M* 26 in *om. F* ‖ 27 si *hab. Cl* ‖ habet *FC* ‖ accentum *hab. C* ‖ 28 *ad* ab accessu *supr. vers.* pro in *T* ‖ 29 *ad v.* 571 talis est intellectus. portus quidem faciebat securos sed horrificis iuxta ethna r. tonat *in marg. T*

incendii secundum Aetnam Vergilii haec est: sunt terrae desudantes sulpur, ut paene totus tractus Campaniae, ubi est Vesuvius et Gaurus montes, quod indicat aquarum odor calentium. item novimus ex aquae motu ventum creari, esse etiam concavas terras. Aetnam constat ab ea parte, qua Eurus vel Africus flant, habere speluncas et plenas sulpuris et usque ad mare deductas. hae speluncae, recipientes in se fluctus, ventum creant, qui agitatus ignem gignit ex sulpure: unde est quod videtur incendium. hoc autem verum esse illa conprobat ratio, quia et aliis flantibus ventis nihil ex se emittit et pro modo flantum Euri vel Africi interdum fumum, interdum favillas, nonnumquam vomit incendia: quod et hoc loco ostendit; nam effectum indicat, supprimit causas.

572. PRORVMPIT AD AETHERA NVBEM *id est* evomit *et fundit.* et est poetica descriptio. PRORVMPIT NVBEM] *nova elocutio; nec enim possumus dicere 'prorumpo illam rem', potuit enim recte dici 'nubes prorumpit'.*

573. CANDENTE FAVILLA id est scintillis. et bona periphrasis; nam favilla est deserta igni scintilla. *quamvis saepe viderimus de Aetna sicut nigrum fumum, ita et candidum et pinguem manare.*

575. VISCERA MONTIS id est partes. sic autem dixit 'viscera', quemadmodum 'terrae ossa' dicuntur.

576. ERVCTANS 'ructo ructas' tantum facit: sic etiam Cicero eructant sermonibus suis caedem bonorum, Vergilius ⟨VI 297⟩ atque omnem Cocyto eructat harenam. Horatius usurpavit hic dum sublimes versus ructatur. LIQVEFACTA SAXA putria, decocta in modum calcis.

577. FVNDO IMO ab imo. et reddit causam latenter; inde enim ventus ex aqua natus erumpit.

578. FAMA EST bene se fabulosam rem dicturus excusat: nam

---

4 Aetnam constat ... incendium] exscr. Isid. or. XIV 8, 14 ‖ 18 nam favilla ... scintilla] exscr. Isid. or. XIX 6, 6 ‖ 22 ructo ... facit] cf. Pauli Festus s. v. ructare ‖ Cicero] in Cat. II 5, 10 ‖ 24 Horatius] a. p. 457 ‖ 29 nam re vera e. q. s.] exscr. mythogr. II 53 ff. cf. comm. Luc. VII 145

---

1 sudantes *C* ‖ 2 uesouius *LHE* (uesuuius *le*) ‖ caurus *El* (gaurus *e*) ‖ 3 odor aquarum *F* ‖ 4 creare *F* ‖ Aetnam *om. LH* (*add. l*) ‖ 6 recipientes *om. LH* (*add. l*) ‖ 9 ventis *om. C* ‖ ex sese *ME* ‖ mittit *CL* ‖ 10 flatuum *FC* fatũ *L* fantũ *l* ‖ 11 vomit] mittit *C* ‖ 12 supprermit *F* subprimit *CH* ‖ 13 PRAERVMPIT *H* ‖ NVBEM *om. CLH* ‖ id est *et* et fundit *hab. C* ‖ 14 et est noua elocutio nec enim ... prorumpit sane tota haec poetica descriptio *F* ‖ 15 illa *F* ‖ dicce *F* ‖ 20 sic] hic *H* ‖ 22 eructo eructas *l* ‖ sicut *F* ‖ etiam *om. FC* ‖ 24 omne *FC* ‖ 25 sublimis *HME* ‖ eructatur *FCH* ‖ *ad* liquefactaque saxa *supr. vers.* putria decocta in modum calcis *T* ‖ 26 putrida *H* putrịda *E* ‖ 27 reddidit *LHE* ‖ 29 *ad* fama est *supr. vers.* de incertis rebus semper facit poeta auctorem famam *T* ‖ se *om. FC* ‖ dictarum *L* (dicturus *l*)

re vera nisi quae de gigantibus legimus, fabulosa acceperimus, ratio non procedit. nam cum in Phlegra, Thessaliae loco, pugnasse dicantur, quemadmodum est in Sicilia Enceladus? Otus in Creta secundum Sallustium, unde Otii campi? Typhoeus in Campania? ut ⟨IX 713⟩ Inarime Iovis imperiis inposta Typhoeo. sed Varro dicit in diluvio aliquos ad montes confugisse cum utensilibus, qui lacessiti postea bello ab his, qui de aliis veniebant montibus, facile ex locis superioribus vicerunt: unde factum est ut dii superiores dicerentur, inferiores vero terrigenae. et quia de humillimis ad summa reptabant, dicti sunt pro pedibus habuisse serpentes. SEMVSTVM pro 'semiustum'. et sciendum sic poni, quasi semianimis sit Enceladus: unde est 'motat latus'. simul ponitur secundum fabulam causa, quasi ex fulmine illic sit natum incendium.

580. CAMINIS fornacibus. Graece dixit.

581. MOTAT movet; nam si 'mutat' legeris, dat refectionem labori. 'motat' frequenter movet. *quamvis alii 'mutat' pro 'mutare vult' accipiunt. ut est* ⟨II 111⟩ *et terruit auster euntes.*

583. NOCTEM ILLAM melius per accusativum dixit.

584. VIDEMVS vel mente vel oculis.

585. *NAM NEQVE ERANT ASTRORVM IGNES bene 'ignes', quia de Aetna loquebatur, ut magis flammae eius manifestae fierent caelo lucente.* AETHRA SIDEREA POLVS per aethram sideream, hoc est per splendorem aetheris. sane aether est ipsum elementum, aethra vero splendor aetheris. sciendum est Homerum et aetherem et aërem communis generis dicere, quod de aëre nos non possumus dicere.

---

3 secundum Sallustium] hist. fragm. III 62 Kr. ‖ 5 Varro dicit e. q. s.] exscr. mythogr. III 1, 10 ‖ 14 Caminis...dixit] exscr. Isid. or. XIX 6, 6 ‖ 23 sane aether...aetheris] exscr. Isid. or. XIII 5, 1

---

3 endieladus *H* encheladus *reliqui* ‖ othus *FCMe* extus *E* ‖ 4 othii *HME* ocii *L* (cii *in ras. l*) ‖ 7 his *FCME et mythographi:* aliis *H* his *L* (*sed* h *in ras. trium litterarum l*) ‖ 8 uincebant *L* (uicerunt *l*) uicerant *H* ‖ factum *mythographi et L, ut videtur:* fictum *FCHMEl* ‖ 9 de *om. H* ‖ humilibus *FC* imis *mythogr.* II ‖ sumam *L* summam *H* ‖ 11 semiiustum *H* ‖ encheladus *FLME* enchaladus *C* encheladiis *H* ‖ 12 m^v^otat *L* motat *H* mutat *FCME* 14 dixit] ἀπὸ τοῦ κάειν ardere *add. D* ‖ 15 MOTAT *LME* MOTATVS *H* MVTET *FC* ‖ movet] frequenter movet *Fabric.* ‖ *in versu Vergiliano* mutet *T, quod alia manus in* motet *mutavit. supr. vers. adscripta sunt* quidam legunt mutat et significat dat refectionem labori siue mutare uult. ‖ 18 NOCTE ILLAM *F* NOCTE ILLA *C* ‖ dixit] TECTI SILVIS ut (XI 686) 'te silvis agitare feras' *add. Fabricius* 19 *prius* vel *om. FC* ‖ 20 AVSTRORVM *F* ‖ Aetna *Commelinus:* aenaea *F* Aenea *Daniel* ‖ 21 caelo lucente *Daniel:* caeli lucent *F. sequuntur* IN NIMBO...fingitur, *quae ad v.* 587 *pertinent* ‖ 23 sane aether...aetheris *om. H* ‖ 24 aetheris] et est sermo Graecus *add. Isidorus* ‖ sane Homerus...generis uult *M*

de aethere aethra factum est, et secundum rationem istam potest aether et aethra unum esse, ut nunc sit pro aethere sidereo.

587. *IN NIMBO proprie nimbus est qui deorum vel imperantium capita quasi clara nebula ambire fingitur.* NOX INTEMPESTA media, hoc est nimium obscura. 'intempesta' dicta est nox media, *intempestiva*, inactuosa, carens actibus, per quos tempora dinoscimus: ait enim Lucretius ⟨I 459⟩, quia per se tempus non intellegitur, nisi per actus humanos: medium autem noctis tempus actu caret. ergo 'intempesta' inactuosa, quasi sine tempore, hoc est sine actu, per quem dinoscitur tempus: unde est 'intempestive venisti', id est ἀκαίρως. ergo 'intempesta' dicitur, quia caret tempore. *sane noctis septem tempora ponuntur: 'crepusculum', quod est 'vesper'; 'fax', quo lumina incenduntur; 'concubium', quo nos quieti damus; 'intempesta', id est media; 'gallicinium', quo galli cantant; 'conticinium' post cantum gallorum silentium; 'aurora' vel 'crepusculum matutinum' tempus quod ante solem est.* *TENEBAT quasi cursum eius densitate sui nimbus inhiberet.*

589. *VMENTEMQVE hic participium positum est verbo carens; ergo 'umentem' pro 'umidam', quoniam noctu ros cadit.* AVRORA POLO DIMOVERAT VMBRAM hysteroproteron in sensu: ante enim aurora est, sic dies. *'umbram' vero, quia nox umbra terrae dicitur.*

590. *CVM SVBITO E SILVIS arguitur in hac Achaemenidis descriptione Vergilius neglegentiae Homericae narrationis; Ulixes enim inter initia erroris sui ad Cyclopas venit: quemadmodum ergo Aeneas post septimum annum, quam a Troia profectus est, socium Ulixis invenit? praesertim cum eum tribus mensibus in regione Cyclopum dicat moratum, et mox Aeneas de Sicilia ad Africam venisse dicatur.* *SVPREMA pro 'plurima'.*

---

5 intempesta dicta est ... quia caret tempore] exscr. Isid. or. V 31, 9 et 10. cf. Beda de orthogr. p. 275, 1 K. ‖ 11 sane noctis...ante solem est] cf. Macrob. Sat. III 15 Isid. or. V 31, 7—13. Beda de temp. rat. VII (tom. VI p. 159 Gil.)

---

2 et aether *FCHM* ‖ sidereo] quom coeli splendor aethra dictus sit *add. D* ‖ 3 *ad* in nimbo *supr. vers.* proprie nimbus...fingitur *T* ‖ 4 fingitur] sigigitur *F* ‖ 5 nimium *L, sed* um *in ras.* nimia *H* ‖ obscurissima *HMc* ‖ intempesta...nisi per actus humanos] quia caret tempore quod secundum lucretium per se nullum est nisi ex actibus intellegatur *M* ‖ intempestiva *hab. C* 9 intempesta] id est *add. HL*, quasi *add. El* ‖ 11 ακαιροc *FH* ‖ 13 lumina *Daniel:* coluna *F* ‖ 16 *supra vers.* 588 in nube non poterat apparere. ideo dicit tenebat quasi cursum eius densitate sui nimbus inhiberet *T* ‖ nimbos *F* nimbi *Daniel primus* ‖ 18 *ad* umentemque *supr. vers.* humidam...cadit *T* ‖ erg *F* ‖ 19 cadet *F* ‖ 20 VMBRAS *ME* ‖ 21 *ad* umbram *supr. vers.* bene dicit umbram quia nox proprie dicitur esse umbra terrae *T* ‖ umbram] umbra *F* ‖ terra *F* tetra *Daniel* ‖ 22 chateemenidis *F* ‖ 25 ulixes *F* ‖ 26 moratum *Daniel:* montium *F* ‖ 27 *ad* suprema *supr. vers.* plurima pessima *T*

591. NOVA FORMA VIRI bene formam viri dixit, non hominem. *et est periphrasis pro 'ignotus vir'. 'nova' autem fugienda: aliter alibi* ⟨IV 10⟩ *quis novus hic nostris, id est insperatus: item* ⟨VIII 637⟩ *subitoque novum consurgere bellum, id est detestandum: item vere novo, id est incipiente: item* ⟨V 78⟩ *duo lacte novo, id est recenti: item* ⟨II 796⟩ *comitum adfluxisse novorum, hoc est ignotorum.* *CVLTV modo pro habitu.*

593. INLVVIES DIRA sordes taetra. *INMISSAQVE BARBA quidam barbam maiorem luctus indicium a Vergilio positum reprehendunt, cum eroes non fuerint soliti tondere barbam. an 'inmissam' neglectam et inpexam accipimus?*

594. CONSERTVM TEGVMEN SPINIS inligatum spinis: hinc est in Terentio video quendam sertum *squalidum.* CETERA GRAIVS habet enim unaquaeque gens incessum et vocem propriam. *sane 'cetera Graius' Graeca locutio est, ut Sallustius sanctus alia.*

595. AD TROIAM MISSVS aut ex sequenti eius confessione hoc *di*dicit: aut Graecum esse colligit ex trepidatione, ut Terentius nescio quid peccati portat haec purgatio.

597. *HAESIT dubitavit.* *SESE pronomen compositum; nam 'sese' duo pronomina sunt.*

598. PRAECEPS sine respectu salutis, scilicet postquam Cyclopum graviora cogitavit pericula. *sane brevis ei quasi timenti prima datur oratio.*

599. TESTOR quaeso, obtestor.

600. SPIRABILE vitale, quo spiramus: et est sermo Ciceronis, quamquam ille 'spiritale' dixerit in libris de deorum natura ⟨II 6, 18⟩.

---

5 vere] buc. X 74 ‖ 13 in Terentio] eun. II 2, 5 'video sentum squalidum aegrum pannis annisque obsitum' ‖ 15 Sallustius] hist. fragm. inc. 80 Kr. ‖ 17 Terentius] heaut. tim. IV 1, 12

---

1 viri *om.* *FC* ‖ 2 *ad* nova *supr. vers.* fugienda aliter nouus insperatus ut quis nouus nostris s. s. hospes. item uere nouo id est incipiente item lacte nouo id est recenti. item comitum a. n. id est ignotorum *T* ‖ 3 inspiratus *F* novum...bellum] et reliqua *F* ‖ 5 lacte] licite *F* ‖ 6 adflixisse *F* ‖ 7 *ad* cultu *supr. vers.* habitu *T* ‖ 8 sordes tetra *Fabricius:* sors tetra *FCLE* sorta etra *H* sors t, ,etra *M* sordes terra *Stephanus* ‖ *ad* inmissaque barba *in marg.* quidam barbam maiorem luctus indicium positam (*sic*) a uirgilio reprehendunt cum non essent soliti eroes tondere barbam ideo accipiunt inmissam neglectam implexam *T* ‖ 11 impexam *Daniel:* inplexam *F* ‖ 13 quendam *om.* *FC* ‖ sentum *E* (t sertum *superscr.* *e*) ‖ squalidum *C* squalendum *F* ‖ 14 et vocem propriam ...tacitique incidere funem (*v.* 669) *desunt in E* ‖ 15 *ad* cetera Graius *supr. vers.* et est greca figura *T* ‖ graece *F* ‖ sallutius *F* ‖ 17 colligitur *FC* ‖ 19 *ad* haesit *supr. vers.* dubitauit *T* ‖ 22 *ad v.* 600 bene breuis quasi amenti (*sic*) datur oratio *in marg.* *T* ‖ 24 obtestor] coniuro *add.* *Lion* ‖ 25 vitale] Uitu de *H* ‖ de quo spiramus *Masvicius primus* ‖ spermamus *H* ‖ 26 spiritale *C:* spiritabile *FLHM.* *'spirabilem' libri Ciceronis praeter Leidensem 86, qui 'spiritalem' exhibet.*

601. QVASCVMQVE quo eat non cogitat, eorum comparatione quae fugit. HOC SAT ERIT vitasse Cyclopas.

602. *scio modo confiteor.* E CLASSIBVS ex equitibus modo, ut est ⟨VII 716⟩ et Ortinae classes, *id est equites.*

603. PETIISSE causa metri addidit syllabam, ut ⟨II 25⟩ nos abiisse rati et vento petiisse Mycenas.

604. TANTA EST ut non possit fortunae praesentis qualitate molliri.

605. SPARGITE hoc est dilacerate. et *quia nec saevius, nec celerius aliud fieri potest,* nova brevitate usus est.

606. HOMINVM MANIBVS PERIISSE IVVABIT oblique loquitur: nam vult ostendere, hominum hanc non esse crudelitatem.

607. GENVA AMPLEXVS physici dicunt esse consecratas numinibus singulas corporis partes, ut aurem memoriae, hinc est Cynthius aurem vellit et admonuit: frontem genio, unde venerantes deum tangimus frontem: dexteram fidei, unde paulo post ⟨611⟩ atque animum praesenti pignore firmat: genua misericordiae, unde haec tangunt rogantes. *sane sicut frequenter dictum est, etiam hic ostenditur subtiliter, Anchisen et Aenean tam pontificatus quam flamonii iuris et peritos et praesules fuisse. iure autem pontificali, si quis flamini pedes vel genua fuisset amplexus, eum verberari non licebat. hoc eo praecipiebatur, ne esset ullum praepedimentum religionis, quominus secundis numinibus inserviretur, aut esset inportunitas in profanis locis aliquantisper morandi. quod hic diligenter exsequi videtur de Achaemenide, qui post preces habitas genua amplexus, genibus*

---

1 Quascumque . . . fugit] cf. Don. ad Ter. hec. III 1, 4 ‖ 13 physici dicunt e. q. s.] cf. Plin. hist. nat. XI § 250 sq. Isid. or. XI 1, 67 ‖ 14 Cynthius] buc. VI 3

---

3 *ad* scio *supr. vers.* confiteor *T* ‖ equitibus *ex* sequentibus *L* equentibus *H* ‖ 4 ortynae *FM* ‖ *ad* classibus *supr. vers.* equitibus *T* ‖ 5 nos *om. F* non *C* et . . . Mycenas *om. FCLH* ‖ 7 uel fortunae *HM* ‖ 9 *ad* spargite *supr. vers.* dilacerate, *in marg.* nec crudelius nec celerius aliud potest fieri ideo noua breuitate utitur *T* ‖ 10 usus est] ut intelligatur prius dilaniandum mox inspargendum pelago *add. D* ‖ 11 PERISSE *CM* ‖ 16 dextram *CF* ‖ 18 rogantes] ut alibi (X 523) 'genua amplectens et fatur (*sic*) talia supplex' *add. Lion.* ‖ sane et hic ostenditur...spargite me in fluctus (*p.* 444, 13) *hab. Ambros.* ‖ 19 *ad vers.* 607 hic suptiliter ostenditur aeneam et anchisen . . . firmaretur ueniae concessae ut ipse pater dextram et cetera hinc aestimare possumus magis eum timuisse uerbera...formidine fatur. neque enim oportebat...posset admittere in ipsum achimeniden *T* ‖ tam . . . iuris] pontificatus et flaminii iuris *T* ‖ pontificalis *Ambros.* ‖ 20 flaminii *vulgo* ‖ 21 genua uel pedes *Ambros.* ‖ pedes amplexus fuisset uel genua *T* ‖ eum *om. Ambros. et Daniel* ‖ uerberare *T* ‖ 22 praecipiebatur *Ambros. et Daniel:* praecrebatur *F* (ipi *superscr. ead. man.*) prohibebatur *T* impedimentum *T* ‖ 23 aut in profanis locis inportunitas esset aliquantisper morandi *T* ‖ oportunitas *Ambros.* ‖ 24 quod hic diligenter uidetur executus esse uirgilius de achemenide *T* ‖ 25 habitas *om. T*

*volutans haerebat: in quo 'haerebat' morae vel praepedimenti verbum procul dubio est. tum quod et ipse genibus volutabat, vel quod genua amplexus ⟨erat⟩, etiam religioni habebatur: quo in loco satis non-fuit nulla verbera adhiberi, nisi etiam fides data esset, qua securitas confirmaretur veniae concessae illis versibus 'ipse pater dextram Anchises haud multa moratus dat iuveni atque animum praesenti pignore firmat.' neque enim oportebat tardius inmorari profanis cognitionibus, cum precatio caelestium deorum interposita daret curam observandae religionis: dixerat enim 'per sidera testor, per superos atque hoc caeli spirabile lumen'; eaque propter addidit 'haud multa moratus', ut celeritas concessionis piaculum nullum posset admittere in ipsum Achaemeniden. hinc possumus aestimare magis eum verbera timuisse quam mortem, propter confessionem, ut diceret 'spargite me in fluctus vastoque inmergite ponto. si pereo manibus hominum periisse iuvabit.' denique post haec addidit 'ille haec deposita tandem formidine fatur.'*

608. QVI SIT FARI per omnia subaudis 'hortamur'. 'qui sit' autem, hoc est *quis Graecorum sit, id est* cuius filius sit, ut etiam respondet: nam iam se dixerat Graecum.

609. AGITET FORTVNA FATERI hortamur fateri, quae eum fortuna vexet, ut ⟨VI 68⟩ agitataque numina Troiae.

610. HAVD MVLTA MORATVS nimiae benignitatis est non exspectare plurimas preces.

611. PRAESENTI PIGNORE *FIRMAT quod ad hoc tempus poterat dari, id est* dextrae manus coniunctione, qua firmantur amicitiae, ut ⟨I 408⟩ cur dextrae iungere dextram non datur? et ⟨83⟩ iungimus hospitio dextras ac tecta subimus.

613. SVM PATRIA EX ITHACA circumstantias omnes exsequitur: loci, personae, temporum. *et licet rhetorice agat hic Achaemenides, quae*

---

1 haerebat uolutans *T* in quo haerebat . . . religioni habebatur *om. T* haerebat *post* in quo *om. Daniel* ‖ morae *scripsi:* more *F Ambros.* ‖ praepetimenti *F et Daniel* ‖ 2 et *om. Ambros.* ‖ 3 religioni *scripsi:* religione *F Ambros.* ‖ habeatur *Ambros.* ‖ 4 uerbera adhiberi *T* uerbero adhibito *F* uerba adhibita *Ambros.* uerbera adhibita *Daniel* ‖ nisi esset data fides *T* ‖ 5 dextra *Ambros.* ‖ 6 haud . . . firmat] et cetera usque pignore firmat *F* ‖ 10 ea quae *T* ‖ uelocitas *Ambros.* ‖ 11 in *om. F et Daniel, qui post* admittere *graviter interpunxit.* 12 hunc *Ambros.* ‖ existimare *Ambros.* ‖ eum *ex T inserui* ‖ timuisse uerbera *T* 13 propter] post *T* ‖ ut etiam diceret *T* ‖ vastoque...iuvabit] *om. T* et reliqua usque periisse iuuabit *F* ‖ 17 quis Graecorum sit id est *hab. C* ‖ sit ut *FC:* sicut *LM* sic *H* ‖ 18 respondit *FC* ‖ 21 spectare *M* ‖ *ad* haud multa moratus *supr. vers.* dixerat ille per sidera testor per s. ideo iste dicit haud multa moratus ut celeritas concessionis piaculum nullum posset admittere *T* ‖ 23 *ad* praesenti *supr. vers.* propitio siue praesenti quod ad praesens poterat tempus dare *T* quod...id est *hab. C* ‖ ad hoc *Daniel:* hic *F* ad hic *C* ‖ poterit *C* ‖ 24 dextrae *om. FCM* ‖ manuum *FCM* ‖ firmabantur *FCl* ‖ 25 et...subimus *om. FC* ‖ 28 *supr. vers.* 613 hic circumstantiae loci temporis personae obseruandae. et rhetorice agit nihil enim aliud ei nocet nisi quod graecus est. cetera narra-

*dicit, ut tollatur, pauca sunt; neque enim quicquam illi nocet nisi quod Graecus. cetera quae dicit, ut fugiant, tantum narrationem rei gestae habent: plane cum auctu, ut sit maior causa misericordiae, nisi forte hoc etiam putamus ad recipiendum valere, quod aliquod beneficium praedicendo de Cyclope significat dari, nam infra ait* ⟨666⟩ *'recepto supplice sic merito'.* INFELICIS VLIXI *quoniam apud hostes loquitur,* quaerit favorem eius vituperatione, quem scit odio esse Troianis.

615. PAVPERE nam, ut etiam de Sinone ⟨II 87⟩ diximus, apud maiores haec fuerat causa militiae. et bene utitur veniali statu per excusationem paupertatis, *ut conciliet hostium animos, quasi necessitate adversus eos dimicaverit.* FORTVNA pristina, paupertatis scilicet. *et perseverat, ut invitus fecisse videatur.*

616. TREPIDI *festini.*

617. INMEMORES SOCII 'inmemores dum trepidi', festini, ut per timorem, non per odium relictus fuisse videatur: nam et causas subiungit timoris Cyclopum descriptione. *ergo 'inmemores' timentes.*

618. DOMVS SANIE *deest horrida.*

621. NEC VISV FACILIS cuius posset etiam aspectus inferre formidinem. NEC DICTV EFFABILIS sermone non explicabilis. et mire exaggeravit post descriptionem.

622. VISCERIBVS viscera proprie carnes sunt. SANGVINE ATRO hoc est sanie.

623. VIDI EGOMET DVO Homerus quattuor dicit. ergo aut dissentit ab eo, ut etiam in temporibus: nam ante ad Siciliam Aeneas, quam Ulixes venisse dicitur: aut certe hoc dicit, duo vidisse se; quot autem occiderit, ignorare *per timorem. alii 'duo' 'simul' dicunt. non enim duo sola adlisit.*

---

23 Homerus] Od. IX 289 et 311

---

tionem ostendunt rei geste *T* ‖ retorice aget ic acaemenides *F* ‖ 2 fugeant *F* 3 ut sit *Daniel:* aut si *F* ‖ 7 uituperationem *H* ‖ Troianis] Anticlia dicta Laerti mater, unde Laertiades Ulixes *add. Lion* ‖ 9 hoc *H* ‖ statu ueniali *H* ‖ statu *om. FCL* (*add. cl*) ‖ 10 per *om. C* ‖ 12 et perseverat ... festini *hab. C* ‖ 13 *ad* trepidi *supr. vers.* festini *T* ‖ CRVDELIA LIMINA ad speluncam cyclopis Polyphemi *D* ‖ 14 SOCII...trepidi] sociem memores tu uel dum trepidi *H* ‖ festini *om. FC. fortasse* id est festini ‖ 15 per timorem non per odium *FCH:* per timorem non per contemptum non per hodium (odium *l*) *L* per timorem non per odium contemptum *M* p. t. non per odium ante contemptum *Fabricius* p. t. non per odium aut contemptum *Mascicius, fortasse recte* ‖ nam et causas] et bene causas etiam *M* ‖ causam *FC* ‖ 16 cyclopis *FC* ‖ *ad* inmemores *supr. vers.* timentes *T* ‖ timentis *F* ‖ 17 *ad* cruentis *supr. vers.* scilicet horrida *T* ‖ 18 possit *FC* 19 EFFABILIS *H:* AFFABILIS *FCLM. cf. ad. v.* 644 ‖ et mire *LHM:* bene rem *FC* ‖ 20 et aggerauit *F* exaggera ut *H* ‖ post *del. Stephanus. fortasse* monstri 24 antea *C* ‖ 25 se *om. FLHM* ‖ 26 quot *ex* quod *L* quod *FCH* quo// *M* (quod *fuisse videtur*) ‖ autem *om. C* ‖ nescio *M* (t ignorare *superscr. m*) ‖ *ad* duo *supr. vers.* quidam duo pro simul accipiunt *T* ‖ 27 allisit *Lion:* adlusit *F et Daniel* addidit *Commelinus, Mascicius, Burmannus*

624. RESVPINVS magnitudo virtutis ostenditur: *quod una manu, quod resupinus, quod frangeret, velut exprimeret elidentem non in terram, sed ad saxum sublimiter quatientem.* EXSPERSA haec fuit vera lectio, id est madefacta: nam si 'aspersa' dixeris, id est inrorata, tapinosis et hyperbole iunguntur.

626. *FLVENTIA TABO pro fluenti tabo.*

627. TEPIDI melius 'tepidi', quasi adhuc vivi, quam 'trepidi', id est trementes, ne sit iteratio.

628. VLIXES a solo nomine emphasin fecit: unde est quod sequitur oblitusve sui est. *aliquanti tamen iuxta veteres 'oblitus', id est neglegens dictum tradunt. et est laus quod et in adversis constans fuerit. vel quem nemo inpune laesisset, vel qui dolo etiam fortiores saepe vicisset.*

629. ITHACVS Ithacensis.

630. SEPVLTVS stratus iacuit.

631. *IACVITQVE PER ANTRVM hoc verbum de Varrone mutuatus est. qui ait in lectu temulentos iacere, sobrios cubare consuescere.*

632. INMENSVM etiam 'inmensum' ad Polyphemi magnitudinem pertinet, quasi in toto antro iacuerit. *ERVCTANS Cicero eructant sermonibus suis caedem bonorum.* FRVSTA *Cicero in Philippicis* <II 25, 63> *frustis esculentis vinum redolentibus.*

634. *SORTITIQVE VICES vel partes membrorum, vel qui quo loco staret. VNDIQVE pro indiviso.*

635. CIRCVM FVNDIMVR secundum Homerum, qui dicit alios eum tenuisse, alios caecasse oculum. ACVTO fuste *obusto:* nam

19 Cicero] in Cat. II 5, 10 ‖ 24 secundum Homerum] Od. IX 368 sqq.

1 *ad v.* 624 magnitudo . . . quatientem *T* ‖ 2 velut *T:* et uelut *F* ‖ exprimeret] *scilicet Vergilius* ‖ helidentem *T* ‖ ad terra *T* ‖ 3 sed] uel *T* ‖ RESPERSA *FC* ‖ 4 latio *H* ‖ aspera *M* ‖ inrotata *F* ‖ 7 T[R]EPIDI *L* TREPIDI *H* ‖ tepidi] t,, epidi *L* (trepidi *fuit*) ‖ 9 a solo nomine...vicisset *in marg. T* ‖ enfasin *libri, nisi quod* enfrasin *F* ‖ 10 oblitusque *T* ‖ suest *F* ‖ 12 fuerit *T, om. F* ‖ inpuni *F* ‖ laesisset *Commelinus:* desistet *F* uicisset *T* ‖ uel qui dolo *F:* uel dolo et quod *T* 14 ithacensius *F* itachensius *C* ‖ 15 iacuit] iacens *FC* ‖ 16 IACVIT *F* ‖ *ad* iacuitque *in marg.* hoc uerbum de uarrone mutuatus est qui ait temulentos iacere sobrios cubare consuescere *T* ‖ mutatus est *F* ‖ Varro ait in lecto temulentos iacere sobrios cubare consuescere *Ambros.* ‖ 17 lectu *F. cf. Neue Formenl. d. lat. Spr. I p.* 526. lecto *vulgo* ‖ sobrios cubare consuescere] a sobriis cubandum ostendit temulentos iacere sobrios cubare consuescere *F* ‖ 18 INMENSVS *F* ‖ inmensus *FC* ‖ 19 eructane *F* ‖ 20 honorum *F* ‖ 22 *ad* sortitique uices *supr. vers.* uel partes membrorum id est quas sumseramus de sorte, *et ab alia manu* uel quo in loco quis staret quis teneret illum per pedes quis per manus et cetera. *T* (id est...sorte *et* quis teneret...cetera *Tiberii Donati sunt*) ‖ 25 obcaecasse *vulgo* ‖ obusto *hab. C. ad* telo *supr. vers.* fuste obusto *T*

secundum istum sensum multi 'tenebramus' legunt. alii 'terebramus' legunt. 'telo' autem 'acuto' potest et simpliciter accipi.

636. SOLVM SVB FRONTE LATEBAT *pro 'in fronte latebat'*. multi Polyphemum dicunt unum habuisse oculum, alii duos, alii tres: sed totum fabulosum est. nam hic vir prudentissimus fuit, et ob hoc oculum in capite habuisse dicitur, id est iuxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. verum Ulixes eum prudentia superavit, et ob hoc eum caecasse fingitur. LATEBAT dormientis scilicet: nam male sentit Donatus dicens 'late patebat' contra metrum. item dicit 'capillis tegebatur', aut 'latebat corporis conparatione'. absolutus tamen est prior sensus. *alii 'latebat' subiectum erat fronti et intra frontem recesserat tradunt.*

637. ARGOLICI CLIPEI AVT PHOEBEAE LAMPADIS INSTAR unum magnitudinis est, *quia Graecorum clipei rotundi, ut Cato originum ait;* aliud splendoris. 'Phoebeae' autem derivatio est vel a Luna, vel a Sole.

639. SED FVGITE occurrebat: si caecus est, cur timetur? subiungit, non unum esse, sed plures. *et bene †suam ad monendum gratiam facit, quod illos ultro facere necesse erat. repetitio autem 'fugite' (ut in re) necessaria, ut alibi* ⟨44⟩ *heu fuge crudeles terras, fuge litus avarum.* O MISERI aut blandientis particula est, ut in Terentio miser: aut re vera 'miseri', qui sunt delati ad Cyclopas.

640. *RVMPITE ut festinantes, non solvite, sed rumpite, ut* ⟨IV 575⟩ *festinare fugam tortosque incidere funes.*

---

3 multi Polyphemum...caecasse fingitur] exscr. mythogr. II 174. III 11, 9
14 Cato originum] incert. libr. fragm. 4 ap. Jordanum, fragm. 123 ap. Peterum

1 tenebramus] terebramus *CH* || terebramus] tenebramus *FCMl* || legunt *om. FCl* || legunt] illud primum sequitur uerba Homeri (Od. IX 387) ἐν ὀφθαλμῷ δινέομεν *add. D* || 2 accipi] terebramus. terebrumbra instrumentum est fabrile carpentarii scilicet cum quo ligna perforat *add. D* || 3 Ingens etc. si 'ingens' quo modo latebat? soluitur sic: 'latebat' late patebat. an crinibus tectus erat; an, ut alii, non suo loco positus erat: an ideo, quia dormiebat; sed melius 'late patebat'. *add. Lion* || LATEBAT *om. FC* || *ad* latebat *supr. vers.* quod latebat oculus secundum quorundam auctorum sensum. faciebant hoc rugae tornae frontis et ingentes capitis comae. alii autem intellegunt intra frontem recesserat. *T* || pro...latebat *hab. C* || 7 et ob hoc] ob quod *FC* | 8 fingitur obcaecasse *M* || dormienti *FC* || 9 late[t] *L* (t *superscr. man. rec.*) || 10 absolutus...sensus *om. F* absolutior *C* || 11 superior *M* || sensus] uersus *H* || 13 *ad* argolici clipei *supr. vers.* unum maguitudinis est quia grecorum clipei sunt rotundi ut cato originum ait aliud splendoris *T* || 15 diriuatio *libri praeter M* || 17 si] sed *C* || cur timetur] non est timendus *M* || timemur *F* || subiungimur *F* subiungitur *C* || 18 solum *M* || monendum *ex* monendam *F* admonendo *Masvicius. fortasse* et bene ad movendam gratiam suadentem facit || 19 nefas erat *F. Schoellius* || *ad* fugite o miseri fugite *supr. vers.* ideo iteranit fugite ut ostenderet nullam moram faciendum fugae *T* || 20 ut in re *inseruit F. Schoellius* || figite litus *F* || 22 miser *LH*: misera *FC* o misera *M* || 23 *ad* rumpite *supr. vers.* abscidite et bene dixit rumpite non soluite ut ostenderet festinantes *T*

641. QVALIS QVANTVSQVE unum morum est, aliud corporis.

643. *CENTVM ALII id est tales et tanti.* CVRVA HAEC HABITANT AD LITORA VVLGO ne tantum in montibus esse putarentur. VVLGO passim.

644. *INFANDI CYCLOPES et supra* ⟨621⟩ *nec visu facilis, nec dictu effabilis ulli.*

645. TERTIA IAM LVNAE bene in desertis locis ex lunae ratione colligit tempora. SE COMPLENT autem ideo, quia suum non habet lumen, sed accipit a sole. *et bene auxit misericordiam a tempore.*

646. *VITAM IN SILVIS misericordia captatur a loco. DESERTA FERARVM propter feras deserta.*

647. LVSTRA cubilia: unde etiam lupanaria 'lustra' dicimus, ubi habitant lupae, id est meretrices, dictae ab obscenitatis et odoris similitudine. *Cicero vino lustrisque confectus.*

648. *SONITVMQVE PEDVM ordo figuratus, cum traho, cum prospicio.*

649. BACAS generale est, id est fructus arborum agrestium. LAPIDOSA CORNA *'lapidosa' dura: an quod in saxis nascantur?* ipsa arbor cornus dicitur, pomum vero cornum: *inde* corna, ut templum, templa.

653. ADDIXI signato verbo exprimit desperationem.

654. VOS ANIMAM HANC POTIVS oblique loquitur, ut supra ⟨606⟩: *reprehensio enim crudelitatis est: qui rogat salutem se ipse condemnat.*

655. *VIX EA FATVS ERAT ad probationis gratiam pertinet quod ea quae Achaemenides adfirmaverat statim adprobavere Troiani.*

656. *MOLE molitione, agitatione.*

657. LITORA NOTA 'nota' ante oculorum amissionem *potest accipi.* sic Statius in nono ⟨754⟩ sequitur tamen inprobus hostem, qua meminit.

---

12 Lustra cubilia e. q. s.] cf. Isid. or. XIV 8, 29 ‖ 14 Cicero] Phil. II 3, 6

2 *ad* alii *supr. vers.* id est tales et tanti *T* ‖ 5 *ad* infandi *supr. vers.* id est non fandi et hoc ad illud respicit quod superius dixit nec uisu facilis n. d. a. u. *T* ‖ CYCLOPES] inaffabiles *add. Daniel* ‖ et] ut *Daniel* ‖ 7 LVNAE *om. FCLH* et bene *FC* uel bene *L* ‖ 8 COMPLET *FC* ‖ 9 sed a fratre mutuat *M* ‖ *ad* tertia iam lunae *supr. vers.* tres lunae id est tres menses. bene misericordiam auxit a tempore dicendo *T* ‖ 13 ab *om. M* ‖ 14 similitudinẽ *m* ‖ confectos *F* ‖ 15 ligurata *F*, *corr. Daniel* ‖ 17 lapidosa...nascantur *hab. C* ‖ añ *F* ‖ saxaxis *F* 18 inde *hab. C* ‖ templum] in templum *C* ‖ 19 templa] templus *H* ‖ 21 VOS *om. FC* ‖ POTIVS *om. FCH.* Q. A. L. *add. L* ‖ *ad* vos animam hanc potius *supr. vers.* reprehensio crudelitatis est rogat quippe salutem et se condemnat *T* ‖ 22 reprachensio *F* credulitatis *F* ‖ regat *F* ‖ se *T*: si *F et exemplaria impressa* 24 at *F* ‖ 27 nota *om. F* ‖ potest accipi *hab. C* ‖ 29 hostem] hoc est *H* ‖ que *ex* qua *L* ‖ memirit *F*

658. *INFORME ultra formam.* *INGENS potest et superioribus et sequentibus iungi, ut sit 'ingens lumen'.*

659. *TRVNCA MANV PINVS REGIT cuius caecitatem manu pinus regit.*

661. SOLAMENQVE MALI hinc Quintilianus dixit magnum caecitatis solatium est habere rem videntis.

662. TETIGIT FLVCTVS ET AD AEQVORA VENIT hyperbaton in sensu, ut ⟨VIII 125⟩ progressi subeunt luco fluviumque relinquunt.

663. FLVVIDVM propter ὁμοιοτέλευτον 'fluentem' noluit dicere. quod autem dicunt physici de effosso oculo sanguinem numquam fluere, verum quidem est, sed supra non effossum huius oculum, sed terebratum legimus: *unde eum constat necdum fuisse curatum.* INDE aut de fluctibus, aut de spatio oculi.

664. GEMITV cum gemitu.

665. IAM MEDIVM *altius quam litus vel plus quam litus, id est unde altum incipit: vel* sic altum, ut medium putares; nam et in quinto ⟨1⟩ sic dixit interea medium Aeneas iam classe tenebat, *certus iter*, cum adhuc moenia respiceret. FLVCTV legitur et 'fluctus'.

666. TREPIDI festini, ut ⟨IX 113⟩ ne trepidate meas Teucri defendere naves item ⟨IX 231⟩ accepit trepidos ac Nisum dicere iussit. *CELERARE infinitivum pro pronuntiativo.* *RECEPTO aut in societatem accepto, aut de periculo liberato, ut ⟨I 178⟩ frugesque receptas et ⟨VI 111⟩ medioque ex hoste recepi.*

667. SIC MERITO quia omnia eius probaverant dicta, ac si di-

1 Informe ultra formam] exscr. Isid. or. X 138 diff. verb. 162 || 4 Quintilianus] declam. I p. 3 ed. Obrecht. 'sive quia caecitatis miserae solatium est habere rem videntium'.

3 *supr. vers.* 659 hoc est cuius cecitatem et manum regit pinus *T* || 4 MALI] D. C. F. P. *add. L* solatium *add. Daniel* || dixit *om. M* || magnam *H* || solatium caecitatis *FC* || caecitati *L* (caecitatis *l*) caecitatem *H* || 5 rem habere *M* || uindentis *L* || 6 yperbaton *libri* || 7 locu *F* loco *C* l$\overset{v}{o}$co *L* leto *H* || relinquunt] hyperbaton (*sic*) scilicet est primum enim debuerat dicere uenit ad aequora deinde tetigit fluctus *add. man. rec. in F. similia sunt quae in Turonensis margine is qui notis Tironianis usus est adscripsit* hic est ordo permutatus. primum enim uenit tum tetigit. sed iste primum dicit tetigisse deinde uenisse. *Stephanus et Fabricius* aut hysteron proteron *post* relinquunt *addiderunt* || 9 FLVIDVM *L* || omocoteleuton *FCL* emoeoteleuton *H* omoeteleuton *M* || 10 numquam fluere] numque influere *H* || 11 effluere *FC* || huius] eius *M* || 12 sed] sub *F* terebatum *M* || 13 INDE ... oculi *om. F* || spatio] desperatione *M* || 15 *ad* iam medium *supr. vers.* altius ... incipit *T* || altium *F* altum *Daniel primus* altius *coni. Hagenus* || 16 vel] sed *T* || et *om. L* || 18 certus iter *hab. C* FLVCTV LATERA A. T. *L* || 20 trepidare *FC* || 22 *ad* recepto *supr. vers.* aut in societatem recepto aut etiam de periculis liberato *T* || 25 probauerant *M*: probauerunt *FC* probauerant *ex* probauerunt *L* probauerint *H*

ceret, non fallacem, ut Sinonem. *sane quibusdam videtur incongruum Achaemenidis nusquam alibi factam mentionem, cum eum hic et salutem merito impetrasse et ut reciperetur a fugientibus dicat.*

669. AD SONITVM VOCIS remorum sonitum vocem dixit: vox enim est omne quod sonat, sic alibi ⟨556⟩ fractasque ad litora voces: nam de hominibus non dixit, quia supra est 'tacitique incidere funem'. VESTIGIA TORSIT bene uno sermone ostendit, cum revertentem iam audisse sonum remigii.

670. DEXTRAM ADFECTARE dextram intendere *et inicere*, scilicet sic, ut posset navem tenere. Terentius ad dominam qui adfectant viam, id est intendunt: nam si 'dextra' legeris, ut sit 'dextra contingere', 'adfectare' 'contingere' caret exemplo. *'adfectare' autem quidam dicunt hoc esse: pronum animum habere ad faciendum quid occupandumque. alii 'adfectare', si 'dextra' legas, pro 'adfectandi' accipiunt, ut sit verbi infinitivus modus pro participio.*

671. NEC POTIS id est nec potis est. 'potis' autem nomen est et declinatur potis, potis, poti, potem, potis, a pote. et nomen esse docet ratio conparationis; nam in superlativo 'potissimus' facit; cui si detraxeris 'simus', invenies nominis positionem, ut 'acerrimus acer', 'fortissimus fortis'. sic autem ut diximus declinari conpositio ostendit; nam 'huius impotis compotis, impotem compotem' facit: quod in simplici difficile invenis, per conpositionem agnoscis facilius.

672. *INMENSVM magnum. et dictum quod mensura conprehendi non possit.*

673. EXTERRITA TELLVS poetica hyperbole.

674. CVRVIS CAVERNIS echo enim in concavis locis est.

10 Terentius] heaut. tim. II 3, 60 ‖ 16 Nec potis id est nec potis est] cf. Don. ad Ter. Andr. II 6, 6 et ad. III 1, 9 ‖ 17 et nomen . . . facit] cf. Prisc. VI 67 I p. 251, 17 H. ‖ 20 sic autem . . . facilius] cf. Varro d. l. l. V 4

1 sinomen *H* ‖ Sinonem] quo modo merito? soluitur: quia probavit vera esse quae dixerat *add. Lion* ‖ 2 achemenides *F* ‖ facta *F* ‖ 4 remorum] frenorum *H* ‖ 5 quod] quam *FC* (quod *c*) ‖ 8 nauigii *M* (g *inseruit m*) ‖ 9 DEXTRA *FC* ‖ et inicere *hab. C* ‖ 10 possit *FC* ‖ dominas *Terentius* ‖ quia *C* ‖ 11 si *om. C* ‖ si dextra contingere legeris *MEl* ‖ sit] si *H* ‖ 12 adfectare contingere *om. FC* ‖ *ad* adfectare *supr. vers.* affectare pro affectandi id est contingendi. legitur et dextra *et* quidam affectare intellegunt pronum animum ad faciendum habere. si dextra legeris affectare pro affectandi intellege infinitum pro participio *T* ‖ 14 quid *Daniel:* quod *F* ‖ adfectare si dextra legas *Masvicius:* adfacere si dextras legas *F* adfectare si dextras legas *Daniel et Commelinus* ‖ 15 infinitivus modus *scripsi:* infinitiui modo *F* ‖ 16 *alterum* potis *om. FL* ‖ 18 in] et in *L* ‖ 19 cui] huic cui *F* huic tu *C* ‖ simus] mus *FC* ‖ 20 ut *om. CL* (*add. l*) ‖ 21 compotis] facit *add. Fl* ‖ *ad* inmensum *supr. vers.* magnum qui mensuram habere non possit *T* ‖ yperbole *libri* ‖ echon *FC*

675. AT GENVS *figurate 'at genus complent', ut ⟨VI 660⟩ hic manus ob patriam pugnando (vulnera passi).*

676. EXCITVM *a verbo 'cio cis cit'.* RVIT festinanter venit, *ut ruuntque effusi carcere currus.*

677. NEQVIQVAM LVMINE TORVO quia nocere non poterant.

678. AETNEOS FRATRES aut similes, aut feritate germanos, *aut eiusdem patriae vel terrae, tamquam matris:* nam non sunt Polyphemi fratres, quem Neptuni filium Homerus dicit. unde eo *oc*caecato Ulixes pertulit tempestatem, qui ad eum venit derelicta Calypso, cum qua decem annis fuerat: unde, ut supra ⟨623⟩ diximus, Vergilii dictis dissentit temporum ratio. CAELO *pro in caelum.*

680. CONIFERAE *conum sustinentes. et* conus dicitur fructus cupressi, et ipsa κωνοειδὴς est: nam a rotunditate in acumen levatur. Cyparissus autem Telephi filius fuit, amatus ab Apolline. vel ut alii, a Silvano, qui cum *lassatus aestu sub quadam arbore somnum caperet, subito strepitu excitatus* cervum, quem in deliciis habebat, *feram credens* per ignorantiam *misso telo* occidisset, flendo nimium misericordiam meruit numinum, itaque in arborem cupressum conversus est, aptam et consecratam lacrimis et luctibus. **ergo cupressi quasi infernae, vel quia succisae non renascuntur, vel quia apud Atti-*

---

4 ruuntque] georg. III 104 ‖ 8 Homerus] Od. I 68 sqq. ‖ 12 conus dicitur ... levatur] exscr. Isid. or. XVII 7, 34. cf. glossar. Sangerm. ap. Hildebr. p. 79 sq. ‖ 14 Cyparissus autem e. q. s.] cf. Serv. ad georg. I 20. mythogr. I 6, II 177 et 178

---

1 *ad* at genus *supr. vers.* figurate genus complent dixit ut hic manus patriam oppugnando *T* ‖ 3 *ad* excitum *supr. vers.* euocatum illius clamore et citum pro excitato per sincopam et uenit non a cieo sed a cio cis cit *T* ‖ 5 poterunt *FC* poterat *L* ‖ 6 aut similes ... Polyphemi fratres *om. LH* (*in marg. add. l*) aut eiusdem ... matris *hab. C* ‖ 7 maris *C* ‖ *ad* Aetneos fratres *supr. vers.* eiusdem patriae uel terrae tamquam matris *T* ‖ fratres polyphemi *ME* ‖ 8 eo] est *C* ‖ hoccaecato *FC* ‖ 9 protulit *F* ‖ 10 fuit *C* ‖ unde] ut de *F* ‖ 11 desentit *L* ‖ CAELO pro in caelum *hab. C. ad* caelo *supr. vers.* ad caelum *T* ‖ *ad* concilium horrendum *supr. vers.* ueluti explanat quod dixerat aethneos fratres, *in marg.* horridum extans et prominens horrendum uitabile et tetrum *T* ‖ 12 conum substinentes (*sic*) *hab. C* ‖ connum *F* ‖ 13 aconoides *F* aconoid *C* conoides *LHME* ‖ nam *om. C* ‖ 14 Cyparissus telefi filius fuit ... lacrimis et luctibus ergo cupressae (*sic*) quasi infernae uel quia succisae non renascuntur uel quia apud atticos funestae domus huius fronde uelantur *in marg. inf. T* ‖ CYPARISSI cyparissus autem *F* ‖ vel ... Silvano *om. FTC* ‖ 15 lassatus ... excitatus *om. CLHME, edidit Stephanus* ‖ classatus *F* ‖ aestu *om. Stephanus* ‖ 16 strepitu *om. Stephanus* ‖ ceruam quam *T* ‖ diliciis *FC* ‖ feram credens *om. CLHME, edidit Stephanus* ‖ 17 misso telo *hab. C* ‖ occidisset . . . conuersus est] occidit. sed cum fletu nimio et abstinentiae (*sic*) cibi ac potionis tabesceret a misericordia (misericordiae *F*) deorum (eorum *F* itaque *add. C*) in arborem cupressum conuersus est *FTC, nisi quod pro* 'a misericordia deorum' misericordiam deorum meruit itaque *et pro* 'conuersus' uersus *T* ‖ 18 numinum *om. L* (*supr. vers. add. l*) ‖ 19 et aptam *T* ‖ ergo . . . velantur *post* Proserpina (*p.* 452, 10) *hab. F* ‖ 20 attico *F*

*cos funestae domus huius fronde velantur.* alii hunc Cyparissum Cretensem puerum pulcherrimum et castissimum fuisse (tradunt), quem quidam ab Apolline, non nulli a Zephyro amatum volunt. qui cum castitatem suam incorruptam tenere cuperet, relicta Creta ad Orontem fluvium et montem Casium dicitur pervenisse, atque ibi in cypressum arborem commutatus, quae arbor ideo mortuis consecratur, quod caesa semel nescit renasci.*

681. CONSTITERVNT *metri causa 'constiterunt'.* SILVA ALTA IOVIS LVCVSVE DIANAE 'Iovis' propter quercus, 'Dianae' propter cupressum: ipsa enim est etiam Proserpina. † inmane autem quod ait et[iam] 'celso vertice', et 'lucus', qui propter religionem *intactis arboribus et magis crescit et* diu permanet.

683. EXCVTERE *num expedire?*

686. NI TENEANT CVRSVS antiqui 'ni' pro 'ne' ponebant, qua particula plenus est Plautus n i m a l a n i s t u l t a s i s. sensus ergo talis est: timor cogebat, ut quocumque navigaremus et ventum sequeremur, non iudicium: sed occurrebat praeceptum Heleni, vitare Scyllam et Charybdin. quare placuit ne cursus teneant, hoc est agantur et inpellantur inter utramque viam modico mortis interstitio, id est Scyllae et Charybdis, retro dare lintea: quod dum cogitamus, prosperior nobis flare coepit Boreas. *non nulli 'Scyllam atque Charybdim inter' distinguunt, ut sit ordo 'inter Scyllam et Charybdin utramque viam leti discrimine parvo ni teneant cursus, certum*

---

11 antiqui ni pro ne ponebant] cf. Don. ad Ter. eun. II 3, 37 et III 3, 2 || 15 Plautus] menaech. I 2, 1

---

1 domos *F* || 4 orantem *F* || 5 Casium *Masvicius:* cassum *F* || ducitur *F* cipressum *F* || 6 mortis *F* || 8 *ad* constiterunt *supr. vers.* metri causa contiterunt (*sic*) dixit *T* || constiterunt *scripsi:* constituit *F et Daniel* consistunt *Commelinus* pro consistunt *Masvicius primus* || 10 cupressam *C* || est enim *CM* Proserpina] cui dicatur cupressus propter luctum morientium *add. D* || inmane autem quod ait etiam uertice celso *FC*, *nisi quod* celso uertice *C* inmane autem quod manet in celso uertice *LH* dianae autem ideo ait et in celso uertice *MEl.* Alta autem quod manet in celso vertice *Stephanus*, *Fabricius*, *alii.* inmanitatem auget, quod ait et 'celso vertice' et 'lucus' *coni. F. Schoellius.* || 12 crescit et *Masvicius:* crescunt *F* || permanent *FC* || 14 ni] ni *ex* ne *L* || qua] quia *F* || 15 male *ME* || 16 nauigauimus *H* || ut et uentum *ME* 17 sequi *FC* || 18 ni *F* || inpellantur *Lione teste Guelferb. I*, *Burmannus:* impleantur *FCLE* impleant *H* inpleantur *M. cf. Serv. ad v.* 283 *ad* teneant *supr. vers.* impleantur, *ad* cursus *supr. vers.* nominatiuus *T* || 20 Scyllae] complenus incender *add. L*, *del. l. cf. ad v.* 689 '*cum plenus incederet*' || dare lintea retro *L* || linea *F* || dum] cum *l* || 21 *ad v.* 684 quidam ita distingunt scillam et charybdim inter utramque uiam leti discrimine paruo ni teneant cursus certum est dare lintea retro *T* (*supra* inter utramque uiam *ead. man.* id est scillam et charibdim *adscripsit.*) || 22 atque *Ribbeckius adn. crit. ad* 686: et *F* || caribdiu *F* distingunt *F* || carybdium *F* || 23 utrumque *F*

*est dare lintea retro'. alius ordo est 'contra iussa monent Heleni, ne inter Scyllam et Charybdim cursum teneant'.*

687. PELORI *Sicilia Graece Trinacria ideo dicitur, quod tres extremitates, quas Graeci ἄκρας vocant, in mare videtur extendere, Pachynum quod* in austrum vergit, Lilybaeum quod Africam spectat, Pelorum quod in Tyrrhenum mare procedit. sed 'angusta ab sede' ideo adicitur, quia eminus videntibus eum locum Italia et Sicilia terra continens putatur, nec nisi ad vicinum accedentibus videtur.*

688. MISSVS ADEST favore scilicet numinum: quae Anchises optaverat dicens ⟨529⟩ ferte viam vento facilem et spirate secundi. *vel 'missus' iuxta qualitatem locorum; ita enim in illis angustiis et faucibus maris artari et conglobate spiritus fieri dicitur, ut ad illum locum tantummodo missus videatur.* VIVO PRAETERVEHOR OSTIA SAXO *pro 'vivi saxi', ablativum pro genetivo, vel viva saxa habentia. 'ostia' vero aut litora sunt, aut exitus fluminis in mare, aut introitus portus.*

689. PANTAGIAE hic fluvius Siciliae cum plenus incederet, implebat sonitu paene totam Siciliam: unde et Pantagias *quasi* † *pantacuos* dictus est, quasi ubique sonans. hic postea cum Cereri quaerenti filiam obstreperet, tacere iussus est numinis voluntate. MEGAROSQVE SINVS Megara oppidum est iuxta Syracusas. THAPSVMQVE IACENTEM *Thapsus* insula non longe a Syracusis, *plana*, paene fluctibus par. TALIA MONSTRABAT quia occurrebat: unde haec loca nosti?

---

1 alius *Daniel:* alii *F* ‖ 2 charibdim *F* ‖ teneant *Masvicius:* teneam *F* 3 *ad v.* 687 Sicilia graece trinacria . . . accedentibus uidetur *in marg. T* graeci *F* Graecis *Daniel primus* ‖ 4 acras *FT* ‖ pachinum *FT* ‖ 5 austrum] acria *T, sed ead. man.* cria *expunxit et* ustrum *superscripsit. cf. Serv. ad v.* 699. atriam *F* Aryciam *Daniel* Graeciam *Dorvillius* ‖ uertit (g *superscr.*) *T* uertit *F* ‖ lilybeum *T:* lybie eum *F* Lybicum *Daniel* Lilybaeum *Masvicius, Burmannus* ‖ 6 pelorum *T:* plerum *F* ‖ ab sede *om. T* ‖ 7 adicitur *F. Schoellius* dicitur *T* agitur *F* eum *Daniel:* cum *FT* ‖ 8 putetur *T, corr. ead. man.* ‖ accidentibus *F* ‖ 9 *ad* missus adest *supr. vers.* missus fauore numinum uel iuxta qualitatem locorum dicit *T* que *ex* qui *L* quem *MEl* ‖ supra anchises *ME* ‖ a diis optauerat *MEl* ‖ 10 dicens] ut *ME* ‖ secundi] 'adesse' autem est ad favorem vel patrocinium venire *add. D* ‖ 12 artate *Hagenus* ‖ 13 *ad* vivo saxo *supr. vers.* pro uiuorum saxorum singularis pro plurali uel uiua saxa habentia, *ad* ostia *in marg.* uel litora uel exitus fluuii in mare uel introitus portus *T* ‖ 14 HOSTIA *F* ‖ gen̄t̄ īm *F* ‖ viva] utua *F* ‖ 15 hostia *F* ‖ fluminus *F* ‖ 17 PANTAGYAE *C* PANTHAGIAE *L* PANTAGEAE *M* scilicet *ME* (siciliae *e*) ‖ incederet] flueret *FC* ‖ 18 patitagyas *C* pantageas *ME* ‖ quasi pantacuos *hab. C, om. Daniel.* παντηχήεις *F. Schoellius* ‖ 21 MEGARO *F* MEGAROS *CH* ‖ magera *c* megare *L* (megara *l*) ‖ 21 non longe a syracusis *ME* (iuxta siracusas *e*) ‖ THAPSVM *FC* ‖ 22 thapsus insula *C* insula thapsus *F* ‖ insulam *L* ‖ iuxta syracusas *ME* ‖ plena *C* ‖ 23 quia unde nosti occurrebat *ME* (quia occurrebat unde haec loca nosti *superscr. e*) ideo monstrabat quia iam ibi transierat *Lione teste Guelferb. I* ‖ 21 nosti] scire potuisti *FC*

690. RELEGENS renavigans, *ut et primi lege litoris oram.* ERRATA participium sine verbi origine: non enim facit 'error'. *RETRORSVS quasi a fine ad caput relexens.*

691. INFELICIS VLIXI epitheton ad inplendum versum positum more Graeco, sine respectu negotii. *nam Aeneas incongrue infelicem Ulixen dicit; nisi forte quasi pius etiam hostis miseretur, cum similes errores et ipse patiatur. et notandum conclusam de Achaemenide mentionem.*

692. *PRAETENTA anteposita.* *IACET sita est, ut* ⟨104⟩ *medio iacet insula ponto.* PLEMYRIVM VNDOSVM *quidam insulam, quidam fluvium putant dici. sane* verbum de verbo expressit: hoc est enim 'undosum', quod 'Plemyrium'. *sinus Syracusanus in quo Ortygia. cuius hic necessarie meminit; nondum enim erant conditae Syracusae. 'undosum' vero quod usque illuc †vestigio aestuantis Charybdis dicitur pervenire.*

694. ORTYGIAM haec tantum Ortygia dicitur, Apollinis vero etiam Delos. *et bene addidit 'priores', ut haec quae nunc est semper appellata sit Ortygia, haec vero prioribus tantum.* FAMA EST HVC ELIDIS AMNEM Elis et Pisa civitates sunt Arcadiae, in qua est fons ingens, qui ex se duos alveos creat, Alpheum et Arethusam: unde fit, ut fingantur coniungi in exitu, quos origo coniunxit ita. Arethusam autem etiam in Elide esse testatur Vergilius dicens sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos. haec secundum fabulas venatrix fuit: quae dum se in Alpheo post laborem ablueret, ab eo adamata est [*in speciem avis Alpheos cognovisset latere, etiam sic eam mutatam persequi coepit, quae cum*] et diu fugiens

---

1 et primi] georg. II 44 ‖ 22 sic tibi] buc. X 4 ‖ 23 haec secundum e. q. s.] exser. mythogr. I 166 et II 173. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 271 et IV 239

---

3 at *F* ‖ 5 *ad* infelicis Ulixi *supr. vers.* incongrue uidetur aeneas infelicem uocasse ulixen cum similia pateretur. nisi forte ut tantae ostenderetur pietatis fuisse ut etiam hostibus (*sic*) miseretur. et notandum de achimenide conclusam mentionem *T* ‖ 6 ostes *F*, *corr. Daniel* ‖ 7 achemenide *F* ‖ *ad* Sicanio *in marg.* ideo dixit sicanio non siracusano quia nondum erant conditae siracusae. tale est enim quasi dixisset siracusano *T* ‖ 9 PRAESENTIA *F* ‖ 10 PLEMMYRIVM *F* PLEMIRIVM *CLHM* ‖ 12 plemmyrion *F* plemirium *CL* plerium *H* ‖ Plemyrium] bis idem dixit. πλημυρία enim inundatio graece dicitur *add. D* ‖ 14 vestigia *Masvicius* vorago *F. Schoellius. fort.* vertices. ‖ estuantis *F* ‖ carybdis *F* ‖ 15 dicuntur *Masvicius, fort. recte* ‖ 16 ORTIGIAM *LHM* ‖ ortigia *CLHM* ‖ Apollinis *om.* *C* ‖ 17 bene addit (*sic*) ... tantum *supra* priores *T* ‖ 18 ortigia *FT* ‖ 19 AMNEM] ARINEM *F* ANIMEM *L* ‖ pisae *FC* ‖ est *om.* *H* ‖ 21 est *L* (fit *l*) ‖ coniugi *F* ‖ quo *FC* ‖ coniungit *FC* non iunxit *LH* (coniunxit *l*) iunxit *ME* ‖ ita *om.* *FC* ‖ 22 uirgilius testatur *ME* ‖ 23 fluctu supter *F* labere sicanos *omittens* ‖ 24 fuit *om.* *H* ‖ abluere *F* abliceret *H* ‖ 25 quam cum in speciem *Masvicius primus* auis *Daniel et Hagenus*, aius *ego legi* ‖ cognosset *Daniel* ‖ 26 cum] eum *Daniel* et *om.* *FC*

deorum miseratione in fontem *sui nominis* mutata ad Siciliam per secretos meatus venit: quod etiam Vergilius ostendit et tandem positis velox Arethusa sagittis. *quam Alpheos illuc usque persequutus fonti eius se miscet: quod tali argumento probatur: nam cum equi, diebus festis Olympici Iovis certantes, in eo amne deluuntur, stercus equorum ex eo amne etiam in Arethusa recognoscitur. patera etiam quam in Alpheum quidam Olympionices miserat, in Arethusa inventa dicitur. quidam autem Arethusam non de Elide ad Siciliam venire, sed in ipsa Sicilia nasci volunt et venienti fluvio occurrere.* ALPHEVM quia Graece Ἀλφεῖος facit, ut Αἰνείας Aeneas, Μήδεια *Medea.* ORE *fonte vivo: et bene de fluvio, ut* ⟨I 245⟩ *unde per ora novem.*

697. IVSSI NVMINA MAGNA LOCI VENERAMVR vel ab Achaemenide *admoniti*, vel ab Heleno, vel ab Anchise, *vel ab oraculis. et quaeritur, quae numina; vel quare non dixerit; et utrum Alpheum, an Arethusam intellegi voluerit.*

698. STAGNANTIS HELORI fluvii qui ad imitationem Nili superfunditur campis. *et Graeci stagna* ἕλη *dicunt, unde ait 'stagnantis Helori'.*

699. PROIECTA *porrecta, extenta, ut* ⟨X 587⟩ *proiecto dum pede laevo.* PACHYNI promunctorium *est* austrum spectans: unde et

---

2 et tandem] georg. IV 344 ‖ 4 quod tali argumento probatur e. q. s.] cf. ad buc. X 4 ‖ 20 Proiecta . . . extenta] cf. Macrob. Sat. VI 4, 14 ‖ 21 promunctorium . . . crassus] exscr. Isid. or. XIV 7, 5

---

1 sui nominis *hab. C* ‖ mutata] uersa *FC* ‖ mutata est et *E* ‖ per secretos meatus *om. LH* (*supr. vers. add. l*) meatus (*lin.* 2) *om. ME* ‖ quod . . . sagittis *om. F* ‖ 3 *ad vv.* 694 *sqq.* hoc ita esse tali argumento probatur quod cum equi in ionis olympici certaminibus diebus festis eodem amne deluuntur stercus ipsorum in arethusa ex fluuio alphei recognoscitur et patera quam quidam olympionicus in alpheum miserat in arethusa inuenta est. quidam autem arethusam non de elide ad siciliam uenire sed in ipsa sicilia nasci uolunt et uenienti fluuio occurrere *in marg. T* ‖ 4 fonte *F* ‖ 5 olimpii *F* ‖ certantes *Daniel:* certatus *F* ‖ sterius *F* ‖ 6 erethusa *F* ‖ pateroã *F* ‖ 7 in *om. F* ‖ olimpionicis *F* ‖ 8 dicitur] hanc autem uenatricem fuisse quod etiam uirgilius . . . sagittis *add. F* ‖ 9 in ipsa] iusa *F* ‖ 10 alpheos *F* alfeios *C* alphios *LH* alpheios *MEl* ‖ facit] *om. C* dicitur *F* pham *H* ‖ eneas *F* aeneias *CME* eneias *LH* ut aeneas *C* ‖ media medea *F* medeia medea *C* ‖ 11 *ad* ore *supr. vers.* fonte tuo *T* ‖ fronte *F* ‖ vivo] tuo *Hagenus* fonte, de vivo *F. Schoellius* ‖ 14 admoniti *hab. C* ‖ vel ab Anchise *om. HME* ‖ ab *om. L* ‖ Anchise] iussi ergo admoniti *add. Stephanus* ‖ oraculis *Commelinus:* oculis *F* ‖ 17 ELORI *CLH* PELORI *E* ‖ fluuium *C* ‖ 18 et . . . Helori *hab. C* ‖ set *F* ‖ ἕλη *Masvicius:* elide *ex* elede *F* elide *C* Elide *Daniel et Commelinus* ‖ 19 elori *C* ‖ 20 *ad* porrectaque (*sic enim in Vergilii versu codex, quamquam* orr *in ras.*) extenta ut proiecta cum pede leuo *supr. vers. T* ‖ PROIECTA . . . laeuo *hab. C* ‖ poiecta (r *supr.*) *C* ‖ prorecta et tenta *Daniel* 21 leuo *FC* ‖ promunctorium *HE:* promuntorium *FLM* promunturium *C* est *hab. C* Siciliae *add Lion*

Pachynum dictum ab aëris crassitudine; nam παχὺς est *pinguis et* crassus.

700. RADIMVS *propter saxa latentia. 'radimus' autem nimium adiuncti praeterimus, ut* ⟨V 170⟩ *radit iter laevum interior.*

701. CAMERINA PROCVL palus est iuxta *eiusdem nominis* oppidum: de qua quodam tempore, cum siccata pestilentiam creasset, consultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberent, respondit μὴ κίνει Καμαρίναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων: quo contempto exsiccaverunt paludes, et carentes pestilentia per eam partem ingressis hostibus poenas dederunt. *sed hoc responsum Aeneae temporibus ignotum fuit: ergo non observavit poeta, sed ad praesens tempus locutus est.*

702. INMANISQVE GELA civitas a fluvio nominata, sicut etiam 'campi Geloi'.

703. AGRAGAS mons est muro cinctus, in cuius summa parte oppidum est: unde et Cicero ait ad mare intra moenia ante oppidum expectabat de Verre. notandum sane Vergilium haec, quantum ad sua tempora spectat, dicere, non quantum ad operis; Aenea enim navigante nec fuerat Camerina siccata, nec Gela vel Agrigentum conditae: quod frequenter facit, sed nunc ideo vitiosum est, quia ex persona narrantur Aeneae.

704. MAGNANIMVM QVONDAM GENERATOR EQVORVM secundum Pindarum quondam Agrigentini equos ad agones Graeciae mittebant, qui inde victores revertebantur. legimus etiam aliud: cum in Cappadocia greges equorum perissent, Delphici Apollinis responso adduxerunt equos de Agrigento, et reparavere meliores. *quidam autem dicunt Heronem Agrigentinum, vel ut alii ferunt Dionysium, tyrannum Siciliae, equos ad agonem Elidis Olympicum duxisse, et omnes vicisse.*

6 de qua quodam c. q. s.] cf. Luc. pseudol. 32 ‖ 15 Cicero] in Verr. act. II lib. IV 23, 51 'et argentum in lectica cubans ad mare infra oppidum exspectabat.' ‖ 21 secundum Pindarum] Olymp. II 5

1 dictum est *C* ‖ pachis *F L Ḧ M E* pacys *C* ‖ pinguis et *hab. C* ‖ 3 *ad* radimus *supr. vers.* propter . . . interior *T* ‖ 5 PROCVL *om. F C* ‖ eiusdem nominis *hab. C* ‖ 6 de qua *F C:* cui *L M E* au *H* ‖ 7 eam *om. E* ‖ deberet *E* (deberent *e*) MN KINI KMEPINANAKINHTOC CAPAMINON *F C nisi quod* KMHPINAN *C* MH KAMEPHNANAKIN hoc tot apaminon *L* MN KINH KAMERINAN AKINEITOC TARAMINON *H* MHKINH KAMEPINANA KINHTOC IAPAMINON *M* MH KINE KIMEPINAN AKINHTOC IAPAMINOC (A, N *supr.*) *E* ‖ 9 pnludem *F* paludem *C* plaudes *H* ‖ carentes] sedata *F C* ‖ 11 obseuanit *F* ‖ 12 nuncupata *E* ‖ sic *H* ‖ 15 intera *F* intrra *C* ‖ 16 exspectabat *F* expectat *L* ‖ de uerre *F C:* deuere *L* debere *H M E* ‖ notandum . . . narrantur Aeneae *om. F* hoc uirgilium *C* ‖ 17 expectat *H* ‖ 18 nec fuerat] non erat *C* ‖ vel] nec *l* ‖ 19 conditum *C* ‖ 23 etiam illud *M* illud etiam *E* ‖ 24 Delphici] uel phisici *F* (si *litteris erasis*) ‖ 25 agrigente *H* ‖ 26 dionisium *F* ‖ 27 agonem *Commelinus:* agones *F et exemplaria impressa praeter Commelinum* ‖ olimpicum *F* olympicos *Masvicius primus* ‖ dixisse *F*, *corr. Daniel*

705. PALMOSA SELINVS civitas *est* iuxta Lilybaeum, abundans palmis *quibus vescuntur*, et apio. *an 'palmosa' ab equis nobilibus?*

706. *SAXIS LILYBEIA CAECIS vere dixit, nam litus Lilybetanum naturaliter saxis, quasi de industria constrictum est. sane notandum omnium trium promontoriorum Siciliae factam mentionem, ut* ⟨687⟩ *ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori et* ⟨699⟩ *proiectaque saxa Pachyni et hic modo saxis Lilybeia caecis.*

707. DREPANI PORTVS Drepanum civitas est non longe a monte Eryce, trans Lilybaeum, dicta vel propter curvaturam litoris, in quo sita est, vel quod Saturnus post amputata virilia Caelo patri illuc falcem proiecit, quae Graece δρέπανος dicitur: quod verisimile putatur propter vicinitatem Erycis, consecrati Veneri, quae dicitur nata ex Caeli cruore et spuma maris. *quidam 'Drepana' dictum voluit a falce Cereris, quam ibi, cum filiam suam Proserpinam quaereret, amisit. Cato pluraliter haec Drepana dicit.* INLAETABILIS propter patris amissionem.

708. *ACTIS transactis, vel quomodo 'mensibus actis'.*

711. FESSVM DESERIS ut supra ⟨I 267⟩ diximus, secundum Vergilium: nam Cato eum *in originibus* ad Italiam venisse docet; unde etiam in sexto ⟨718⟩ illud amphibolon est quo magis Italia mecum laetere reperta. *nam et post Latinum Turnumque et Amatam dicitur excessisse. sed bene hic subtrahitur, ne parum decoro amori intersit. quaeritur sane cur sine ulla descriptione funus patris praeterierit? aut quia in V. dicturus est, et bis eadem dicere vitaverit, aut quia, sicut dictum est, Anchises ad Italiam cum filio pervenit.*

712. NEC VATES HELENVS quia dixerat ⟨379⟩ prohibent nam cetera parcae scire Helenum.

713. NON DIRA CELAENO quae vel irata debuit adversa prae-

---

15 Cato] or. III fragm. 10 ap. Iordanum, fragm. 89 ap. Peterum ‖ 19 Cato] cf. or. I fragm. 10 ap. Iordanum

---

1 SELINIS *FME* SELYNIS *C* SELILIS *H* ‖ est *hab. C* ‖ lybeum *F* lilybacum *C* lilibeum *LH* ‖ 2 quibus vescuntur *hab. C, edidit Stephanus* ‖ apio] σέλινον enim apium dicitur *add. D. cf. Isid. or.* XVII 11, 2 ‖ 3 *ad* saxis lylybeia (*sic*) caecis *in marg.* uere dicit. nam lilybetanum litus naturaliter saxis uidetur esse constrictum *T* ‖ LYBEIA *F* ‖ ligus *F* ‖ lelybitanum *F* ‖ naturalĩ *F quod* natura liberum *interpretatus est Daniel* ‖ 4 industrio *F* ‖ constructum *Daniel primus* es *F* ‖ notandam *F* ‖ 6 angusta ab sede Pelori] et reliqua *F* ‖ 7 pachini *F* 8 DREPANI PORTVS *om. LHME* ‖ non . . . Eryce] ante pedem montes erycis *FC* 9 eryco *LM* gerico *H* erico *E* ‖ 10 est *om. C* ‖ 11 illic *ex* illuc *L* ‖ graece *om. F* drepanos dicitur graece *C* ‖ quod] quodsi *LH* quod quasi *MI* ‖ 14 ceteris *F* ‖ 15 quaereret *Daniel:* querit *ex* quetit *F* ‖ 19 in originibus *hab. C* 20 unde est illud in sexto amphibolon *E* ‖ 22 excesisse *F, corr. Daniel* ‖ decoro *Daniel:* decore *F* ‖ 23 amore *F* ‖ quaeritur cur sine . . . peruenit *in marg. T* ‖ funus *ex* fanus *F* Fauni *Daniel* funeris *Commelinus primus* ‖ 24 uitauere *F* 28 praedicere] nuntiare *FC*

dicere. et bona pietate mortem patris graviorem dicit esse, quam famem.

714. HIC LABOR EXTREMVS *aut* apud Drepanum: *aut 'extremus' saevissimus, quia statim tempestate iactatus est. et bene de ipsa tempestate tacuit, quia Ilioneus supra dixerat* ⟨I 535⟩ *cum subito adsurgens fluctu nimbosus Orion in vada caeca tulit.*

715. DEVS ADPVLIT ORIS bene se commendat Didoni, dicens se ad eam deorum voluntate venisse. *sane non dixit, quis deus, ut alibi* ⟨I 199⟩ *dabit deus his quoque finem.*

716. *VNVS non [est] interpellante regina interrogationibus.*

717. FATA DIVVM quae dii hominibus tribuunt. RENARRABAT *aut* 're' vacat, ut ⟨IV 116⟩ confieri possit: *aut apparet Aeneam ante de suis casibus cum Didone confuse locutum. et ideo hic addidit 'renarrabat', quasi quae dixerat antea, nunc ex ordine referebat, quod notat in primo* ⟨753⟩ *immo age et a prima dic hospes origine nobis.* sane in secundi principio duo poetae sunt versus, sicut hic tres, et similis est finis initio: 'conticuit' et 'intentis'.

718. *CONTICVIT TANDEM ut* ⟨II 1⟩ *conticuere omnes.* TANDEM diuturnitatem narrantis expressit. notandum sane quia controversiarum more epilogos dedit sex istis prioribus libris, quos et esse bioticos voluit. nam singulis res singulas dedit, ut primo omina, secundo pathos, tertio errores, quarto ethos, quinto festivitatem, sexto scientiam. epilogos autem sic variavit, ut in primo miseratio esset Didonis, in secundo mors Creusae, in tertio Anchisae, in quarto Didonis, in quinto Palinuri: in sexto Marcelli citum deflet interitum.

1 et bona . . . famem] cf. Macrob. Sat. IV 6, 4

3 *ad* extremus *supr. vers.* seuissimus, *in marg.* labor extremus aut quod apud drepanum aut extremus seuissimus . . . in uada caeca tulit *T* ‖ 4 tempestati *F* ‖ iactatus] sacratus *Daniel* ‖ 7 ORIS *om. FC* tulit voluntate sua *add. Daniel* ‖ 8 uoluntatem *FC* ‖ 10 est *secl. F. Schoellius* eum *Hagenus* ‖ 11 *ad* renarrabat *supr. vers.* uacat re, *in marg.* aut quaedam intellegimus de casibus suis cum didone locutum. ut ideo nunc dixerit renarrabat quae ante scilicet confuse nunc ordine digno. aut re uacat *T* ‖ 12 re uacat et aut uacat re ut cum fieri possit *FC* ‖ fieri *H* ‖ 13 confusi *F* ‖ 15 notet *F*, *corr. Daniel* ‖ 16 duo sunt (sint *C*) uersus ex persona poetae *FC* ‖ 17 tris *FC* ‖ conticuit et intentis *om. FC* ‖ intentis *scripsi:* intenti *LHME* ‖ 18 CONTICVIT . . . omnes *hab. C* ‖ 19 contrauersiarum *C* ‖ 20 ex *FC* ‖ histis *C* ‖ prioribus] pluribus *C* superioribus *ME* 21 bioticos] i. e. uitales *superscr. me* i. e. uitales et uitam hominum simulantes *in marg. l* ‖ singulis res singulas] singularis *H* ‖ singulis] singulas *F* ‖ omina *MEl:* omnia *FCLH* ‖ secundum *L* ‖ patos *L* ‖ tertio *om. H* ‖ ethos *LHME:* hoc *FC* (amores *superscr. c*) ‖ festuatatem *L* ‖ 23 scientia *H* ‖ 25 Palinuri] miseni *FC* ‖ citom (v *superscr.*) *L* immaturum *Fabricius* ‖ deflet (t *superscr.*) *L* defleret *Fabricius* ‖ interitum] facto enim fine narrandi Aeneas successit ad requiem *add. Masvicius* EXPLICIT LIBER TERTIVS INCIPIT LIBER QVARTVS *M* EXPLICIT LIBER TERCIVS INCIPIT LIBER QVARTVS FELICITER *l*

SERVII GRAMMATICI

# IN VERGILII AENEIDOS LIBRVM QVARTVM COMMENTARIVS.

1. Apollonius Argonautica scripsit et in tertio inducit amantem Medeam: inde totus hic liber translatus est. est autem paene totus in affectione, licet in fine pathos habeat, ubi abscessus Aeneae gignit dolorem. sane totus in consiliis et subtilitatibus est; nam paene comicus stilus est: nec mirum, ubi de amore tractatur. iunctus quoque superioribus est: quod artis esse videtur, ut frequenter diximus; nam ex abrupto vitiosus est transitus: licet stulte quidam dicant hunc tertio non esse coniunctum — in illo enim navigium, in hoc amores exsequitur — non videntes optimam coniunctionem. cum enim tertium sic clauserit 'factoque hic fine quievit', intulit 'at regina gravi iamdudum saucia cura', item paulo post 'nec placidam membris dat cura quietem': nam cum Aeneam dormire dixerit, satis congrue subiunxit, ut somno amans careret. *alii subitum transitum factum tradunt, quia non ostendit convivium dissolutum: sed hoc subtiliter fecit, quia etiam alia convivia eum habuisse describit* ⟨80⟩ *post ubi digressi lumenque obscura vicissim.*

REGINA] [*sane*] *bene 'regina', quia contra dignitatem amor susceptus gravior esse solet: ex hoc enim nomine et pudoris et deliberationis nascitur causa, et praecipue potiundi difficultas. videtur et post amissam castitatem etiam iustus interitus.* IAMDVDVM aut nimium *et*

1 Apollonius . . . translatus est] cf. Macrob. Sat. V 17, 1

1 et in tertio] ubi *F* ‖ 2 translatus est] de tertio apolloni *add.* *F* ‖ 4 est *post* totus *hab.* *F* ‖ 5 comicum stilum habet *F* ‖ 6 videtur ut *om.* *F* ‖ uideretur *L* uidereé *H* ‖ ut *om.* *L H* (*add.* *h*) ‖ 7 ex] et *F*, *om.* *L* ‖ stulto *H* ‖ 8 dicunt *F* tertium *N* (tertio *n*) tertio *ex* tertium, *ut videtur,* *H* ‖ navigium] nauigationum pericula *F* navigationis pericula *Stephanus* ‖ 11 intulit *F*: subsecutus est *N et Stephanus* subsecutus *L H M* subintulit *Guelferb. I* subsecutus intulit *Fabricius et Masvicius* ‖ 12 dormire] requienisse *F* ‖ 17 *ad* regina *in marg.* bene regina quia contra . . . iustus interitus *T* ‖ 18 puduris *F*

*vehementer*, ut Terentius iamdudum te amat; iamdudum illi facile sit quod doleat: aut 'iamdudum', *id est* a quo tempore vidit Aeneam; legimus enim ⟨I 613⟩ obstipuit primo aspectu Sidonia Dido: *aut ex quo narrare coepit Aeneas: aut ex quo intervenit Cupido.* SAVCIA hinc subiungit 'vulnus alit'. et bene adludit ad Cupidinis tela, ut paulo post ad faculam, *ut* 'et caeco carpitur igni': nam sagittarum vulnus est, facis incendium. CVRA amore *intolerabili, quem ferre non posset, ut* ⟨652⟩ *meque his absolvite curis. 'cura' ergo*, ab eo, quod cor urat, ut ⟨X 132⟩ Veneris iustissima cura, item ⟨I 678⟩ mea maxima cura. *sane per confusionem verbi et nominis dictum est; nam 'cura' est et verbum, ut 'cura' cures, cum non est nomen.*

2. *VVLNVS ALIT ut 'curam pascit'* VENIS quia per venas amor currit, *ut sanguis; nam in sanguine anima, in anima amor est: aut* sicut venenum. inde dictum ⟨I 688⟩ fallasque veneno, item ⟨I 749⟩ longumque bibebat amorem: *nam venenum ideo dicitur, quia per venas currit.* CAECO CARPITVR IGNI *'caeco'* (*non*) *quod non cernat, sed quod non cernatur: vel quod Dido amorem suum vult occultare. si possit, ideo 'caeco'. et* agit Vergilius, ut inventas frangat declamationes, ut hoc loco rem dixit sine declamatione: unde Ovidius quoque magis tegitur, tanto magis aestuat ignis. 'caeco' ergo 'igni' *possumus ut* validiore *accipere*, cuius *haec* natura est, ut conpressus magis convalescat. *'carpitur' autem paulatim consumitur, ut carpit enim vires paulatim. sane 'igni' pro 'igne', dativus pro ablativo.*

3. MVLTA VIRI VIRTVS ANIMO bene mediam se facit praebere Didonem inter regalem pudorem et amoris inpulsum. simulat enim se virtutem mirari, cuius pulchritudine commovetur. 'multa' autem 'virtus' figurate dixit; nam ad numerum transtulit quod est quantitatis: *aut 'multa' pro magna.* RECVRSAT bene frequentativo usus est verbo in frequenti amantis cogitatione.

1 Terentius] eun. III 1, 58. cf. Don. ad h. v. ‖ 7 CVRA . . . urat] cf. ad Aen. I 208 ‖ 16 nam venenum . . . currit] cf. Serv. ad Aen. I 688 ‖ 21 Ovidius] met. IV 64 ‖ 24 carpit] georg. III 215

1 ille *F* ‖ 2 fit *Terentius* ‖ coleat *F* ‖ 5 vulnus alit] curam pascit *add. Daniel. cf. lin.* 13 ‖ 7 *ad* saucia cura *supr. vers.* uulnerata amore. notandum quod sauciatus corpore et saucius animo dicitur *T* ‖ 8 intolerabili . . . cura ergo *edidit Stephanus* ‖ 9 exsolvite *Vergilius* ‖ uerat *F* ‖ 13 *ad* alit *supr. vers.* pascit nutrit *T* ‖ 14 cucurrit *M* ‖ 15 inde] idem *F* ‖ dictum] ut *add. F* ‖ fallaxque uenenum *M* ‖ 17 non *addidit Daniel* ‖ 19 agit *NM:* ait *FLH* ‖ 20 sane *F* 21 tanto] tectus *Ovidius* ‖ 23 amualescat *H* ‖ *ad* carpitur *supr. vers.* paulatim consumitur, *ad* igni *supr. vers.* id est intolerabili amore *T* ‖ 28 se virtutem] seruitutem *F* ‖ 30 *ad* multa *in marg.* id est magna *T* ‖ bene *om. F*

4. GENTIS *honos* non Aeneae, ut sit velut excusatio: sed Dardani a numinibus, aut Veneris INFIXI PECTORE VVLTVS VERBAQVE '*vultus*' *inquit* ('*et*') *verba haerent. virtus et honos gentis recursat*'. *quia superiora vehementiora sunt ad amorem.* tale et illud est ⟨83⟩ illum absens absentem auditque videtque. '*pectore*' *vero pro* '*pectori*'.

5. NEC PLACIDAM MEMBRIS DAT CVRA QVIETEM aut penitus quiete caruit, ut 'placida' epitheton sit quietis: aut habuit quidem quietem, sed non placidam, id est turbatam somniis: unde et ipsa paulo post ⟨9⟩ 'quae me suspensam insomnia terrent'.

6. POSTERA PHOEBEA LVSTRABAT LAMPADE TERRAS circumlocutio orientis diei; illa enim Aeneas per noctem *in convivio Didonis* narraverat: licet, ut supra diximus, Vergilius ista, quae per naturam necesse est fieri, plerumque contemnat. LVSTRABAT aut inlustrabat, aut re vera 'lustrabat', id est purgabat; nam nox quodammodo polluit mundum: *vel circumibat, ut* ⟨VIII 231⟩ *lustrat Aventini montem.*

7. VMENTEM VMBRAM quia nox omnis umida est, ut noctes lentus non deficit umor. et nihil interest, utrum umbram an noctem dicat; nox enim umbra terrae est, ut supra ⟨II 251⟩ involvens umbra magna terramque polumque. *ergo* '*umentem*' *pro* '*umidam*', *quia umens est quod facit umidum quod sit: unde bene* '*umentem*' *posuit.* est etiam hysteroproteron in sensu; *prius est enim ut Aurora umbram dimoveat, post Phoebea lampas lustrat terras:* aurora enim solem praecedit.

8. CVM SIC VNANIMEM de re pudenda locutura parum fuerat sororem eligere, nisi etiam unanimem. dicimus autem et 'unanimus' et 'unanimis', sicut 'inermus' et 'inermis'. MALE SANA non plene sana, amore vitiata; 'male' enim plerumque 'non', plerumque 'minus' significat, sicut 've', ut 'vecors' *et* 'vesanus'. quamquam

12 supra] ad Aen. I 223 ‖ 17 noctes] georg. I 290 ‖ 19 nox enim . . . polumque] exscr. Isid. or. V 31, 3

1 a numinibus dardania *F* a Dardani numinibus *Masvicius primus* ‖ 2 VERBAQVE *om. F* ‖ 3 inquid *F* ‖ et *addidit Daniel* ‖ 4 tale et illud est] infixi autem ut alibi *F* ‖ 5 uiditque *F* ‖ videtque] duo tangit quibus potissimum gignuntur amores, formam videlicet et eloquentiam *add. D* ‖ 7 placidam *L* ‖ 8 simeon *L* (sed non *l*) ‖ 11 dies *NH* (diei *n*) ‖ illa enim] secundum enim et tertium librum *F* ‖ 13 contempnat *FLM* ‖ 14 id est *FMl:* atque *NLH* ‖ 15 *ad* lustrabat *supr. vers.* circumibat uel patefaciebat *T* ‖ circuibat *F* ‖ Aventini] abenti *F* 17 noctis *F* nocte *NLH* nocti *M* ‖ 22 prius] proprius *F* ‖ 23 ut aurora enim *F* ‖ dimouerat *F* ‖ 24 aurora enim solem praecedit *om. F* ‖ 25 loquutura *F* locuturam *Stephanus et Fabricius. an* locuturae? ‖ 27 et unanimis *om. H* sicut et *L* ‖ inhermus *NL* ‖ inhermis *NH* ‖ 28 non plerumque *om. LH* plerumque minus] aliquotiens minus *F* ‖ 29 significat non ut statio male fida carinis aliquotiens minus significat sicut vae *e. q. s. F. pro* aliquotiens minus

'male' et 'perniciose' significat, ut Lucanus ⟨IX 310⟩ sic male deseruit. MALESANA] *'*non (sana')*, *ut* ⟨II 23⟩ *statio male fida carinis: aliquotiens 'minus' significat.** *et quidam 'malesana' nolunt hyphen legere, nec esse compositum verbum. quia composita unum plerumque corrumpant necesse est, ut 'malesuada'.*

9. ANNA SOROR *cuius filiae fuerint Anna et Dido, Naevius dicit. et bene vocabulo necessitudinis blanditur, ut libenter amoris audiat confessionem; sed suspense et pedetemptim pudore resistente incipit.* INSOMNIA TERRENT et 'terret' et 'terrent' legitur. sed si 'terret' legerimus, 'insomnia' erit vigilia: hoc enim maiores inter vigilias et ea quae videmus in somnis interesse voluerunt, ut 'insomnia' generis feminini numeri singularis vigiliam significaret, 'insomnia' vero generis neutri numeri pluralis ea quae per somnium videmus, ut ⟨VI 897⟩ sed falsa ad caelum mittunt insomnia manes. sciendum igitur, quia si 'terret' dixerimus, antiqua erit elocutio; 'insomnia' enim, licet et Pacuvius et Ennius frequenter dixerit, Plinius tamen exclusit et de usu removit. sed ambiguitatem lectionis haec res fecit, quod non ex aperto vigilasse se dixit, sed habuisse quietem inplacidam, id est somniis interruptam, ut intellegamus eam et insomniis territam, et propter terrorem somniorum vigilias quoque perpessam.

10. QVIS *non nulli pro 'aliquis' accipiunt, vel 'qualis':* NOVVS magnus, ut Pollio et ipse facit nova carmina. *vel 'novus' qualis antea numquam, ut Terentius nova figura.* SVCCESSIT SEDIBVS ut ⟨II 723⟩ succedoque oneri et ⟨II 478⟩ succedunt tecto *et flammas ad culmina iactant.*

6 Naevius] ap. Klussm. p. 46 ‖ 9 et terret e. q. s.] cf. Charis. p. 101, 17 sqq. K. et Don. ad Ter. eun. II 1, 13 ‖ 16 Pacuvius] Antiopae fragm. V ap. Ribb. p. 77 ‖ Ennius] incert. libr. rel. XXV ap. Vahl. p. 178 ‖ 23 Pollio] buc. III 86 ‖ 24 Terentius] eun. II 3, 26

significat *e coniectura, ut videtur, primus Daniel haec dedit* 'minus' ut 'male sanus'. *post* deseruit *verba illa collocari.* non ut statio m. f. c. aliquotiens minus significat *edidit Stephanus.* ‖ uae *FN* ‖ naecors *H* ‖ naesanus *FN* ‖ naesanias *H* ‖ 3 volunt *Daniel primus. cf. F. Schoellius de acc. l. l. p.* 124 ‖ 4 yfen *F* lege *F, corr. Daniel* ‖ 5 corrumpat *F* ‖ malasuada *F* '*an* malisuada' *F. Schoellius l. l.* ‖ 6 dixit *Daniel primus* ‖ *ad v.* 9 a uocabulo necessitatis ideo coepit ut libenter audiret amoris confessionem sed suspense et pedetemptim pudore resistente coepit anna soror *in marg. T* ‖ 7 amoris] Iunonis *Daniel* Didonis *Commelinus primus* ‖ 9 et terret legitur et terrent *F* ‖ 11 aea *N* ‖ somniis *M* ‖ 13 somnium *GHM* somn/um *NL* (i *littera erasa*) somnum *F* ‖ 15 sciendum est igitur *L* ‖ quasi *LM* (quia si *lm*) ‖ diximus *F* ‖ 16 insomniam *F, fortasse recte* ‖ pacuius *H* ‖ dixerint *F* ‖ 17 deusue *L* (de usu *l*) ‖ ambiguitate *F* ambuguitatem *N* ‖ 19 somnis *FN* (somniis *n*) ‖ 20 in somnis *FM* in somniis *vulgo* ‖ insomniorum *F* ‖ 22 *ad* quis *supr. vers.* quidam quis accipiunt pro qualis *T* ‖ 23 *ad* novus *supr. vers.* qualis numquam antea *T* ‖ vel novus qualis] quasi *Daniel primus*

11. *QVEM SESE ORE FERENS eum cum ob virtutem laudet, addendo tamen os nec pulchritudinem denegaverit. 'ore' autem 'ferens' utrum oratione, an vultu, dubium est.* QVEM SESE ORE FERENS ut ⟨I 613⟩ obstipuit primo aspectu Sidonia Dido, item ⟨I 589⟩ namque ipsa decoram caesariem nato genetrix lumenque iuventae *pupureum et laetos oculis adflarat honores.* FORTI PECTORE ET ARMIS ut etiam ab Ilioneo audierat dicente ⟨I 544⟩ quo iustior alter nec pietate fuit nec bello maior et armis. sane subaudis 'est'. et bene virtutis commemoratione excusat supra dictam pulchritudinis laudem. *'pectore' autem suspende; non bis idem dicit, sed 'pectore' ad patientiam, 'armis' ad fortitudinem.*

12. CREDO EQVIDEM genus deorum esse *ego quidem credo;* nec enim 'vana fides' est, id est falsa: nam 'degeneres animos arguit timor', id est probat, inpugnat. *et bono ordine amari facit Aeneam ab ea, de qua ait ⟨I 507⟩ iura dabat legesque viris. primo virtute et factis, deinde generis nobilitate, inde oratione, post pulchritudine: et singula singulis reddit.*

13. *QVIBVS ILLE pro quantis.* HEV per haec amoris inpulsus ostenditur. *et hoc ad miserationem pertinet.*

14. QVIBVS IACTATVS FATIS ut ⟨I 615⟩ quis te, nate dea, per tanta pericula casus insequitur? *et est hysterologia: nam prius est ut bella exhauserit, post fatis iactatus sit. QVAE BELLA pro 'quanta': pronomen pro nomine.* BELLA EXHAVSTA CANEBAT finita, terminata, quod nimiae virtutis est: nam inchoare bella quorumlibet est, vincere vel finire paucorum.

15. FIXVM INMOTVMQVE SEDERET cogi sese optat quae sic negat. *'inmotum' autem pro inmobile, participium vim nominis habens.* SEDERET placeret, ut ⟨II 660⟩ et sedet hoc animo.

16. *NECVI deest 'viro'.* VINCLO IVGALI synaeresis est pro

1 cum eum e. q. s.] cf. Isid. or. IX 7, 28 ‖ 18 per haec . . . pertinet] cf. Don. ad Ter. hec. I 2, 92

1 *ad* ore *supr. vers.* pulchritudine *T* ‖ 2 os *Daniel:* nos *F* ‖ pulcritudinem *F* ‖ 3 QVEM *ex* QVAM *N* ‖ 7 dicere *L* (dicente *l*) ‖ 9 et *om. F* ‖ *ad* forti pectore et armis *supr. vers.* bene uirtutis commemoratione excusat supra dictae pulchritudinis laudem forti pectore refer ad patientiam quod non fuerit superatus laboribus et armis refer ad uirtutem *T* ‖ 10 pectore *Masvicius:* pectora *F* ‖ suspende *scripsi:* suspendere *F* et armis *Masvicius primus* ‖ *fortasse* nam non ‖ 12 CREDO . . . credo] CREDO EQVIDEM GENVS ESSE DEORVM ordo est: ego quidem credo genus deorum esse *Masvicius primus* ‖ ergo *F*, *corr. Daniel* ‖ 13 enim] etiam *M* ‖ 14 bono ordine facit amari aeneam ab ea de qua dixit . . . reddidit (*sic*) *in marg. T* ‖ 18 hoc *Ml* ‖ 20 QVIBVS *om. F* ‖ FATIS] casibus *add. exempl. impr.* 22 *ad* quae *supr. vers.* quanta *T* ‖ 26 SEDEBAT *F* ‖ cogis sese *NLH* cogi se *F* 29 NEC CVI *F* ‖ CONIVGALI *M* ‖ pro vinculo] uinclo *L*

'vinculo'. 'iugali' autem propter iugum, quod inponebatur matrimonio coniungendis: unde et Iuno iugalis dicitur. *quidam 'iugali' accipiunt pro 'coniugali', per aphaeresin dictum, quae fit cum de prima parte verbi syllaba detrahitur.*

17. PRIMVS AMOR id est maritus. DECEPTAM MORTE FEFELLIT figurate dixit: morte sua decepit me et fefellit.

18. PERTAESVM THALAMI TAEDAEQVE FVISSET 'pertaesus' participium est sine verbi origine et regit genetivum, ut hoc loco: nam genetivus singularis est.

19. HVIC VNI FORSAN POTVI SVCCVMBERE CVLPAE *bene 'forsan', quasi adhuc dubitet.* singula pronuntianda sunt: ingenti enim dicta sunt libra, quibus confessioni desiderii sui quandam inicit refrenationem. CVLPAE *bene 'culpae' potius quam amori. et hoc* propter antiquum ritum, quo repellebantur a sacerdotio, *id est Fortunam muliebrem non coronabant,* bis nuptae.

20. FATEBOR ENIM bene uno sermone et culpam expressit et necessitatem: fateri enim et coactorum est et culpabilium. *sed hic videtur per oblationem confessionis levius crimen efficere.* MISERI POST FATA SYCHAEI aut muliebriter dixit 'miseri': aut mortui, secundum Ciceronem, qui in Tusculanis 'miseros' mortuos vocat: aut certe ob hoc 'miseri', cuius iam obliviscitur: aut '*miseri*' sic occisi.

21. SPARSOS FRATERNA CAEDE PENATES si Didonis, dispersos per fugam intellegimus; si fratris, pollutos cruore. *'fraterna' autem 'caede', quam frater admiserit.*

22. INFLEXIT quia supra ait 'fixum inmotumque sederet'. 'inflexit' a rigido proposito deviavit. *et bene per gradus crevit: primum 'inflexit', ut fixos ostenderet; quae fixa sunt enim, quoniam avelli non possunt, inflectuntur: deinde 'inpulit labantem'; ea enim inpelluntur, quae prona sunt ad cadendum.* LABANTEM INPVLIT *id*

---

1 iugali autem . . . coniungendis] cf. Isid. or. IX 7, 9 || 17 fateri . . . culpabilium] cf. Isid. diff. verb. 232 || 20 in Tusculanis] I 5, 9 sqq. cf. Isid. or. X 173

---

1 quod . . . coniungendis] quod in matrimonio ponebatur iungendis *F* 6 figurate . . . fefellit *om. L, in marg. suppl. l* || 7 FVISSENT *L* || 8 ut] in *L* 9 est singularis *F* || est] et accusativum ut pertaesus ignaviam suam *add. D* 10 *ad* forsan *supr. vers.* sic dicit forsan quasi adhuc dubitet *T* || 11 nam ingenti *F* || 12 confessione *LM* || quandam] quam dixit *F* || ini=eit *L* || 15 coronabat *F, corr. Daniel* || 17 culpabilis *H* || 19 SICHAEI *FNLH* S. *M* || 23 per] post *F* 25 quia . . . sederet *om. FN* || sederet *in ras. l:* M *H* m. *M* || 26 deuiauit *M:* deuitauit *F* declinauit *NLH* || *ad vers.* 22 hic etiam quidam gradus considerandus quod dicit inflexit et inpulit. primum enim dixit inflexit ut fixos ostenderet quae enim fixa sunt quia auelli non possunt uel flectuntur postmodum impulit labante (*sic*). ea enim . . . cadendum *in marg. T* || mauelli *F* || 28 inflectuntur *Hagenus:* uel flectuntur *F*

*est* inpulit et labare fecit; non enim lababat qui ante inmobilis fuerat. cavendum sane, ne 'labentem' contra metrum legamus: nam 'la' longa est, ut ⟨XI 588⟩ labere nympha polo.

23. *AGNOSCO participium 'agnotus', non 'agnitus'. Sallustius nec inermos ex proelio viros quemquam agnoturum.* VETERIS VESTIGIA FLAMMAE bene inhonestam rem sub honesta specie confitetur, dicens se agnoscere maritalis coniugii ardorem: *hoc est, quo mariti diligi solent; nam erat meretricium dicere: in amorem Aeneae incidi.*

24. SED MIHI VEL TELLVS OPTEM PRIVS IMA DEHISCAT callide, ac si diceret posse se coniungi Aeneae, si mors secuta non fuerit. *et bene in vestigio revocavit. OPTEM pro velim.*

26. PALLENTES VMBRAS HEREBO *id est* in Herebo. alii 'Herebi' legunt. *aut 'Herebo', ad Herebum, ut ⟨V 451⟩ it clamor caelo. et perseveravit in atroci inprecatione: nam non sufficit 'adigat me fulmine ad umbras' dixisse, adiecit 'pallentes umbras Herebo noctemque profundam'.*

27. *PVDOR pudore pro pudicitia abutimur. et bene 'violo', quia pudor sacrosancte custodiendus est.* AT TVA IVRA RESOLVO propter *illud* 'vinclo iugali'.

28. AMORES ABSTVLIT cum illo consumpta sunt desideria et voluptates. *AMORES quibus amare possim. et bene videtur moram posuisse, cum dicit 'primus qui me sibi iunxit amores abstulit'.*

29. *SERVETQVE SEPVLCHRO id est et defunctus servet, † et qui in sepulchro est, ut ⟨I 353⟩ ipsa sed in somnis inhumati venit imago coniugis: sed modo pro mortuo accipiamus. sane caeremoniis veterum flaminicam nisi unum virum habere non licet, quod hic ex persona Didonis exsequitur. dolentis stuprum admissum in amore Aeneae, quod*

4 participium ... agnitus] cf. Diom. p. 388, 5 sqq. K. et Prisc. X. 19, I p. 511, 11 H. ‖ Sallustius] hist. fragm. II 73 Kr. ‖ 26 sane caeremoniis e. q. s.] cf. Gell. X 15, 23 et quos laudavit Marquardt 'Roem. Staatsverw.' III p. 316 adn. 1

1 laba fecit *F* ‖ qui] quia *F* ‖ 5 inhermos *F* ‖ praelio *F* ‖ 7 maritalis] maritudis *H*, *quod alia manus in* magnitudinis *mutavit* ‖ 12 e vestigio *coni. Burmannus* ‖ 13 HERIBO *F* EREBO *L* ‖ in Herebo *om. H* ‖ heribo *F* erebo *N* herebo *ex* herabo *L* ‖ Herebi] heribb *F* ‖ aut ... caelo *edidit Stephanus* ‖ 14 it] ait *F* 16 flumine *F* ‖ 18 pudore *scripsi:* pudoe *F* pudor *Daniel* ‖ 20 uinculo *L* uincla *H* uinculum *Ml* ‖ iugale *LM* ‖ 21 AMORES ABSTVLIT] ILLE MEVS PRIMVS QVI ME SVBIVNXIT *F* ‖ cum ... sunt *om. Daniel* ‖ consumpti sunt amores desideria et voluptates *Mascicius* ‖ 22 voluptates] secum abstulit moriens *add. Daniel* 24 defunctus servet ... fore denuntiat *hab. Ambros.* ‖ servet. atqui in sepulchro non est *F. Schoellius* ‖ sepulto *F* ‖ 25 ipse *F* ‖ inumati *F* ‖ venit ... coniugis] et reliqua *F* ‖ 26 mortuos *F* ‖ caerimoniis veterum ... laviniam duxit uxorem *in marg. T* ‖ 27 non licebat nisi ... habere *T* ‖ licebat *Ambros.* ‖ 28 exequitur ex persona didonis *T* ‖ dolentes *F* ‖ stuprum] ueluti stuprum *T* ‖ Aeneae] deae *Ambros.* ‖ quod ... probavit] cum dicit *T et Ambros.*

*supra dictis versibus probavit 'ille meos primus' et reliqua. nec flamini aliam ducere licebat uxorem, nisi post mortem flaminicae uxoris: quod expeditur, quia post mortem Didonis Laviniam duxit, et quod subrepta vel retenta Creusa ex ipsius quoque confessione et praedicatione regia parata fuerit: quo nullum piaculum fore denuntiatur.*

30. SINVM LACRIMIS IMPLEVIT OBORTIS sinus dicimus orbes oculorum, id est palpebras, quae a palpitatione dictae sunt: nam semper moventur. 'implevit' autem ideo, quia lacrimae plerumque se intra oculos tenent. et bene praemisit excusationem his lacrimis commemoratione prioris mariti, *quasi propter maritum fleret, cum amore cogente lacrimaret.*

31. ANNA REFERT *mire videtur intellexisse Anna, quid sibi suaderi vellet Dido. et* suasoria est omni parte plena: nam et purgat obiecta, et ostendit utilitatem, et a timore persuadet. *et usus est apto causae principio: nam cum aliquid propter nos petimus, benivolum nobis eum qui audit facere debemus; cum in aliena causa sententiam dicimus, nos illi benivolos debemus ostendere, ut habeatur dictis fides. postquam igitur dicendo 'o luce magis dilecta sorori' ostendit nihil sibi sorore esse carius, summam rei ponit, an nuptiae faciendae sint 'sola ne perpetua maerens carpere iuventa', inde partes rei: a persona Didonis, an, quia maritum perdiderit, alium accipere debeat 'id cinerem aut manes credis curare sepultos'? a persona Aeneae 'placitone etiam pugnabis amori'? a loco 'nec venit in mentem quorum consederis arvis' a timore 'quid bella Tyro surgentia dicam germanique minas'? a causa et utilitate 'quam tu urbem soror hanc cernes'? a modo 'indulge hospitio causasque innecte morandi': an etiam id dii fieri velint, per coniecturam 'diis equidem auspicibus reor et Iunone secunda'.*

---

6 sinus . . . moventur] exscr. Isid. or. XI 1, 39

---

1 flamine *F* ‖ 3 quod expeditur . . . duxit] quod ostendit uirgilius in sequentibus qui non ante mortem sed post mortem didonis lauiniam duxit uxorem *T* ‖ 4 vel] un *Ambros.* ‖ praedictione *Ambros., fortasse recte. 'legerem* praedictione regia uxor parta fuerit, quo n. *respicit enim ad verba Creusae lib.* II 783: *nisi* uxor *subintelligatur.* parata *etiam si quis velit servare, per me licet: nam ibi* parta *etiam* parata *exponitur, et ita mox v.* 75 urbem paratam *dixit' Burmannus.* regina *F. Schoellius* ‖ 5 quo *Burmannus:* quod *F et Ambr.* ‖ denuntiat *Ambr.* ‖ 6 SINVM] SIMVL *F* ‖ 7 palphebras *N* paphebras *H* ‖ palsatione *H* ‖ 13 suasoria est] est rhetorica suasio *F* suasoria oratio est *l* ‖ 14 abiecta *F* ‖ 15 apto principio usus est nam . . . diis equidem auspicibus. et bene anna dilecta respondet sorori quia et illa sic coepit anna soror. ergo pronomen (*sic*) necessitudinis ostendit se sentire quae utilia sunt *in marg. T* ‖ 15 beniuolos debemus auditores facere *T* ‖ 17 ut habetur dictis fideles *F, corr. Daniel.* ut fides adhibeatur dictis *T* ‖ 19 sorore] sorori suae *T* ‖ ponit] plena arte suasoria ·/· (= *'id est'*) *add. T* ‖ 22 a persona aeneae *T*: aenean *F* ‖ 23 consideris *F* 24 tiro *F* ‖ 25 a modo] a modo sine a possibili *T* ‖ 26 causas *F* ‖ etiam in id *F*

O LVCE MAGIS DILECTA SORORI id est dilectior: [*quae diligatur adhuc, an magis quam lux dilecta, aut dilectior luce.*] nam antiqui frequenter pro comparativo iungebant particulam 'magis'. tale et illud est ⟨V 724⟩ nate mihi vita quondam, dum vita manebat, care magis, *Terentius nihil videtur mundius, nec magis conpositum quicquam, nec magis elegans.* SORORI *bene Anna dilecta respondit 'sorori', quia et Dido sic coepit 'Anna soror'. ergo per nomen necessitudinis ostendit, se quae sunt utilia persuadere, ut alibi* ⟨II 674⟩ *parvumque patri tendebat Iulum.*

32. SOLANE PERPETVA id est, solane maerens in omni carperis iuventa? *'perpetua' ergo continua.* IVVENTA *autem pro iuventate accipiendum: nam 'Iuventa' dea illius aetatis est, 'iuventas' aetas ipsa iuvenilis, 'iuventus' iuvenum multitudo.*

33. NEC DVLCES NATOS propter liberos, quae fuit causa secundi matrimonii, ut Iuvenalis ⟨VI 38⟩ sed placet Vrsidio lex Iulia, tollere dulcem cogitat heredem. *et hysterologia est: nam per Veneris praemia proveniunt nati.* alii male iungunt 'natos Veneris' Cupidinem et Aeneam. *alii ἔρωτα et ἀντέρωτα dicunt.* VENERIS NEC PRAEMIA *id est* voluptates, *ut* Homerus τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης. *et volunt quidam ἓν διὰ δυοῖν esse.*

34. ID CINEREM AVT MANES CREDIS CVRARE SEPVLTOS propter illud, [*'ille habeat secum servetque sepulchro'*]: quia marito iuraverat, ut ⟨552⟩ non servata fides cineri promissa Sychaeo. et bene extenuat dicendo non animam, sed cineres et manes sepultos. dicit autem secundum Epicureos, qui animam cum corpore dicunt perire.

35. ESTO adverbium concedentis est Graecum. FLEXERE MARITI non qui erant, sed qui esse cupiebant. alii intellegunt 'aegram

---

5 Terentius] eun. V 4, 12 ‖ 11 autem pro iuventate . . . multitudo] cf. Serv. ad Aen. I 590 Isid. diff. verb. 310 Beda de orthogr. p. 276, 14 K. ‖ 19 Homerus] Il. III 54

---

1 DELECTA *L* ‖ SORORI *om. NHM* ‖ delegatur *F* ‖ 3 pro] prae *H* ‖ 6 elegans] elegelegant *F* ‖ 9 tendebant *F* ‖ 10 SOLANE merens in uel perpetua omni corporis iuuenta *N* (in . . . corporis *deletis* carpere *superscr. man. sec.*) solane merens perpetua in omni nori scies carperis uiuenta *L* (*del. l*) Solane merens in omni corporis iuuenta *H* SOLANE solane merens carpere iuuenta *M* ‖ omne *F* 11 *ad* iuventa *supr. vers.* iuventute *T* ‖ autem pro iuventate *scripsi:* aut pro iuuentute *F*. *cf. Beda* ‖ 15 ursidiu *NH* ‖ 16 tolleret *H* ‖ cogitant *H* ‖ ysterologia *F* ‖ 18 aenean et cupidinem *F* ‖ eroeta et anterota *F* ‖ 19 VENERIS nec praemia filios uoluptates *L* (nec praemia *in ras. l*) ‖ ΔAOPA *N* ΔOPA *LH* dora *M* ‖ 20 αφροΔιτες *F* ΑΦΡΟΔΙΤΗC *L* ΑφροΔιτης *M* ‖ endyadyin *F* ‖ 21 AVT] AC *H* propter] distribuit *F*. *fortasse ad v. 34 haec in archetypo adscripta erant* dissoluit illud 'ille habeat . . . sepulchro'. ‖ 27 est *om. F* ‖ est Graecum] et est graecum ἔστω *D* ‖ 28 qui erant] querant *F* ‖ alii] ab *F*

mariti', ut sit genetivus singularis, *id est, tristem propter maritum. vel 'aegram' ad morbum animi referas, id est, ut stultitiam iudicet in iuventa aetate nuptiis abstinere. 'aeger' enim animo dicitur, 'aegrotus' corpore.*

36. NON ANTE TYRO aut in Tyro, ac si diceret 'Tyri': aut certe Τυρόθεν, id est de Tyro, ut ⟨III 503⟩ Dardanus Hesperia. *quidam autem 'Libya', id est mariti Libyes, 'Tyro' mariti Tyrii exponunt.* DESPECTVS IARBAS rex Libyae, qui Didonem re vera voluit ducere *uxorem* et, ut habet historia, cum haec negaret, Carthagini intulit bellum. cuius timore cum cogeretur a civibus, petiit ut ante placaret manes mariti *prioris*, et exaedificata pyra se in ignem praecipitavit: ob quam rem Dido, id est virago, *quae virile aliquid fecit*, appellata est; nam Elissa proprie dicta est.

37. DVCTORESQVE ALII ergo et Iarbas ductor. *'alii' autem, qualis Iarbas.* QVOS AFRICA TERRA derivationes frequenter maiores sunt a principalitate, interdum pares inveniuntur, raro minores: unde supra ⟨II 601⟩ Lacaena notandum diximus. TRIVMPHIS DIVES id est bellicosa. *et quidam dicunt Afros numquam triumphasse. Plinius autem Secundus historiae naturalis et Pompeius Trogus Afros dicunt pompam triumphi primos invenisse, quam sibi Romani postea vindicaverunt. Livius autem Andronicus refert, eos de Romanis saepius triumphasse suasque porticus Romanis spoliis adornasse: merito ergo 'dives triumphis'.*

38. PLACITONE ETIAM PVGNABIS AMORI ac si diceret: iure contempsisti eos qui displicebant, numquid etiam placito amori repugnabis? et est Graecum 'pugno tibi': nam nos 'pugno tecum' dicimus. *et 'placito' alii volunt vel universis hominibus, id est coniugali amori. vel legibus dictum.*

3 aeger . . . corpore] cf. Isid. diff. verb. 69 ‖ 19 Plinius] cf. h. n. VII 191

1 id est propter maritum *edidit Stephanus* ‖ 3 aegrotos *F* ‖ 4 corpore] mariti autem non qui erant sed qui esse cupiebant *add. F* ‖ 5 NON] NEC *F* ‖ tyri *in ras. l* tyria *F* ‖ 6 tyrothen *FNH* tyroten *LM* ‖ hesperiae *F* hesperia *L* (a *in ras. l*) esperia *H* hisperia *M* ‖ 7 lybia *F* Lybiae *Daniel* Libyae *vulgo. cf. Ribbeckii adnot. crit. ad h. v.* ‖ Libyes, Tyro *F. Schoellius:* lybiestero *F* Libyae, Tyro *Masvicius. fort.* Libyci, Tyro ‖ 10 petit *NH* ‖ 11 manus *N* ‖ exaedificata] igitur *add. F* ‖ 12 id est *om. H* ‖ uirili *F, corr. Daniel* ‖ 13 fecerit *Masvicius primus. ceterum* quae . . . fecit *edidit Stephanus* ‖ proprie] prophe *H* ‖ 16 principalitate] eius *add. L* ‖ 18 *ad vers.* 37 quaestio est cur dicat diuitem esse africam triumphis cum secundum quosdam auctores afri non reperiantur umquam triumphasse. sed plinius secundus naturalis historiae conditor et ex quadam parte trogus pompeius afros dicunt pompam triumphandi inuenisse quam sibi postea uindicauerunt romani. liuius etiam andronicus eosdem de romanis saepius triumphasse suasque porticus spoliis romanis adornasse *T.* Plinius secundo (*sic*) nat. hist. . . . adornasse *hab. Ambros.* ‖ astros *F* ‖ 19 secundo *vulgo* ‖ istoriae *F* trogos *F* ‖ astros *F* ‖ 21 libyus autem andromicus *F* ‖ refero *F* ‖ saepibus *F* 24 diceret iure *F*: diceretur *NLHM* ‖ 25 placito] plato *F* ‖ 27 placit *F*

40. HINC GAETVLAE VRBES ad terrorem 'urbes' posuit: nam in mapalibus habit*ab*ant. *GENVS INSVPERABILE BELLO ut* ⟨XI 306⟩ *quos nulla fatigant proelia nec victi possunt absistere ferro.* INFRENI aut saevi *et feroces, ut ipse contrario* ⟨XII 568⟩ *ni frenum accipere:* aut qui equis sine freno utuntur.

41. *CINGVNT non adiuncti sunt; sed 'cingunt' quasi circumdant, ut* ⟨III 52⟩ *cingique urbem obsidione videret.* INHOSPITA barbara, aspera. *et fictum 'inhospita', cum 'inhospes' non dicatur.*

42. DESERTA SITI REGIO inhabitabilis. dicit autem Xerolibyen, id est partem Africae aridam, quae est inter Tripolin et Pentapolin. et bene terret dicens iuxta esse aut bellicosas gentes, aut deserta loca, unde non speratur auxilium. LATEQVE FVRENTES BARCAEI hi prope sunt a Carthagine: unde addidit 'late furentes'. hi secundum Titianum in chorographia Phoenicen navali quondam superavere certamine. Barce autem civitas est Pentapoleos, quae hodie Ptolomais dicitur: nam Cyrene et Barce reginae fuerunt, quae singulis dederunt civitatibus nomina. *sed hoc per prolepsin dictum est.*

43. *BELLA TYRO SVRGENTIA necessario ad persuadendum praesenti tempore usus est.*

44. GERMANIQVE MINAS propter aurum, quod ei s*i*cut in primo ⟨363⟩ diximus tulerat. *et 'minas' pro ipsis periculis posuit, ut ex praecedentibus sequentia accipiamus.*

45. DIS EQVIDEM AVSPICIBVS hoc dicit: dii, qui sunt auspices matrimonii, Aeneam huc venire fecerunt: nuptiae enim captatis fiebant auguriis, ut contentique auspice Bruto. *Varro de pudicitia ait auspices in nuptiis appellatos † auspici bisque ab*

---

8 et fictum . . . dicatur] cf. Prisc. VII 65 I p. 343, 3 H. ‖ 14 Titianum] cf. Teuffel Gesch. d. Roem. Litt. 343, 10 ‖ 25 contentique] Lucan. II 371 ‖ Varro] logist. fragm. p. 258 Ries.

---

1 disposuit *L* ‖ 2 mappalibus *NH* ‖ INSVPERABILI *F* ‖ 4 saevi] urbes ad terrorem urbes *add. H* aut qui . . . utuntur *omittens* ‖ ni] hi *F* ‖ 5 qui] quia *F* 6 *ad* cingunt *supr. vers.* circumdant *T* ‖ 7 *ad* inhospita *supr. vers.* barbara aspera et fictum inhospita cum inhopes (*sic*) non dicitur *T* ‖ 9 inhabitabilis] vel raritate aquae *add. Daniel* ‖ xerolibyen *F:* xerolipses *NH* xerolipsas *ex* xerolipses *L* († xerolibiam *superscr. l*) xerolipsas *M* ‖ 13 BARCHAEI *F* BARCHEI *LHM* prope] longe *F* ‖ 14 Titianum] nctanū *M* (ncta *in ras.*) ‖ chosmographia *L* (chorographia *l*) chorugraphia *H* ‖ phoenicen *F*: fenicem *N* phoenicem *L* fenicum *H* phenicem *M* ‖ 15 uicere *F* ‖ barche *NLHM* ‖ civitas] vel eorum *add. Daniel, unde* vel forum *Lion* ‖ 16 ptholomaeis *F* ptolomagis *L* tholomais *H* cyrine *F* cenere *N* cirene *H* ci‑rene *L* ‖ barche *H* ‖ 17 prolempsin *F* ‖ 20 in *om. NH* ‖ 21 abstulerat *coni. Burmannus* ‖ *ad* minas *supr. vers.* a praecedente quod sequitur intellege minae enim praecedunt pericula sequuntur *T* ‖ 23 HOSPICIBVS *N* OSPICIBVS *L* (auspicibus *l*) ‖ aut *L* (hoc *l*) ‖ 25 ut] Lucanus iunguntur taciti *add. Fabricius* ‖ contemptique *L* ‖ Varro . . . captabantur in nuptiis *hab. Ambros.* ‖ 26 auspices in nuptiis] *cf. Cic. de div.* I 16, 28 ‖ auspici bisque *F* auspici ait bisque *Ambros.* ab auspiciis quae *Commelinus*

*marito et nova nupta per hos auspices captabantur in nuptiis.* IVNONE SECVNDA *vel* quae praeest coniugiis, *quae pronuba appellatur: quamvis et ipsa in libris augurum praeesse dicatur auspiciis: aut quia Carthaginem fovet.*

46. *HVC CVRSVM ILIACAS VENTO mire, cum alio iter haberent, huc delati sunt: et ideo addidit 'vento'.* TENVISSE perfecisse, inplesse.

47. *QVAM qualem vel quantum: pronomen pro nomine.* *VRBEM SOROR HANC CERNES mire pro voluntate sororis: ut si quis avaro suadeat spem pecuniae faciens.*

48. CONIVGIO TALI id est viri fortis: quod ideo non dicit, quia scit a Didone praedictum. *et bene in ultimo coniugium posuit, propter quod universa praedicta sunt.*

50. VENIAM aut beneficium *et volentiam:* aut re vera 'veniam', periurii scilicet, ut ⟨552⟩ non servata fides cineri promissa Sychaeo. *TV MODO pro 'tantummodo'. †et alii ,quod te modo vita supersit.* SACRISQVE LITATIS 'diis litatis' debuit dicere: non enim sacra, sed deos sacris litamus, id est placamus: ergo nove dixit. *SACRISQVE LITATIS] inter 'litare' et 'sacrificare' hoc interest, quod 'sacrificare' veniam petere, 'litare' propitiare et votum impetrare.*

51. INDVLGE da operam, ut ⟨IX 163⟩ indulgent vino et vertunt crateras aenos.

52. *DVM PELAGO DESAEVIT HIEMS enumerat, quas morae causas possit innectere.* *ORION id est dum occidit Orion, quoniam et oriens et occidens tempestates commovet. et bene Orion opponitur, quia et Ilioneus dixerat ⟨I 535⟩ cum subito adsurgens fluctu nimbosus Orion.* ORION corripuit ratione supra ⟨I 535⟩ dicta.

15 modo] georg. III 10 ‖ 16 diis litatis . . . dixit] cf. ad Aen. II 118. Macrob. Sat. IV 5, 4. Luct. Plac. ad Stat. Theb. X 605

1 per hos auspices *et* in nuptiis *secl. F. Schoellius* ‖ 2 vel] aut *Daniel* ‖ coniugiis] unde Iuno γαμήλιος (gamilia *cod.*) dicitur *add. D* ‖ *ad v.* 46 mire uidetur dicere uirgilius quia cum alio tenderent sint huc delati vento *in marg. T* ‖ 7 *ad* quam *supr. vers.* qualem uel quantam *et* mire suadeo (*leg.* suadet) pro uoluntate sororis ut si quis suadeat auaro ex pecunia *T* ‖ nomine *Daniel:* pronomine *F* ‖ 10 *ad v.* 48 *in marg.* bene in ultimo . . . praedicta sunt *T* ‖ uolentiam *F:* benevolentiam *Daniel primus* ‖ 14 non seruata f. c. p. s. *L H M* ‖ cineri *om. F N* ‖ 15 *ad* modo *supr. vers.* tantummodo *T* ‖ et . . . supersit *om. Daniel.* ut alibi *coni. Hagenus. fort.* et tale quod ait ‖ 16 dicare *F* ‖ 18 SACRISQVE . . . impetrare *ab alia manu supr. vers. F, omisit Daniel.* ‖ *ad* sacrisque litatis *in marg.* sacrificare est ueniam petere litare propitiare *T* ‖ dixit] sed distinguendum est ut dicamus 'sacris', id est per sacra, 'litatis', scilicet diis *add. D* 20 INDVLGE HOSPICIO *L* ‖ operam ut] opera mihi *H* ‖ 22 HIEMPS *F* ‖ 23 innecteret *F, corr. Daniel* ‖ 23 *ad* Orion *in marg.* signum in cuius ortu et occasu grauissima fit tempestas *T* ‖ 24 obponitur *F* ‖ 26 ORION] o *F* ‖ dicta] DVM PELAGO praetende naufragis (naufragus *cod.*) fluctus, adversa navigatione iactatis procellarum nomen oppone. hoc est inflammare animum et artem docere precandi *add. D*

53. QVASSATAEQVE RATES *hoc ad illud* ⟨I 551⟩ *quassatam ventis liceat subducere classem* NON TRACTABILE asperum, intractabile, *sub quo tractari nihil possit.*

54. INCENSVM INFLAMMAVIT ut Horatius oleum adde camino. *alii non 'incensum', sed 'inpenso' legunt, ut sit Terentianum inpendio magis animus gaudebat mihi.*

55. SPEMQVE DEDIT DVBIAE MENTI *dubitativa enim fuerat Didonis oratio dicendo* ⟨18⟩ *'si non pertaesum thalami taedaeque fuisset'. ergo iam non ambiget de quo dubitabat, sed sine respectu pudoris palam aget.* SOLVITQVE PVDOREM propter vincula castitatis. *et ad illud respondit* ⟨27⟩ *'ante pudor quam te violo aut tua iura resolvo'.*

56. DELVBRA ADEVNT *iuxta illud dictum sororis* ⟨50⟩ *'tu modo posce deos veniam'.* delubrum *autem* dictum, *aut,* ut supra ⟨II 225⟩ diximus, propter lacum in quo manus abluuntur: vel propter tectum coniunctum, *quia una opera abluitur:* aut certe simulacrum ligneum delubrum dicimus, a libro, hoc est raso ligno factum, quod Graece ξόανον dicitur. *sane in secundo libro* ⟨225⟩ *de singulis speciebus delubri iuxta Varronem relatum est: in quibus est species delubri talis, ut praeter aedem area sit adsumpta deum causa, id est spatia relinquantur iuxta aras ministerii causa, ad sacrificia peragenda. huius moris hic meminisse cum accipere debemus 'principio delubra adeunt'. atque quia 'delubra' quasi solum nomen sine dei significatu posuerat, voluit per 'aras' expungere divini nominis causam, licet in continuatione non tam dei fecerit mentionem, quam propria deorum nomina intulerit, et quidem cum sacrificationis gratia, illis versibus 'legiferae*

4 Horatius] sat. II 3, 321 ‖ 5 Terentianum] eun. III 5, 39 ‖ 17 sane in secundo libro e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 4, 1 sqq.

2 intractabile] propter tempestatem *add. D* ‖ 3 *ad* non tractabile caelum *supra vers.* sub quo nihil possit tractari *T* ‖ 4 INFLAMMAVIT] iam incensum per se inflammauit adhuc *add. Masvicius* ‖ 5 inpenso *scripsi:* inperso *F* in per se *Daniel* inpense *Masvicius primus* ‖ terrentianum *F* ‖ 6 animos *F* ‖ 7 MENTIS *F* 8 dicedo *F* ‖ perthesum talami tidaeque fuissent *F* ‖ 9 ambigit *Masvicius primus* ‖ quo *scripsi:* qua *F* ‖ pudoris *Daniel:* pudorem *F* ‖ 10 aget *scripsi:* agit *F* ‖ *ad* solvitque pudorem *supr. vers.* contemsit et ad illud respondit ante pudor q. t. u. *T* ‖ 11 uolo *F* ‖ 12 ADEVNT] DEVM *L* ‖ 13 delubram *H* ‖ 14 lacus *NLHM* tectum] cecum *H* ‖ 15 ligneum simulacrum *LM* ‖ ligneum *om. F* ‖ 16 a libro hoc est *om. M* ‖ de libro *L* ‖ rasae *N* ‖ 17 exaonon *N* exoanon *LH* exeanon *M* sane . . . aut ante hora (*sic*) deum p. s. a. a. *in marg. T* sane . . . onori signum *hab. Ambros.* ‖ 18 iuxta] secundum *Ambros.* ‖ 19 aedem *Ambros. et Daniel:* eadem *FT* ‖ absumpta *Ambros.* ‖ 20 ad] de *F et Bern.* 172 ‖ 22 atque *Daniel:* exquae *FT* atqui *Ambros.* ex quo *coni. Hagenus* ‖ sine] absque *T* ‖ significatione *T et Ambros.* (at significatu *margo Ambros.*) ‖ 23 expungere] explere *T* at explere *margo Ambros.* ‖ continuatione] consequentibus *T et margo Ambros.* 24 deorum] quorundam deorum *T et margo Ambros.* ‖ 25 et quidem *om. T* gratia] causa *Ambros.* ‖ illis versibus] dicendo *T*

*Cereri' usque 'iugalia curae'. nec non areae, licet oblique, attamen manifeste meminit 'aut ante ora deum pingues spatiatur ad aras': quid enim est 'spatiatur', quam spatio lati loci obambulat? 'adeunt' autem proprie dixit; ad maiores enim qui accedit † ait soanori signum.* PACEMQVE benivolentiam, *ut* ⟨X 31⟩ *si sine pace tua atque invito numine.* PER ARAS EXQVIRVNT *vel apud aras, vel inter aras, ut* ⟨IX 416⟩ *'it hasta Tago per tempus utrumque'. 'exquirunt' autem,* id est sacrificando explorant, an dii vellent huic rei consentire. dicendo autem 'per aras', aruspicalem artem ostendit, ut 'spirantia consulit exta'. *duo enim genera hostiarum sunt: unum, in quo voluntas dei per exta exquiritur; alterum, in quo sola anima deo sacratur: unde etiam aruspices animales hostias appellant. sed de exploranda voluntate divina hic expressit dicendo 'spirantia consulit exta'. animalis vero hostiae speciem ostendit ubi Entellum facit Eryci taurum mactantem dicens* ⟨V 483⟩ *hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis persolvo.*

57. MACTANT verbum sacrorum, *κατ' εὐφημισμόν* dictum, ut adolere; nam 'mactare' proprie est 'magis augere'. (*MACTANT verbum sacrorum κατ' εὐφημισμόν dictum.*) *quasi magis auctum: unde et magmentum dicebant, quasi maius augmentum. olim enim hostiae 'immolatae' dicebantur mola salsa tactae; cum vero ictae et aliquid ex illis in aram datum, 'mactatae' dicebantur* [*per laudationem*] *per boni omnis significationem.* LECTAS BIDENTES non vacat 'lectas'; moris enim fuerat ut ad sacrificia eligerentur oves, quibus nihil deesset,

10 duo enim genera e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 5, 1 sqq. ‖ 17 verbum sacrorum e. q. s.] cf. Suet. fragm. p. 275 R. Varro d. l. l. V 112 ‖ 23 non vacat . . . invencos] cf. Don. ad Ter. hec. I 1, 9

1 Cereri] ceteri *F* ‖ nec non et *T* ‖ areae *Burmannus:* arae *libri* ‖ 2 meminit aut *Hagenus:* ita ut *F* aut *T et Ambros., in quo post* manifeste *lacuna indicata est.* it aut *Daniel et Commelinus* ut aut *Masvicius* facit (*scil. mentionem*) aut *Burmannus* ‖ 3 est *om. Ambros.* ‖ lati] tali *Ambros.* ‖ 4 accidit *F* ‖ ait soanori signum *F et Bern.* 167 ait onori signum *Ambros. ante* onori *et post lacuna indicata.* facit honoris signum *Vossius* dat honoris signum *Masvicius.* *ξόανον in* soanori *latere coni. Burmannus.* adit. ξόανον signum *Hagenus, cui ita adsentior, ut* ξόανον signum *secludantur* ‖ 6 uel apud aras . . . Daretis persolvo *hab. Ambros.* ‖ *ad* per aras *supr. vers.* aut inter aras aut per aras *T* ‖ 8 an dii *om. F* di *NHM* ‖ uelint *M* ‖ 9 per *om. L* ‖ au_ruspicalem *L* (r *littera, ut videtur, erasa*) auruspicalem *M* auspicalem *Ambros. et Stephanus* ‖ ut] unde est *F* unde et *Ambros.* ‖ 10 sane duo genera hostiarum sunt . . . Daretis persoluo *in marg. T* 13 diuina noluntate *Ambros.* ‖ hic *om. Ambros.* ‖ 16 morem *F* ‖ 17 uerbum sacrorum *κατ' εὐφημισμόν* dictum quasi magis auctum . . . per boni ominis significationem *hab. Ambros.* ‖ cat eufemis x̄ *F* cata eufemi_s mon *N* cata eufemismon *LHM* ‖ 19 dictum quasi magis . . . per boni hominis (*sic*) significationem ut adolere . . . augere *F* ‖ adolere nam *F:* adolerent *NHM* adorant *L* (adolerent *l*) ‖ 20 magnentum *F* ‖ augmentam *F* ‖ enim *om. Ambros.* ‖ 21 factae *Ambros.* ‖ 22 datum] data ī *F* ‖ mactate *F* ‖ per laudationem *omisit Masvicius. videtur locutionis κατ' εὐφημισμόν interpretatio esse* ‖ 23 LECTOS *H* ‖ BIBENTES *L*

ut in sexto ⟨38⟩ nunc grege de intacto septem mactare iuvencos. 'bidentes' autem dictae sunt quasi biennes, quia neque minores, neque maiores licebat hostias dare. sunt etiam in ovibus duo eminentiores dentes inter octo, qui non nisi circa bimatum apparent: nec in omnibus, sed in his quae *sunt* aptae sacris, inveniuntur.

58. LEGIFERAE CERERI leges enim ipsa dicitur invenisse: nam et sacra ipsius thesmophoria vocantur. [*id est legumlatio.*] sed hoc ideo fingitur, quia ante inventum frumentum a Cerere passim homines sine lege vagabantur: quae feritas interrupta est invento usu frumentorum, postquam ex agrorum divisione nata sunt iura. *thesmophoria autem vocantur legumlatio. an quia in aede Cereris aere incisae positae leges fuerunt?* PHOEBOQVE qui praeest auspiciis, quibus urbes reguntur. PATRIQVE LYAEO *dictus Lyaeos ἀπὸ τοῦ λύειν, quod nimio vino membra solvantur.* qui, ut supra ⟨III 20⟩ diximus, apte urbibus libertatis est deus; unde etiam Marsyas, eius minister, est in civitatibus, *in foro positus*, libertatis indicium, *qui erecta manu testatur nihil urbi deesse.* et communis hoc habet sensus: sacrificabat, inquit, primo numinibus, quae urbi praesunt, quasi nuptura pro utilitate rei publicae; deinde Iunoni, cui curae sunt nuptiae. *alii dicunt hos deos quos commemoravit nuptiis esse contrarios: Cererem quia propter raptum filiae nuptias exsecratur, vel ex quo Iovi nupta praelata Iunone repudiata est: nam cum Eleusine Cereris sacrum fit, aedes Iunonis clauditur; item cum Iunoni Eleusine fit, templum Cereris clauditur, nec sacerdoti Iunonis licet gustare unde Cereri sit libatum. et Romae cum Cereri sacra fiunt, observatur ne quis patrem aut filiam nominet, quod fructus matrimonii per liberos constet.*

---

2 bidentes autem e. q. s.] cf. Gell. XVI 6 et Isid. or. XII 1, 9 ‖ 7 sed hoc ideo fingitur ... iura] exscr. mythogr. III 7, 1 ‖ 12 Phoeboque e. q. s. ap. Serv. usque ad 'et sic Junonem conciliat'] exscr. mythogr. III 9, 13

---

1 de grege *N* ‖ intacte *H* ‖ 2 bibentes *L* ‖ 3 neque maiores] aut maiores *NHL* ‖ ostias *L* ‖ 5 sacrificiis *F* ‖ 7 thesmophorus *F* ‖ id est legumlatio, *quae seclusi, ante* vocantur *collocavit Daniel* ‖ 9 sine lege . . . postquam *om. M, in marg. supplerit antiqua manus* ‖ 10 post quem *Ml* ‖ discretione *F* ‖ thesmophorio *F* ‖ 12 quibus] a quo *H* ‖ 13 PATRIQVE *om. F* ‖ LIAEO *L* LICAEO *H* LYEO *M* ‖ dictus *Hagenus:* dictis *F* ‖ ἀπὸ τοῦ λύειν *scripsi:* aput oli in *F. ceterum* dictus . . . solvantur *om. Daniel* ‖ 15 marsias *NLH* ‖ eius . . . indicium] minister eius per ciuitates in foro positus ł (= '*uel*') libertatis indicium est *F* 16 libertatis] imo iustitiae *add. Lion* ‖ qui . . . deesse *edidit Stephanus* ‖ 18 sacrificabit *H* ‖ inquid *FN* ‖ nominibus *N* omnibus *H* ‖ quae] qui *H* ‖ quasi] quos *H* ‖ 19 sunt nuptiae] fuit nupte *F* ‖ 20 alii dicunt . . . et matrimonia dat *hab. Ambros.* ‖ commemorat *Ambros.* nimis *addens* ‖ 21 Cererem quia *Ambros.:* ceremquae *F* Cereremque *Daniel primus* ‖ exsecratam *Daniel primus* ‖ 22 Eleusinae *Ambros.* ‖ 23 aedes] edis *F* ‖ Eleusine *om. Ambros.* ‖ 24 sacerdotii *F* ‖ 25 cum sacra Cereris sunt *Ambros.* ‖ 26 nomine *F*, *corr. Daniel.* nominat *Ambros.*

*Apollinem et Liberum contrarios nuptiis dicunt. quod ille expers uxoris vulgari amore sit usus, ille inter Bacchas non fida conubia sed stupra exerceat, nec nisi raptam coniugem habere potuerit. male ergo invocat hos Dido. quae sibi nuptias optat Aeneae. sed sicut prosperis diis, ut iuvent, ita adversis, ne obsint, sacrificandum est, ut* ⟨III 120⟩ ***nigram Hiemi pecudem. Zephyris felicibus albam.*** *alii dicunt favere nuptiis Cererem, quod prima nupserit Iovi et condendis urbibus praesit, ut Calvus docet et* ***leges sanctas docuit et cara iugavit corpora conubiis et magnas condidit urbes:*** *nam ideo et aratri sulco clauditur civitas: vel quod eandem terram volunt et in eadem urbes exstructas. similiter et Liber propter Marsyam, sicut supra dictum est; merito et Apollo; nam et in arce coli solet, et muros Troianis instituit: iure ergo in nova urbe his sacra fiunt. Iunoni duplici causa, quia et Carthagini praeest et matrimonia dat.* est etiam sensus altior: nam facturi aliquid ante adversos placamus deos, et sic propitios invocamus, ut ⟨III 120⟩ **nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.** ergo modo nuptura placat ante Cererem, quae propter raptum filiae nupturas exsecratur; Apollinem, qui expers uxoris est; Liberum, qui nisi raptam coniugem habere non potuit: et sic Iunonem conciliat.

59. CVI VINCLA IVGALIA CVRAE quia est Curitis, est Matrona, est Regina. *hanc Varro Pronubam dicit: unde et Aeolo nuptias pollicetur et Aeneae et Didoni coeuntibus adest, cum dicit* ⟨166⟩ ***prima et Tellus et pronuba Iuno:*** *et in septimo, ubi contra votum suum Laviniam promissam vidit Aeneae, ait* ⟨319⟩ ***et Bellona manet te pronuba,*** *hoc est non ego quae soleo.*

8 Calvus] fragm. 14 Lachm. p. 86 ed. II

1 contrariis *F* ‖ 2 ille inter *F* iste inter *Ambros. et Daniel* ‖ conubia] matrimonia *Ambros.* ‖ 6 (alii dicunt) nuptiis fauere cererem quod prima nupserit Iqui (*leg.* Iovi) et condendis urbibus praesit et leges docuerit et corpora iuganerit conubiis et magnas condiderit urbes (nam) ideo . . . extructas. Apollo quod in arce coli solet et muros inst(ituit troianis. Iuno) uel maxime inuocatur quod et carthagini praesit et matrimonia det *in marg. inf. T. quae rotundis uncis inclusa sunt suppleri; evanuerunt enim extremae versuum litterae* ‖ dicunt *om. Ambros.* ‖ fabere *F* ‖ 7 cerere *F* ‖ contendis *F* ‖ 8 caluos *F* ‖ *ad* et *ante* leges *hoc adnotatum in marg. Ambrosiani:* l. haec idque ubique. *ubicumque igitur in his Calvi versibus* et *libri praebent*, haec *legere iubemur. inter 'fragmenta veterum ex Servii schedis' Calvi versus sic laudantur:* Licin. Caluus de Cerere Haec leges sanctas docuit et cara iugare Corpora conubiis et magnas condidit urbes ‖ 10 eadem] easdem *F* ‖ 11 marsiam *F* ‖ 12 mauros *F* ‖ Troianorum instruit *Ambros.* ‖ 13 duplicem *F* ‖ 14 carthagini *ex* carthagine *F* ‖ altior sensus *F* ‖ 15 aliquit *N* ‖ aduersus *N* aduersos *ex* aduersus *L* ‖ propicius *L* ‖ 17 natura *F* ‖ 18 nupturas *NL:* nupturos *H* nuptias *FM* ‖ 19 poteuit *N* ‖ 21 quae *ex* quia *L* ‖ est et *NLH* ‖ curetis *F* c$^{v}$umis *NH* coritis *L* (ritis *in ras. l*) ‖ et matrona et regina *N* ‖ 22 hanc Varro . . . quae soleo *hab. Ambros.* ‖ 23 didone *F*

61. CANDENTIS candidae: participium est pro nomine. MEDIA INTER CORNVA FVNDIT non est sacrificium, sed hostiae exploratio, utrum apta sit.

62. ANTE ORA DEVM ante simulacra. *PINGVES plenas vel sanguine delibutas, ut ⟨201⟩ pecudumque cruore pingue solum.* SPATIATVR AD ARAS matronae enim sacrificaturae circa aras faculas tenentes ferebantur, quod cum quodam gestu fiebat: unde Sallustius saltare elegantius quam necesse est probae. *quidam genus sacrificii appellant, quo veteres cum aras circumirent et rursus se converterent et deinde consisterent, dicebant minusculum sacrum. an hoc ad impatientiam amoris referendum est, quo iactata Dido loco stare non poterat, iuxta illud ⟨68⟩ 'uritur infelix Dido totaque vagatur urbe furens'.*

63. INSTAVRATQVE DIEM DONIS muneribus, quae aut dis offerebat, aut donabat Tyriis vel Troianis. 'instaurat' autem ideo, quia iam supra sacrificaverat, ut ⟨I 631⟩ simul Aenean in regia ducit tecta, simul divum templis indicit honorem. *sane quidam 'donis' sacrificiis volunt; nam et 'templa' 'donaria' abusive dicuntur, ut est ductos alta ad donaria currus.*

64. INHIANS intenta, per sollicitudinem. SPIRANTIA *id est* palpitantia: quasi adhuc viva. *CONSVLIT EXTA proprie dixit: aruspices enim exta consulere dicuntur cum inspiciunt. 'exta' singularem non habent, ut 'arma'.*

65. HEV VATVM IGNARAE MENTES non sacerdotes vituperat quasi nescios *futurorum*, sed vim amantis exprimit, et inde vituperat sacerdotes, qui admonuerunt non credituram: nam omnia futura a

7 Sallustius] Cat. 25, 2 ‖ 19 ductos] georg. III 533

3 utrumque *F* ‖ 4 *ad* pingues *supr. vers.* onustas pecorum corporibus sine sanguine delibutas *T* (onustas pecorum corporibus *Tib. Donati sunt*) ‖ plena *F* 6 significaturae *F* ‖ circa aras ... probae *post* furens *hab. F* ‖ 7 quod *om. F* quocumque *M* quasi *Steph.* ‖ gestu] gestam *H* ‖ fiebat *om. FNHM Steph.* ‖ 8 eligantius *HM* ‖ probe *Lm* ‖ *ad* spatiatur *in marg.* spatiatur hoc est in spatio longi itineris obambulat id est eundi et redeundi uices creberrimas procurat. adiciendo ad aras ostendit aream assumptam deorum causa. siue spatiatur ad impatientiam amoris referendum est quo iactata dido stare loco non poterat *T* (spatiatur ... procurat *Tiberii Donati sunt*) ‖ quidam ... furens *hab. Ambros.* ‖ 10 reconverterentur *F*, *correxi.* cum reverterentur *Ambros. et Daniel.* ‖ dein *Ambros.* 11 impetrationem *Ambros.* ‖ quo] in quo *Ambros.* ‖ iacta *F* ‖ 12 potest *Ambros.* 14 auferebat *N* ‖ 17 diuinum *N* ‖ templum *NH* ‖ 18 *ad* donis *supr. vers.* sacrificiis quia et templa donaria dicuntur *T* ‖ 21 uiuit *H* ‖ consulit proprie dixit quia aruspices tunc dicuntur consulere quando inspiciunt exta *et ab alia manu* exta singularem non habet ut arma *T* ‖ proprie dixit ... ut arma *hab. Ambros. sequuntur* ibid. comixta grandine nimbus murmur caeli ad infaustum omen pertinet, quia tonitru dirimuntur auspicia. *cf. ad v.* 161 ‖ 24 sacerdos *L*, *corr. l* 25 uim amantis *FMl*: uiua mentis *NLH* uim amentis *n* ‖ 26 sacerdotes ignarae ergo amoris reginae quia monuerunt non credituram quia illa (illae *Com-*

sacerdotibus praedicta esse, sequens indicat locus, ut <464> multaque praeterea vatum praedicta priorum. * *IGNARAE ergo amoris reginae, quia illa alias causas litationis praetendebat, et ideo vota non perficiebat.* *

66. EST verbum est indeclinabile; nam frequenter deficit. est autem huius positio 'edo es est'. invenimus, sed quod abolitum est, *et* 'edo edis edit', unde est 'edere' et 'comedere', quod hodie non dicimus; nam ab eo quod est 'es esse' et 'comesse' facit, quo tempore etiam pro praesenti utimur, ut 'volo esse': nam in defectivis tempora pro temporibus ponimus, ut 'odi novi memini', 'odisse nosse meminisse' etiam pro praesenti ponuntur, *non 'odire novire meminere'; nec enim possumus dicere.* *MOLLIS FLAMMA utrum 'mollis flamma', an 'mollis medullas'?*

67. *TACITVM de quo tacuerit etiam nunc apud alios. an apud Aeneam 'tacitum', quia sorori iam confessa est? 'tacitum' tacendum et pudore plenum.* *VIVIT non nulli hoc loco 'vivit' pro vescitur dictum accipiunt.* *SVB PECTORE VVLNVS ut <2> vulnus alit venis.*

68. *VAGATVR potest accipi 'vagatur' dum opera ostendit Aeneae.*

69. VRBE FVRENS furor enim est amor, in quo nihil est stabile: unde et Cupido puer inducitur, quasi instabilis et infans, qui non potest fari: unde paulo post <76> incipit effari mediaque in voce resistit. QVALIS CONIECTA CERVA SAGITTA satis congrua conparatio: *singula enim singulis, cervam Didoni, sagittam amori, pastorem Aeneae, nemora urbi, ictum letalem amori mortifero comparavit.*

70. *INCAVTAM nomen perituris accommodatum, ut <X 812> fallit te incautum pietas tua et <III 332> excipit incautum.* CRESIA Cretensia: nam Graece Κρής facit, unde et Κρῆτες et Κρήσια facit. Latine 'Cretensis' facit, unde est 'Cretensia'.

71. AGENS TELIS urgens, persequens.

---

*melius, scil. Anna et Dido*) alias causas litationis praetendebant (praetendebat *F. Schoellius*) et ideo vota non perficiebant (perficiebat *F. S.*) nam omnia *e. q. s. F* ‖ quia *L* ‖ omina *Hagenus coll. Serv. ad* 73 ‖ 2 *ad* ignare *supr. vers.* amoris scilicet reginae *T* ‖ 8 non] quod *F* non *ex* nunc *L* ‖ 10 novi] noui *H* ‖ 11 non . . . dicere *om. NLM* nam odire nouire meminere non possumus dicere *H et Stephanus* ‖ 12 meminere *om. F* ‖ 14 *ad* tacitum *supr. vers.* de quo tacuerit apud alios sine apud aenean tacitum quia sorori confessa est *et ab alia manu* aut tacitum tacendum et pudore plenum *T. fort. ne haec quidem* sine . . . confessa est *ab eadem qua praecedentia manu scripta sunt* ‖ TACTVM *F* ‖ 15 tactum *F* ‖ tacitum . . . plenum *ante* de quo *collocavit Daniel* ‖ 16 *ad* vivit *supr. vers.* uescitur ēsū (= *consumit?*) *T* ‖ pascitur *coni. Burmannus* | 18 aeneas *F*, *corr. Daniel* 20 ducitur *F* ‖ 21 unde] unde et *L* ‖ paulo post] est *F* ‖ 22 *ad* qualis c. c. s. *supr. vers.* congrua comparatio singula enim singulis dat ceruam . . . comparauit *T* ‖ 24 amore *F* ‖ 25 *ad* incautam *supr. vers.* hoc uerbum perituris est accommodatum *T* ‖ 26 incautum] Triton *add. Daniel* ‖ 27 graece cres unde cretes et cresia facit *F* graece cres facit unde et cretes et cresitas facit *NLHM* 29 urguens *H*

72. NESCIVS *aut nescius quod ferierit: aut* ignoratus *et* latens; non qui cervam nesciret. et rara sunt verba, quae per contrarium significant: nam cum 'vector' sit proprie qui vehit, invenimus etiam eum vectorem dici qui vehitur, ut Lucanus ⟨IV 133⟩ vectoris patiens tumidum supernatat amnem. tale est et 'formidolosus'; cum sit timidus, et timendum significat. cum enim exigat ratio, ut nomina verbalia agentis habeant significationem, pro passiva significatione plerumque ponuntur. *quidam 'nescius' ad Aeneam referunt, qui nescit amore suo vulneratam reginam.* FVGA cursu, ut simul arva fuga, simul aequora verrit: nam intellegere non possumus fugam, cum dicat 'peragrat': peragrare enim est circumire inquirendo.

73. DICTAEOS Cretenses. cervae vulneratae dictamnum quaerunt, *qua gustata fere vulneribus tela depellunt*, ut in duodecimo legimus ⟨414⟩ non illa feris incognita capris gramina. LETALIS HARVNDO propter futurum omen Didonis. *et admiranda copia loquendi 'letalis harundo', 'sagitta', 'volatile ferrum'.*

75. SIDONIAS Pygmalionis vel Sychaei: *quod supra ait* ⟨I 363⟩ *avari Pygmalionis opes et* ⟨I 359⟩ *ignotum argenti pondus et auri. et hoc additum propter illud* ⟨I 599⟩ *omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos.* VRBEMQVE PARATAM 'paratam' ad illud pertinet, quod Aeneas propter civitatem navigat. *et omnia ei ostendit Dido, quibus possit inducere. et 'paratam' ideo, ut sit conpendium quaerentibus sedes.* sed alii movent quaestionem quomodo 'paratam', cum paulo post inferat ⟨88⟩ 'pendent opera interrupta'. sed paratum potest dici, cui etiam paululum superest: unde est ⟨88⟩ 'minaeque murorum ingentes': *nam ideo alibi* ⟨655⟩ *urbem praeclaram statui, mea moenia vidi.*

---

3 nam vector . . . vehitur] exscr. Isid. or. X 281 ‖ 5 tale est . . . significat] cf. Don. ad Ter. eun. IV 6, 18. exscr. Isid. or. X 102 ‖ 10 simul] georg. III 201 13 cervae . . . depellunt] cf. Isid. or. XII 1, 18 et XVIII 9, 29

1 *ad* nescius *supr. vers.* quod ferierit *T* ‖ quod fierit *F* quod fuerit *Daniel* quo fugerit *Masvicius primus* ‖ ignoratus] ignotus ignarus *Stephanus* ‖ 3 uector cum *FM* ‖ 4 uectorem eum *N* conuectorem eum *H* eum uectorem eum *M* ‖ 5 superenatat *Lucani exemplaria* ‖ amnem] et (V 580) 'venia est haec sola pavoris vectorem non nosse tuum' *add. D* ‖ 6 significat] tale est et alumnus qui alit et alitur, hospes qui accipit et accipitur *add. D. cf. Isid. or.* X 3 *et diff. verb.* 160 *et Beda de orthogr. p.* 274, 12 *K.* ‖ 9 *ad* fuga *supr. vers.* cursu *T* ‖ cursu] casu *F* ‖ 10 fuga *om. H* ‖ uerris *F* uerrens *Vergilius* ‖ 13 DICTAEOS *om. NLHM* ‖ cretenses *L* ‖ uulnerat edictam numquer̃ *H* ‖ 14 fere *F*, ferae *Daniel*

16 hoc propter *HM* ‖ admiranda copia loquendi quia eandem rem sub una significatione triplici uarietate formauit *in marg. T* ‖ 18 pigmalionis *NLHM* ‖ sichaei *vel* sichei *libri* ‖ 20 exaustos *F* ‖ 23 impendium *Daniel primus* ‖ 24 monent *L*, *corr. l* ‖ 25 inferant *F* ‖ 26 paratam *H* ‖ dici] diu *F* dicit *M*

76. INCIPIT EFFARI MEDIAQVE IN VOCE RESISTIT sic Horatius cur facunda parum decoro inter verba cadit lingua silentio?

77. LABENTE DIE *ad convivia* †*retulit pervigratum est* quia in usu non erant prandia, ut Iuvenalis ⟨I 49⟩ exul ab octava Marius bibit.

78. DEMENS quae ea quae noverat audire cupiebat.

79. NARRANTIS AB ORE ut eum intueretur. et hoc loco per omnia amantis adfectus exprimitur.

80. OBSCVRA LVNA id est nox: nam nihil tam contrarium lunae est, quam obscuritas: *aut ideo nox 'obscura luna', quia nec semper nec eadem hora oritur. 'vicissim' autem ideo, quia per diem sol lucet, illa per noctem: ergo apparens diurnum lumen, id est solis, reprimit. an ipsa luna suum lumen reprimit, occidens et se obscurans?*

82. SOLA sine eo quem amabat: nam regina sola esse non poterat. est autem Plauti, qui inducit inter multos amatorem positum dicentem quod solus sit: *ut ipse alibi me sine sola vides, quam constabat Antonii castra comitatam, sed 'sola' sine amatore tuo.*

MAERET per diphthongon 'est tristis'; nam aliter militiam significat, *ut aere merent parvo.* sane 'mereor' aliud est. *VACVA aut sine Aenea et Troianis: aut magna, ut* ⟨VII 379⟩ *vacua atria circum intenti ludo.* *RELICTIS potest intellegi ab Aenea.*

83. *INCVBAT quasi invita.* ABSENS ABSENTEM *unum suffecerat:*

---

1 Horatius] carm. IV 1, 35 ‖ 3 in usu non erant prandia] exscr. Isid. or. XX 2, 44 ‖ 16 me sine] buc. X 48 ‖ 18 'maeret' . . . aliud est] cf. Isid. diff. verb. 365 ‖ 19 aere] Lucan. X 409

---

2 cur] cum *LH* ‖ cadit *F*: cadet *NLH* cedet *M* ‖ 3 *ad* convivia quaerit *supr. vers.* iubet reparari conuiuia qualia pridie fuerant *T* ‖ peringratum *Daniel* quae integrare gratum est *coni. Burmannus*, QVAERIT gratum est *Hagenus* LABENTE DIE CONVIVIA QVAERIT ad convivia recurrit pervigilii gratia et quia *e. q. s. F. Schoellius* ‖ in usu *eranuerunt in H* ‖ 4 erat *M. corr. ead. man.* ‖ 6 quae] quia *exempl. impr. pleraque* ‖ 7 intuerentur *NL*, *corr. n* ‖ 8 effectus *L* ‖ 10 est] esse *F* ‖ obscuritas] vel altius intellegit, cum (nam quom *cod.*) per se luna corpus opacum sit: unde 'luna' lux aliena dicitur; a sole enim (enim *om. cod.*) lumen accipit. unde et graece dicitur σελήνη, quod σέλας id est lucem habeat ἄνω, id est superne, hoc est a sole *add. D. cf. Isid. or.* III 70, 2 ‖ *ad* obscura uicissim luna *in marg.* quia nec semper nec una hora et oritur et occidit siue ipsa luna suum lumen reprimit occidens et se ipsam obscurans. uicissim per spatia quadam uicissitudine siue uicissim quia sol per diem lucet et per noctem luna ut sicut sol certo tempore occidit ita luna intellegatur certo spatio noctis occubuisse *T* ‖ 12 divinum *Lion* ‖ reprimitur *F* ‖ 14 amauerat *F* ‖ 15 plaaiti *H* ‖ 17 antoni *F* ‖ suo *Commelinus primus* ‖ 18 MERET *LH* per . . . significat] si diptongon habeat ut hoc loco tristis est significat aliter militat *F* ‖ diptongon *NM* ditongum *L* dyptongon *H* ‖ tristis *om. NLH* ‖ 19 aere merent] aemeret *F* meret *Daniel.* ut aere merent parvo *edidit Fabricius* ‖ est *om. H* ‖ *ad* vacua *supr. vers.* siue ab aenea et troianis siue magna *T* ‖ 21 *ad* relictis *supr. vers.* ab aenea *T* ‖ intelli *F* ‖ 22 *ad* incubat *supr. vers.* quasi inuita *T* ‖ sufficerat *F et Daniel* sufficeret *Commelinus* suffecerat *Masvicius*

*sic* ⟨X 600⟩ *et fratrem ne desere frater.* Terentius *praesens praesentem eripi, abduci ab oculis.*

84. IMAGINE CAPTA ob amati similitudinem.

85. *INFANDVM iuxta iudicium reginae, ut illa sentiebat: vult enim eam culpae eximere. alii 'infandum' quia falli non potest accipiunt, hoc est ipsam libidinem, in cuius vicem nihil subponi potest.*

86. *NON COEPTAE ADSVRGVNT TVRRES contra illud* ⟨I 423⟩ *pars ducere muros. NON ARMA IVVENTVS EXERCET haud in armis se exercet: quemadmodum illud* ⟨VIII 424⟩ *ferrum exercebant.*

87. *PORTVSVE quod supra* ⟨I 427⟩ *hic portus alii effodiunt. PROPVGNACVLA quibus porro pugnatur.*

88. *INTERRVPTA coepta et omissa.* MINAE eminentiae murorum, quas pinnas dicunt: *hinc et 'eminere' dicimus. ut in primo* ⟨162⟩ *geminique minantur. quidam 'minaeque' ad interrupta opera referunt, ut quae inperfecta sunt sic videantur, quasi ruinam minentur.*

89. *AEQVATAQVE MACHINA CAELO exposuit, quid sint 'minae murorum ingentes'.*

90. *SIMVL postquam. TALI quali uritur infelix Dido.* PESTE amore, incendio, ut ⟨V 683⟩ et toto descendit corpore pestis.

91. NEC FAMAM *OBSTARE FVRORI* honestam scilicet: sane τῶν μέσων est. FVRORI iam non amori.

92. ADGREDITVR cum calliditate loquitur, *et quasi ex praeparato, vel ex insidiis, ut alibi facile ut somno adgrediare iacentem. SATVRNIA ubi nocituram Iunonem poeta vult ostendere Saturniam dicit; scit enim Saturni stellam nocendi facultatem habere, ut*

---

1 Terentius] adelph. IV 5, 34 ‖ 11 'propugnacula' . . . pugnatur] cf. Isid. or. XV 2, 20 ‖ 20 fama τῶν μέσων est] cf. Isid. diff. verb. 218 ‖ 22 cum calliditate . . . iacentem] cf. Don. ad Ter. hec. V 1, 5 ‖ 23 alibi] georg. IV 404

---

2 praesenti *libri Terentiani* ‖ 3 ob *in ras. l* ab *H* ‖ 4 *ad* infandum *supr. vers.* secundum iudicium reginae. alii infandum accipiunt quia falli non potest id est in cuius uicem nihil supponi potest siue infandum non fandum non nominandum *T* ‖ 8 *ad* exercet *supr. vers.* aut armis non exercetur aut non exercet se in armis missa (*sic*) id est in bello *T* ‖ haud *F. Schoellius:* aut *F* ‖ armis] armis mis *F* ‖ 12 *ad* interrupta *supr. vers.* ceptae et omissae *T* ‖ eminantiae *NLH* ¹ 13 pinas *LH, corr. l* ‖ 14 *ad* minaeque *in marg.* quidam ad interrupta referunt opera ut quae inperfecta sunt sic . . . minentur *T* ‖ 15 ut quae] atque *F* ‖ quasi] quae si *F*, *omisit Daniel* ‖ minantur *F.* referunt: aut quae imperfecta sunt, quae si videantur, ruinam minantur *Masvicius.* quae quia *pro* ut quae *Hagenus.* ‖ sint et sic *F. Schoellius* ‖ 16 quod *F*, *corr. Daniel* ‖ 18 *ad* simul *supr. vers.* postquam sensit *T* ‖ *ad* tali *supr. vers.* quali scilicet uritur infelix dido *T* ‖ utitur *Commelinus primus* ‖ 19 discendit *F* ‖ descendit corpore] descendite *N* descendit c. *L* descendit en *H* descendit culmine *M* ‖ 20 FVRORI] PVDORI *F* ‖ scilicet] siq̄licet *H* ‖ sane] nam *F* ‖ 22 *ad* aggreditur *supr. vers.* id est ex praeparato et ex insidiis alloquitur *T* ‖ 23 ut] et *F* ‖ 24 *ad* Saturnia *in marg.* ubicumque poeta inducit nocituram iunonem saturniam eam uocat quia scit stellam saturni nocendi habere potestatem ubicumque propitiam magna iuno uel aliud quid *T*

*alibi* ⟨V 606⟩ *Irim de caelo misit Saturnia Iuno et* ⟨XII 830⟩ *Saturnique altera proles irarum tantos et reliqua. ubi autem propitiare eam promittit, ait* ⟨III 437⟩ *Iunonis magnae et iterum* ⟨I 734⟩ *adsit laetitiae Bacchus dator et bona Iuno.*

93. EGREGIAM VERO LAVDEM ironia est, inter quam et confessionem sola interest pronuntiatio: et ironia est cum aliud verba, aliud continet sensus. *sane huius verbi initium tractum est, quia proprie egregium dicebatur, quasi in grege amplissimum, quod emineret ex grege. singula autem hic pronuntianda sunt et morandum in singulis verbis; habent enim singula invidiam.* *SPOLIA AMPLA REFERTIS translatio rei militaris: referre enim spolia victores ex victis dicuntur.*

94. PVER filius: graece dixit, παῖς, *ut Horatius puerosque Ledae.*

95. *FEMINA bene 'femina', qualis mortalis, opponitur, ut* ⟨VII 661⟩ *mixta deo mulier pro mortali intellegendum est.* DVORVM EST bene cessit masculino femininum.

96. ADEO multum, *valde*, ut Terentius adulescentem adeo nobilem. VERITAM TE MOENIA NOSTRA propter illud ⟨I 672⟩ haud tanto cessabit cardine rerum. MOENIA NOSTRA Iunonis hospitium: *nam legimus* ⟨I 671⟩ *quo se Iunonia vertant hospitia. et 'nostra' Graece dixit.*

98. MODVS finis: Iuvenalis ⟨VII 100⟩ nullo quippe modo millesima pagina surgit. *SED QVIS ERIT archaismos.* AVT QVO NVNC CERTAMINE TANTO? *'quo nunc' aut quo: aut ad quam rem: aut* quid opus est tanto certamine? *aut figurate, quo tibi hoc, id est, quo nunc certamen tantum: aut quis modus erit in tanto certamine: aut quousque, ut 'usque' extrinsecus accipiamus.*

99. *QVIN POTIVS pro 'cur non'.* PACEM AETERNAM non indutias

5 ironia est e. q. s.] cf. Don. ad Ter. eun. I 2, 9 ‖ 12 Horatius] carm. I 12, 25 ‖ 17 Terentius] eun. I 2, 124. cf. Don. ad h. v. ‖ 28 'quin potius' pro cur non] cf. Don. ad Ter. adelph. II 2, 39 et V 4, 2

1 Irim] ire *F* ‖ 3 *fortasse* propitiam ‖ 4 laetitia *F* ‖ datur *F* ‖ 5 IRONIA *F* yronia *NLH* ‖ 6 et IRONIA autem est *F* yronia *NLH* ‖ 7 sane . . . invidiam *in marg. T* ‖ 9 haec *T* ‖ morandum *T:* remorandum *vel* memorandum *F* memorandum *G et Daniel* ‖ 10 habent enim *F. Schoellius:* habentes in *FT* habentibus in *Masvicius* ‖ *ad* spolia ampla r. *in marg.* translatio est a re militari a uictis enim milites spolia referunt *T* ‖ *ad* ampla *supr. vers.* opima *T* ‖ REFERTIS] ut *add. F, unde* ATQVE *Daniel* ‖ 11 militares *F, corr. Daniel* ‖ 12 паіс graece dixit *F* паіс *H* ‖ oratius *F* ‖ 13 laetae *F* ‖ 14 mortulis *F* ‖ 16 masculinum et femi num *H* ‖ 19 au tanto *NH* aut tanto *Mn* aliud tanto *L* ‖ 21 *ad* suspectus *supr. vers.* suspectus qui timetur *T* ‖ 23 surgit pagina *F* ‖ surgi *H* ‖ *ad* sed quis erit modus *supr. vers.* arcaismos *et* quae amicitia *T* ‖ 24 *ad* quo nunc c. t. *supr. vers.* ad quam rem opus est tanto certamine *T* ‖ 25 est *om. H* ‖ certamine] arcaismos est *add. F* ‖ 26 tantum aut quis *Daniel:* tam̃ antiquis *F* ‖ 28 *ad* quin *supr. vers.* cur non *T* ‖ indutias *M:* inducias *FNL* indicias *H*

temporales. PACTOSQVE HYMENAEOS *licet fabula de Hymenaeo in primo libro ⟨651⟩ narrata sit breviter, tamen plenior talis est: Hymenaeus, Atheniensis, adeo pulcher fuit, ut adulescens puella putaretur. is cum unam virginem nobilem ipse mediocriter ortus adamasset eiusque nuptias desperaret, quod unum poterat, sequendo puellam amori satis faciebat. sed cum Atheniensium nobilissimae virgines Eleusinae Cereri sacra facerent, subito adventu piratarum raptae sunt: inter quas etiam Hymenaeus, qui illo amatam fuerat secutus, tamquam puella raptus est. sed cum piratae praedam per maria longinqua portassent, in desertam regionem delati ac fatigati somno se dederunt: quos cum universos occidisset Hymenaeus, relictis ibi virginibus Athenas reversus est petiitque a civibus, ut, si virgines quae raptae fuerant reduxisset, dilectae nuptias impetraret. quas cum reduxisset, optatam in matrimonium virginem meruit. quod coniugium quia felix fuerat, placuit [omnibus] Atheniensibus omnibus nuptiis Hymenaei nomen interesse. est etiam alia ratio vocabuli: nam hymen quaedam membrana quasi virginalis puellae esse dicitur: qua rupta quia desinat esse virgo, hymenaei nuptiae dictae.*

100. HABES TOTA QVOD MENTE PETISTI propter illud ⟨I 676⟩ n o s t r a m n u n c a c c i p e m e n t e m.

101. ARDET AMANS DIDO *plus dixit haec, quam Venus imperaverat: illa enim dixerat ⟨I 675⟩ sed m a g n o A e n e a e m e c u m t e n e a t u r a m o r e, haec dixit 'ardet' et 'traxit furorem'. 'traxit' autem dixit, ut spiritum trahere dicimus.*

102. COMMVNEM HVNC ERGO POPVLVM *utrum ad solum Carthaginiensem retulit, quem velit sibi communem esse cum Venere: an utrumque, id est Tyrios et Troianos?* PARIBVSQVE REGAMVS AVSPICIIS aequali

2 Hymenaeus Atheniensis e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 283. mythogr. I 75, II 219, III 11, 3 ‖ 15 est etiam . . . dictae] cf. Don. ad Ter. adelph. V 7, 6. Isid. or. IX 7, 22

1 PACTOS *F* ‖ licet . . . nuptiae sunt dictae *in marg. inf. T* ‖ 2 enarrata *Daniel primus* ‖ 3 athenienses *F* ‖ adulescens] cum esset adulescens puer *T* 4 hortus *FT* ‖ 5 amore *F* ‖ 6 elusinae *F* ‖ 7 subitu aduento pyratarum *F* 8 hymenaeos *F* ‖ amatum *F* ‖ puella] amore *add. F* ‖ 9 pyratae *F* ‖ mariâ *F* longinqua *T:* lonqua *F* longa *Daniel primus* ‖ 11 hymenaeos *F* ‖ 13 potiretur *T*, impetraret *superscr. ead. man.* ‖ 14 omnibus . . . alia ratio *om. F, edidit Daniel.* omnibus *ante* Atheniensibus *del. Masvicius* ‖ 16 quaedam . . . dicitur] quasi quaedam membrana uirginali puellae esse dicitur *T* ‖ 17 nuptiae sunt dictae *T* ‖ 21 AMENS *F* ‖ plus dixit . . . dicimus *in marg. T* ‖ impetraverat *Lion* 22 magna *F* ‖ 23 *ad* traxitque *supr. vers.* inbibit medullitus *T* ‖ 25 *ad* communem h. e. p. *in marg.* potest uideri dubium utrum carthaginienses dicat an ad tirios et troianos referendum sit. sed melius est ad utrumque populum respicere ut ille (*leg.* illud) quod ante fuerat speciale iunone consentiente fieret commune *T*. *cf. Tiberii Donati scholium ad h. v.* ‖ carthaginensem *F*

potestate: et ab eo quod praecedit id quod sequitur. [et] dictum est a comitiis, in quibus iisdem auspiciis creati, licet non simul crearentur, parem tamen habebant honorem propter eadem auspicia: unde et consules pares sunt, cum necesse esset ut unus prior crearetur.

103. PHRYGIO SERVIRE MARITO *eloquenter*, ἐμφατικῶς, ac si diceret 'exuli'. *non nulli autem per fallaciam Iunonis dictum accipiunt.* LICEAT *id est non necesse sit, sed in voluntate sit Didonis si velit, ut supra 'paribus auspiciis', non imperio: potest enim imperium par non esse, cum auspicium par sit. alii invidiose dictum volunt 'liceat Phrygio marito', id est qui victus est: et non dixit 'nubere', sed 'servire'. quidam 'servire' dubitant utrum Didonem, an Tyrios dixerit. sane hic coemptionis speciem tangit. coemptio enim est ubi libra atque aes adhibetur, et mulier atque vir inter se quasi emptionem faciunt: quod ait etiam in primo georgicorum* ⟨31⟩ *teque sibi generum Thetys emat omnibus undis. quoniam coemptione facta mulier in potestatem viri cedit atque ita sustinet* [*liberis*] *conditionem liberae servitutis, ait* [*enim*] *'liceat Phrygio servire marito' et in georgicis* ⟨I 30⟩ *tibi serviat ultima Thule. quoque omnis iste mos coemptionis et citra nominis nuncupationem dotis datae taxatione expediretur, quae res in manum conventio dicitur, subiunxit 'dotalesque tuae Tyrios permittere dextrae'. quid est enim aliud ('permittere) dextrae', quam in manum convenire? quae conventio eo ritu perficitur, ut aqua et igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura coniuncta habeatur: quae res ad farreatas nuptias pertinet, quibus flaminem et flaminicam iure pontificio in matrimonium necesse est convenire. sciendum tamen in hac conventione Aeneae atque Didonis ubique Vergilium in persona Aeneae flaminem, in Didonis flaminicam praesentare.*

104. DOTALES TYRIOS regalem spectavit personam. PERMITTERE DEXTRAE quasi per manus conventionem: secundum ius locutus est.

1 et *ante* ab eo *om. F* ‖ procedit *L* ‖ sequitur] requiritur *H* ‖ et *ante* dictum *om. NLH* ‖ ductum *Vossianus Burmanni et Fabricius* ‖ 2 comotiis *F* ‖ hisdem *libri* ‖ 5 PHRYGIO SERVIRE MARITO eloquenter . . . praesentare *habent T in marg. sup. et Ambrosianus* ‖ enfaticos *libri* ‖ 7 id est *om. Ambros.* ‖ 8 uellit *Ambros.* 9 uolunt] putant *Ambros.* ‖ 10 phrygio .f. marito *T* ‖ et *om. F Ambros.* ‖ 12 sane hic] hanc hinc *Ambros.* ‖ 13 libra] librata *F* ‖ inter se] in se *Daniel primus* coemptionem *Ambros.* ‖ 14 an *vel* ait etiam *F*: etiam *T* ante iam *Ambros. et Daniel* ‖ 15 tethis *T* ‖ 16 potestate *FT* ‖ ita] illa *Ambros.* ‖ liberis *om. Ambros.* liberae *Ambros.*: liberi *FT*, *quamquam* liberi seru *in ras. T. ceterum quod Ambros. praebet idem Pithoeus coniecit ad conl. leg Mosaic. tit.* XVI ‖ 17 enim *seclusi.* et hic *F. Schoellius* ‖ et in georgicis] et alibi *T* ‖ 18 thyle *FT* thile *Ambros.* ‖ 20 subiungit *Ambros.* ‖ 21 permittere *addidit Masvicius* ‖ 23 adhibito *Ambros.* ‖ natura] ut natura *T* ‖ 24 farreatas] faciendas *Ambros.* ‖ 25 matronium *F* ‖ convenire necesse est *Ambros.* ‖ 27 in *om. Ambros.* ‖ 28 regiam *F* ‖ *ante* spectavit *duar. litterar. ras. in LM* ‖ 29 per] per in *coni. Lion* ‖ conventionem] coeptionem *F* coniunctionem *Stephanus* ‖ ius *om. F*

105. OLLI aut illi, aut tunc. cetera per parenthesin dicta sunt: *ordo enim est 'olli sic contra est ingressa Venus'.* SIMVLATA MENTE hoc est 'talibus adgreditur'.

106. *QVO pro 'ut': pronomen pro coniunctione causali.* LIBYCAS ADVERTERET ORAS absolutior quidem est haec lectio, sed verior et figuratior illa est 'Libycas averteret oras': nam plerumque trahitur schema, ut aliquo ituri non ad locum, sed de loco ponamus significationem, ut si dicas 'de Campania abeo in Tusciam', 'abeo' honestius est, quam si 'eo' dixeris. nec hoc tantum hoc loco facit, sed pluribus: hinc enim est ‹VI 375› ripamve iniussus abibis?

107. INGRESSA VENVS calliditatis est, ut supra ‹92›: *habet enim haec vox insidiarum significationem.* *QVIS TALIA DEMENS deest 'nisi', ut sit 'nisi demens'.*

108. *AVT TECVM MALIT CONTENDERE BELLO? non dixit 'possit': quod autem addidit †satis bello exserte.* *SI MODO QVOD MEMORAS oblique, dum consentit, docet fieri non posse.*

109. FORTVNA SEQVATVR [*aut*] *subauditur fortuna prospera.* hoc ad casum pertinet.

110. FATIS INCERTA FEROR bene omnia tetigit quibus res humanae reguntur: casum, fata, voluntatem deorum. *alii sic exponunt: quia scio fatis aliud videri, ideo de Iovis voluntate nunc dubito: ergo 'fatis' propter fata. sane oratorie et blanditur et pugnat, sed non palam, dicendo incertam se esse de voluntate fatorum.*

112. AVT FOEDERE IVNGI si 'foedera', per se plenum est: si 'foedere', ad 'populos' pertinet.

113. *TV CONIVNX dicendo 'coniunx' ostendit eam non posse ignorare,*

1 aut illi *om. L, supr. vers. add. l* ‖ ulli *F* ‖ tunc] tunc secundum *N* tunc secundam *H* *post* tunc *octo fere litterae crasae in L. in eiusdem margine* et est ordo olli sic contra ingressa est uenus *add. manus antiqua* ‖ parentesun *H* dictae *N* date *H* ‖ 3 hoc est] quod supra ait *add. M* ‖ 4 *ad* quo *supr. vers.* ut *T* ‖ 5 AVERTERET *L* AVERTERIT *H* ‖ haec quidem est eloeutio *F* ‖ est *om. H* 6 magis figurata *F* ‖ est *om. FH* ‖ abuerteret *M* ‖ trahitur] turitur *H* ‖ 7 turi *FH* (ituri *h*) ‖ 9 est *om. LH* (*add. l*) ‖ quam si dixeris eo de campania in tusciam *F* ‖ fecit *M* ‖ 10 est enim *F* ‖ adibes *F* abilis *H* ‖ 11 caliditatis *NH* 14 MALET *F* ‖ 15 satis bello exserte *om. Daniel. fortasse* quod autem addidit 'bello', satis exserte (ostendit dolo se pugnaturam esse.) *cf. Tiberii Donati scholium.* quod autem addidit 'bello' exsuperat, satis 'contendere' *coniecit F. Schoellius* ‖ *ad* si modo *c. q. s.*] oblique dum consentit ostendit fieri non posse *supr. vers. T* ‖ 17 *ad* fortuna *supr. vers.* uidelicet bona *T* ‖ aut *ante* 'hoc' *add. Daniel* ‖ 19 FEROR] S. I. V. *add. L* I. V. *HM* ‖ 20 *ad* fatis incerta feror *in marg.* quidam sic exponunt quia scio alind fatis uideri ideo de ionis noluntate ambigo ergo tali sensu pro (*sic*) fata intellege *T* ‖ 21 noluntate] nolun *F* 23 fauorum *F*, *corr. Daniel* ‖ 24 FOEDERA *F* ‖ foederat *H* ‖ 25 populus *LH* populum *l* ‖ 26 *ad* tu coniunx *in marg.* dicendo coniunx ostendit nequaquam ignorare eam inpossibile esse quod petit quia quicquid secretum retinent uiri facile confitentur uxoribus *T*. (quia . . . uxoribus *Tiberii Donati sunt* ‖ CONIVX *et* coniux *F*

*inpossibile esse quod petit.* TIBI FAS ANIMVM TEMPTARE PRECANDO sic Aeolus 〈I 76〉 tuus o regina quid optes explorare labor.

114. PERGE SEQVAR *per te incipiet.* bene aliud agens aliud ostendit: ante est enim Iunonis officium ex matrimonio, sic usus Venerius: unde paulo post 〈125〉 'adero, et tua si mihi certa voluntas'. *TVM quidam ordinis esse volunt, 'tunc' temporis.* EXCEPIT subsecuta est. *et potest 'excepit' pro 'insidiose respondit' accipi, ut* 〈VI 173〉 *aemulus exceptum Triton et* 〈III 332〉 *excipit incautum.*

115. ISTE LABOR scilicet explorationis a Iove: *quod dixerat* 〈110〉 *'si Iuppiter unam'.* *QVOD INSTAT quod fieri volo.*

116. CONFIERI 'con' abundat, ut 〈III 717〉 fata renarrabat *divum cursusque docebat: quamvis veteres indifferenter 'confieri' dicebant.* *PAVCIS ADVERTE id est 'animadverte': parte pro toto usus est. et aut 'adverte paucis', aut 'paucis docebo'.*

117. *MISERRIMA DIDO aut ex persona miserantis dictum: dolet enim insidiis circumventam: aut 'miserrima' quae perdiderit castitatem.*

118. *NEMVS pro silvis et montibus.* *VBI hoc loco pro 'cum'.*

119. *TITAN Sol: unus enim de Titanibus Hyperionis filius contra Iovem non fecit.* RETEXERIT ORBEM quem nox tegebat: *ergo 'inluminaverit'. huic contrarium* 〈351〉 *quotiens umentibus umbris nox operit terras.*

120. NIGRANTEM nigrum: participium pro nomine, *sine verbo. et quaeritur, quis prius 'nigrantem' dixerit?*

121. ALAE equites: ob hoc 'alae' dicti, quia pedites tegunt alarum vice. TREPIDANT festinant, ut 〈III 616〉 hic me dum

7 et potest . . . incautum] cf. Non. p. 293 M. ‖ 25 'alae' equites . . . vice] exscr. Isid. or. IX 3, 62. cf. Gell. XVI 4, 6. Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 553. comm. Luc. VI 42

1 enim est *F* ‖ 5 Veneris *Masvicius* ‖ 6 ordinis *Daniel:* ordine *F* ‖ 7 *ad* excepit *supr. vers.* insidiose respondit *T* ‖ accipi ut *Daniel:* accipiat *F* ‖ 10 *ad* iste labor *supr. vers.* id est explorationis a ione *T* ‖ 11 unum *F* ‖ *ad* quod instat *supr. vers.* siue quod uolo siue quod urget *T* (quod urget *Tiberii Donati sunt*) ‖ 12 QVO FIERI *NH* ‖ quo *NH* con *in ras. l* ‖ habundat *HM* (abundat *m*) ‖ 13 docebat] conticuit *add. F* ‖ 14 animum aduerte *Daniel primus* ‖ 15 pacis docebo *F* ‖ 16 *ad* miserrima Dido *in marg.* aut ex persona . . . castitatem *T* ‖ miserationis *T* ‖ 18 cum *Daniel:* locum *F* ‖ 19 yperionis *F* ‖ filiis *F*, *corr. Daniel* ‖ 20 *ad* retexerit *supr. vers.* inlustrauerit *T* ‖ 25 ALAE equites . . . uicae. INDAGINE ferrarum inquisitione. et quidam . . . exire. trepidant uero hoc loco . . . cinguntur *in dextro*, TREPIDANT festinant ut hic me dum trepidi crudelia limina linquunt. quidam trepidant . . . trepidante *in sinistro margine F* ‖ *ad* indagine *supr. vers.* inquisitione ferarum *T* ‖ *ad v.* 121 quidam cum uestigatoribus . . . sed sensim cinguntur *in marg. T* ‖ quia] qua *N* ‖ tegunt pedites *F* ‖ 26 me dum] medium *NLH*

trepidi crudelia limina linquunt. INDAGINE ferarum inquisitione. *et quidam cum vestigatoribus alatorum mentionem inductam accipiunt: nam indaginem vestigatores ipsos tradunt, alas vero alatores, qui dextra et sinistra plagarum sublata voce prohibent feras exire.* *TREPIDANT vero hoc loco 'sensim' accipiunt, non, ut alibi, 'festinant', quia saltus non cursu, sed sensim cinguntur. quidam 'trepidant' ab equis, qui hodieque trepidare dicuntur, appellari putant. Cato sedere non potest in equo trepidante.*

122. DESVPER INFVNDAM quia aër est Iuno. bene *ergo* hic se facturam dicit quod habet in potestate. OMNE CIEBO pro 'totum': 'omne' enim numeri est, 'totum' quantitatis.

123. NOCTE OPACA nubium caligine.

125. TVA SI MIHI CERTA VOLVNTAS hoc est, si etiam tuum subsequatur officium: *quia Iuno coniugii, Venus causa coniunctionis sit. igitur Iuno nil se posse adnuntiat, nisi voluntas Veneris adfuerit. 'certa' autem firma, quia promiserat.*

126. CONVBIO *hoc Veneri contrarium est: et hic est dolus, quem intellectura est et risura.* 'nu' naturaliter longa est ab eo, quod est 'nubere', ut ⟨213⟩ conubia nostra reppulit; sed modo metri causa corripuit.

127. *HIC HYMENAEVS ERIT id est, hae erunt nuptiae. sane de Hymenaeo licet superius iam dictum sit, tamen sunt etiam aliae opiniones: nam alii hunc Veneris et Liberi filium dicunt primum nuptiis prospere usum, ob quod in nuptiis vocatur: unde nuptiale carmen Hymenaeus. alii nuptiarum inventorem tradunt et ideo carminibus decorari; quod exemplum ab eo proditum ubique servatur. Cornelius Balbus Hymenaeum ait, Magnetis filium, musicae artis peritum, pulchritudine muliebri, dum nuptias Liberi patris et Althaeae religiosis cantibus celebrat, exspirasse: propter quod ei talis honor in nuptiis ädtributus est, ut*

7 Cato] orat. rel. p. 48, 13 Iord. ‖ 11 omne . . . quantitatis] cf. Isid. diff. verb. 402 ‖ 23 alii hunc . . . Hymenaeus] cf. Don. ad Ter. adelph. V 7, 7

1 anquisitione *N* inclusione *Barthius ad Stat. Ach.* I 459 ‖ 3 vestigatorem ipsum *Daniel primus* ‖ alas *F*: alios *T* alias *Daniel et Commelinus* ‖ 5 *fortasse* festinanter ‖ 7 odieque *F* ‖ 9 hoc *L* ‖ 10 *scholium ad* omne ciebo *post scholium ad* nocte opaca *praebent N L H M* ‖ CAELVM OMNE *F* pro totum *omittens* ‖ 12 NOCTE . . . caligine *om. F* ‖ 13 id est *F* ‖ si *om F* ‖ 14 coniugii *Masvicius:* coniugium *F* ‖ 15 sit *Daniel:* scit *F* ‖ adnuntiat *Daniel:* adnuntias *F* ‖ uenerit adfuer *F*, *corr. Daniel.* quia Iuno coniugium, Venus causa coniunctionis dicitur, Juno *e. q. s. F. Schoellius. fortasse* quia Iuno coniugii, Venus causa coniunctionis. scit igitur Iuno nihil se posse ad nuptias, nisi voluntas Veneris adfuerit ‖ 16 *ad* certa *supr. vers.* firma id est si tuae uoluntatis consensus adfuerit *T* ‖ autem *Daniel:* aut *F* ‖ 21 HYMENEOS *F* ‖ sane de hymeneo . . . perpetuum nomen esset *in marg. inf. T* ‖ 24 hymeneos *F T* ‖ 26 Cornelius Balbus . . . nomen esset *hab. Ambros.* cornilius *F* ‖ 27 pulchritudinem *F* ‖ 28 et] ex *Ambr.* ‖ Alceae *Ambr.* ‖ 29 ei talis *F Ambr.*: talis *T* vitalis *Daniel* ‖ onor *F* ‖ in nuptiis *T:* nuptiis *F Ambr.*

*celebratio nominis eius nuptiarum iungendarum perpetuum omen esset.* NON ADVERSATA legitur et 'aversata'.

128. REPERTIS *vel compertis, vel deprehensis. cur autem dolis repertis risit? qui altius intellegunt, sic tradunt: hoc est quos iampridem compererat, cum Ilium oppugnaretur.*

130. IVBARE EXORTO nato lucifero: nam proprie 'iubar' lucifer dicitur, quod iubas lucis effundit: unde iam quicquid splendet iubar dicitur, ut argenti, gemmarum. est autem lucifer interdum Iovis: *nam et antiqui 'iubar' quasi 'iuvar' dicebant:* plerumque Veneris stella: unde Veneris dicta *est*, ut ⟨VIII 590⟩ quem Venus ante alios astrorum diligit ignis. *alii iubar solem; alii splendorem siderum dicunt.* sane modo hysteroproteron in sensu est; [*nam si lucifer iubar est*] iubar enim praecedit auroram. et facit 'hoc iubar, huius iubaris'.

131. RETIA RARA PLAGAE multi dividunt, ut sit '*retia* rara' maiora, plagas *vero* minora intellegamus. alii plagas per definitionem accipiunt, ut intellegamus 'quae sunt retia rara, plagae'. sciendum tamen proprie plagas dici funes illos, quibus retia tenduntur circa imam et summam partem. *sane 'retia rara, plagae' et reliqua subauditur 'portantur': aut zeugma est 'ruunt'.* LATO VENABVLA FERRO lati ferri. venabula *autem* ob hoc dicta, quod sunt tela apta venatui, *quasi excipiabula.*

132. MASSYLI Massylorum gens est non longe a Mauritania. et 'Massyli' legendum per unum 'i' *litteram*, ne non stet versus: 'sy' enim longa est, ut ⟨483⟩ hinc mihi Massylae gentis monstrata sacerdos. ET ODORA CANVM VIS plus *enim* est, quam

6 nam proprie . . . gemmarum] exscr. Isid. or. III 70, 18. cf. Varro d. l. l. VII 76 ‖ 18 proprie plagas . . . partem] exscr. Isid. or. XIX 5, 1 ‖ 21 venabula autem . . . excipiabula] cf. Isid. or. XVIII 7, 4

1 omen *Masvicius:* nomen *F T Ambr.* numen *Lion* ‖ 2 a,,, uersata *L* (d *littera erasa*) ‖ 3 *ad* atque dolis risit *C.* r *supr. vers.* illos dolos risit quos ante repererat cum ilium expugnaretur *T* ‖ conpertis *F* ‖ 4 quia *F* ‖ 5 illum obpugnaretur *F* ‖ 7 iubas] iubar *F* ‖ effundat *F* ‖ iam] etiam *F* ‖ quicquid] quid inquid *F* ‖ 9 iubar] iuuar *F* ‖ dicebat *F* ‖ 11 diliget *N H* diciget *L* (diligit *l*) ‖ *ad* iubare *supr. vers.* alii intellegunt splendorem solis alii siderum *T* ‖ splendorem] splen *F* ‖ 12 est in sensu *F* ‖ est *om. H* ‖ 13 nam si *e. q. s.*] *voluisse videtur scholiastes* nam si lucifer iubar est praecedit auroram ‖ procedit *L* ‖ 15 sit *om. L* (*supr. vers. add. l*) sint *M, ut videtur,* sinit *m* ‖ retia *hab. Stephanus* ‖ 16 minora] munera *H* ‖ definitionem *F:* diffinitionem *N l* difinitionem *L* diffinitiones *H* definitiones *M* ‖ 17 intellegant *F* ‖ sint *l* ‖ 19 sane *F:* ergo *Daniel primus* ‖ 21 quod sunt *L H:* quia sunt *F* quod sint *N M l* ‖ 22 excipiabula *F* quasi expiabula *edidit Stephanus fortasse* excipula. *cf. Loewius prodr. p.* 402 23 MASSYLIQVE *F* MASSILI *N L H M* ‖ massylorum *N M l:* masxylorum *F* masylorum *L* massiliorum *H* ‖ non] aut *F* ‖ a mauritania *F:* abritania *N L M* abitrania *H* ‖ 24 massily *F* masili *L* massili *l* ‖ i *F M:* .I. *N L H* ‖ 25 si *N* sic *H* ‖ hinc *H:* hic *reliqui* ‖ 26 sacerdos] civitatis autem nomen in provincia Gal-

si diceret 'multitudo': unde Sallustius qua tempestate ex ponto vis piscium erupit. *ergo vim aut ad multitudinem, aut ad naturam retulit.* 'odora' autem *non olens, sed odorem inveniens: ergo* inproprie dixit: nam 'odorum' est quod ex se odorem emittit, non quod odorem sequitur, ut Statius et odoro vulnere pinus. sic est et ⟨VI 658⟩ inter odoratum lauri nemus pro 'odorum': nam odoratum est quod aliunde odorem accipit, ut 'odoratum templum'. tria ergo sunt: 'odorum' quod per se olet, 'odoratum' quod aliunde odorem accipit, 'odorisecum' quod odorem sequitur; sicut modo de canibus debuit dicere.

133. CVNCTANTEM morantem: atqui amatrix *ad eum quem amabat,* debuit festinare; sed pathos natura superavit, *ut mulierem et reginam ostendat,* ut Terentius dum moliuntur, dum conantur, annus est. deinde haec morabatur *iam* studio placendi. *hic enim inducitur veste, armis, auro, vel purpura comptior, cum supra naturalis pulchritudinis gloria contenta sit, ut ⟨I 496⟩ regina ad templum forma pulcherrima Dido.* AD LIMINA ante, vel apud. *PRIMI principes, ut ⟨VIII 105⟩ una omnes iuvenum primi. et bene reginae officio primi adsunt, quia de plebe dixerat 'it portis iubare exorto delecta iuventus' et 'Massylique ruunt equites'.*

135. STAT SONIPES adest, praesens est: nam si 'stat' simpliciter acceperis, vituperatio est: nam legimus stare loco nescit. denique sequentia dictum hoc explanant, ut 'ac frena ferox spumantia mandit'. SPVMANTIA spumas moventia, ut 'naufragum mare', quod naufragos facit.

136. *TANDEM hoc ad illud redditum 'reginam thalamo cunctantem'.*

---

1 Sallustius] hist. fragm. III 53 Kr. III 41 D. ‖ 4 nam odorum est e. q. s.] exscr. Isid. diff. verb. 411, cuius verba e Servio emendanda sunt. ‖ 5 Statius] Theb. VI 104 ‖ 13 Terentius] heauton tim. II 2, 11 ‖ 22 stare] georg. III 84 lica corripitur (corripit si *cod.*) ut Lucanus (III 360) 'Massiliam delere vacat' *add. D* ‖ 1 unde] ut *F* ‖ ex ponto] exponit *F* ‖ 2 erupit *F M Kritzius* erumpit *N* erumpit *L H Dietschius* ‖ 3 *ad* odora *supr. vers.* non olens sed odorem inueniens ergo inproprie dixit *T* ‖ odore *F*, *fortasse recte* ‖ 4 odorem *N* odoram (v superscr.) *H* ‖ quod] qui *F* ‖ 5 odoro *ex* odoru *F* ‖ pius *F* ‖ 6 lauri nemus *om. N* inter odoratum pro odorum lauri nemus *L H M* (*transposuit l*) ‖ 7 odorem *om. L H* accipit odorem *F* ‖ 9 secum *F* odorissecum *L* ‖ 11 atqui[n] *N* (n *superscr. ead. man.*) anquin *H* ‖ ad eum quem amabat *edidit Stephanus* ‖ 12 natura] naturale *F* superauit *M*: superat *F* superarat *N* supera(rat)… *L* (rat *superscr. l*) seperauit *H* ‖ 13 comantur *ex* conantur *N* ‖ 14 cannus *H* ‖ haec] hoc *L H* aut *M* ‖ hic inducitur … pulcherrima Dido. et bene reginae officio … equites *in marg. T* 17 *scholium ad* ad limina *om. F* ‖ 19 assunt *T* ‖ it] ut *F* ‖ 20 masxylique r *F* 21 nam] quia *F* ‖ 23 ac] aut *F* ‖ 24 uomentia *L*, *sed* uome *in ras. l* ‖ naufragia *F* ‖ 26 *ad* tandem progreditur *supr. vers.* hoc loco processus eius et cultus describitur. et ad illud respicit reginam thalami *T*

137. SIDONIAM PICTO *et reliqua. vetere ceremoniarum iure praeceptum est, ut flaminica venenato operta sit. operta autem cum dicitur pallium significatur, venenatum autem infectum: quod ipse ait in bucolicis alba nec Assyrio fucatur lana veneno. hic vero cum dicit 'Sidoniam' ostendit Tyriam et purpuream: purpuream declarat infectam. 'chlamydem' autem pallium esse quis dubitet? praeterea flaminicam habere praecipitur arculum, ricam, venenatum, fibulam. de venenato dictum est. arculum vero est virga ex malo Punica incurvata, quae fit quasi corona et ima summaque inter se alligatur vinculo laneo albo, quam in sacrificiis certis regina in capite habebat, flaminica autem Dialis omni sacrificatione uti debebat. Vergilius ergo propter nominum et intellectus difficultatem aliter omnia conprehendit: nam pro pallio chlamydem, pro venenato, id est infecto, Sidoniam. arculum vero et fibulam ex auro facta commemorat dicendo 'cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum', quod in arculum potest referri: nam de fibula manifestum est cum ait 'aurea purpuream subnectit fibula vestem'. 'subnectit' autem quid aliud est, quam sursum nectit ac per hoc succinctam facit? 'vestem' vero possumus ricam accipere, quia rica genus est vestis. sciendum sane, sicut supra dictum, ubique Didonem flaminicam ostendi.* LIMBO limbus est, sicut supra ⟨II 616⟩ diximus, fascia, quae ambit extremitatem vestium secundum antiquum ritum, ut ⟨V 250⟩ victori chlamydem auratam, quam plurima circum purpura.

138. CVI PHARETRA EX AVRO *deest 'erat'. et amat poeta iterare voces, vel pretiosas, vel necessarias, vel optabiles: pretiosas, ut* ⟨I 448⟩

1 vetere ... operta sit] cf. Gell. X 15, 27 ‖ 3 bucolicis] immo georg. II 465
20 limbus e. q. s.] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 367 et ad Ach. I 330

1 ueteri ceremoniarum iure praeceptum est . . . ubique Didonem flaminicam ostendi *in marg. sup. T, habet Ambros.* ‖ 2 flaminica *T:* flamini *ex* flamina *F* flamen *Ambros.* ‖ 5 purpuream declarat infectam *T:* perpuream dederat infecta *F* purpureum declarat infectum *Ambros.* dederat infectam *Daniel et Commelinus* quae erat infecta *Masvicius* ‖ 6 clamidem *F* ‖ pallium autem *T* chlamydem *omittens.* pallium autem chlamydem *Ambros.* ‖ praeterea *om. Ambros.* propterea *G* ‖ flaminica *T* ‖ 7 arculum] *cf. Festus Pauli s. v.* arculum ‖ rigam *FT* ‖ uenenatam *T* ‖ de] ad *F* ‖ uenenata *FT* ‖ 8 punico *libri, corr. Marquardtius Roem. Staatsverw.* III *p.* 318 *adnot.* 16 ‖ 9 fit *T:* sit *F et Ambros.* ‖ alligantur *T* ‖ albo laneo *Ambros.* ‖ 10 quam] quod *Ambros.* ‖ habebat] uti habeat *F* ‖ flaminica . . . debebat *om. F* ‖ 11 nominis *Ambros.* ‖ 13 clamydem *F* clamidem *T et Ambros.* ‖ id est infecto *om. F* ‖ 14 facta *F:* factam *T et Ambros.* 17 seorsum *Ambros.* ‖ ac *T:* hac *F* et *Ambros.* ‖ succinctum *Ambros.* ‖ 18 vero] autem *Ambros* ‖ rigam *FT* ‖ riga *FT* ‖ 19 dictum est *T* ‖ *ad* chlamydem *supr. vers.* clamis pallii genus uiris aptum et feminis *T* ‖ 20 sicut] ut *F* ‖ et supra *M* ‖ 22 clamidem *FNLH* clamydem *M* ‖ 24 *ad* pharetra *supr. vers.* scilicet erat, *in marg.* amat uirgilius iterare . . . humilem quam (*sic*) uidemus *T* ‖ 25 praeciosas *F* praetiosas *T* ‖ obtabiles *F* ‖ praeciosas *F* practiosas *T*

*aerea cui gradibus surgebant limina et* ⟨VII 278⟩ *aurea pectoribus demissa monilia pendent: necessarias ita* ⟨VII 219⟩ *ab Iove principium generis. Iove Dardana pubes: optabiles ita* ⟨III 522⟩ *humilemque videmus Italiam.* CRINES NODANTVR IN AVRVM veluti retiolum *dicit*, quod colligit comas: *quae Graece* κρωβύλη *dicitur.*

141. IPSE ANTE ALIOS quia amatur, *et* ideo ei dat pulchritudinem, licet Ascanio magis congruat. *PVLCHERRIMVS ex animo Didonis: hoc enim ei videbatur. alibi epitheta Aeneae dat: cum religiosum ostendit, dicit 'pium': cum fortem, 'magnanimum'.*

143. *VBI hoc est 'cum'.* HIBERNAM LYCIAM non asperam, sed aptam hiemare cupientibus: sic enim se habet natura regionis. et bene aliud agens aliud ostendit: nam constat Apollinem sex mensibus hiemalibus apud Pataram, Lyciae civitatem, dare responsa: unde Patareus Apollo dicitur: et sex *mensibus* aestivis apud Delum. *ergo 'hibernam' utrum quod ibi hiemare soleat; an frigidam; an hieme temperatam; an quam hiberno tempore deserere soleat? XANTHIQVE FLVENTA 'que' pro 'vel' posuit: hoc enim dicit 'vel cum Xanthum, vel cum Lyciam relinquit', ut est* ⟨II 36⟩ *suspectaque dona praecipitare iubet subiectisque urere flammis.*

144. *DESERIT relinquit, ut* ⟨II 28⟩ *desertosque videre locos litusque relictum. DELVM MATERNAM quae Latonam fugientem, dracone Pythone insequente, suscepit. et hoc ideo, quia, sicut dictum est sex mensibus aestivis apud Delum responsa dat. INVISIT repetit: per quod ostendit relicta Delo ad Lyciam transire.* INVISIT APOLLO Apollini Aeneam vel propter sagittas, quibus in venatu utebatur, comparat; vel certe propter futurum infelix matrimonium: ut enim et supra ⟨58⟩ diximus, nuptiis est hoc numen infensum. *vel Apollini*

5 veluti retiolum . . . comas] cf. Isid. or. XIX 31, 7

1 aeria *F* ‖ auria *F* ‖ peccatoribus *F* ‖ 2 munilia *F* ‖ ita] *om. T* item *Daniel primus* ‖ 3 obtabiles *F* ‖ ita *om. T* ‖ 4 vidimus *F* ‖ 6 κρωβύλη *Daniel:* ΚΡΑΒΥΑΧ *F.* κρωβύλη *edidit Stephanus* ‖ *ad* subnectit (*v.* 139) *supr. vers.* sursum nectit ac per hoc succinctam facit *T* ‖ 7 amabatur *F* ‖ *ad* ipse a. a. p. o. *supr. vers.* ex animo didonis accipiendum pulcherrimus omnis id est sicut ei uidebatur *T* ‖ 9 *fortasse* alibi alia ‖ 10 piam *F* ‖ 11 *ad* ubi *supr. vers.* cum *T* ‖ non] nunc *N* ‖ 12 aptam] apertam *HM* ‖ et] sed *F* ‖ 14 hiemalibus *MNl in ras.* (alibus *in ras. N*): hiemis *F* hiemens *H* ‖ patharam *F* patram *NH* pataram *L* (*sed* aram *in ras. l*) ‖ lycyae *L* licidam *H* ‖ 16 *ad* hibernam *supr. vers.* hibernam liciam possumus accipere frigidam siue temperatam in hieme siue quam hiberno tempore deserat apollo et que in hoc loco pro uel accipitur *T* ‖ 17 intemperatam *F*, *corr. Daniel* ‖ deferere *F* ‖ 21 *ad* deserit *supr. vers.* relinquit . . . relictum *T* ‖ 23 fatone *F* Pitone *Daniel* ‖ suscipit *F*, *corr. Daniel* ‖ 24 sex *Daniel:* ex *F* ‖ *ad* invisit *supr. vers.* uisitat repetit . . . transire *T* ‖ 25 delo *T:* deo *F* ‖ 28 vel Apollini . . . possunt *edidit Stephanus*

*Aeneam, ut in primo* ⟨498⟩ *Didonem Dianae: quomodo germanorum nuptiae esse non possunt.*

145. *CHOROS sacra.* CRETES ab eo, quod est 'Cres'.

146. DRYOPESQVE populi iuxta Parnasum, ut Dryopumque trahens Erasinus aristas. *Erasinus vero fluvius est. hi populi, ab Hercule victi, Apollini donati esse dicuntur.* PICTIQVE AGATHYRSI populi sunt Scythiae, colentes Apollinem hyperboreum, cuius logia, *id est responsa,* feruntur. 'picti' autem, non stigmata habentes, *sicut gens in Britannia,* sed pulchri, hoc est cyanea coma placentes. *hos Melissus ab Homero † Achabas appellari ait: qui propter scientiam sagittarum Apollini sunt gregales, sicut Cretes.*

147. CYNTHI montis Deli. FLVENTEM unguentatum *et odoribus abundantem: aut prolixum et effusum, ut τὸν ἀκερσεκόμην significet.*

148. *FRONDE PREMIT id est comprehendendo crinem efficit, ne fluat.* FINGENS componens, ut ⟨VIII 634⟩ corpora fingere. *INPLICAT AVRO non frontem, sed crinem, qui est illi retrorsum in nodum collectus.*

149. TELA SONANT *VMERIS* ut in nono ⟨657⟩ pharetramque fuga sensere sonantem. *'umeris' vero aut 'in umeris', aut 'ex umeris'.* HAVD ILLO SEGNIOR id est, non illo deformior: nam plerumque virtus et pulchritudo pro se invicem ponuntur. hinc est ⟨VII 656⟩ satus Hercule pulchro pulcher Aventinus: nam Herculi satis est incongrua pulchritudo. sic Plautus in Pyrgopolinice de muliere *interrogat* quiduam, fortis est? id est pulchra.

---

4 Dryopumque] Stat. Theb. IV 122 ‖ 23 Plautus] mil. glor. 1106 R. 'ecqui fortis uisast'

---

1 ut *om. F, add. Daniel* ‖ 3 *ad* choros *supr. vers.* sacra *T* ‖ cres] cretes *F* 4 DRIOPESQVE *FL* DISIOPESQVE *N* DYRAOPESQVE *H* ‖ ut dryopumque *F*: ut ursorumque *NM* ut usorumque *L* (ut driopumque *l*) λitursorumque *H* ‖ *ad* Dryopesque *supr. vers.* hi populi uicti ab hercule donati sunt apollini *T* ‖ 5 hii *F* 7 longia *F* elegia *N* elogia *LHM* ‖ 9 britania *F* ‖ cyanea] flaua uel alba *superscr. l* ‖ placentes] logia autem dicuntur responsa *add. F* licet de illis lectum sit: Agathyrsi ora artusque pingunt ut quique maioribus praestant ita magis vel minus; ceterum iisdem omnes notis et sic ut ablui nequeant *add. D. cf. Pomponius Mela* II 1 ‖ 10 Achabas] *Ἀβίους Heynius exc.* II *ad Aen.* IV *p.* 718 *ed.* IV. *fortasse Melissus de Il.* XIII 5 *ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν cogitavit, ubi schol. AB Ἀγαυοὶ ὄνομα ἔθνους* ‖ *ad* Agathyrsi *supr. vers.* hi propter peritiam sagittarum dicuntur esse gregales apollini *T* ‖ 12 *ad* iugis *supr. vers.* ablativus pro accusatino. per iuga *T* ‖ Deli] cynthos *add. F* ‖ *ad* fluentem *supr. vers.* prolixum siue effusum *T* ‖ 13 tonacer siconem *F, corr. Daniel* ‖ 15 *ad* premit *supr. vers.* id est crinem efficit comprehendendo ne fluat *T* ‖ comprehendo crinem *F* comprehenso crine *Daniel primus* ‖ 16 ut . . . fingere *om. F* ‖ *ad* implicat *supr. vers.* illigat id est crinem qui erat retrorsum collectus in nodum *T* ‖ 19 *ad* umeris *supr. vers.* aut in umeris aut ex umeris *T* ‖ 20 *ad* segnior *supr. vers.* dissimillior (*sic*) siue deformior *T* ‖ HAVD ILLO *et* non illo *om. F* ‖ 21 componuntur *F* ‖ 23 incongrua est *F* ‖ in pyrgo polinices fabulã *F* in pirgopolinite *N* in pyrgo (go *l* cu *L*) polinite *L* in pyrgopolinite *H* inipirgo polynite *M* ‖ 24 quitnam *N*

150. EGREGIO *praeclaro: et sic dicimus, quasi extra gregem.*

151. LVSTRA *latibula ferarum vel luporum: unde et lupanaria meretricum lustra dicuntur.*

152. ECCE *adverbium demonstrationis est, ut ostenderet velociter factum. et bene hac particula utitur: facit enim nos ita intentos, ut quae dicuntur putemus videre. ita enim capreae † suspensionis super saxa currunt, ut putes cadere illas cum exiliunt.* FERAE CAPRAE hoc est capreae. et bene aptat descriptionem ad species, ut cervis campos, capreis saxa permittat. *SAXI pro 'montis', ut* ⟨II 308⟩ *accipiens sonitum saxi de vertice pastor.* *CAPRAE quas Graeci αἰγάγρους vocant.*

153. DECVRRERE bene praeterito usus est tempore ad exprimendam nimiam celeritatem: *ostendit enim iam factum. sane 'decurrere' iuxta analogiam dixit, non, ut imperiti putant, decurrerunt.*

154. TRANSMITTVNT celeriter transeunt: *praecipue 'transmittere' est de loco ad locum transitio.*

155. *PVLVERVLENTA num 'cervorum pulverulenta agmina', quae pulverem faciunt, ut pulverulenta coquat maturis solibus aestas? GLOMERANT pro 'involvunt'. alias pro 'in unum contrahunt', ut* ⟨IX 438⟩ *quem circum glomerati hostes: vel glomerati eunt.*

157. *GAVDET EQVO gaudet, quod acrem equum habeat et velocem.* IAMQVE HOS CVRSV id est 'modo', ut ⟨VI 647⟩ iam*que eadem* digitis, iam pectine pulsat eburno. et bene puerilem ostendit animum, qui per mobilitatem *et inconstantiam* frequenter optat timenda.

158. *PECORA INTER INERTIA VOTIS bene per contemptum 'pecora', cum*

---

2 'lustra' latibula . . . dicuntur] cf. Isid. or. XIV 8, 29 ‖ 15 transmittunt . . . transeunt] cf. Macrob. Sat. VI 4, 9 ‖ 18 pulverulenta] georg. I 66

---

1 *ad* egregio *supr. vers.* praeclaro *T* ‖ 2 *ad* lustra *supr. vers.* hoc loco latibula ferarum . . . dicuntur *T* (uel luporum . . . dicuntur *non ab eodem quo praecedentia scripta esse videntur*) ‖ 4 *ad* ecce *in marg.* aduerbium demonstrantis ut ostenderet uoliciter (*sic*) factum, *supr. vers. ab alia manu* hac particula facit nos intentos ut ea quae dicuntur uidere putentur (ntur *in ras.*) sicut in hoc loco, quia putantur cadere capreae cum exiliunt *T* ‖ 5 ac perticula utimur *F*, *corr. Daniel* ‖ 6 suspensae *Mascicius* suspendiosae *coni. Burmannus,* suspensiores *F. Schoellius. fort.* suspenso nisu ‖ 8 capreae] capraehe *N* caprae *H* ‖ 9 capreis] campis *F* ‖ 11 egagros *F* ‖ 13 decurrore *F* ‖ 14 decucurrere *Schoellius. expectatur* non debuit, u. i. p., dicere decucurrere. *cf. Prisc.* X, 8, 43 I *p.* 533 *H.* 15 uelociter *NH* ‖ *ad* transmittunt *supr. vers.* proprie transmittere de loco ad locum transire *T* ‖ 17 *ad* pulverulenta *supr. vers.* quae puluerem faciebant *T* 19 *ad* glomerant *supr. vers.* inuoluunt uel contrahunt in unum ut . . . hostes *T* ‖ 20 glomeratim eunt *Daniel primus* ‖ 21 *ad* gaudet equo *supr. vers.* quod acer sit et uelox *T* ‖ 24 nobilitatem *F* ‖ 25 timenta *F* temenda *H* ‖ 26 *ad* pecora *supr. vers.* per contemptum dicit pecora *T* ‖ temptum *F*

*ea sint pecora, quae non silvestri, sed humano usui aluntur. 'inertia' autem pro ignavis et innocuis posuit; et hoc ad capreas et cervos retulit, (ut) in georgicis ⟨III 265⟩ inbelles (dant proelia cervi:) nam 'iners' proprie quid sit Lucilius declarat ut perhibetur iners, ars in quo non erit ulla.*

159. MONTE LEONEM per transitum tangit historiam: nam Ascanius praeter Iulum et Ilum, quae habuit nomina, etiam Dardanus et Leontodamas dictus est, ad extinctorum fratrum solacium: ideo nunc eum dicit optare adventum leonis, paulo post ⟨163⟩ 'Dardaniusque nepos Veneris'. constat etiam Aeneam Dardanum dictum, ut ostendit in quarto ⟨661⟩ hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus, item Ilioneus ⟨VII 240⟩ hinc Dardanus ortus, huc repetit: nam latenter etiam illud nomen ostendit.

161. COMMIXTA GRANDINE NIMBVS secundum Iunonem ⟨120⟩ 'his ego nigrantem commixta grandine nimbum'. et bene etiam grando adicitur, quia poterat nimbus contemni *facilius. murmur autem caeli ad infaustum omen pertinet, quia tonitru dirimuntur auspicia.*

*163. NEPOS VENERIS quidam indecenter dictum volunt, ut Venus avia sit.*

164. DE MONTIBVS AMNES ne vel investigare Tyrii possent reginam.

166. DEVENIVNT bene subprimit rem pudendam: sic Terentius 'quid tum' fatue? fateor. PRIMA ET TELLVS satis perite loquitur: nam secundum Etruscam disciplinam nihil tam incongruum nubentibus, quam terrae motus vel caeli *dicitur. quidam sane etiam Tellurem praeesse nuptiis tradunt; nam et in auspiciis nuptiarum invocatur: cui etiam virgines, vel cum ire ad domum mariti coeperint,*

4 Lucilius] XIII 16 M. ‖ 22 Terentius] eun. III 3, 56

1 umana *F*, *corr. Daniel* ‖ *ad* inertia *supr. vers.* innocua ignaua et hoc ad capreas et ceruos rettulit, *in marg. ab alia manu* Iners. ut lucilius declarat ars in quo non erit ulla *T* ‖ 3 ut *add. Daniel* ‖ inbellas aut *F* ‖ 4 perhibentur *F* ‖ 7 propter *N* ‖ Ilum] illum *F* il-um *L* (i *videtur erasa esse*) ‖ dardanus *F*: dardanius *NLHM* ‖ 8 Leontodamas *F*: leondamas *NM* leondamos *L* leondamus *H* ‖ solatium *NLHM* ‖ 10 cum stet iam *L* (constat etiam *l*) ‖ dardanium *NL* ‖ 11 in .IIII. (o supr.) *M*: in V *F* Virgilius *N et vulgo* V *NLH*. infra *F*. *Schoellius. fort.* Dido ‖ 13 huc] hunc *L* hunc *H* ‖ 14 Iunonem] iunonis promissa *F* ‖ 16 dicitur *F* ‖ contempni *FM* contempne *H* ‖ *ad* murmure *supr. vers.* murmur caeli . . . auspicia *T* ‖ 18 ducenter *F* indecenter *Daniel primus* ‖ 20 possint *F* ‖ 24 nam et *L* ‖ 25 *ad* pronuba Iuno *in marg.* pronubam dicit uarro uel quae ante nupsit uel quae uni tantum nupta est *et* quidam tellurem praeesse nuptiis dicunt et ideo in nuptiarum auspiciis inuocatur cui diuerso ritu sacrificant uirgines uel cum ire ad domum mariti coeperint uel ibi iam positae *T* ‖ quidam . . . sacrificant *hab. Ambros.* ‖ 26 uocatur *F Ambros.*

*vel iam ibi positae, diversis nominibus vel ritu sacrificant* ET PRONVBA IVNO quae nubentibus praeest. Iunonem autem dedisse signa per tempestatem constat et pluvias, quae de aëre fiunt. *Varro pronubam dicit quae ante nupsit et quae uni tantum nupta est: ideoque auspices deliguntur ad nuptias.*

167. *DANT SIGNVM*] *ut dei nuptiales.* FVLSERE IGNES Varro dicit aqua et igni mariti uxores accipiebant: unde hodieque et faces praelucent et aqua petita de puro fonte *per felicissimum puerum aliquem aut puellam,* interest nuptiis, *de qua nubentibus solebant pedes lavari. alii 'fulsere' pro malo omine positum volunt. cum enim ait fulsisse ignes, infaustum conubium videtur ostendere, quia actio perimitur, cum de caelo serratum est. et bene hoc totum ad Iunonem refertur, quia aër esse dicitur; unde aquas cum ignibus dedit.*

168. VLVLARVNT bene medium elegit sermonem: nam ait Lucanus ⟨VI 261⟩ non tu laetis ululare triumphis. in luctu autem ululari, non dubium est. *et ideo medium elegit sermonem, quia post nuptias mors consecuta est. non nulli ita accipiunt, quod ululare veteres etiam in sacris dicebant ex Graeca consuetudine. ergo 'ulularunt nymphae' quasi nuptiarum sacra celebrarunt. Graeci autem ὀλολυγμόν appellant: nam et primam congressionem proelii ὀλολυγήν dicunt: quod Vergilius ostendit ⟨XI 662⟩ magnoque ululante tumultu.*

170. SPECIE FAMAVE MOVETVR species rerum *Didonis* praesentium est, quod quasi aspicitur, fama autem rerum absentium. hoc ergo dicit: non eam movet nec praesens deformitas, quod non in thalamo, sed in specu concubuerat: *sed* nec futura mox fama. ⟨*alii*⟩ *accipiunt facti qualitate aut respectu honestatis,* τῷ πρέποντι. *adeo*

---

1 'pronuba Iuno' . . . praeest] exscr. Isid. or. IX 7, 8 ‖ 6 Varro] cf. de l. l. V 61

---

3 per pluuias *L* ‖ Pronuba Iuno Varro . . . ad nuptias *hab. Ambros.* Pronubam dicit . . . nupta est *inter 'fragmenta veterum ex Servii schedis' idem,* quaeue *pro* vel quae *exhibens* ‖ 4 nupsit *T* nupserit *F* ‖ uel quae *T et marg. Ambr.* neque *F* neque *Daniel et Ambr.* et quae *Scaliger cast. in Fest. p.* 136 atque *Burmanno teste Vossius* quaeque *vel* Verrius quae *F. Schoellius. cf. Fest. s. v. 'pronuba'* ‖ nupta est] nupserit *Scaliger l. l.* ‖ 6 FVLSERE IGNES ut de nuptiales uarro dicit *c. q. s. F* ‖ dei *Daniel* ‖ 7 aqi *N* cum aqua *Ml* ‖ et uxores *M* accipiebant] dicebant *F* ‖ 8 de puro fonte *om. F* ‖ per felicissimum puerum vel aliquam puellam *et* de qua . . . lavari *edidit Stephanus* ‖ 10 *ad v.* 167 quidam fulsere pro malo omine accipiunt infaustum . . . seruatum fuerit *in marg. T* | omne *F* ‖ 11 perimetur *F* ‖ 15 nam tum *M* non tum *l* ‖ non ululare *L* 16 et ideo . . . consecuta est *edidit Stephanus* ‖ 17 *ad* ulularunt *in marg.* nonnulli ululare accipiunt . . . celebrabant *T* ‖ non nulli . . . tumultu *hab. Ambros.* 18 in sacris etiam *Ambros.* ‖ 19 graeca *F* ‖ 20 proelii *Hagenus:* praebi *F, omisit Daniel* ‖ ΟΛΟΛΥΓΝΝ *F* ‖ 25 spelunco *F* spelunca *Daniel* ‖ 26 accipiunt] alii fama accipiunt *Daniel primus. sed* facti qualitate *ad* specie, *ad* famave *pertinet* respectu honestatis ‖ facti *Masvicius:* facta *F*

*illam nec Tyriorum pudebat, videntium talia, nec aliarum gentium, quae audiebant. ergo 'fama' deest mala.*

171. MEDITATVR exercet: sic Horatius et horridam cultis diluviem meditatur agris. nec incongrue dictum: actus enim est in ipsa meditatione: nam exercitium est meditatio. sciendum tamen *est* hodie hoc in usu non esse.

172. *PRAETEXIT praetegit.* CVLPAM ut supra ⟨19⟩ succumbere culpae.

174. FAMA MALVM definitio est, ut 'quo' ex praecedenti pendeat nomine: quamquam alii 'qua' legant. sane 'quo' nisi definitio sit, legi non potest; nec enim procedit, ut ordo sit 'Fama, quo non aliud malum *est* velocius'.

175. MOBILITATE VIGET dat ei σωματοποιΐαν. et laudat a contrario: cum enim omnia labore minuantur, haec crescit. *sane 'viget' quidam pro vigescit accipiunt.*

176. *METV PRIMO non 'primo metu', sed 'primum', quod initio cautius loquatur, id est in principio: cum enim quis veretur, ne auctor sit, quod audit continet; at ubi sit vulgatum, passim loquitur. et modo 'primo' adverbium est, non nomen.* ATTOLLIT IN AVRAS sumpta licentia, quae minuebatur timore.

177. INGREDITVRQVE SOLO ET CAPVT INTER NVBILA CONDIT hoc vult ostendere, nec humili eam fortunae parcere, nec superiori. *vel quia famae incertus auctor.*

178. TERRA PARENS generale est: parens rerum omnium. IRA INRITATA DEORVM amphibolon est, utrum sua ira propter extinctos gigantas, an 'ira deorum inritata', quae extinxerat gigantas. *vel ideo 'ira deorum', quod in eam fulmina et grandines de caelo cadunt.*

179. EXTREMAM aut post omnes gigantas, quippe ad deorum

3 Horatius] carm. IV 14, 27 'horrendamque cultis diluviem meditatur agris'

2 *ad* famave *supr. vers.* scilicet mala ut intellegatur infamia *T* ‖ 3 horidam *N* ‖ 4 dilubiem *H* ‖ 5 nam ... meditatio *om. F* ‖ exercitium *ex* exercitum *L* exertidom *H* ‖ 7 *ad* praetexit *supr. vers.* obpallianit *T* ‖ 9 MALVM QVO *vulgo* ; pendeat *om. M* ‖ 11 enim] alibi *supr. vers. add. l* ‖ 13 dat] dicit *H* ‖ ei σωματοποιΐαν *F*: ei onomato peian *NLM* eis onomatopeiā *Hm* ‖ a] e *L* ‖ 14 *ad* viget *supr. vers.* uigescit *T* ‖ 16 *supr. vers.* 176 quia in principio cautius loquitur cum agit de potioribus *et* mox id est sumpta licentia *et* cum enim quis uereatur ne auctor sit quod audit continet at ubi sit uulgatum passim loquitur *T*. *a diversis manibus, ut videtur, haec scholia scripta sunt. in margine* hic primo aduerbium ‖ 17 ne auctoris sit *F* ‖ 19 sumpta] supra *F* ‖ 21 *ad* caput i. u. c. *supr. vers.* uidelicet quia incertus est auctor *T* ‖ 24 rerum omnium parens *F* ‖ 26 qua *LHM* (quae *l*) quia *vulgo* ‖ 27 *ad* ira inritata d. *supr. vers.* propter fulmina missa *T* ‖ 29 quippe ad deorum] q̄ ideo ad deorum *F* ‖ deorum *FH*: eorum *NLM*

ultionem nata: *nam per ipsam eorum crimina vulgata sunt:* aut certe 'extrema' pessima: omnes enim, qui de medicina tractant, dicunt naturale esse, ut inutiliores sint qui nascuntur ultimi. *Famam ergo inducit ultam esse fratres, quia ipsa deorum delicta vulgavit.* VT PERHIBENT quotienscumque fabulosum aliquid dicit, solet inferre 'fama est'. mire ergo modo, cum de ipsa fama loqueretur, ait 'ut perhibent'. COEO ENCELADOQVE *isti gigantes fuerunt inter alios, qui Iovem superpositis montibus regno caelesti detrudere conati, fulminibus sunt deleti. et bene elegit ex fratribus maximos, ex quibus aestimaretur.*

180. PEDIBVS CELEREM ET PERNICIBVS ALIS convertit rerum epitheta: nam 'pernix' pedum est, ut ⟨XI 718⟩ pernicibus ignea plantis, celeritas pennarum est, ut ⟨III 243⟩ celerique fuga sub sidera lapsae. *aut certe intentio describentis est: superracua enim est alas habenti pedum pernicitas: aut sic intellege 'pedibus celerem et aliś velocibus'?*

181. MONSTRVM *bene vituperavit Famam ex accidentibus personae, per parentes malos et fratres: et quod eam describit, non est narratio, sed argumentatio. quidni monstrum, quae huius naturae sit, ut quot plumas, tot oculos, tot linguas, tot aures et cetera?* QVOT SVNT CORPORE PLVMAE non ipsius, sed in omnium corporibus: nam exaggeratio est, ac si diceret 'quot sunt arenae'.

182. OCVLI SVBTER adverbium est, ac si diceret: non sub plumis, sed sub ipsa. *et mire 'subter', quasi quae non videatur, et omnia videat.* [*reliqua*] MIRABILE DICTV *sic exclamavit poeta, quasi minus admirationis haberet ipsa descriptio.*

---

11 nam pernix . . . lapsae] exscr. Isid. or. X 211

---

1 nata est *F* natam *N* ‖ nam . . . sunt *edidit Stephanus* ‖ ipsa *F* ‖ 2 extremam pessimam *vulgo* ‖ 3 qui] quia *F* ‖ *ad* extremam *supr. vers.* ideo ultima quia ipsa deo (*sic*) delicta uulgauit *T* ‖ 4 dilecta *F* ‖ 7 ENCELATOQVE *F* ‖ 8 regna *F* ‖ 9 et bene elegit *Commelinus:* et beelegit *F* et beel legit *Daniel* ‖ maximus *F* ‖ aestimaretur *scripsi:* extimaretur *F* existimaretur *Commelinus primus. cum Daniel post* exstimaretur *lacunam indicasset*, tota turba *intercidisse vel* existimarentur omnes *scribendum esse coniecit Burmannus: sed Famam ex fratribus aestimari voluisse poetam scholiastes dicit.* ‖ 11 pernix] pernicitas *l et Isidorus* 12 pinnarum *FNHM* ‖ 13 *ad* pernicibus alis *in marg.* intentio describentis est hoc loco quia superuacua est alas . . . uelocibus *T* ‖ 14 intellege *T:* intellegi *F* intelligit *Daniel primus* ‖ 16 *ad* monstrum *in marg.* bene uituperat famam ex accidentibus personae per parentes malo (*sic*) per fratres . . . argumentatio *T* 17 p̄ parentes malos *F:* praeparantis alas *Daniel* per parentes alas *Commelinus primus* ‖ describsit *F* ‖ 19 lingua *F*, *corr. Daniel* ‖ et cetera] exerceat *F*. *Schoellius*, et cetera habeat *ego* ‖ QVOD *FH* ‖ 20 in ipsius *L* ‖ omnibus corporibus *L* (t omnium corporum *superscr. l*) ‖ 21 quod *FH* ‖ harenae *Ml*, *nam* quot sunt . . . ac si diceret (*lin.* 22) *in marg. l* ‖ 22 non] nam *H* ‖ 23 sub ipsa *FM:* sub ipsas *NH* subter ipsas *L* ‖ 24 videat *scripsi:* uide et *F* videt et *Daniel* videt *Masvicius* ‖ reliqua *del. F. Schoellius* ‖ *ad* mirabile dictu *supr. vers.* exclamat poeta quasi minus admirationis habeat ipsa descriptio *T*

183. TOT LINGVAE infinitus est numerus: nam re vera quot sunt homines, in quibus fama est, tot ora habet, quae sunt hominum. *TOTIDEM ORA SONANT aliud visu, hoc est 'ora'; aliud auditu, hoc est 'sonant'.*

184. NOCTE VOLAT bene naturalem rem dixit: nam quanto celatum est aliquid, tanto magis requiritur. et sine dubio incipiens fama semper obscura est: quae divulgata conquiescit: unde ait 'luce sedet *custos*'. *CAELI MEDIO absolute: quia inter caelum terramque medium est.* TERRAEQVE PER VMBRAM noctem umbram terrae esse numquam apertius significavit.

185. *STRIDENS potest et ad oris sonum, et ad alarum referri. DVLCI DECLINAT LVMINA SOMNO qui est omnibus animantibus dulcis. et 'somno' utrum ablativo, an dativo? (dativo) melius interpreteris, quasi non succumbat illi.*

186. *LVCE SEDET id est per diem: aut ut lux coepit. et bene nocturna illi et diurna officia dat, ne dulci somno capiatur.* CVSTOS speculatrix, *ne quid eam praetereat; non, quae custodiat aut servet.* SVMMI CVLMINE TECTI per domos nobilium, *propter res privatas.*

187. TVRRIBVS AVT ALTIS per *domos* regum, *propter res publicas.* MAGNAS TERRITAT VRBES magnos populos. et dicit plebeios. *et ostendere vult Famae linguis neminem exceptum qui non exagitari possit.*

188. TENAX in omnibus perseverans: *tam in enuntiandis falsis rebus, quam in veris.*

189. *HAEC TVM vel Fama talis et tanta: vel haec facta. POPVLOS utrum generaliter, an Tyrios et Troianos tantum?*

23 'tenax' . . . perseverans] cf. Isid. or. X 268

---

1 nam *om. H* ‖ quod *FLH* ‖ 2 est fama *F* ‖ hora *L* ‖ habens *F* ‖ quae] quod *F* quot *Daniel* ‖ sunt et hominum *Daniel* ‖ 3 *ad* totidem o. s. *supr. vers.* aliud . . . sonant *T* ‖ 5 VALEAT *F* ‖ nam] denique *F* ‖ 6 caelatum *NM* ‖ quaeritur *F* requitur *H* ‖ 8 *ad* caeli medio *supr. vers.* absolute . . . est *T* ‖ 10 nusquam *FMl:* numquam *NLH* ‖ significauit apertius *F* ‖ 11 *ad* stridens *supr. vers.* ad alarum et ad oris sonitum potest referri *T* ‖ olarum *F* volatum *Daniel primus* ‖ 12 DVLCE DECLINANT *F* ‖ *ad v.* 185 *in marg.* qui est omnibus animantibus dulcis, *ad* dulci somno *supr. vers.* aut per accusatiuum est intellegendum id est non declinat in dulcem somnum lumina aut per datiuum id est non declinat dulci somno hoc est non sucumbit (*sic*) somno *T* ‖ animalibus *Daniel primus* ‖ 13 dativo *inseruit F. Schoellius* ‖ 14 cumbit *F*, *correxi* ‖ 15 *ad* luce sedet *supr. vers.* aut per diem aut cum lux ceperit et bene nocturna dat ei officia ne capiatur somno *T* ‖ 16 nocturno *F* ‖ diuturna *F*, *corr. Daniel* ‖ nec *F* ‖ *ad v.* 186 *in marg.* speculatrix . . . servet *T* ‖ 18 privatas *Masvicius:* pranas *F* privas *coni. Burmannus* ‖ 19 domos] aulas *Stephanus* ‖ 20 MAGNAS . . . plebeios] VRBES populos id est plebeios *F* ‖ 21 *ad v.* 187 *in marg.* ostendere uult . . . possit *T* ‖ 23 *ad* tenax *supr. vers.* in omnibus perseuerans *et ab alia manu* tam in enuntiandis falsis rebus quam in ueris *T* ‖ in *om. F* ‖ enunciandis *F* ‖ 25 *ad* haec tum *supr. vers.* talis siue haec canebat *T* ‖ et tanta *om.*

190. GAVDENS propter inventam materiam. *et quidam non temporale Famae epitheton 'gaudens' esse volunt, sed generale, ut multiplici sermone gaudeat, quo tunc populos implebat.* FACTA ATQVE INFECTA sicut sequentia indicant. *et est quasi proverbiale: nam hoc est 'tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri'.*

191. *VENISSE AENEAM haec facta sunt.*

192. *VIRO marito, ut vir gregis ipse caper.* DIGNETVR libravit sermonem, quasi personae superioris.

193. *HIEMEM INTER SE* LVXV, QVAM LONGA, *FOVERE* id est nunc hiemem inter se luxu fovere, in quantum longa est ipsa hiemps. facit talem etiam alibi figuram, ut ⟨VIII 86⟩ Thybris ea fluvium, quam longa est nocte *tumentem* leniit *pro 'quam longa est ipsa nox'. FOVERE veteres 'fovere' pro diu incolere et inhabitare dixerunt, ut ipse alibi fovit humum.*

194. REGNORVM INMEMORES hoc fingit: nam et illi curae est Carthago et Aeneae Italia. *an quia quod una patitur duobus assignat?*

*CVPIDINE (cupidinem) veteres inmoderatum amorem dicebant: Afranius †neraria alius est amor, alius cupido * amant sapientes, cupient ceteri. Plautus cum distinctione posuit cupidon te †cum sicut anne amor? quod intellegitur vehementer illam amare vel inpatienter. ipse alibi quem Venus Cupidoque imperat, suadet amor dicendo 'imperat' violentiam ostendit, 'suadet' addendo moderationem significat.*

---

7 vir gregis] buc. VII 7 ‖ 14 fovit] georg. III 420 ‖ 17 cupidinem e. q. s.] cf. Nonius p. 421 M. ‖ Afranius] cf. Ribb. com. Lat. rel. p. 168 et 192 ed. II 19 Plautus] Bacch. 31 R. ‖ 21 ipse] Plaut. Curc. I 1, 3

*Daniel* ‖ *ad* populos *supr. vers.* au (*sic*) generaliter omnes aut tyrios et troianos *T* ‖ 1 *ad* gaudens *supr. vers.* scilicet propter inuentam materiam *et ab alia manu* gaudens ut quidam dicunt non temporale sed generale epitheton *T* ‖ 3 populus *F*, *corr. Daniel* ‖ 5 ficti *ex* ficta *F* ‖ senax *F* ‖ nuncia *F* ‖ 7 *ad* viro *supr. vers.* marito *T* ‖ 8 quasi] quiasi *H* ‖ 10 hyems *N* hiems *L* yomps *H* 11 facit ... Thybris] sic in VIII bris *F* ‖ 13 *ad* fovere *in marg.* fouere ueteres pro incolere et habitare dixerunt *T* ‖ 14 fouet *F* ‖ 15 hoc] haec *H* ‖ curae *FL*: cura *NHM* ‖ est *om. H* ‖ 16 Italia] TVRPIQVE CVPIDINE CAPTOS turpi cupidine dixit inhonesto amore *add. D* ‖ *ad v.* 194 *in marg.* potest pluralis numerus pro singulari accipi ut quod una patiebatur duobus assignet *T* ‖ 17 cupidinem *inseruit Masvicius* ‖ Afranius Cinerario alius est amor alius cupido. amant sapiēs cupiunt caeteri *hab. Ambros.* Cinerario *probaverunt G. Hermannus opusc.* V *p.* 278 *et Ribbeckius* ‖ 18 *post* cupido *lacunam esse vidit Ribbeckius, qui idem* in omine *intercidisse coniecit. cf. Nonius. Ritschelius opusc. phil.* II *p.* 328 *adn. locum sic constituit* Cupidinem veteres inmoderatum amorem dicebant, nam alius est amor, alius cupido. Afranius enim contraria posuit 'amant sapientes, cupiunt ceteri'. et Plautus *e. q. s.* ‖ ambit sapiens *Nonii libri* amabit sapiens *Ribbeckius* ‖ 19 cupient *F et Nonius:* cupiunt *Daniel primus* ‖ com *F* ‖ cum sicut *F* tecum saeuis *Nonii libri* conficit *Daniel* configit *Bothius* confecit *Ritschelius* ‖ 20 quod] quo *Masvicius* ‖ 21 quem] quo *Plautus* ‖ suadetque *Plautus* 22 *fortasse* ut dicendo . . . ostendat . . . significet ‖ ostendit *ex* ostendat *F* ostendit *Daniel primus* ‖ moderacionem *F* ‖ 23 significet *F*, *corr. Daniel*

195. DEA FOEDA crudelis, *impia: quod alibi* ⟨298⟩ *interpretatur. eadem impia fama detulit.* IN ORA *palam, ut antequam audiant loquantur. et proprie 'ora'. Terentius in ore esse omni populo.*

196. IARBAM filium Iovis Ammonis. Liber cum Indos peteret et per Xerolibyam exercitum duceret, fatigatus siti Iovis sui patris imploravit auxilium, et statim viso ariete fons secutus est. unde factum est Iovi Ammoni ab arenis dicto simulacrum cum capite arietino: quod ideo fingitur, quia satis eius sunt involuta responsa. *IARBAM filium Iovis Ammonis. Liber, vel ut alii dicunt, Hercules, cum Indos peteret, et per deserta Libyae, hoc est per Xerolibyam, exercitum duceret, fatigatus siti Iovis patris imploravit auxilium: cui ille arietem ostendit, quem secutus ille pervenit ad locum quendam, in quo aries terram pede suo scalpsit, e quo loco fons manavit. unde factum est, ut Iovi Ammoni, ab arenis dicto, templum cum simulacro cum cornibus arietinis constitueretur: quod ideo fingitur, quia satis eius sunt involuta responsa, aut quia Libyes Ammonem arietem appellant. alii hunc Ammonem in luco natum, ubi sola ovis fuerat, a finitimis inventum dicunt, creditumque ex Iove et ove natum appellatumque Ammonem ab arena, quia ibi tale solum est. alii inter Cyrenas atque Carthaginem locum tradunt fuisse, in quo pastores puerum arietinis cornibus insignem, in arena sedentem ac vaticinantem deprehenderunt. hic sublatus tacebat, repositus loquebatur: mox cum e conspectu hominum subito recessisset, creditus est deus: unde Iovem ideo ibi colere coeperunt, nomine Ammonem, quod in arena fuerat visus.*

197. *AGGERAT IRAS super eas, quas habebat ex contemptu.*

198. RAPTA stuprata, ut ⟨I 28⟩ et rapti Ganymedis ho-

1 'dea foeda' crudelis] cf. Don. ad Ter. eun. V 4, 21 ‖ 3 Terentius] adelph. I 2, 13 ‖ 4 Liber cum . . . responsa] exscr. mythogr. I 121. cf. mythogr. II 80; III 3, 9 et Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 476

1 FEDA *LH* ‖ *ad* foeda *supr. vers.* impia ut alibi impia fama detulit *T* 2 eadem] aedem *F* ‖ 3 esse] est *libri Terentii* ‖ 4 IARBAM . . . responsa *om. F* amonis *L* ‖ 5 exerolibiam *N* xerolibiam *LHM* ‖ 7 amoni *L* ‖ harenis *NHM* 8 arietino] ἄμμος enim graece arena dicitur *add. D. cf. mythogr.* II *et* III 9 IARBAN *F* ‖ hammonis *F* ‖ 13 arietes *F, corr. Daniel* ‖ 14 hammoni *F* ‖ harenis *F* ‖ dicto] lingua Libyca *add. Daniel* ‖ 16 *ad. v.* 196 *in marg.* huic hammoni ab arenis dicto constitutum est simulacrum cum capite arietino quia libii ammonem arietem appellant alii . . . quod ibi fuerat uisus *T* ‖ Libyes Ammonem *G. Vossius:* lybyae isammone *F* Libyci Ammonem *Masricius* ‖ 17 hammonem *F, om. T* ‖ natum . . . dicunt] natum nolunt ubi sola ouis a finitimis est inuenta *T* ‖ ouis] iouis *F* ‖ 18 appellatumque *T:* appellatum *F* ‖ hammonem *F* 19 harena *F* ‖ alii tradunt *T* ‖ cirenas et *T* ‖ 20 locum tradunt fuisse] locum esse talem *T* ‖ 21 harena *F* ‖ 22 hic sublatus] qui sublatus inde *T* ‖ repositis *F* ‖ 23 subito *om. T* ‖ creditus est deus] deus factus *T* ‖ ideo *om. T* ‖ 24 nomina *F* ‖ hammonem *F* ammone *T* ‖ harena *F* ‖ 25 *ad* aggerat *supr. vers.* cumulat auget illas iras quas ex contemptu inuenerat apud iarbam non illas quas ipsa fama attulerat *T*

nores. *et rapta raptoris mortem vel nuptias optet.* GARAMANTIDE NYMPHA et proprium potest esse et gentile: nam Garamantes sunt iuxta Libyam: *a Garamante, filio Apollinis.*

200. CENTVM finitus *numerus* pro infinito. *sane in primo Aeneidis ⟨446⟩ qui mos sit templorum constituendorum relatum est: quae aut tantum sacra sunt, aut ibi etiam res publica administrari auspicato potest. hic ergo templa tantum sacra declarat cum subiungit 'centum aras posuit vigilemque sacraverat ignem, excubias divum aeternas pecudumque cruore', quibus scilicet et sacratio ageretur; et nihil de publicis rebus actum aliqua narratione subiungit. alii templum dicunt non solum quod potest claudi, verum etiam quod palis aut hastis aut aliqua tali re, et lineis aut loris aut simili re saeptum est: quod effatum est. amplius uno exitu in eo esse non oportet, cum ibi sit cubiturus auspicans.* CENTVM ARAS POSVIT *per praeteritum perfectum intulit.* SACRAVERAT *per praeteritum plusquamperfectum. at e contrario ⟨I 471⟩ multa vastabat caede et ardentesque avertit. alibi simile schema per tempora: ⟨VIII 505⟩ ipse oratores ad me et reliqua cum sceptro misit, mandat et reliqua. et ⟨V 96⟩ mactat binas de more bidentes vinaque fundebat pateris.* VIGILEM IGNEM *utrum ad quem vigiliae agebantur, an perpetuum?* VIGILEMQVE SACRAVERAT IGNEM EXCVBIAS DIVVM] * [*quod*] *significat sine intermissione fieri sacrificia, ad quem excubare per diem et noctem necesse sit, ut dicimus cotidie in officio esse: non ergo apud quas dii excubant, sed quae diis excubantur.* *

201. EXCVBIAS DIVVM AETERNAS definitio est aeterni ignis. quid est ignis pervigil? excubiae deorum. et sciendum non vacare

1 rapta] cf. Quintil. declam. 270 p. 454 Obr. ‖ 3 a Garamante filio Apollinis] cf. Isid. or. IX 2, 125

2 garamante *L* (garamantes *l*) garamanti= (s *littera erasa*) *H* ‖ 3 sunt] gentes *add. Ml* ‖ a *Daniel:* ę *F* ‖ 4 sane in primo . . . aliqua ratione (*sic*) subiungat *et ab alia manu* quidam etiam templum dicunt . . . auspicans *in marg. sup. T* 11 aut hastis . . . auspicans] aut hastis sustentatum aut lineis aut loris aut simili re septum est nec oportet habere exitum amplius quam unum cum ibi sit cubaturus auspicans *T* ‖ 12 tale *F* ‖ septum *F* ‖ 13 effatum est *I. Scaliger castig. ad Fest. p.* 88. *cf. Langius Roem. Alterth.* I³ *p.* 338 *adnot.* 3 ‖ sis cupiturus *F, corr. Scaliger l. l.* ‖ 15 sacrauerit *F* ‖ 16 multas *F* ‖ simili scema *F* 18 uinas *F* ‖ 19 binaque *F* ‖ pateris] crateres *F* ‖ 20 *ad* uigilem *supr. vers.* sine qui semper nutrimentis necessariis fotus extingui non posset ac propterea perpetuus sine apud quem agebantur uigiliae *T.* sine . . . posset *Tiberii Donati sunt* ‖ 21 EXCVBIAS DIVVM AETERNAS difinicio . . . excubiae deorum quod significat . . . excubantur et sciendum *c. q. s. F. mutatum sententiarum ordinem non probat F. Schoellius,* quo *pro* quod *et* ad quae *pro* ad quem *scribendum esse censens.* ‖ *supr. vers.* 201 quid ẽ hoc dicendo manifestat sine intermissione fieri sacrificia et ad quem excubare necesse sit per diem et noctem non ergo aput quas dii excubant sed diis excubantur *T* ‖ 22 ad quem (*scil.* '*ignem*') *F:* atque *Daniel primus* ad quae *coni. Hagenus* ‖ necesse sit *om. F, recepi ex Turonensi* 26 peruigilis *F*

ratione, ut in aliquibus templis sit ignis pervigil: nam potestates aut terrenae sunt, aut aëriae, aut aetheriae; sed quia aether ignis est, ideo *in* aetheriarum potestatum templis ignis est, ut reddatur eis imago sui elementi. est autem *in templo* Iovis, qui aether est, *et* Minervae, quae supra aetherem est: unde de patris capite procreata esse dicitur.

202. *VARIIS FLORENTIA SERTIS aliis atque aliis, ac sic perpetuo tempore.*

203. ISQVE AMENS ANIMI et amator, et barbarus. sane nomen esse ostendit ponendo genetivum. *AMENS ANIMI ut* ⟨300⟩ *saevit inops animi. sane 'amens animi' nominativum pro genetivo posuit. num ergo 'amentis animi'? AMARO quod audierat sibi praelatum Aeneam.* AMARO aspero, ut ⟨X 900⟩ hostis amare, quid increpitas?

204. MEDIA INTER NVMINA DIVVM ac si diceret *et* 'diis testibus', ut Sallustius quam mediusfidius veram licet mecum recognoscas: *id est sis dictis medius: fidius, id est Διὸς υἱός, Iovis filius, id est Hercules. medium dixit testem. sane multi 'munera' legunt, hoc est in media precatione deorum: et est invidiosius, si inter munera, quae ipse sacraverat.*

205. *MANIBVS SVPINIS iuxta rationem: nam inferos demissis ad terram manibus invocamus: ut Homerus inducit Althaeam, matrem Meleagri, manibus in longum porrectis, ut ipse alibi* ⟨III 263⟩ *passis de litore palmis: caelestes levatis ad caelum, ut modo, et alibi* ⟨I 93⟩ *duplices tendens ad sidera palmas.* SVPPLEX ORASSE SVPINIS partim precatur, unde ait 'supplex': partim conqueritur, unde ait 'orasse', id est dixisse: hinc et oratores dicimus: *nam 'rogare' non procedit, quia conqueritur magis.*

16 Sallustius] Cat. 35, 2 ‖ 17 fidius . . . Hercules] cf. Varro d. l. l. V 66
22 Homerus] Il. IX 568

1 rationem *H* ‖ 2 aut aëriae *om. N* ‖ aut aetheriae *om. F* ‖ sed *in ras. l* ‖ aether] aeternus *F* ‖ 3 aetheriarum] et hertarum *H* ‖ potestatem *L* (potestatum *l*) potestatem *H* ‖ 4 ei *Hl* ‖ in templo *edidit Stephanus* ‖ qui] qui *ex* que *L* quia *H* ‖ 5 super *L* (supra *l*) ‖ aethera *H* ‖ 7 *ad* uariis *supr. vers.* aliis atque aliis *T* ‖ 9 et barbarus et amens animi . . . amentis animi *F*, sane nomen . . . genetivum *omittens* ‖ 10 ut *Daniel:* et *F* ‖ 11 germ̃ *F*, genetivo *Daniel* ‖ 12 num *Daniel:* nam *F* ‖ 15 NVMINA] CORNVA *M* ‖ et *Daniel:* ex *F* ‖ dis *NH* ‖ 16 quam] quae *Daniel* ‖ uera *F et Daniel* ‖ mecum *om. F* ‖ 17 id est sis dictis medius, id est διὸς υἱὸς, id est Iouis filius *edidit Stephanus* ‖ id est sis dictis *F:* testis dictus *Mascicius primus* ‖ voc *F* ‖ Iovis filius] filius iouis *add. F* ‖ 18 herculis *F* ‖ 21 *ad* supinis *in marg.* ideo dicit manibus supinis quia dimissis ad terram manibus solebant ueteres inuocare inferos supinis autem celestes deos *T* ‖ infero *F* ‖ dimissis *F*, *corr. Daniel* ‖ 22 altea *et* maleagri *F* ‖ 23 ut] *fortasse* et 24 leuatis *Commelinus:* laeua *F* ‖ 26 partim precatur . . . dicimus] haec adlocutio conquestionem habet orasse autem dixisse unde oratores dicti *F*

206. *IVPPITER OMNIPOTENS epitheta, quae commemorationem potentiae habent, interdum exprobrationis vim obtinent, ut hoc loco.* *MAVRVSIA Maura: nam protentio est nunc. Coelius Maurusii, qui iuxta oceanum colunt.*

207. NVNC EPVLATA dum in epulis est: nam cum deseruit participium. et bene 'nunc' dixit: *quasi celebrantibus eius sacra tanta iniuria acciderit.* officia enim in deos, licet aeternam habeant gratiam, *et spectent tam praeteritum quam futurum,* tamen in praesenti plus valent. semper autem Iovi propter hospitalitatem libatur. et bene conqueritur, quia humanas res ne tum quidem curat, cum ei tribuitur honos sacrificii. *et 'gens epulata' bene dixit, ac si diceret me iuvante, me praebente sumptum.* LENAEVM Bacchicum: nam Liber Lenaeus dicitur, quia torculis praeest, qui et Graece ληνοί dicuntur: nam cum sit Graecum, a mentis delenimento non potest accipi. *LENAEVS ex calcatorio ἀπὸ τῆς ληνοῦ, hoc est (a) lacu.*

208. *ASPICIS HAEC id est talia. et hoc sentit: itane talia aspicis, nec vindicas? FVLMINA TORQVES vel intorques, vel gubernas.*

209. NEQVIQVAM HORREMVS quia non iudicio hoc facis: *quia non punis malos et supervacua horremus: aut quia existimamus ea non emitti manu tua. an 'nequiquam' pro non, ut sit 'tu fulmina non torques'?* CAECIQVE IGNES non quia non videntur, sed quorum

---

3 Coelius] fragm. 54 ap. Peterum p. 163 ‖ 12 nam Liber e. q. s.] cf. Serv. ad georg. II 4

1 *ad v.* 206 *in marg.* epitheta . . . interdum uim habent exprobrantis ut hoc loco quasi qui omnia posset non potuerit animum mulieris flectere *T* 2 habenti *F* ‖ exprobationis *F, corr. Daniel* ‖ 3 protencio *F* ‖ maurusius *F, corr. Daniel* ‖ 4 colant *Commelinus primus* ‖ 5 *ad* epulata *supr. vers.* pro epulans participium pro participio id est dum in epulis est. quasi celebrantibus eius sacra tanta iniuria accidit *T* ‖ NVNC EPVLATA dum . . . dixit] Epulata pro ebulas participium et bene dixit dum in epulis est *F* ‖ participium] participim p. *H.* praeteritum· epulata, pro praesenti epulans posuit *add. Stephanus* ‖ 7 accederit *F* ‖ 8 et spectent . . . futurum *edidit Stephanus* ‖ futura *F* ‖ 9 libabatur (*sic*) propter hospitalitatem *F* ‖ libatur] quem ξένιον dicimus *add. D* ‖ 10 nec *L* ‖ currat *LH* (curat *l*) ‖ cum ei] cui *N* ‖ 11 tribuitur honos sacrificii] sacrificatur *F* ‖ et gens . . . sumptum *om. Daniel* ‖ 12 invante *scripsi:* iuuentem *F* ‖ *ad v.* 207 *in marg.* leneus dicitur non a leniendo sicut donatus dicit sed apotis lenu (*leg.* ἀπὸ τῆς ληνοῦ) id est a lacu in quo premitur *T. cf. Serv. ad georg.* II 4 ‖ LENEVM *M* ‖ baccicum *NH* ‖ 13 leneus *LHM* ‖ torculis *scripsi:* lacubus *F* loculis *NLHM* ‖ qui et . . . accipi] id est ΑΝΝΟΙC (id est ἀπὸ τοῦ ληνοῦ *Stephanus* id est ἀπὸ τοῦ προιστάναι ληνοὺς *Daniel*) nec potest dici leneus a mentis delinimento cum sit a graeco tractum *F, Stephanus, Daniel* ‖ qui et Graece ληνοί] qui est eregereanai *N* qui et grece ΛΗΝΗ *L* (grece ΛΗΝΗ *in ras. l*) qui est erecge reanai *H* qui et grece lene *M* ‖ 14 delenimentum *NH* (delenimento *n*) delinimen *L* (delinimento *l* deliniamento *man. rec.*) delinimento *M* ‖ 15 laenaeus *F* ‖ ΑΠΟ ΤΕC ΛΝΝΟΥ *F* ‖ a *add. Masvicius* ‖ 16 *ad* aspicis haec *supr. vers.* id est . . . uindicas *T* ‖ 18 *ad* nequiquam horremus *in marg.* id est non indicio facis quia non punis malos *et ab alia manu* et superuacue (*sic*) horremus . . . torques *T* ‖ haec *F*

origo non apparet. *an quorum rationem ignorantes timemus:* alii enim de ventis dicunt *fieri,* alii de nubibus, alii de aëre *fulmen.* IN NVBIBVS ac si diceret, non ex te *fiunt: si enim errant, tuo non reguntur imperio.* Iuvenalis ⟨XIII 225⟩ *non quasi fortuitus* nec ventorum rabie sed iratus cadat in terras et iudicet ignis.

210. *TERRIFICANT ANIMOS et reliqua. latenter secundum Epicureos locutus est.*

211. FEMINA invidia a sexu, *contemptu inferioris.* et iam incipit specialis conquestio. est autem ordo 'femina errans, quae in nostris finibus urbem posuit'. *et est exaggeratio: primum quod pretio, deinde exiguam, dein certis legibus.*

212. PRETIO ut ostendat eam nec meruisse per gratiam, nec invasisse virtute. et si vendidit, quid conqueritur? *scilicet* vel defraudatus per corium, vel de nuptiarum promissione: *aut 'exiguam pretio' pro exigui pretii.* LITVS *non ait agros, sed 'litus',* ut et supra ⟨I 2⟩ diximus, terram mari vicinam. modo etiam infertilem *sibi et angustam* vult ostendere, *hoc est talem illi dedimus terram, quae nulli esset necessaria, qua tamen contenta fuit.* *ARANDVM videtur illud attingere moris antiqui, quod cum conderetur nova civitas, tauro et vacca, ita ut vacca esset interior, a magistratu muri designarentur. nam ideo ad exaugurandas vel diruendas civitates aratrum adhibitum, ut eodem ritu, quo conditae, subvertantur. Horatius inprimetque muris hostile aratrum.*

213. LOCI LEGES DEDIMVS aut quam tributariam fecimus: aut cui ideo concessimus civitatem, ut in nostrum veniret matrimonium: *ut iusta ira sit.* *CONVBIA hic 'nu' produxit, cum alibi corripuerit, ut* ⟨126⟩ *conubio iungam stabili.* NOSTRA pro 'mea': est autem nobilius: *sic Numanus* ⟨IX 597⟩ *en qui nostra sibi bello conu-*

---

22 Horatius] carm. I 16, 20

1 ratione *F* ‖ 2 fieri *hab. Stephanus* ‖ fulmen] *omisso poetae nomine Iuvenalis verba* non . . . ignis *add. F, quae reliqui libri post* ex te *habent.* ‖ 3 te] teq *H* ‖ fiunt . . . imperio *edidit Stephanus* ‖ tuo non *Stephanus et Daniel:* in tuorũ *F* ‖ 4 fortuitus *F:* fortuitu *Daniel primus* ‖ 5 rabiae *N* rabiẽ *M* ‖ in terras et iudicet ignis *F:* in terras eti . . *N* in terras et ii *L* in terras et i. i. *H* in terra seti *M* in terras et uindicet ignis *vulgo* ‖ 6 *ad* terrificant animos *supr. vers.* scilicet a superioribus nequiquam quasi diceret quia non fiunt ex te ideo frustra timemus *T* ‖ 8 incepit *H* ‖ 12 non meruisse *F* ‖ 13 vel defrandatus] aut de fraude facta *F* ‖ 14 vel de] aut ex *F* ‖ *ad* exiguam pretio *supr. vers.* exigui pretii *T* ‖ 15 et *om. F L* ‖ 16 terram mari uicina ut supra diximus *F* ‖ 17 hoc est . . . necessaria *edidit Stephanus* ‖ 18 videtur illud . . . subvertantur *hab. Ambros.* ‖ 20 magistratum *F* ‖ 21 ad *om. F* ‖ abhibitum est *Ambros.* ‖ 22 condita subvertatur *F, quod correxi* ‖ oratius *F* ‖ inprimeretque *Horatius* ‖ hostilia *F* ‖ 25 quitatem *H* ‖ 27 est autem nobilius] est autem nobilium hic sermo *F.* nobilium est autem hic sermo . . . poscunt *edidit Stephanus*

*bia poscunt.* Sallustius nos in tanta doctissimorum *hominum* copia.

214. DOMINVM ut superius ⟨103⟩ liceat Phrygio servire marito. est autem de iure, quasi per coëmptionem. *vel 'dominum' maritum, ut alibi 'dominam' uxorem ⟨VI 397⟩ hi dominam Ditis: et est quasi vehemens accusatio: me maritum respuit et Aeneam non virum, sed dominum recepit.* PARIS similis Paridi: iniuria a persona. * sic Iuvenalis ⟨IV 38⟩ et calvo serviret Roma Neroni:* *probrosis enim nominibus veteres convicia dicebant, ut Sallustius tyrannumque et Cinnam maxima voce appellans.* et bene 'Paris' quasi qui sustulit pactam.

215. SEMIVIRO COMITATV ut ⟨IX 614⟩ o vere Phrygiae! neque enim Phryges: *id est effeminati. et bene non solum regi, sed et sociis convicium facit. sane quidam tradunt iure hoc in Phrygas dictum: ab ipsis enim ferunt coepisse stupra puerorum.*

216. MAEONIA MITRA Lydia: nam utebantur et Phryges et Lydi mitra, hoc est incurvo pilleo, de quo pendebat etiam buccarum tegimen. *sane quibus effeminatio crimini dabatur, etiam mitra eis adscribebatur: multa enim lectio mitras proprie meretricum esse docet. ergo ex habitus qualitate mutuatur invidiam: nam cum non iam effe-*

1 Sallustius] hist. fragm. I 5 Kr. ‖ 9 Sallustius] hist. fragm. inc. 52 Kr. 17 mitra . . . tegimen] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IX 795. Isid. or. XIX 31, 4

---

3 superius *om. F* ‖ 4 per coemptionem] coemptio uero certis solennitatibus apud priscos peragebatur in contrahendo matrimonio, et sese coemendo invicem uir et uxor interrogabant: uir ita, an mulier sibi mater familias esse vellet: illa respondebat, velle. item mulier interrogabat, utrum vir sibi pater familias esse vellet: ille respondebat, velle. itaque mulier in viri manum conveniebat et vocabantur hae nuptiae per coemptionem et erat mulier mater familias viro loco filiae *add. D. cf. Boetius ad Cic. top. 3 p.* 299. ‖ 5 hii *F* ‖ 7 *ad v.* 215 *in marg.* non reuera sed similis paridi et iniuria a persona. probrosis enim non lenibus ueteres conuicia dicebant ut Sallustius tirannumque et cinnam maxima uoce appellans *T* ‖ paridi *ex* paride *N* paride *H* ‖ iniura *N* (iniuria *n*) ‖ 8 sic Iuvenalis . . . Neroni *huc transposui, post* pactam *habent libri* sic *om. F* ‖ caluo] aelue *H* ‖ nerone *F*. cui similis per iniuriam Domitianus erat *add. D* ‖ 9 nominibus *Commelinus:* non linibus *F* non lenibus *T et Daniel* non lenibus verbis *Masvicius* ‖ 10 et Cinnam *T:* etcinitam *F* exciuitam *Daniel. cf. ad Aen.* I 5 ‖ 11 pactam *N:* pactam *ex* pactum *L* pactum *HM* alii matrimonium pactum *F* ‖ 12 *ad* semiuiro *supr. vers.* id est molli et effeminato. hoc dicendo non solum regi sed etiam tyriis maledictorum fit iniuria quidam tradunt iure hoc in frigas dictum quia ab ipsis ferunt stuprum cepisse puerorum *T* ‖ 14 frigas *F* ‖ 16 lydiana (lidiana *l*) qua utebantur *Ml* ‖ 17 lidi *F* lydii *NHM* lidii *L* ‖ incuruum pilleum *M*, *in quo* MITRA *pro lemmate* ‖ baccarum *F* *ad v.* 216 *in marg. inf.* mitra erat pilleum fryginm caput tegens matronarum quale est operimentum capitis domino deuotarum. sane quibus effeminatio crimini dabatur . . . o uere frigiae non friges *T* (*de verbis quae sunt* quale est . . . deuotarum *cf. Isid. or.* XIX 31, 4.) ‖ 18 exfeminatio *F* ‖ eis *Daniel:* ei *FT* ‖ 19 proprio *F* ‖ 20 abitus *F* ‖ cum] enim *Daniel, inde* cum enim *vulgo* ‖ effinatum *F*

*minatum, sed velut meretricem appellat, quod est inimicius non mulierem tantum, sed etiam meretricem vocare, cum, sicut supra dictum est, et alius insectator dicat o vere Phrygiae! neque enim Phryges.* CRINEMQVE MADENTEM SVBNIXVS crinem unguentatum subnixum *et subligatum* habens. *aut 'subnixus' fiducia elatus.*

217. RAPTO POTITVR stupro fruitur: nam proprie raptus est inlicitus coitus; nec enim hic rapuerat.

218. TEMPLIS QVIPPE TVIS FERIMVS ac si diceret, non mirum si haec patimur te colentes. *sic supra* ⟨204⟩ *ad inrisionem dictum 'Iuppiter omnipotens', ac si diceret: tu es, qui potest omnia?* FOVEMVS INANEM aut quia frustra te credimus mundi esse rectorem: aut quia me tuum filium esse confido. 'fovemus' autem quasi in se infirmam.

219. *ORANTEM perorantem, non precantem, ut supra* ⟨205⟩ *dictum est:* ⟨X 96⟩ *talibus orabat Iuno. ARASQVE TENENTEM veteres aras 'asas' dicebant; postea inmutata littera 's' in 'r' 'aras' dixerunt, sicut Valesios Valerios, Fusios Furios: quod Varro rerum divinarum in libro quinto plenius narrat: necesse enim erat aras a sacrificantibus teneri: quod nisi fieret, diis sacrificatio grata non esset. quod plenius intellegi voluit, gratum hoc esse numinibus, subiungendo 'arasque tenentem audiit omnipotens'.*

220. OCVLOSQVE AD MOENIA TORSIT REGIA ut inde pellat Aeneam; nec videatur esse contrarium quod turbantur omnia Iove Africam respiciente: nam utrumque a turpi liberat fama.

221. *ET OBLITOS FAMAE MELIORIS AMANTIS oblitos et eos dicimus qui aliquid neglegunt, vel quibus aliquid excidit, ut hoc loco; et id quod de memoria excidit, sed figurate, ut nunc oblita mihi tot carmina. 'famae' autem 'melioris' hoc est* ⟨170⟩ *'neque enim specie famave movetur'.*

4 subnixus fiducia elatus] cf. Gell. XVII 2, 4 || 6 nam proprie . . . coitus] cf. Don. ad Ter. adelph. III 3, 2 || 15 veteres aras asas e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 2, 7 sqq. || 27 nunc] buc. IX 53

1 sed etiam *T*. sed *om. Daniel* || est *om. T* || inimici *F* inimice *T, correxi* || mulierem *T:* mulier . . *F* (*duae litterae evanuerunt*) mulieris *Daniel primus* 2 tantum *T* tam̃ *F* || nocare *FT:* uocat *Masvicius* || sicut . . . est *om. T* alios insectatur *F* et alius insectator *T* || 4 crinem . . . habens *hab. T* || 5 id est subligatum *T* || 7 conuitus *F* || 9 sic . . . omnia *edidit Stephanus* || 10 potest *F:* potes *Stephanus primus* || 12 fovemus . . . infirmam] fovemus autem auxiliamur quasi rem per se infirmam *Daniel* || in se infirmam] rem per se infirmam *Stephanus et Fabricius* || 14 *ad* orantem *supr. vers.* perorantem finientem *T* 15 *ad vers.* 219 *in marg.* ueteres . . . omnipotens *T, eadem hab. Ambros.* || aras *om. Daniel* || 16 mutata *T* || s *Ambros., om. FT* || 18 quinto *om. Ambros.* || 19 aras a sacrificantibus *Ambros.:* ansiscasa sacrificantibus *F* reas sacrificantibus *T* tenere *T* || 21 aras *F* || 23 quod] quia *F* || 24 fama] unde et (et *om. l*) sequitur et oblitos famae melioris amantis *add. Ml* || 25 *ad* oblitos *supr. vers.* oblitos solemus dicere neglegentes uel quibus aliquid excidit *T* || 27 nunc] non *F*

223. *VADE, AGE singulis verbis et iubentis, ut 'vade'; et hortantis, ut 'age'; et blandientis, ut 'nate' expressit adfectum.* VOCA ZEPHYROS aut quibus Aeneas naviget: unde est ⟨562⟩ nec zephyros audis spirare secundos: aut qui vehant Mercurium, ut ⟨257⟩ ventosque secabat, item ⟨241⟩ rapido pariter cum flamine portant.

224. *DARDANIVMQVE DVCEM ordo est 'Dardaniumque ducem alloquere'.* TYRIA CARTHAGINE *quasi homini, ita civitati epitheton patrium dedit. 'Carthagine' autem* pro 'Carthagini': et pro adverbio in loco, de loco posuit. sic Horatius Roma Tibur amem, ventosus Tibure Romam pro 'Tiburi'

225. EXPECTAT moratur, deterit tempus. *NON RESPICIT VRBES non cogitat, cum illum necesse sit ad Italiam navigare.*

226. *CELERES pro 'celer' vel 'celeriter'.*

227. NON ILLVM NOBIS κατὰ τὸ σιωπώμενον intellegimus. PVLCHERRIMA epitheton perpetuum, nec ad praesens negotium pertinens.

228. GRAIVMQVE IDEO BIS VINDICAT ARMIS alii dicunt 'bis' semel a Diomedis singulari certamine, *in quo a Diomede percussus est saxo: Iuvenalis* ⟨XV 66⟩ *vel quo Tydides percussit pondere coxam Aeneae:* et item in excidio, sicut legimus ⟨II 632⟩ descendo ac ducente deo *et* ⟨II 664⟩ *hoc erat alma parens.* alii dicunt propter Diomedis et Achillis certamina singularia. sed quando cum Achille dimicavit, a Neptuno liberatus est: potest tamen hoc pro Venere factum videri: sic *enim* Iuno imputat Veneri quod pro ea factum est *dicens* ⟨X 83⟩ et potes in totidem classes convertere nymphas. potest etiam *et* alter sensus esse: nam Troia antea ab Hercule, qui et ipse Graecus fuit, capta est: ut intellegamus iam tunc Aeneam natum fuisse: nec enim multum tempus interfuit, cum constet Priamo tunc ab Hercule imperium

10 Horatius] ep. I 8, 12

1 *ad* vade *supr. vers.* iubentis, *ad* 'age' hortantis, *ad* 'nate' blandientis, *ad* 'zephyros' quibus porteris *T* ‖ ortantis *F* ‖ 4 quia uehebant *F* ‖ 8 *ad* Tyria Carthagine *supr. vers.* epiteton praeposuit uti homini *T* ‖ ita *scripsi:* itata *F* iratus *Daniel primus* ‖ 9 pro *om. F* ‖ kartagini *L* carthaginia *H* ‖ 10 amas *F* amnem *L* amṇem *M* ‖ Tibure] tubure *L* ‖ 12 *ad* non respĭcit urbes *supr. vers.* hoc est non cogitat quod necesse sit eum nauigare ad italiam *T* ‖ 13 nauigari *F* ‖ 19 in quo ... Aeneae *edidit Stephanus* ‖ 21 aeneas *F* ‖ et item] iterum *F* 22 ac ducente *F:* abducente *N M in ras. l* eabducente *H* ‖ 23 singularia] contra Aenean *add. Daniel* ‖ 24 liberatus est] quando cum Diomede a Venere *add. Daniel* ‖ 25 hoc pro Venere] quod pro uenere fit a uenere *F* ‖ hoc] quod *H* uidere *H* ‖ 26 et] ut *N L H M* ‖ potis *F* potest *N H* potes‸‸ *L* (*duae litterae deletae*) potest *l* in *omittens* ‖ 28 ante *L* ‖ 29 nec ... constet] nec enim multi temporis fuit cum conplet *F*

traditum. *'vindicat' autem pro 'vindicavit': et quaedam ideo praesenti pro praeterito tempore ponuntur, ad maiorem significationem figurandam, ut ⟨I 316⟩ vel qualis equos Threïssa fatigat et Coeumque Iapetumque creat, ut e contrario praeteritum tempus ad exprimendam celeritatem, ut ⟨XI 488⟩ suras incluserat auro et exiit ad caelum ramis felicibus arbos. et 'vindicat' eripit, ut 'qui in libertatem vindicat', id est eripit servituti.*

229. GRAVIDAM IMPERIIS *quasi parituram imperia: vel* unde multi imperatores possent creari, ut ⟨I 21⟩ hinc populum late regem. ideo autem 'gravida' ablativo iungitur, quia etiam 'gravis illa re' dicimus, unde est huius origo sermonis. sic Plautus in Amphitruone ⟨II 2, 86⟩ uxor tua non puero, sed peste gravida est. *alii hunc ordinem volunt: sed fore, qui Italiam gravidam rerum abundantia et bello frementem imperiis regeret.* BELLOQVE FREMENTEM exceptis temporibus, quibus a Latino regebatur, ut ⟨VII 46⟩ longa populos in pace regebat: nam alias bellicosa fuit Italia.

230. ALTO *inlustri, nobili.*

231. PRODERET modo 'protenderet', id est propagaret. 'propago' autem si genus significet, 'pro' brevis est, ut ⟨XII 827⟩ sit Romana potens Itala virtute propago: si de arbore dicas, producitur 'pro', ut flexos propaginis arcus exspectant. 'prodere' sane significat *et occulta detegere, unde proditores dicti, et* decipere *vel perdere,* ut ⟨I 253⟩ unius ob iram prodimur: et est in infinitum haec lexis polysemos. *Plautus nam illud quod dat perdit, et illi prodit vitam ad miseriam, cum de paupere loqueretur.*

4 Coeumque] georg. I 279 ‖ 6 exiit] georg. II 81 ‖ 19 'proderet' modo protenderet] cf. Non. p. 363 M. ‖ 22 flexos] georg. II 26 ‖ 25 Plautus] trin. II 2, 59

1 *ad* Graiumque ideo b. v. a. *supr. vers. et in marg.* ad maiorem significantiam posuit praesens pro praeterito quasi nunc etiam uindicat. et uindicat significat trahit liberat in libertatem uindicat uindicat id est eripit seruituti. et est plena laus quasi diceret nôn ideo bis euasit incommoda patriae suae ut carthaginem foueat *T* (et est . . . foueat *Tiberii Donati sunt.*) *in marg. sup. alia manus* Vindicat pro uindicauit . . . felicibus arbos *scripsit.* ‖ 2 moiorem *F* 3 quales aequos *F* ‖ 4 quoeumque iapidumque *F* ‖ 8 *ad* grauidam imperiis *supr. vers.* parituram imperia *F* ‖ 9 multum *NH* ‖ possunt *F* ‖ 11 plaustus *F* placatus *H* ‖ 12 amphitriene *F* amamfarione *N* (amfitrione *superscr. ead. man.*) amphitrione *L* amamfariole *H* amfitrione *M* ‖ grauida *NLHM*: grauis *F* ‖ 13 *ad v.* 229 *in marg.* quidam ita ordinant grauidam italiam rerum habundantia et bello frementem regeret imperiis *T* ‖ 14 rerum abundantia et *om. F* ‖ 16 populos] placidas *Vergilius* ‖ 19 *ad* proderet *supr. vers.* ostenderet et manifestaret *T* ‖ hoc est *M* ‖ propurgaret *F* ‖ 21 italia *FH* ‖ 22 producitur pro] pro longa est *F* ‖ pro *om. M* ‖ flexos] pressos *Vergilius* ‖ exspectant . . . significat et] alias *M* ‖ exspectant *F*: nexae spectant *NL* (*del. l*) nexespectant *H* ‖ 24 et est] sane *M* et *in ras. l* ‖ in *om. F* ‖ 25 haec] haec est *M* ‖ lexis] glossula *F* clausula *in ras. l* (l lexis *superscr. alia man.*) lesis *H* clausula uel lexis *M* ‖ polisemos *NHl* populi semos *L*

233. SVPER SVA LAVDE *id est* pro sua laude. et Graecum est schema: sic enim Demosthenes ὑπὲρ τοῦ στεφάνου. id est pro corona. MOLITVR praeparat, exercet.

234. ASCANIONE propter illud quod frequenter diximus, ipsi imperium deberi. ideo autem hoc asserit poeta, ut laudando Iulum Caesarem laudet, quia ab eo originem ducit, ut ⟨I 288⟩ Iulius a magno demissum nomen Iulo ROMANAS INVIDET ARCES honestior elocutio est si addamus quam rem invidemus, ut Liber pampineas invidit collibus umbras.

235. INIMICA IN GENTE praeoccupat quasi praescius: *nam nondum inimica est.*

236. PROLEM AVSONIAM ut in sexto ⟨756⟩ nunc age Dardaniam prolem quae deinde sequatur gloria: *vel quia de Lavinia Silvium habuit.*

237. HAEC SVMMA EST id est mei praecepti collectio: *hoc est totum propter quod mitteris, ut* Iuvenalis ⟨III 79⟩ in summa, non Maurus erat neque Sarmata. *HIC NOSTRI NVNTIVS pro 'talis', ut* ⟨XI 16⟩ *manibusque meis Mezentius hic est et* ⟨IX 479⟩ *hunc ego te, Euryale, aspicio pro 'talem'.*

238. PARERE PARABAT non respondet quasi numen inferius, sed dictis obtemperat, *ut* ⟨I 689⟩ *paret Amor dictis carae genetricis.*

239. TALARIA NECTIT Mercurius ideo dicitur habere pennas quia citius ab omnibus planetis in ortum suum recurrit: unde et velox et errans inducitur, ut quos ignis caeli Cyllenius erret in orbes.

242. TVM VIRGAM CAPIT id est caduceum, quod primo Apollo habuit et donavit Mercurio, *accepta ab eodem* lyra sibi tradita. sic

8 Liber] buc. VII 58 ‖ 23 Mercurius . . . orbes] exscr. mythogr. II 42 25 quos] georg. I 337 ‖ 27 id est caduceum e q. s.] cf. Isid. VIII 11, 45 sqq. mythogr. I 119, II 42, III 9, 3

2 scema *FNLM* ‖ Demosthenes . . . pro corona] dicunt YPER EKINNO id est pro illo *M* ‖ enim] dicunt YHER EKYNIO id est pro illo YHEP TOY *in marg. add. l*, demostenes *FH* demostenus *N* demestenes *L* ‖ YHEP TACTEФAN *F* ПEPI TOY CTEФANOY *N* nepto YCTEФANOY *L* NEPTO OYCTEФANOY *H* ‖ 3 aut exercet *M* ‖ 4 frequenter] supra *L* ‖ 5 adserit *F* ‖ iulium *M* ‖ 6 quia] quod *F* qui *LM* ‖ 7 dimissum *HM* ‖ 8 eloqutio *H* ‖ 9 inuidet *F* ‖ 13 sequatur *F*: sequeretur *N* sequatur *ex* sequetur *L* sequetur *HM* ‖ luuinia *F* ‖ 16 in] ad *supr. vers. l* 17 nec *FM* ‖ 20 respondit *FM* ‖ 21 obtemperat] sane hic locus Homeri est (*Od.* V 43) *ὣς ἔφατ', οὐδ' ἀπίθησε . . . πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ add. D* ‖ cara *F* ‖ 23 pinnas *FN* ‖ 24 titius *L* sitius *H* ‖ 25 cillenius *FNH* ‖ *ad* talaria nectit *supr. vers.* quia mercurius deus sermonis dicitur talaria fingitur habere in pedibus quia sermo citius currit mercurius enim dicitur quasi medius currens *T* ‖ 28 sic] ut *M*

Horatius fraternaque umerum lyra. huius autem virgae haec ratio est. Mercurius et orationis deus dicitur et interpres deorum: unde virga serpentes dividit, id est venena: nam *serpentes ideo introrsum spectantia capita habent, ut significent inter se legatos colloqui et convenire debere, quia* bellantes interpretum oratione sedantur: unde secundum Livium legati pacis caduceatores dicuntur: sicut enim per fetiales, *a foedere*, bella indicebantur, ita pax per caduceatores fiebat. *quibus caduceis duo mala adduntur, unum Solis, aliud Lunae. sane de ipsis serpentibus haec opinio est † Mercurius haec tam fera animalia concordent, nos quoque concordare debere.* Ἑρμῆς autem Graece dicitur ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, Latine interpres. *sane caduceum postea inventum dicitur. virga vero insigne potestatis est, nam ideo ea et magistratus utuntur. dicta, quod vi regat. hac et vates plerumque utuntur: unde et Circe videtur homines mutasse, ut* ⟨VII 190⟩ *aurea percussum virga. et hodieque tam athletarum quam gladiatorum certamina virga dirimuntur. et praefecti gentium Maurarum cum fiunt, virgam accipiunt et gestant.* ANIMAS pro 'umbras' secundum poeticum morem. animae enim in caelo sunt, ut ⟨V 722⟩ visa dehinc caelo facies delapsa parentis. huius autem rei ratio altioris est scientiae.

244. LVMINA MORTE RESIGNAT claudit, perturbat. est et aliud quod physici dicunt, pupillas, quas in oculis videmus, morituros ante triduum non habere: quibus non visis est summa desperatio. hoc ergo dicit 'resignat', hoc est aufert signa luminibus: *id est*

1 Horatius] carm. I 21, 12 ‖ 6 secundum Livium] fragm. 59 Hertz. ‖ 8 quibus caduceis . . . Lunae] cf. Macrob. Sat. I 19, 17 ‖ 12 virga vero . . . vi regat] cf. Isid. or. XVII 6, 18 ‖ 15 et hodieque . . . dirimuntur] cf. Hygin. poet. astr. II 7 ‖ 21 est et aliud . . . desperatio] exscr. Isid. or. XI 1, 37

1 fraternaque] faretraque *M* ‖ humero *F* ‖ 3 serpentes] bellantes *M* ‖ uenena *F*: uenenum *NH* uenena *L*, (*sed* a *in duar. litter. ras. l*) bellum *M* ‖ 6 libium *F* Niuium *H* ‖ sicut enim . . . Latine interpres] unde et grece hermes dicitur apotes ermenias sicut contra per fetiales bella sumebantur *M* ‖ 7 fetiales *L*: fectiales *F* festiales *NH* ‖ a foedere dictos *coni. Burmannus* ‖ 9 de] in *Daniel primus* ‖ Mercurius] *cf. ad lin.* 11 ‖ 10 ferra *F*, *corr. Daniel* ‖ concordat *Daniel primus* ‖ debere] certum est *add. Daniel primus.* Mercurius eas secernit et cum haec tam *c. q. s. F. Schoellius.* Mercurius h. t. f. a. concordans monet n. q. c. d. *coni. Hagenus. fort. in archetypo fuit* haec opinio est Servii, cum haec tam *e. q. s.* ερμες *F* ερμης *L* ‖ 11 autem] aut *FH* ‖ apo tes erminias *F* απο της ερμηνιας *NLH* ‖ ἑρμηνείας] esse certum est cum haec tam fera enim alia concordent *add. F* ‖ Latine interpres *om. F* ‖ 12 adhuceum *F*, *corr. Daniel* ‖ *ad v.* 242 *in marg.* uirga insigne potestatis est . . . dirimuntur *T.* uirga insigne . . . gestant *hab. Ambros.* ‖ 13 ui regat *T et Ambros.*: diu rigat *F. cf. Isid.* ‖ hac] ac *Ambros.* 14 videtur] *fort.* videtur virga ‖ 15 hodiequi *F* ‖ tam . . . gladiatorum] atletarum et gladiatorum *T* ‖ 17 Maurorum *Ambros.* ‖ 18 umbris *ex* umbras *N* ‖ 19 dehinc] dein *F* ‖ 20 autem] enim *F* ‖ altioris *F. Schoellius:* alterius *libri* 21 claudit] Diuidit *H* ‖ et est aliud *F* et est illud *Masvicius* ‖ 22 populas *N* populas (v) *M* ‖ videmus] habemus *N* ‖ moriturus *N* ‖ 24 luminis *N*

*signorum, quibus quaeque noscuntur, intellectum tollit. Cicero resignari pro auferri ait in pro Archia* ⟨5, 9⟩ *aliquandiu incolumis post damnationis calamitatem omnem tabularum fidem resignasset, hoc est abstulisset. alii tradunt resignare vetuste ita dictum, ut nos adsignare dicimus pro damno, ut est apud Catonem in Lucium Furium de aqua quod attinet ad salinatores aerarios cui curam vectigalium resignantur et idem in oratione 'ne spolia figantur nisi de hoste capta' sed tum ubi † ludi misi sunt revertantur resignatis vectigalibus.*

245. *AGIT VENTOS non vocat aut transit, nam sequitur 'et turbida tranat'. an ergo ducit atque moderatur, ut mulcentem tigris et agentem: unde et paedagogos dicimus? an excludit ac pellit, ut ac membris agit atra venena? an insequitur, ut* ⟨V 265⟩ *palantes Troas agebat? an ante se agit, ne reflectant, ut equos agit, quia illis defertur? nam dixit 'rapido pariter cum flamine portant'. an 'agit' in actu est? Sallustius inter certamina dominationis aut libertatis agit.* TRANAT transvolat, ut nare per aestatem liquidam suspexeris agmen.

246. APICEM ET LATERA bene ei quae sunt hominis dat: nam rex fuit. qui cum audisset oraculo, cavendum esse a Iovis filio, et timore nullum susciperet, a Perseo in montem conversus est viso Gorgonis capite, eo quod illum noluit suscipere. ut autem in primo ⟨741⟩ diximus, peritus astrologiae fuit: nam et Herculem docuit. sane Latine Telamo dicitur, ut Nilus Melo. *bene ei quae sunt ho-*

5 apud Catonem] p. 49 et 70 ap. Jord. cf. Festus s. v. resignare ‖ 11 mulcentem] georg. IV 510 ‖ 12 an excludit . . . venena] cf. Non. p. 243 M. ‖ ac membris] georg II 130 ‖ 13 an insequitur] cf. Don. ad Ter. adelph. III 2, 21 16 Sallustius] hist. fragm. I 8 Kr. ‖ 17 nare] georg. IV 59

1 resignare *et* auferre *Daniel primus* ‖ 2 Gabinii, quam diu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas o. t. f. r. *Cicero* ‖ 4 *ad* resignat *in marg.* claudit perturbat. alii accipiunt uetuste dictum hoc loco resignat quemadmodum dicimus assignat pro damno accipientis *et ab alia manu* ut est apud catonem . . . resignatur *T* ‖ 5 Cato in L. Furium . . . resignat *hab. Ambros.* 6 erarios *FT* ‖ curam *F* cura *T Ambros., Daniel, Scaliger castig. in Fest. p.* 156 ‖ 7 resignantur *F* resignatur *T* resignat *Ambros., Daniel, Scaliger l. l.* Cato in oratione . . . uectigalibus *hab. Ambros.* ‖ orationem *F* ‖ uigantur *F, correxi:* figerent *Ambros.* figerentur *Festi liber, Daniel, Scaliger* ‖ 8 ludi misi *F* indimisi *Ambros. et Scaliger* ii (*malim* hi) dimissi *Daniel.* ludos dimissi *F. Schoellius* revertentur *coni. Jordanus* ‖ 10 *ad v.* 245 *in marg.* AGIT VENTOS . . . et agentem *et ab alia manu* unde paedagogi . . . libertatis agit *T* ‖ nam sequitur *T:* insequitur *F* ‖ 11 an *om. T* ‖ 12 paedagogos dicimus an] paedagogi dicuntur quod pueros agant siue *T* ‖ 13 et membris agit atra et reliqua *F* ‖ an] siue *T* ‖ 14 an] siue *T* ‖ quia . . . portant *om. T* ‖ 16 siue agit in actu ipso est *T* ‖ inter certamina *T* inter certamine *F* in certamine *Priscianus* V 25, I p. 158, 3 H. 19 bene . . . Melo *om. F* ‖ homines *L* animalis *M* ‖ dat *om. H* ‖ 20 audisset . . . a Perseo] perseum non susciperet hospitio propter oraculum quo responsum fuerat ut a filio Iouis caueret *M* ‖ 21 timore / (m *littera erasa*) *L* ‖ 23 et *om. M* ‖ 24 telamo *M:* telamon *reliqui*

*minis dat: nam et umeros, barbam, mentum * senem dicit. hic autem Atlas rex fuit. qui habuit, sicut quidam volunt, iuxta Aethiopas pomarium, in quo mala aurea nascebantur, quae Hesperides et insomnis draco custodiebant. hic cum audisset a Themide, antiquissima dearum vate, cavendum esse a Iovis filio, qui ea poma quandoque sublaturus esset, et timore nullum susciperet, audito quod Perseus Iovis esset filius, suscipere eum hospitio noluit: a quo in montem conversus est viso Gorgonis capite. ut autem in primo diximus, peritus astrologiae fuit: nam et siderum cursum deprehendisse dicitur et Herculem docuisse.*

247. ATLANTIS *Aetheris et Diei filius, cui poenae gratia caelum inpositum dicitur, quod, ut quidam volunt, cum Titanibus steterit.* DVRI *laboriosi: et merito, qui caelum sustinet: unde ait* FVLCIT, *hoc est* sustinet, *propter altitudinem:* nam altus est nimis.

248. ATLANTIS CINCTVM *repetitio cum emendatione et auctu.*

250. NIX 'nivis' facit; sed verbum 'ninguit' non hinc venit, sed ab eo quod est 'haec ninguis' et 'hae ningues': Lucretius albas effundere ningues. 'ninguit' autem prima persona caret et secunda, quia non est in nostro arbitrio. *fabula autem talis est: Nilus Callirrhoen, Oceani filiam, amavit: ex his nata puella nomine Chione, quam cum rure vitam agentem * Iuppiter a Mercurio tolli et nubibus misceri praecepit: unde factum est, ut nives quae cadunt Graece χιόνες appellentur; quae tamen nives, repraesentantes virginis vitam priorem, montibus magis inhaerent. ideo autem cadentes nives sata exurunt, ut ostendant, puellam iniuriam, quam pertulit a rustico, vindicare.*

251. PRAECIPITANT ut ⟨II 8⟩ nox umida caelo praecipitat: *pro praecipitantur.* SENIS aut propter aetatem: aut adlusit ad nives, ut gelidus canis cum montibus umor liquitur.

1 hic autem Atlas e. q. s.] cf. Luct. Plac. in Stat. Theb. I 98. mythogr. II 114 ‖ 16 Lucretius] VI 736 ‖ 28 gelidus] georg. I 43

1 memorat et *add. F. Schoellius* ‖ hic atlas ... capite *in marg. inf. T* ‖ 2 athlans *F* ‖ qui habuit *om. F* ‖ pomarium (sive ortum) *T* ‖ 3 insomnis *F* peruigil *T* ‖ 4 hic *F* qui *T fortasse* deorum ‖ 6 timorem *T et Daniel* prae timore *Masvicius* ‖ 7 mentem *F* 9 docuisse] sane latine . . . melo *add. F* ‖ 12 *ad* duri *supr. vers.* laboriosi *T* 14 auctu *Burmannus:* actu *F* ‖ 16 et hae ningues *om. M* ‖ sic lucretius *M* 17 descendere *Lucretius* ‖ ninguit *ex* ninguet *N* nimguit (*item* nimguis *et* nimgues) *L* ‖ 18 quia] quae *NH* ‖ arbitrio] sed deo (*leg.* ad deum) pertinet *add. D* ‖ fabula talis est . . . uindicare *in marg. inf. T* ‖ 19 calliroen *FT* ‖ amabit *F* amabat *Daniel primus* ‖ 20 cum *secl. Masvicius. sed interciderunt non nulla de iniuria virgini inlata:* rusticus stupro affecisset *suppl. F. Schoellius* ‖ a *om. Lion* ‖ 22 χιόνες] chione *FT* ‖ appellantur *F* ‖ praesentantes *F* ‖ virginis *scripsi:* nirgines *FT* virgines et *Daniel primus* ‖ 23 calentes *Daniel primus*

*RIGET aut frigida est, aut recta est: unde et rigorem dicimus directionem. inde est vestesque rigescunt et ⟨VII 447⟩ diriguere oculi.*

252. PARIBVS ALIS leni volatu, ut ⟨IX 14⟩ dixit et in caelum paribus se sustulit alis. *NITENS quidam pro 'volans' accipiunt: et est participium a verbo 'nitor'.* CYLLENIVS aut ab avia: unde paulo post 'Cyllenia proles': aut a Cyllene, Arcadiae monte, ubi dicitur esse nutritus.

253. TOTO CORPORE uno impetu excussus. sic Lucanus ⟨VI 755⟩ nec se tellure cadaver paulatim per membra levat terraque repulsum est erectumque semel.

254. AVI SIMILIS incongruum heroo credidit carmini, si mergum diceret, *vel, ut quidam volunt, fulicam:* ut alibi ciconiam per periphrasin posuit candida venit avis longis invisa colubris. sic est et testa cum ardente viderent scintillare oleum. *sane fabula de mergo talis est. Aesacus quidam puer, nympha Alexirhoë editus, aliam eiusdem fontis nympham amabat. quae cum insequentem amatorem fugeret, ad quoddam specu delata calcato serpente interempta est: quod postquam amator vidit, in mare se praecipitavit: cuius cum membra ferrentur fluctibus, miseratione deorum in avem mergum mutatus est, quia semper mergi fluctibus gaudent.*

255. *PISCOSOS pisculentos: causa cur volet. HVMILIS humiliter: et tractum est ab humo, ut qua me quoque possim tollere humo.*

257. LITVS ARENOSVM LIBYAE bene 'arenosum' addidit: nam in Libya erat, sed non in arenosa: Mauretania enim aspera et silvestris est. *VENTOSQVE SECABAT quia omnis avis in ventum volat, ut ⟨V 512⟩ illa notos atque atra volans in nubila fugit.*

258. MATERNO AB AVO per Maiam, Atlantis filiam.

---

2 vestesque] georg. III 363 ‖ 13 candida] georg. II 320 ‖ 14 testa] georg. I 391 ‖ 15 sane fabula e. q. s.] cf. Ovid. met. XI 749 sqq. ‖ 22 qua me] georg. III 8

---

1 *ad* riget *supr. vers.* aut frigida est aut recta. inde rigor directio et inde diriguerunt oculi legitur et uestes rigescunt *T* ‖ 3 leni . . . alis *om. H* 4 *ad* nitens *supr. vers.* uolans et est participium a uerbo nitor *T* ‖ 6 Cyllene] cilleno *L* ‖ 9 nec sine *NH* necse *L* (cse *in ras. l*) ‖ tullure *H* ‖ leuatque *NH* leuat quod *M* ‖ 10 terra *NH* ‖ que semel *om. F* ‖ simul *exemplaria Lucani* 11 *ad v.* 254 *in marg.* incongruum . . . fluctibus gaudent *T* ‖ credidit heroo *T* heroo] ero *L* (heroo *l*), *om. M* ‖ mergam *H* ‖ 12 per *om. FTL* (*add. l*) ‖ 14 uiderent *FT:* uideret *NLHM* ‖ scintillare oleum] et reliqua *FT*, *om. M* ‖ oleum] ne diceret lucernam nimis tenuiter *add D*, *quibus haec adiecit Fabricius:* est autem et hoc Homericum (*Od.* V 51 *sqq.*) σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα . . . δεύεται ἅλμῃ. *cf. ad v.* 238 ‖ 15 isacus *FT* ‖ Alexirhoe editus *Mascicius:* alexi peditus *F* alexi praeditus *T* ‖ 19 ferentur *F* ‖ 20 mergam *F* ‖ quia] quē *F* ‖ 22 quam *F* 23 HARENOSVM *FM* ‖ AC LIBIAE *NLH* ADLIBYAE *M* ‖ harenosum *FM* ‖ nam *om. H* ‖ 24 in *om. F* ‖ harenosa *FM* ‖ enim] enim quia *F*

259. ALATIS *participium sine verbo.* MAGALIA Afrorum casas: et 'mapalia' idem significant; sed 'magalia' 'ma' producit, 'mapalia' vero corripit, ut et raris habitata mapalia tectis.

261. STELLATVS IASPIDE FVLVA *Gaius Memmius de triumpho Luculli Syriaci calceoli gemmarum stellati coloribus: participium sine verbo. 'iaspide' autem 'fulva'*, pro viridi, ut ⟨V 309⟩ fulvaque caput nectentur oliva. dicit etiam Plinius in naturali historia, multa esse iaspidum genera; in quibus etiam fulvum commemorat: *hoc et Didymus et Nicander adfirmant. alii tradunt iaspidem in zmaragdum saepe transire.*

262. ENSIS ERAT *ensem* pro vagina posuit. et multi iaspidem volunt ad gratiam pertinere, *alii ad salutis custodiam plurimum posse: ergo necessaria Aeneae in rebus trepidis, qui inter ignotas et bilingues devenerat gentes. traditur etiam, hanc gemmam contionantibus necessariam: nam Gracchus ea dicitur in contione saepe usus, et hic Aeneas, quasi regni particeps, in publico velut in contione a Mercurio corripitur. bene ergo hic ei habitus datur, ne eum Tyrii aut ut profugum aspernarentur, aut oboedire ut advenae nollent. sane bene describit luxuriantis ensem: aliter* ⟨VIII 621⟩ *fatiferumque ensem et* ⟨XII 90⟩ *ensem quem Dauno ignipotens: hic capulum aut vaginam, ut in illis ferrum. sed peritus poeta cum amatoris luxuriantis vaginam describit, alias etiam inseruit rationes, cur iaspidem dixerit.* LAENA genus *est* vestis. est autem proprie toga duplex, amictus auguralis. *alii amictum rotundum: alii togam duplicem, in qua flamines sacrificant infibulati. quidam tradunt bene filio Veneris habitum laenae datum, quia hunc sibi amictum genus Veneris vindi-*

3 et raris] georg. III 340 ‖ 11 et multi . . . plurimum posse] cf. Isid. or. XVI 7, 8

1 sine verbo] verbo carens *Daniel primus* ‖ 2 sed *om. N L H (add. l)* ‖ 3 vero ma *F* ‖ 5 calcioli *F* ‖ stillati *F* ‖ 6 fuluaque *L* fauaque *F* flaneque *N* (flanaque *ead. man.*) franeque *H* flanaque *M et Vergiliani libri* ‖ 9 didimus *F* ‖ 10 zmaragdam *F* ‖ 11 *ad v.* 262 multi uolunt ad gratiam pertinere quidam ad corporis custodiam plurimum posse. ergo . . . corripitur *et ab alia manu* bene ergo . . . nollent *in marg. T* ‖ 13 qui in rebus trepidis *T* ‖ 14 gentes deuenerat *T* ‖ hanc gemmam *om. T* ‖ geminam *F* ‖ 15 necessariam contionantibus *T* cantionantibus *F* ‖ nam . . . usus] quam et grachus contionando semper habuisse dicitur *T* ‖ Gracchus *Masvicius:* grecus *F* ‖ 16 quasi . . . in publico *om. T* a] e *F* ‖ 17 eum *T:* enim *F* ‖ 18 obedire *F T* ‖ 19 luxoriantis *F* ‖ fatisferumque *F* ‖ 20 ignepotens *F* ‖ 21 ut *scripsi:* aut *F* at *Daniel primus* ‖ luxoriantis *F* ‖ 23 lena genus est uestis . . . discedere uideretur *in marg. inf. T* ‖ autem] anter *F* ‖ proprie *om. M* ‖ 24 amitus *F* ‖ auguralis] aut uiralis *H*. Cicero (*Brut.* 14, 56) 'sacrificium publicum cum laena faceret'. Graece χλαῖνα *add Fabricius* alii amictum rotundum . . . agens contingere *hab. Ambros.* ‖ rutundum *F* ‖ 25 sacrificabant *T Ambros.* ‖ infibulati *Daniel. cf. Paul. Fest. s. v.* '*infibulati*': infabulati *F* infulati *T* ‖ quidam . . . aptam volunt *om. Ambros.* ‖ 26 laene *F*

*cavit: unde Popilii 'Laenates' propter hunc habitum, qui se de Veneris genere ortos ferebant. alii inventorem huius vestis ab hac ipsa veste Laenatem appellatum tradunt. quidam muliebrem vestem quasi amatori aptam volunt. quidam pontificalem ritum hoc loco expositum putant. veteri enim religione pontificum praecipiebatur inaugurato flamini vestem, quae laena dicebatur, a flaminica texi oportere: quam vestem cum cultro, quae secespita appellabatur, † uti debere. secespita autem est culter oblongus ferreus, manubrio eburneo, rotundo, solido, vincto ad capulum argento auroque, fixo clavis aeneis, quo* ⟨*flamines*⟩*, flaminicae, virgines pontificesque ad sacrificia utuntur. eaque iam sacra est. appellatur autem secespita a secando. hic ergo Vergilius in Aenea, quem sacratum intellegere vult, omnia supra dicta latenter amplexus est: nam inaugurationis meminit, cum dicit* ⟨252⟩ *'paribus nitens Cyllenius alis' et* ⟨254⟩ *'avi similis' et* ⟨255⟩ *'volat aequora iuxta': ostendit enim Aeneam auspicato et iussum a Carthagine abire. togam autem duplicem, quam purpuream debere esse non dubium est, hoc versu declarat 'Tyrioque ardebat murice laena'. secespitae autem, quoniam gratum non erat ipsius nominis facere mentionem, ita meminit 'stellatus iaspide ensis erat'. ensem ergo pro cultro longiore debemus accipere; stellatum autem pro 'clavis aeneis vinctum'. iaspidem autem ideo intulit, ne totus a rege discedere videretur: cui propositum est veterum caerimoniarum ritum aliud agens contingere.*

263. DEMISSA EX VMERIS *ex qualitate amictus ornatum amatoris expressit.* DIVES QVAE MVNERA DIDO *non addidit cuius rei dives, ut alibi* d i v e s  o p u m  v a r i a r u m *et* ⟨IX 26⟩ d i v e s  e q u u m, d i v e s  p i-

7 secespita autem ... sacra est] cf. Festus s. v. secespita ‖ 25 alibi] georg. II 465

1 Popilii *Masricius:* populi *F T* ‖ 2 generi hortos *F* ‖ ferebant *scripsi:* uerebant *F* credebant *T* volebant *Daniel* ‖ uentis *F* ‖ 3 quasi ... aptam] quae sit amatori aptum *T* ‖ 4 putant] uolunt *Ambros.* ‖ 5 relegione *F* ‖ flamini inaugurato *Ambros.* ‖ 6 a *om. F* ‖ 7 quae] qui *T* ‖ secepita *F* ‖ appellatur *Ambros.* geri oportere *Masvicius* qua ueste ... uti deberent *coni. Hagenus* ‖ autem ... appellatur autem secespita *hoc loco omissa post* contingere (*lin.* 22) *add. F* ‖ 8 uinctu *F* ‖ 9 flamines *inserui Masricius. cf. Festus* ‖ 10 pontifices *T* ‖ 11 secando] laena autem proprie toga duplex amictus auguralis *add. F et Ambros.* ‖ 12 ergo] igitur *Ambros.* ‖ 13 syllenius *F* ‖ 14 ostenditque *omisso* enim *Ambros.* 15 et a carthagine iussum *F T* et iussu a carthagine *Ambros.* ‖ habire *F* ‖ 16 esse debere *Ambros.* ‖ non ... est] manifestum est *T* dubium non est *Ambros.* ‖ uersu] uerbum *Ambros.* ‖ 17 secespita *libri, correxi* ‖ 18 intentionem facere *Ambros.* 20 clauis aeneis *Ambros.:* acutis aneis *F* acutis aeneis *T* ‖ uictum *F* ‖ 21 totus] in totum *Ambros.* ‖ 22 ritus *Ambros.* ‖ agens] agere *F* ‖ 23 *ad* demissa *supr. vers.* laxius emissa et a qualitate amictus habitum amatoris expressit *T* ‖ 24 *ad* dives *supr. vers.* interdum posuit uirgilius diuitem et non dicit cuius rei diuitem ut hoc loco, *in marg.* hic ostenditur a flaminica flamini uestem fieri oportere cuius lanam et ipsa debet per se neere et texere quod manifestat uirgilius dicendo et tenui telas discreuerat auro *T* ‖ non *Daniel:* nam *F* ‖ 25 pectae *F*

*etai vestis et auri. sane hoc loco docuit, flamini a flaminica fieri vestem oportere, cuius lanam ipsa per se et nere debeat et texere: non enim dixit 'fieri iusserat' aut 'miserat'. [quod ad expositionem nominis pertinet.]*

264. ET TENVI TELAS DISCREVERAT AVRO *ostendit ipsius manibus textam.*

265. INVADIT habitum futurae orationis ostendit. et notandum non eum tantum nuntii, sed etiam caduceatoris, id est oratoris, officio fungi: nam et persuadet et nuntiat. TV NVNC *'tu' invectio est, et 'nunc', id est hoc tempore, quo tibi navigandum vel pro tua spe laborandum est.* ALTAE *quam altam vis fieri.*

266. LOCAS *pro collocas vel iacis.* VXORIVS *nimium* uxori *deditus vel* serviens, *ut* Horatius uxorius amnis.

267. EXSTRVIS *a struice: Plautus in menaecchmis* ⟨I 1, 26⟩ *tantas struices concinnat patinarias. Naevius nominativo singulari struix malorum.* HEV REGNI *sic increpat, ut misereatur.*

268. IPSE dat dictis auctoritatem, ut ⟨III 251⟩ quae Phoebo pater omnipotens, *et* ⟨V 726⟩ *imperio Iovis huc venio.* CLARO DEMITTIT OLYMPO Olympos quasi ὁλολαμπής dictus est: sive mons sit Macedoniae, qui dicitur esse diversorium deorum, sive caelum: unde addidit 'claro', ut ⟨III 693⟩ Plemyrium undosum. accentus sane Graecus tunc potest esse, si sit Graeca declinatio, ut Olympos Olympon. [nam Latine 'olympi'.]

269. REGNATOR CAELVM ET TERRAS *omnem mundum.* TORQVET *utrum quia mundus volubilis est? an 'torquet'* regit, sustinet? ut ⟨XII 180⟩ cuncta tuo qui bella pater sub numine torques. NVMINE autem est aut nutu, aut potestate.

13 Horatius] carm. I 2, 19 ‖ 15 Naevius] trag. Rom. rel. rec. Ribb. p. 14 ed. II ‖ 19 Olympos quasi ὁλολαμπής] cf. Isid. or. XIV 8, 9

1 flamini a] flamina *F* ‖ 3 fibri *F* ‖ 9 tu] tui *F* ‖ *ad* nunc *supr. vers.* quo scilicet tempore tibi est nauigandum et de salute tua laborandum *T* ‖ 11 *ad* altae *supr. vers.* id est quam tu latam uis construere quam debueras opprimere *T* ‖ 12 *ad* locas *supr. vers.* collocas uel iacis *T* ‖ nimium *Daniel:* nyum *F* ‖ 14 *ad* exstruis *supr. vers.* a struice *T. cf. ad v.* 271 ‖ plaustus *F* ‖ tantant astruicis concinat *F* ‖ 15 Nenius struix malos dixit *hab. Ambros.* ‖ 16 hic *Daniel primus* ‖ 19 DIMITTIT *NLM* ‖ ὁλολαμπής *Fabricius:* fol olampus *F* ololampus *NLHM* ἢ ὅλος λαμπρὸς *add. Fabricius* ‖ 20 diuorsorium *FH* diuorsorum *N* ‖ 23 olympos olympa *F* olimpos olimpon *N* olimpos olympon *L* olimpos ÷ olimpon *H* olympos olympon *M* ‖ nam . . . olympi *om. M* ‖ latini *F* latina *L Fabricius* ‖ olympi] facit *add. Fabricius* ‖ 24 *ad* caelum et terras *supr. vers.* omnem mundum intellege *T* ‖ *ad* torquet *in marg.* sustinet regit siue ideo torquet quia mundus uolubilis est *T* ‖ 25 sustinet *om M* ‖ 26 sub nomine *N* NVMINE autem . . . potestate *om. F*

270. HAEC quae dicturus est: nam supra dicta ex se dixerat. *QVID STRVIS utrum aedificas? an moliris? an incipis machinari?*

271. *QVA SPE LIBYCIS TERIS OTIA TERRIS? 'terra' totum orbem significat, 'terrae' autem partes sunt.* TERIS per neglegentiam tempora consumis: *et est verbum ad ignaviam positum:* Sallustius ibi triennio frustra trito. *et cum Iuppiter dixerit* ⟨235⟩ *inimica in gente moraris, † adhic non dixit quae non esset intellecturus Aeneas.*

274. SVRGENTEM crescentem, ut ⟨X 725⟩ surgentem in cornua cervum et ⟨I 366⟩ surgentemque novae Carthaginis arcem.

276. DEBENTVR honestius plurali numero respondit. CYLLENIVS antonomasivum est pro proprio. ORE oratione.

277. MORTALES VISVS aut oculis se Aeneae sustulit: aut humanam reliquit effigiem, quam sumpserat, ut ab Aenea posset videri: quod melius est. MEDIO SERMONE atqui exsecutus est omnia quae Iuppiter dixerat; sed sermo est consertio orationis et confabulatio duorum vel plurium: medius ergo est sermo, cum persona, cum qua quis loquitur, non respondet, ut nunc fecit Aeneas.

279. *ASPECTV numinis scilicet, ut* ⟨358⟩ *ipse deum manifesto lumine et reliqua.*

280. ARRECTAEQVE HORRORE COMAE subaudis 'sunt'.

281. DVLCESQVE RELINQVERE TERRAS minus est 'quamquam'. *per quod intellegi vult Aeneae animum, unde est* ⟨VI 460⟩ *invitus regina tuo de litore cessi.* et ne videatur ingratus, deorum excusatur imperio: sic ipse in sexto ⟨461⟩ sed me iussa deum.

282. *ATTONITVS TANTO MONITV proprie, iuxta quem deus missus a Iove stetit, a quo et fulmina iaciuntur, quae attonitos faciunt: attonitus enim est proprie iuxta quem fulmen cadit.*

---

3 terra . . . sunt] cf. Isid. or. XIV 5, 20 ‖ 5 Sallustius] hist. fragm. III 66 Kr. ‖ 16 sermo . . . plurium] cf. Isid. or. VI 8, 3 et 4. diff. verb. 578

---

1 quae] quoque *F* ‖ dixerit *F* ‖ 2 *ad* struis *supr. vers.* edificas sine moliris uel trahis seu disponis *et in marg. ab alia manu* struis a struice. plautus in menecmis tantas struices concinat patinarias neuius nomento *(sic)* singl posuit struix malorum *T. cf. ad v.* 267 ‖ macinari *F* ‖ 3 OTIA] HODIE *F* ‖ terra] terris terra *F* ‖ 5 *ad* teris *supr. vers.* ubicumque teris uerbum ponitur semper ad ignauiam refertur *T* ‖ triennium *H* ‖ 7 moratur *Vergilius* ‖ adhuc *Daniel. fort.* hic ‖ 8 *scholium ad* surgentem *post scholium ad* debentur *collocatum habent* *NLHM* ‖ 9 et] item *FM et in ras. l* ‖ 13 MORTALIS *F* ‖ 14 possit *F* ‖ 15 autqui *FH* ‖ 16 est] eius *F* ‖ consensio *F* ‖ 17 melius *F* ‖ sermo est *FM* ‖ 18 respondit *F* ‖ tunc *M et in ras. l* ‖ 19 *ad* aspectu *supr. vers.* scilicet numinis *T* ‖ manifesta *F* ‖ 22 minus est] deest *F* ‖ 23 Aeneae animum *F. Schoellius:* aenean amo *F* Aeneam amare *Burmannus* Aenean amatorem *coni. Hagenus* ‖ inuidus *F* ‖ 24 et ne] ut non *F* ‖ 27 flamina *F, corr. Daniel* ‖ attonitus *F, corr. Daniel* ‖ 28 quem *Daniel:* c̄ *F* ‖ cadit *Commelinus:* cadet *F*

283. *HEV QVID AGAT ut solet, personis de quibus loquitur adfectum commodavit, ut* ⟨IX 397⟩ *heu quid agat? qua vi iuvenem quibus audeat armis (eripere?)* AMBIRE blanditiis, *vel subdole* circumvenire. et 'ambio illam rem' dicimus, ut ⟨VII 333⟩ neu conubiis ambire Latinum. *Sallustius ambitio multos mortales falsos fieri subegit. significat et rogare, Sallustius in Iugurtha* ⟨14, 20⟩ *quos ego audio ambire fatigare vos singulos. dicebatur et 'ambio illum' pro 'rogo illum', Sallustius in primo idem fecere Octavius et Q. Caepio sine gravi cuiusquam expectatione, neque sane ambiti publice. hoc est neque valde rogati. ambitores etiam dicuntur qui ut honores consequantur discurrendo et rogando suffragia adquirunt.*

284. EXORDIA orationem: *vel hic pro initiis.* sed exordium in duo dividitur, in principium et orationem, sicut in rhetoricis legimus.

287. ALTERNANTI varia mente tractanti. et per hoc ostenditur, cogitasse eum etiam amorem, sed praetulisse voluntatem deorum. *VISA EST ideo 'visa est', pro rerum necessitate.*

289. *CLASSEM APTENT deest 'praecipit'. et 'aptent' modo parent: alibi adnectere* ⟨VII 731⟩ *sed haec lento mos est aptare flagello.* TACITI *pro tacite,* sine strepitu celantes consilia. *SOCIOS AD LITORA COGANT ad totum subaudiendum 'taciti'.*

290. ARMA PARENT contra impetum iratae forte reginae. *QVAE REBVS SIT CAVSA NOVANDIS Sallustius quae causa fuerit novandis rebus. nos 'quae causa novandarum rerum' dicimus.*

291. QVANDO non est temporis, sed significat 'siquidem' et est coniunctio ratiocinantis. sane 'quando' 'do' brevis est naturaliter: sic Serenus quando flagella ligas ita liga. Vergilius

3 'ambire' blanditiis e. q. s.] cf. Non. p. 242 M. ‖ 5 Sallustius] Cat. 10, 5 8 Sallustius in primo] fragm. 89 Kr. 53 Dietsch. ‖ 23 Sallustius] hist. fragm. inc. 58 Kr. ‖ Serenus] cf. Luc. Muellerus de re metr. p. 98

1 *ad v.* 283 *in marg.* ut solet affectum personis commodat *T* ‖ 2 heu quid agat] quid faciat *libri Vergiliani* ‖ 3 blanditus *N* blantiis *H* ‖ 5 latinam *NH* *ad* ambire *supr. vers.* circumuenire interpellare interdum uero ambigo (*sic*) significat rogo unde et illi ambitores dicuntur qui ut honores . . . adquirunt *T* multis *F* ‖ 9 Gn. Octavius *Dietschius* ‖ coepio *F* ‖ exspectatione neque *Daniel:* exspectat ionique *F* ‖ 10 publice *Commelinus:* publici *F* ‖ rogat *F*, *corr. Daniel* ‖ 11 homores *F* ‖ 12 adquirant *F* ‖ 13 in *om. M* ‖ 14 sicut . . . legimus *om. M* ‖ 16 protulisse *H* ‖ 17 *ad* visa est *in marg.* pro rerum necessitate intellege *T* ‖ pro rerum necessitate] pro necessitate deorum *Daniel primus* ‖ 18 *ad* aptent *supr. vers.* parent, *in marg. ab alia manu* alibi nectere (*sic*) ut lento mos est a. f. *T* ‖ 20 tacitate *F* ‖ 21 ad votum *F*, *correxit F. Schoellius* ‖ 22 *ad v.* 290 *in marg.* sallustius . . . dicimus *T* ‖ 23 fuerit *T* fuer *F* ‖ 24 nos *Burmannus:* non *FT* ‖ 25 hic non *M* ‖ et *om. M* ‖ 26 rationalis *F* ‖ do *om. NHM* ‖ 27 quando] quando de *N* quando de *H* ‖ ita *om. F* ‖ ligus *F* lica *L.* iugas ita iuga *Muellerus*

usurpat ⟨III 500⟩ si quando Thybrim vicinaque Thybridis arva. *OPTIMA DIDO pro 'adhuc optima'.*

293. *TEMPTATVRVM ADITVS ut illam adeat, ut ⟨423⟩ sola viri molles aditus et tempora noras.* *QVAE MOLLISSIMA FANDI Cato qua mollissimum est adoriantur. et ubique 'temptaturum' subaudis.*

294. QVIS REBVS DEXTER MODVS quis sit optimus rebus eventus, *ut ⟨VIII 302⟩ et tua dexter adi pede sacra secundo. id est bonus ac per hoc propitius, ut 'laevum' pro malo ⟨X 275⟩ et laevo contristat lumine caelum.* *MODVS autem terminus.* *OCIVS velocius. et nota, quod habeat adverbium, et nomen illius non facile reperiatur.*

295. LAETI alacres, festini. FACESSVNT *modo* frequentativum est, ut in georgicis ⟨IV 548⟩ matris praecepta facessit. alias 'discedit' significat, ut *et* Terentius haec hinc facessat, tu molestus ne sies.

296. *QVIS FALLERE POSSIT AMANTEM quamvis de Didone loquatur, generalem sententiam posuit.*

297. PRAESENSIT ac si diceret, ante quam ille moliretur. et nimia in hoc vis amantis exprimitur.

298. OMNIA TVTA TIMENS deest 'etiam': *nedum illa, quae timebat.* et est exaggeratio. EADEM FAMA quae et Iarbae nuntiaverat. *et ideo 'impia', quia supra ⟨174⟩ Fama malum.* *FVRENTI aut amanti; aut detulit, ut faceret furentem.*

299. CVRSVMQVE PARARI *modo* navigationem, ut *alibi* ⟨III 686⟩ ni teneant cursus.

300. INOPS ANIMI sine animo, sine consilio.

301. BACCHATVR furit more Bacchantum. et bene uno sermone praeoccupavit futuram comparationem. *COMMOTIS EXCITA SACRIS verbo antiquo usum tradunt: moveri enim sacra dicebantur, cum sol-*

4 Cato] inc. libr. rel. 11 Jord. ‖ 12 'facessunt' modo e. q. s.] cf. Non. p. 306 M. ‖ 14 Terentius] Phorm. IV 3, 30 ‖ 29 verbo antiquo e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 451

3 *ad* temptaturum aditus *in marg.* ut . . . noras *T* ‖ sula *F* ‖ 4 moras *F* 5 qua *Commelinus:* quam *F* ‖ adoriuntur *Daniel primus* ‖ 6 qui sit *LHM* 7 adi pede] ad pedes *F* ‖ *ad* dexter *supr. vers.* bonus atque ideo propitius *T* 8 bonos *F* ‖ 9 *ad* modus *supr. vers.* mensura terminus *T* ‖ 10 aduerbium et *Daniel:* et aduerbium *F* ‖ 11 facili repperiatur *F* ‖ 14 mulestuis *H* ‖ 15 sies *Terentii libri:* sias *FNHM* fias *L* ‖ 16 *ad* quis f. p. a *supr. vers.* quamquam de didone loquatur generalis est sententia *T* ‖ de *om.* *F* ‖ 20 deest etiam] id est etiam tuta *F* ‖ timebat] *fort.* timori erant ‖ 21 iarbae *M:* iaruae *F* hiarbe *ex* hierbe *N* hiarbae *LH* ‖ 22 *ad* impia *supr. vers.* quia supra f. malum *T* 25 ni teneant] ni tineant *F* niteant *NLH* ‖ cursum *M* ‖ 28 occupauit *F* ‖ *ad v.* 301 *in marg.* hoc dicendo uerborum antiquorum usum ostendit moueri enim . . . sacrificii causa *et ab alia manu* huius rei plautus . . . appellant *T* ‖ 29 verba antiqua *F*, *corr. Mascicius* ‖ sacra] sacra sacra *F* ‖ sollemnibus diebus *om.* *T*

*lemnibus diebus aperiebantur templa instaurandi sacrificii causa: cuius rei Plautus in Pseudolo* ⟨I 1, 107⟩ *meminit scis tu profecto, mea si commovissem sacra, quo pacto et quantas soleam turbas dare? hoc vulgo apertiones appellant.*

302. THYIAS Baccha: nam sicut a Baccho Bacchae, sic et a Thyoneo, Thyiades dicuntur. 'commotis' autem 'sacris' ideo dixit, quia in sacrorum renovatione commovebantur simulacra: unde Horatius non ego te candide Bassareu invitum quatiam. *quidam ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est insane currere, dictas volunt.* TRIETERICA triennalia: Liberi enim sacra tertio quoque anno innovabantur. sane sciendum ORGIA apud Graecos dici sacra omnia, sicut apud Latinos caeremoniae dicuntur. sed iam abusive sacra Liberi 'orgia' vocantur, vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est a furore; vel *ἀπὸ τῶν ὀρέων, ex silvis.*

303. NOCTVRNVSQVE nocte celebratus: unde ipsa sacra nyctelia dicebantur: quae populus Romanus exclusit causa turpitudinis.

CITHAERON autem mons est *circa Thebas Boeotias*, ex quo clamor veluti numinis Bacchas vocabat.

305. *DISSIMVLARE ETIAM hic quasi reus Aeneas a Didone accusatur:* [*ingrati ergo dissimulare*] *et quasi ab actu criminis coepit: nam qui dissimulat, aliquotiens cogitat: et, quasi non sit dubium, cum pro-*

8 Horatius] carm. I 18, 11 ‖ 10 Trieterica . . . innovabantur] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 661 et VII 93 ‖ 11 sane sciendum . . . vocantur] exscr. mythogr. III 11, 12

2 profecto] quidem hercle *Plautus* ‖ 3 commonisse *F* commoui *Plautus* ‖ turbellas *Plautus* ‖ 4 appellant] quidam dicunt commotis aut sacris ideo dixit . . . inuitum quatiam *add. F. cf. ad v.* 302 ‖ 5 THIAS *NL* TUYAS *H* ‖ bacchas *M* ‖ bacho *FL* ‖ bacches *NH* baches *L* bacche *M* ‖ 6 a thioneo thyiades *F* a tioneo tiades *N* a tyoneo tyades *L* tyone thyades *H* ‖ commotis . . . quatiam *hoc loco om. F* ‖ 8 Horatius dixit *L* ‖ ego] ergo *H* ‖ *ad* Thyias *supr. vers.* quidam thias appellatas dicunt apo tu thin id est insane currere *T* ‖ 9 ἀπὸ τοῦ θύειν *Burmannus:* opo tu tyin *F* ἀπὸ τοῦ θεῖν *Daniel* ‖ 11 sane . . . omnia] Orgia licet quid grecos dici sacra argie omnia *F* ‖ 12 ceremoniae *FN* cerimoniae *LHM* ‖ 13 vocantur] dicuntur *M* ‖ ἀπὸ τῆς ὀργῆς *L:* apo tes orges extra (ex ira *Hagenus*) *F* ΑΠΟ ΤΗϹ ΟΡΗΙϹ *N* ΑΝΟΤΗϹΟΡΙΝϹ *H* apotes origes *M* ‖ 14 apon oreon *F* ΑΠΟ ΤΩΝ ΟΠΕΩΝ *N* ΑΠΟ ΤΩΝ ΟΡΞΕΟΝΥΝΤΝΟΝ *L* ΑΠΟ ΤΩΝΩ ΝΕΩΝ *H* apoton oreon *M* ‖ ἀπὸ τῶν ὀρέων] a montibus *add. Stephanus et Fabricius* ‖ ex siluis *F:* a montibus vel silvis *Masvicius primus* ‖ 15 celebratur *F* celebratas *N* ‖ nictelia *NH* nictralia *M* ‖ 16 exclusit *om. F* ‖ 17 CITHERON citheron mons est *F* ‖ boetias *F* ‖ quo] co *H* ‖ 18 veluti] uñ *F* ‖ bachas *L* ‖ 19 *ad v.* 305 *in marg.* hic quasi reus accusatur a didone et ab actu criminis cepit sunt enim hic duo crimina *c. q. s. apud Tiberium Donatum T* ‖ 20 ingrati ergo dissimulare *seclusi. videtur ad* dissimulare *adscriptum fuisse* ingrati est dissimulare, *quod inepte huic scholio insertum est.* ‖ et *ex Turonensi recepi. quae secuntur in hanc sententiam emendanda esse conicio* quasi ab auctu criminis incipit: nam qui dissimulat scelus aliquod tegere cogitat. et quasi non sit dubium, quin proficiscendo Didonem laedat Aeneas, ita incipit 'dissimulare etiam', id est non tantum proficisci, quod est per se malum, sed etiam me fallere. ‖ 21 aliquotiens cogitat] aliquid sciens committit *F. Schoellius,* auctu *et* quin *probans*

*ficiscendo Didonem laedat Aeneas, ita incipit: dissimulare, id est, non tantum proficisci, quod est per se malum; sed ut me falleres.* DISSIMVLARE ETIAM satis artificiosa adlocutio *est:* nam *interdum subtiliter* et sibi consulit sub facie utilitatis Aeneae, *et nunc irata, nunc supplex agit.* 'dissimulare' autem ideo, ac si diceret: ita rem pudendam cogitas, ut eam fateri nolis; supra enim dixerat ⟨290⟩ quae rebus sit causa novandis dissimulent. *post illud induceit, quod dictum est, primum accepisti beneficium* ⟨307⟩ *'nec te data dextera quondam': reliqua per singula loca aperientur.* PERFIDE *muliebre verbum: hoc enim frequenter utitur* ⟨421⟩ *solam nam perfidus ille te colere et alibi has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit.*

306. NEFAS *bene amans eius quem amabat consilium profectionis 'nefas' dixit.* MEA DECEDERE TERRA *dicendo 'mea' stultum ostendit, qui putavit quod amanti se possit subripere.*

307. DATA DEXTERA foedus amicitiarum.

308. NEC MORITVRA TENET *et reliqua. secundus locus accusationis est: magis enim augere iniuriam non potuit, quam si se* (*moriturum*) *ostenderet.*

309. QVIN ETIAM *'immo etiam', 'sed insuper': sed forte difficile est quod peto, immo quod tu facis 'quin etiam' usque 'ire per altum'.*

HIBERNO SIDERE non hieme sed hiemali sidere: aut propter quod ait supra ⟨52⟩ dum pelago desaevit hiems et aquosus Orion. ergo aut 'tempore', ut quo sidere terram vertere Maecenas: aut re vera 'sidere' propter Orionem. *et bene tempestatis eum admonet, qui naufragus venerat; et hic agit quasi non sua causa eum remanere velit, sed etiam utilitatis Aeneae.* MOLIRIS *aut moves, aut paras.*

310. MEDIIS AQVILONIBVS *media hieme, ut per aquilones hiemem*

11 has olim] buc. VIII 91 ‖ 22 quo sidere] georg. I 1

2 falleres satis ergo artificiosa adlocutio est *F* ‖ 4 facie] ſpecie *L* (pecie *in ras. l*) facile *H* ‖ 9 *ad* perfide *supr. vers.* muliebre ... utitur *T* ‖ 13 *ad* nefas *supr. vers.* consilium profectionis nefas dixit *T* ‖ 14 *ad* mea *supr. vers.* dicendo meam stultum ostendit qui putauit quod amantem possit subripere *T* ‖ 15 amandi *F* ‖ se possit subripere *Burmannum secutus scripsi:* possit abrepere *F* possit abripere *Daniel primus* ‖ 18 morituram *inseruit Burmannus* ‖ 21 quin etiam hiberno *Daniel.* qui etiam hiberno vis ire per altum *pro* quin etiam ... altum *coni. Burmannus* ‖ 24 ergo 'sidere' aut pro tempore *vulgo* ‖ 25 *ad v.* 309 *in marg.* et bene . . . Aeneae *T* ‖ tempestates *F* ‖ 26 admouet *F* ‖ naufragos *F* ‖ hic] hoc *Daniel primus* ‖ 29 *ad v.* 310 *in marg.* aut quia uenti initio et fine amplius (*an* lenius?) flant aut mediis aquilonibus media hieme aut quia aquilones ex africa nauigantibus aduersi sunt ut mediis accipiamus pro uehementibus et per altum dicendo exaggerauit sententiam quamuis notum esset aenean per altum nauigaturum *T*

*significet: aut quod aquilones ex Africa navigantibus adversi sunt.* PER ALTVM *exacerbavit sententiam 'per altum' dicendo: quamvis notum esset Aeneam per altum navigaturum.*

311. CRVDELIS etiam in te odio mei. sic Lucanus de Caesare ⟨V 687⟩ saevitia est voluisse mori. ARVA ALIENA *blande, quasi: haec iam tua sunt.* DOMOSQVE IGNOTAS ac si diceret: Carthago iam tibi nota est, licet et hic aliena sint arva. *et, ne forte hoc responderet Aeneas: aliena sint arva, ideo adiecit 'domosque ignotas peteres'. sed aequum est te hic esse, et non in tuo regno.* [*quid sit non arva aliena domosque ignotas peteres*].

312. TROIA ANTIQVA MANERET *vel nobilis; vel illa tua patria, quam doles amissam.* et deest 'si': et quasi per interrogationem intellegendum *est: etiamsi Troia staret, per hiemem Troia peteretur?*

314. MENE FVGIS adhuc aperte non vult imputare beneficia, sicut paulo post *facit* irata. *et est intellectus: fac non esse undosum aequor, aequum est ut me fugias? et paulatim descendit ad preces: nam sequitur 'per ego has lacrimas dextramque tuam te': vel per amicitiam, vel per virtutem. et bene virum fortem per dextram adiurat.* PER EGO HAS LACRIMAS *haec et vicem epilogi possunt obtinere. contra illud vero 'dii me expellunt' modo nihil potuit dicere: non enim audierat hoc. sed postea respondit ⟨379⟩ scilicet is superis labor est, ea cura quietos sollicitat. sed hic rursus redit ad exprobrationem beneficii 'te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni odere: infensi Tyrii te propter eundem'. hic aut inconstantiam amantis expressit: aut quia in causa nihil potentius erat, unde coepit ibi desiit.*

315. NIHIL IPSA RELIQVI *hoc est* non pudorem, non regnum. *et est sensus: si enim aliquid sperares, retinere te possem; sed contemnis me, quia tibi ab initio cuncta concessi.*

316. INCEPTOS HYMENAEOS qui novitate sunt dulces. *et bis idem dixit.*

318. DVLCE MEVM tegit rem inhonestam. sic Terentius seu

31 Terentius] Andr. I 5, 59

2 exacernauit *F* ‖ 3 eaenean *F* ‖ 7 tibi *om. M* ‖ licet . . . arva *om. F* responderit *F*, *corr. Daniel* ‖ 8 sint] sunt *Masvicius* ‖ 9 quid sit (quid si *Daniel*) . . . peteres *seclusit Masvicius* ‖ 11 *ad* antiqua *supr. vers.* nobilis *T* ‖ *supr. vers.* 313 talis est sensus et si troia antiqua maneret peteretur per hiemem *T* ‖ 14 impetrare *N* ‖ 17 dextramquam tua *F* ‖ *ad* dextramque tuam te *supr. vers.* recte uirum fortem per dexteram adiurat *T* ‖ 19 *ad v.* 314 *in marg.* haec et uicem . . . infensi tyrii etc. *T* ‖ epilegi *F* ‖ 20 di me *T* me dii *Daniel primus* enim *om. T* ‖ 21 is] his *F* dis *T* ‖ 22 exprobationem *T* ‖ 23 edere *F* ‖ 27 contempnis *F* ‖ 28 concessit *F* ‖ 29 qui ipsa nouitate *M et supr. vers. l* ‖ bis *Daniel:* his *F* ‖ 31 tegit *FNH:* tetigit *LM*

tibi morigera fuit in rebus omnibus. *alii non accipiunt de re veneria 'dulce meum', sed ita: si ea quae in te contuli, grata fuerunt et dulcia. alii pro 'si ego tibi quicquam dulcis fui'. vel quia amantes amores suos dulcia sua dicunt, id est, si talis in te fui, ut mererer quam tu diceres tuum dulce.*

319. *EXVE MENTEM reice a te propositum mei relinquendi.*

320. *TE PROPTER hoc est 'propter te'. LIBYCAE GENTES redit ad enumerationem beneficiorum, et hanc cum auctu explicat dicendo inimicas gentes factas, dum illis praeponitur.* TYRANNI nihil intererat apud maiores inter regem et tyrannum, ut ⟨VII 266⟩ pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

321. *TE PROPTER EVNDEM bene servavit rem causae necessariam. et sunt qui hic distinguunt, ut sequatur 'extinctus pudor'.*

322. EXTINCTVS PVDOR magna indignatio: meminit enim se dixisse ⟨27⟩ 'ante pudor quam te violo'.

323. FAMA PRIOR quae melior fuit sine dubio: *nam posterior turpis. CVI ME MORIBVNDAM hoc est, quod supra ⟨308⟩ nec moritura tenet crudelis funere Dido; sed ibi invidiose, hic per miserationem. DESERIS subdistinguendum: dubitat enim quo eum nomine potissimum appellet.* HOSPES *non dixit marite, id est, quia non vis dici maritus.* Aeneas *enim* et hospes fuerat et maritus; sed modo maritum se negat, hospitem confitetur; unde nunc Dido hoc dixit 'cui me deseris hospes, quoniam hoc solum nomen restat de coniuge', hoc est 'superest'. alii 'restat' intellegunt 'resistit', id est 'contrarium tibi est'. non nulli dicunt: hoc solum nomen quoniam superest, ut te coniugem dicam. dicitur autem ingenti adfectu hos versus pronuntiasse, cum privatim paucis praesentibus recitaret Augusto: nam recitavit *voce optima* primum libros tertium et quartum.

1 *supr v.* 318 si ea quae in te contuli grata fuerunt uel si ego quicquam dulcis fui *et ab alia manu* uel quia amantes ... tuum dulce *T* ‖ 2 sed] red *F* 4 mederer *F* ‖ 6 *ad* exue mentem *supr. vers.* reice a te propositum me relinquendo (*sic*) *T* ‖ reieci *F* ‖ 7 *supr. v.* 320 ex (*sic*) exprobrationem siue enumerationem redit beneficiorum *T* (*adduntur ex Tiberii Donati scholio excerpta*) 8 emunerationem *F* ‖ 9 interest *F* interear *H* ‖ 12 *ad* te propter eundem *supr. vers. et in marg.* bene seruauit ... extinctus pudor meminit enim supra dixisse ante pudor *T* ‖ 13 distingunt *F* ‖ exstinctus *F* ‖ *ad* extinctus pudor *supr. vers.* inconstantiam amantis exprimit et bene hic rem reseruauit causae necessariae *T* (*in* necessariae 'ae' *litterae ab ea manu qua scholium ad v.* 319 *scriptum est additae sunt. cf. ad v* 314 ‖ 14 magni *F* ‖ 16 nam *Mascicius:* non *F* ‖ 19 *ad* deseris *supr. vers.* distinguendum est deseris quasi nesciat quo nomine eum apellet *T* ‖ 20 maritae *F* ‖ vis] bis *F* ‖ 21 maritus *Mascicius:* marite *F* ‖ 25 nomen solum *N H* ‖ 27 pronunciasse *N* prounitiasse *M* ‖ priuatum *N* ‖ pacis *F* recitasset *F* ‖ 28 voce optima *edidit Stephanus* ‖ primum . . . quartum] .in. l. VI. *F et Bern.* 167 (*pro* .in. *lege* IV.) primos (primum *l*) librum tertium et quartum *L* primum libros III et IIII *H* primum libros $\overset{\text{V}}{\text{III}}$ et $\overset{\text{V}}{\text{IIII}}$ *M* (V *supr. vers. add. m*). *cf. Ribbeckius prol. p.* 58

325. *QVID MOROR utrum 'quid in hac terra moror', an 'quid in vita moror'?*

327. SALTEM 'vel hoc'. est autem sermo tractus a captivis, qui cum tenerentur ab hostibus dicebant 'sublatis omnibus, salutem concede'. inde per synaeresin hic natus est sermo, ut in contemptu rerum multarum petituri aliquid 'saltem' dicamus: *quasi quod negari minime debeat. cum extremum aliquid petitur, inde necessitate additur 'saltem', veluti salutem postremo poscentes. vel 'saltem' 'si aliter non potest'. et hic ostendere vult Didonem, ut est mos inconstantibus animis, prae amore id agere invidiose, quasi a legitimo marito deseratur: quis enim ignorat matrimonia liberorum suscipiendorum gratia iniri? ait enim 'saltem si qua mihi de te suscepta fuisset ante fugam suboles': dixerat enim ⟨318⟩ 'miserere domus labentis', id est futuri generis. alii hoc a sorore natum volunt, quae dixit ⟨33⟩ nec dulces natos Veneris nec praemia noris? SI QVA MIHI DE TE et SI QVIS MIHI PARVVLVS 'qua' et 'si quis' addita putantur: nam integrum est 'si suscepta fuisset ante fugam suboles, et mihi parvulus aula luderet Aeneas.*

328. ANTE FVGAM SVBOLES et amatorie et amare: nam haec fugam dicit, quam ille nominat profectionem. amor autem ex filii desiderio conprobatur. SI QVIS MIHI bene iterat 'mihi'. et secundum ius loquitur: nam ubi non est iustum matrimonium, liberi matrem sequuntur.

329. QVI TE TAMEN ORE REFERRET aut sic dixit quasi amatrix, ut supra de Ascanio ⟨85⟩ infandum si fallere possit amorem: aut illud dicit: optarem filium similem vultui, non moribus tuis.

331. IOVIS MONITIS bene praescribit, ne ei det impietatem. sane et 'haec monita' dicimus, ut ⟨VIII 336⟩ Carmentis nymphae monita et deus auctor Apollo, et 'hos monitus', ut Per-

3 est autem sermo . . . saltem dicamus] cf. Gell. XII 14. Don. ad Ter. Andr. II 1, 13. adelph. II 2, 41

1 *ad* quid moror *supr. vers.* in hac uita uel in hac terra *T* ‖ 3 autem *om. L* ‖ acceptiuis *NH* (a captiuis *n*) ‖ 4 cum . . . hostibus] cum frequentius ab hostibus capterentur *F* (captarentur *Daniel*) ‖ 5 syrenesin *F* sineresin *NH* sinheresin *L* syneresin *M* ‖ 6 petituri *F*: perituri *NLH* perdituri *M* ‖ salutem *H* ‖ quasi *c. q. s. haud scio an lemmate* SALTEM *interposito a praecedentibus seiungenda sint.* ‖ negare *F*, *corr. Daniel* ‖ 7 inde] in belli *F*, *Schoellius* ‖ 8 additus *F*, *corr. Daniel. fort.* addunt ‖ saltem *scripsi:* salutem *F* ‖ 9 ostendere uult . . . noris *in marg. T* ‖ hostendere *F* ‖ 11 matrimonio *F* ‖ 12 saltim *F* ‖ 13 suboles *om. F* 14 hoc *om. T* ‖ 15 *ad v.* 327 *in marg. signo supr.* si qua *posito* qua et si quis addita putantur . . . paruulus aula (*ab alia manu haec scripta sunt atque* ostendere . . . noris) ‖ 17 soboles *F* ‖ et si mihi *T* ‖ luderit *F* ‖ 20 dicunt *NH* (dicit *h*) ‖ 21 bene] be *F* ‖ 23 secuntur *L* ‖ 24 QVI TE TAMEN *M*, *om. FNLH* ‖ 25 possit fallere *F* ‖ 26 optaram *H* optare *M* ‖ uultu *L*

sius ⟨I 79⟩ hos pueris monitus patres infundere lippos. INMOTA TENEBAT LVMINA physicum enim est ut qualitatem animi ex oculorum aut corporis stabilitate aut mobilitate noscamus. ergo modo vult ostendere Aeneam a proposito non esse deviaturum.

332. *CVRAM vel simpliciter accipe, vel amorem.*

333. EGO TE, QVAE PLVRIMA FANDO controversia est plena, in qua et purgat obiecta, removens a se crimen ingrati, et veniali utitur statu, profectionem suam retorquens in voluntatem deorum. habet etiam finem: nam purgat obiectam fugam nomine profectionis.

335. PROMERITAM praestitisse *et* bene gessisse: et est sermo de his, qui per contrarium magis lucent: Terentius ita me velim ames promerentem pater, id est bene agentem. et congruit, ut praestet qui bene agit: contra '*commeritus*' *qui aliquid delinquit, ut* alibi *ipse Terentius* quid commerui aut peccavi, pater, id est quid male egi? *et est sensus: quantacumque enumerare potueris in me tuo beneficio conlata, eorum tibi debere gratiam non repugno.* MEMINISSE PIGEBIT ELISSAE 'memini' et 'illius rei' dicimus, ut hoc loco: et 'memini illam rem', ut numeros memini, si verba tenerem. '*Elissae*' *autem Didonis, quae appellata est lingua Punica virago, cum se in pyram sponte misisset, fingens placare manes prioris mariti, cum nubere se velle Iarbae mentiretur.*

336. DVM MEMOR IPSE MEI *DVM SPIRITVS HOS REGET ARTVS hic versus superioribus iungendus, ut sit sensus, tamdiu beneficiis tuis obligatus ero, quamdiu vixero. et bene hoc* de futuro dixit, et congrue: nam 'piget' ad futurum spectat, 'pudet' ad praeteritum: et licet paene sit una significatio, tamen dicimus 'piget me illud facere', 'pudet fecisse': unde interdum, praecipue a Sallustio, simul ponuntur.

337. PRO RE PAVCA LOQVAR remoto ingrati crimine descendit ad causam. *et proprie, id est si rei magnitudinem cogites, 'pauca'.*

---

10 praestitisse e. q. s.] cf. Don. ad Ter. adelph. II 1, 47 || 11 Terentius] adelph. IV 5, 47 'ita velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater' 14 Terentius] Andr. I 1, 112 || 18 numeros] buc. IX 45 || 25 nam piget e. q. s.] cf. Don. ad Ter. adelph. III 3, 38 || 27 a Sallustio] Iug. 95, 4. hist. fragm. I 51, 14 Kr.

---

1 monitis pueris *L* || 3 corpores *F* || stabilitate aut] stabilitate *ex meis libris unus N supr. vers. exhibet*, aut *om. FLM. ediderunt* stabilitate aut *Stephanus et Daniel, omisit Fabricius* || mobilitatem *N* || noscamus] ostendamus *M* || 4 deuiatum *F* || 5 *ad* curam *supr. vers.* uel . . . amorem *T* || accipi *F* || 7 etiam purgat *M* || 10 gessisse] se gessisse *Stephanus* egisse *Lion* || 11 ita] ta *H* || 12 pater *FL* (*sed* ater *in ras. l*): parte *NHM* || 13 commeritos *F* || 14 aut quid peccaui *NLH* || 16 tua beneficia *Commelinus primus* || 18 retenerem *F* || 19 elissae didonis . . . mentiretur *in marg. T* || elyssae *F* || 20 piram *FT* || 21 se nubere uelle *T* || 22 *supr. vers.* 336 hic uersus . . . uixero *T* || 25 nam] non *NH* || futuram *M* 27 pudet] et *F* || ponitur *F* || 29 causam] occusam *H* || *ad* pro re *supr. vers.*

NEQVE EGO HANC 'profectionem' [*scilicet*] subaudis: nam posteriori non potest iungi, ne sit confessio. *et hoc est quod reddidit* ⟨305⟩ '*dissimulare etiam sperasti*'.

339. PRAETENDI TAEDAS probat non esse matrimonium: *quia illa dixerat* ⟨316⟩ '*per conubia nostra*'. *et est quasi status finis latens: quid sint legitimae nuptiae. et hic Aeneam inducit agentem nullo se matrimonii iure posse constringi, qui neque confarreatione Didoni coniunctus fuerat. ut flamini ac flaminicae convenit: ait enim 'nec coniugis umquam praetendi taedas, aut haec in foedera veni'. et 'taedas' quidem quantum ad ignem pertinet, per quem mos confarreationis firmabatur, dixit: scilicet ne aut legitime iugatam contra fas reliquisse videretur, aut foedus, id est fidem rupisse perpetuae castimoniae, quia cum fuissent iuncti, scirent tonuisse: quae res dirimit confarreationes: dixerat enim Iuno* ⟨122⟩ '*et tonitru caelum omne ciebo*' *et paulo post* ⟨161⟩ '*insequitur commixta grandine nimbus*'. AVT HAEC IN FOEDERA VENI aut matrimonii, et iungendum est superiori: aut certe ad posteriora pertinet, et hoc dicit: non ad hoc veni, ut hic morarer: sicut et nunc probat *dicens* 'me si fata meis paterentur ducere vitam' et dixit in primo ⟨610⟩ q u a e m e c u m q u e v o c a n t t e r r a e. ergo 'veni' consensi, hoc est non *ad* haec consensi foedera, ut cum vellem discedere, non liceret.

340. MEIS AVSPICIIS argumentum a necessitate. et 'auspiciis' ideo, quia maiores omnia auspicato gerebant. ergo 'auspiciis' dispositionibus. *potest et 'auspiciis' dixisse ominibus, quia in iure augurali auspicium dicitur quod non petentibus nobis ad ea, quae in animo habemus, vice ominis offertur: vult enim ostendere Aeneam semper*

pro rei ueritate atque iustitia. et proprie dixit pauca id est si rei magnitudinem cogites pauca *T* ‖ 1 HANC] ABSCONDERE F. S. *add. L* ‖ superiori *L* (t posteriori *superscr. l*) ‖ 2 *ad* ne finge fugam *supr. vers.* respondet ad illud dissimulare etiam sperasti *T* ‖ 3 desimulare *F* ‖ speranti *F* ‖ 4 probat . . . commixta grandine nimbus *habent T in marg. inf. et Ambros.* ‖ esse matrimonium *om. H* 5 est *om. Ambros.* ‖ finis latens *T* fines latens *F* fuerit latens *Ambros.* finitionis *Masvicius. nihil mutari; nam 'statum finis' haud scio an scholiastes pro 'statu finitivo' dixerit* (*cf. Isid. or.* II 5, 2) *quo poeta latenter usus sit* ‖ 6 sint *T Ambros.*: si fit *F* ‖ legitime *F* ‖ 7 matrimonio *Ambros.* ‖ neque] *fort.* nequaquam ‖ didone *F* lunoni *Ambros.* ‖ 8 flamine *F* ‖ ae] et *Ambros.* ‖ 10 conferreationis *F* conferreationis (a *superscr.*) *T* ‖ 12 rupisse] nipisse *F* ‖ 13 iunetae *Ambros.* ‖ tenuisse *Ambros.* ‖ conferreationis *F* confarreationem *T* ‖ 15 AVT . . . matrimonii *om. H* ‖ 16 aut] id est *F* ‖ 17 posteriora] esse matrimonium. Aut haec in foedera ueni. aut matrimonii et iungendum est superiori aut certe ad posteriora *add. H* ‖ ad haec *NH* ‖ 20 terrae] ubi significavit nolle apud Carthaginem perpetuo manere, sed velle quaerere sedes fatis concessas *add. D* ‖ 22 argumentatur *Fabricius et Lion* ‖ 23 omnes *H* ‖ 24 potest . . . consulturi essent *habent T in marg. sup. et Ambros.* ‖ et *om. Ambros.* ‖ hominibus *Ambros.*: omnibus *FT* 26 uice *F*: uitae *T* iure *Ambros. et Daniel* ‖ hominis *FT* hominis *Ambros.*

*animo volutasse [omnibus], ut quae mente agitaret, offerrentur auspicio et augurio firmarentur: unde si bene advertas, singula hic illi loco in tertio ad singula redduntur. nam quod ibi in precatione, ubi augurio petit ea quae rogaverat firmari, hic in reputatione conprehendit: ibi enim dixit* ⟨86⟩ *'serva altera Troiae Pergama', hic 'urbem Troianam primum'; ibi 'reliquias Danaum atque inmitis Achilli', hic 'dulcesque meorum reliquias colerem'; ibi 'mansuram urbem', hic 'tecta alta manerent'; ibi 'ubi ponere sedes', hic 'recidiva manu posuissem Pergama victis'; ibi 'quove ire iubes', hic 'Italiam magnam Gryneus Apollo'; ibi 'da pater augurium', hic 'me si fata meis paterentur ducere vitam auspiciis'. alii 'auspiciis' potestate, ut* ⟨102⟩ *paribusque regamus auspiciis: vel, quae animo meo volueram et mente cogitaram: non enim prius auguria poscebantur quam animo ac mente agitaretur, de quibus consulturi essent.*

341. SPONTE MEA modo nomen est: nam et genus et casum habet. sic et 'mane', cum ei genus et casus additur, nomen est, ut dum mane novum, dum gramina canent. sic est et ⟨I 377⟩ forte sua Libycis tempestas adpulit oris. alias adverbia sunt. verum autem dicit, non sua sponte: nam supra legimus ⟨II 294⟩ hos cape fatorum comites item ⟨III 4⟩ diversas quaerere terras auguriis agimur divum.

342. *PRIMVM id est, hoc vellem praecipue.*

344. RECIDIVA post casum restituta. *alii recidivum proprie dicunt quod excisum denuo nascitur.*

345. GRYNEVS APOLLO Clazomenae civitas est Asiae: unde Horatius dives agebat Clazomenis. iuxta hanc nemus est Gryneum, ubi Apollo colitur: *qui traditur ibi Grynem Amazonem stuprasse [Thymbreae domum].* inde ergo nunc epitheton dedit, licet

---

15 modo nomen est e. q. s.] cf. [Sergii] explan. in Don. p. 489, 36 sqq. K. et Servii comm. in Don. p. 416, 19 K. ‖ 17 dum mane] georg. III 325 ‖ 23 're-cidiva' . . . nascitur] cf. Isid. or. XVII 6, 10 ‖ 26 Horatius] sat. I 7, 4

---

1 omnibus *F, evanuit in T.* hominibus *Ambros.* ominibus *vulgo. seclusi* utque *F* nequae *Ambros. sed corr. ead. man.* ‖ 2 et] atque *Ambros.* ‖ singulam *F* ‖ in tertio] Aeneidos *add. Ambros.* ‖ 3 nam quod *F:* namque *T Ambros.* ‖ in precatione *Ambros.:* imprecatione *F* inprecatione *T* ‖ 4 rogauerat *T Ambros:* regauerat *F* negaverat *Daniel primus* ‖ reputatione *FT:* repetitione *Ambros.* refutatione *Masvicius* ‖ 5 troia *T* ‖ 6 acchilli *F* achillei *Ambros.* ‖ 9 quove] quoque *T* quonam *Ambros.* ‖ 11 aliis *F* ‖ id est potestate *Ambros.* ‖ rogamus *F* rogamur *Ambros.* ‖ 12 meo . . . animo *omisit Daniel* uolueraem *F* ‖ 13 agitarentur *Masvicius primus* ‖ 17 ca///nent *L (duae litterae erasae)* candent *M* ‖ 19 non sua sponte] *scilicet 'Italiam se petere'* ‖ 22 *ad* primum *supr. vers.* praecipue *T* ‖ 23 *ad v.* 344 *in marg.* recidiuum quidam proprie dicunt . . . nascitur *T* ‖ 26 agebat] habebat *Horatius* ‖ 27 amazonam *F* ‖ 28 Thymbreae domum *seclusit Masvicius. fortasse* alibi Thymbraeus dicitur Apollo, ut (III 85) 'da propriam Thymbraee domum' ‖ inde . . . dedit *om. F*

in Delo acceperit oraculum. *hic tamen singula commemorat, quibus se ostendat coactum voluisse abscedere.*

346. *ITALIAM necessaria repetitio Italiae, quia ibi ei dicebatur imperium, et ipsa est causa navigandi.* LYCIAE SORTES nec hinc acepit responsum, sed sic dixit 'Lyciae', ac si diceret Apollineae. *IVSSERE bene, quae contemni non possunt. CAPESSERE occupare. et ideo frequentativo verbo usus est, quia multas se dicit super hoc sortes accepisse. quidam 'capessere' pro 'ire' accipiunt, ut Titinius Lucius domum se capessit.*

347. HIC AMOR, HAEC PATRIA EST eo inquit desiderio [*Italiae*] per voluntatem deorum iterum circa Italiam teneor, quo possem circa Troiam. et ad illud spectat quod dixit ⟨313⟩ Troia per undosum peteretur classibus aequor. *an quia Dido dixerat etiam illud ⟨307⟩ nec te noster amor? et potest hoc verbum interdum per confusionem verbi et nominis poni, ut 'amor amaris' et 'hic amor huius amoris'. SI TE CARTHAGINIS ARCES PHOENISSAM et tu externo regno delectaris: sensus enim est: si tu ex Phoenice veniens Carthaginem in Africa habere potuisti, quae invidia est ut propriam sedem possint habere Troiani? et multum ponderis habet sensus cum epitheta ista 'Phoenissam' et 'Teucros' ponit.*

348. *ASPECTVS DETINET VRBIS potest pro 'delectat' accipi, ut ⟨VIII 311⟩ capiturque locis. sane quidam in novis et emendatis libris pro 'detinet' 'demeret' inventum adserunt: nam et Ciceronem in prima Philippicarum ⟨XIV 34⟩ ita aiunt dixisse putasne eum inmortalitatem mereri voluisse? alii ab eo, quod est 'mereor mereris meret'.*

349. *QVAE TANDEM AVSONIA hoc ad illud pertinet ⟨311⟩ 'quid si non arva aliena domosque ignotas peteres'.*

350. ET NOS FAS 'nobis fas' dicimus, sed hoc loco non est iungenda elocutio, ne sit vitium: nam legimus ⟨II 157⟩ fas mihi Graiorum sacrata resolvere iura. sed hoc dicit: fas est etiam nos extera regna requirere.

8 Titinius] com. Lat. rel. rec. Ribb. p. 158 ed. II

1 delon *Ml* ‖ 3 *ad* Italiam *supr. vers.* necessarie repetit quia ibi constituebatur illius imperium *T* ‖ 5 Apollineae] et similiter hoc dixit ut gryneus *add. M et in marg. l* ut Gryneus Apollo *add. Masvicius* ‖ 6 contempni *F* *ad* capessere *supr. vers.* occupare . . . accepisse *T* ‖ CAPESCERE *F* ‖ 8 titenius *F* 10 inquid *FNH* ‖ Italiae *seclusit Masvicius* ‖ 11 per eam uoluntatem *M* ‖ iterum *om. F, seclusit Masvicius* ‖ possim *F* posse *H* ‖ 14 per *Daniel:* pro *F* ‖ 16 *ad v.* 347 *in marg.* quasi dicat et tu hesterno regno delectaris . . . ponit *T* ‖ PHOENISSA *F* ‖ 17 phoenicae *F* ‖ 18 ut . . . possint] si propriam sedem possunt *T* 19 ephiteta *F* ‖ 21 *ad* aspectus d. u. *supr. vers.* potest pro delectet accipi ut capitur locis *T* ‖ 21 accipi ut] acciperat *F* ‖ 22 nobis *F* ‖ 24 dixisse *Daniel:* exisse *F* ‖ potasne *F* ‖ 26 *ad* quae tandem *in marg.* hoc . . . peteres *T* ‖ quid si non] quiid son *F* ‖ 29 locutio *M* ‖ 31 quaerere *NH*

351. ME PATRIS ANCHISAE *quasi adhuc responsis non crederet, addidit patris admonitionem.*

352. NOX OPERIT TERRAS a verisimili: ideo tempus posuit. QVOTIENS autem, hoc est per unamquamque noctem. *ASTRA IGNEA SVRGVNT unam rem bis dixit. 'astra' autem 'ignea' a sapientibus dicuntur.*

353. IN SOMNIS more suo pro 'in somniis'. *TVRBIDA* ⟨*TERRET*⟩ *id est prius me admonuit, post neglegentiam etiam terruit.* TVRBIDA terribilis: quod et umbrae convenit et parentis auctoritati. *aut 'turbida' pro turbata et sollicita, ut ipse ait* ⟨VI 694⟩ *quam metui, nequid Libyae tibi regna nocerent: nam et Aeneas sic respondit* ⟨VI 695⟩ *tua me genitor tua tristis imago.*

354. ME PVER ASCANIVS amor Ascanii scilicet admonet. *et bene et patrem et filium posuit, ut ille increpando, hic dum videtur urgeret. sed haec ad necessitatem profectionis adiecit.*

355. QVEM longe repetiit: et '*quem*' *non ad* '*caput*', *sed* ad Ascanium retulit: et licet excusetur, tamen σολοικοφανές est.

356. INTERPRES DIVVM 'Ἑρμῆς: expressit verbum de verbo. *sed hic 'interpres' pro nuntio posuit: et ne forte fingere putaretur, addidit 'testor utrumque caput'. deinde multa cum adfirmatione hoc agit, dicendo 'ipse deum manifesto in lumine vidi'. non ab alio dictum; et 'lumine', non in tenebris, non per quietem: omnia tamen haec per translationem aguntur.* AB IPSO id est magno, ut supra ⟨268⟩ ipse deum tibi me claro demittit Olympo.

357. VTRVMQVE CAPVT *aut* meum et tuum: aut Iovis et Mercurii: aut meum et Ascanii. *alii volunt Aeneae et Ascanii.* * *imaginis numinis esse deceptum.* CELERES MANDATA PER AVRAS *sicut* supra ⟨226⟩ celeres defer mea dicta per auras.

1 *ad v.* 351 *in marg.* quasi . . . admonitionem *T* ‖ 3 a uerisimilis deo *F* 5 *ad* astra i. s. *supr. vers.* unam rem bis dixit *T* ‖ 7 *scholium ad* in somnis *om. F* ‖ 8 *ad* admonet *supr. vers.* primo admonet et post neglegentiam terret *T* ‖ TORRENDA *N* (TVRBIDA *n*) Orrenda *H* ‖ 9 parentis] patris *F* ‖ 10 *ad* turbida *supr. vers.* turbata et sollicita *T* ‖ ait *scripsi:* aut *F* ‖ 13 amor . . . admonet] non ipse sed eius amor *M.* *inde* non ipse sed amor Ascanii admonet *Masvicius* ‖ 15 *ad* me puer A. *supr. vers.* scilicet admonet et omnia ista ad necessitatem pertinent *T* ‖ 16 sed et ad *F* ‖ 17 solyco fanes *F* soloecophanes *NLH* solicofanes *M* ‖ 18 hermes *FN* ermes *LHM* ‖ 19 *ad* interpres *supr. vers.* in hoc loco nuntius, *ad* testor u. c. *supr. vers.* ut robustiorem faciat fidem dicit testor et proprie dicit testor id est iuramento confirmo *T.* *cf. Tib. Donatus* pro nuntio] pronuntiatio *F* ‖ 24 dimittit *FNLH* ‖ 25 CAPVD *NH* ‖ aut mercurii *N* ‖ 26 meum] anchisae *F* ‖ aut ascanii *M* ‖ alii volunt Aeneae et Ascanii *addita sunt, ne ea explicatio, quam tertio loco Servius protulit, quae in F mutata est, omitteretur.* ‖ imaginis . . . deceptum *Masvicius seclusit.* *ego ante* imaginis *lacunam indicari. videtur autem scholiastes haec fere scripsisse* atque 'testor utrumque caput' dixit, ne putaretur eum imagine numinis esse deceptum. *cf. Turonense scholium ad* hausi *v.* 359 *et Tib. Donatus* ‖ 27 CELLRAS *L* ‖ supra *om. NLH* (*add. l*) ‖ 28 et celeres *F*

358. MANIFESTO IN LVMINE aut claro: aut in nimbo, cuius maius est lumen. sic Lucanus ⟨IX 11⟩ postquam se lumine vero implevit. *et singula legenda sunt haec, ut habeant admirationis venerabilem fidem.*

359. HIS AVRIBVS HAVSI accepi: et est pleonasmus. *'haurit' enim pro 'percipit' ponebant veteres: et ideo qua potissimum parte sensus percipiant adiungunt,* ⟨XII 26⟩ *simul hoc animo hauri* et ⟨661⟩ *hauriat hunc oculis ignem et reliqua. Probus enim ait nemo haurit vocem.*

360. *INCENDERE exagitare.* *QVERELLIS 'l' litteram metri causa addidit: nam 'querela' dicitur, quia 'querulus' facit: hoc modo et 'loquela', 'suadela'.*

361. SEQVOR ut ⟨V 629⟩ Italiam sequimur fugientem. *et oratorie ibi finivit, ubi vis argumenti constitit.*

362. *TALIA DICENTEM bene 'dicentem', non postquam dixit.* IAMDVDVM ab initio orationis. AVERSA *id est* irata: *'aversa' ergo ad animum referendum est; nam incipit esse contrarium 'aversa tuetur':* ut est ⟨I 482⟩ diva solo fixos oculos aversa tenebat.

364. LVMINIBVS TACITIS *pro* ipsa tacita, ut ⟨VII 343⟩ tacitumque obsedit limen Amatae pro 'ipsa tacita'. sequitur autem invectio, quae semper statu caret. *sane 'tacitis' participium passivum pro activo. quidam 'tacitis' epitheton oculorum volunt. alii 'tacitis' siccis pro iracundia.*

365. NEC TIBI DIVA PARENS non est sola in Aeneam vituperatio, sed etiam in se obiurgatio, quia dixerat ⟨12⟩ credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum: unde nunc dicit 'generis nec Dardanus auctor'. *et studet illud destruere* ⟨I 617⟩ *tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae et reliqua. et nominando Venerem et Dardanum et maternam et paternam generositatem destruit.*

5 haurit . . . veteres] cf. Non. p. 319 M.

2 sic] ut *M* ‖ implevit] miscuit *F* ‖ 5 accepi . . . pleonasmos] pleonasmos. hausi autem accepi *M* ‖ *ad* hausi *supr. vers.* percepi. hoc dicit ne putaretur eum uanis imaginibus esse deceptum *T* ‖ aurit *F* ‖ 7 percipient *F* ‖ 8 hauriat] aurit *F* ‖ enim] autem *Masvicius* ‖ 9 vocem] nisi auribus *add. Ribbeckius prol. p.* 144 *adn.* 1 ‖ 10 *ad* incendere *supr. vers.* exagitare *T* ‖ littera *F* ‖ 11 loquella *F* ‖ 14 *ad* sequor *supr. vers.* oratorie . . . constitit *T* ‖ oratoriae *F* oratione *Commelinus* ‖ 15 *ad* talia dicentem *in marg.* bene dicentem non postquam dixit, *supr. vers.* id est dum ille diceret *T* ‖ potestquam *F* ‖ 16 *ad* aversa tuetur *supr. vers.* irata et est ad animum referendum non ad oculos nam incipit esse contrarium auersa tuetur *T* ‖ 20 pro] hoc est *F* ‖ 21 curet *F* ‖ caret] carere autem statu dicitur, quia res quibus utitur veritate carent *add. D* ‖ *ad* luminibus tacitis *in marg.* pro ipsa tacita aut est epitheton oculorum quod scilicet semper tacent aut siccis pro nimia iracundia *T* ‖ 23 pro] prae *Daniel primus* ‖ 24 uituperatio *NLH* (*decem fere litterae post* uituperatio *erasae in N*): obiecta uituperatio *F* obiectio *M* ‖ 25 diiurgatio *F* ‖ 27 tunc *F* ‖ 28 quam *F*

366. PERFIDE amantum verbo eum increpat, sic supra ⟨305⟩ dissimulare etiam sperasti, perfide.

367. CAVCASVS mons Scythiae inhospitalis. *sane quidam absurde putant Caucasum et tigris a Didone memoratas, quia nec Didoni perturbatae venire in mentem Caucasus potuit, nec tigres iuxta †dum cognitae, et hoc Hyrcanae: nam quod ait 'genuit Caucasus', elaboravit dicendo 'genuit' incredibilius facere de monte masculini generis. sed hic imitatur Graecos, qui magis proprie γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα: quod hic ad propria nomina transtulit.* HYRCANAEQVE TIGRES Arabicae: nam Hyrcania silva est Arabiae. et notandum relictis mediis conparationibus eum augmenta fecisse: nam post deos non homines, sed saxa intulit.

368. NAM QVID DISSIMVLO? tacitae quaestioni occurrit, ne quis eius nimiam iracundiam reprehenderet, dicens Aeneam posse mitigari forsitan precibus. *QVAE ME AD MAIORA RESERVO aut ad maiores scilicet iniurias: aut ad superiora pertinent, quia ei male dixit.*

369. *NVM FLETV INGEMVIT nam hoc est 'generis nec Dardanus auctor'. NVM LVMINA FLEXIT hoc est 'genuit Caucasus': vel ad illud pertinet ⟨331⟩ 'ille Iovis monitis inmota tenebat lumina'.*

370. MISERATVS AMANTEM *hoc est 'Hyrcanaeque admorunt ubera tigres': et* 'miseratus' accusativum regit, ut hoc loco: 'misereor' genetivum, ut ⟨II 147⟩ miserere animi non digna ferentis. *et bene avertit ab eo sermonem et non dixit ('num) ingemuisti? num flexisti, aut miseratus es'? ut hic alienus oves custos et reliqua, non dixit 'tu mulges'. et 'miseratus', hoc est 'nec tibi diva parens'.*

371. QVAE QVIBVS ANTEFERAM amphibolia: quid prius, quid posterius dicam? *quod fieri solet, ubi omnia et paria et magna sunt. sane 'anteferam' non est dividendum, est 'praeferam'.* NEC MAXIMA

---

8 γλαυκή] Hom. Il. XVI 34. cf. Macrob. Sat. V 11, 14 ‖ 10 nam Hyrcania silva est Arabiae] cf. Isid. or. XIV 3, 33 ‖ 21 miseratus . . . ferentis] cf. de idiomatibus IV p. 566, 9 K. ‖ 24 hic alienus] buc. III 5

---

1 amantum verbo *om. M* ‖ auerbo *F* ‖ 2 perfide] more amantium *add. M* 3 mons est *LH* ‖ inhospitabes *L* inhospitabilis *l* ‖ 4 Didoni] didone *F* ‖ 6 dum] cum *Commelinus.* ‖ et hoc *secl. Commel.* ‖ Hyrcanae *Commelinus:* cyrenae *F* Cyrene *Daniel.* nec t. iuxta poni congruit et hoc Hyrcaniae *F. Schoellius* ‖ 7 credibilius *Dorvillius* ‖ 8 hic *Daniel:* ho *F* ‖ ΓΑΥΚΗΔΕϹΕ ΤΙΚΥΕ ΘΑΛΑϹϹΑ *F* ‖ 9 quod *Daniel:* quid *F* ‖ 10 et notandum *om. F* ‖ 11 eam *Ml* ‖ 13 tacite *NH* ‖ 14 nimiam eius *M* ‖ mitigari *ex* mitigare *N* mitigare *L* mutigare *H* ‖ 15 *ad* quae m. a. m. r. *supr. vers.* ad maiores iniurias uel ad superiora pertinet quia ei supra male dixit *T* ‖ 16 supera *F* ‖ ei] et *F* ‖ 17 FLETVM GEMVIT *F* ‖ 20 hoc est 'Hyrcanaeque admorunt ubera tigres' *nescio an ad* num lacrimas victus dedit? *referenda sint* ‖ 25 tu mulges *scripsi:* tu millies *F* tum illi es *Daniel et Commelinus* tum illi et es miseratus *G. Vossius* tunc ille es *Masvicius* ‖ 26 amphibolia] amfiboloia *Ml.* est *supr. vers. add. n* amphibologia est *vulgo* ‖ 28 ut praeferam *F*, *corr. F. Schoellius*

IVNO aut in Iunonem male dictum est, ut eam non esse maximam dicat, sicut etiam in Iovem: nam convicium est, quod eum Saturnium dicit, hoc est nocentem: aut certe iungitur, ut 'nec Iuno aspicit, nec Iuppiter', *ut se dementem dicat, quod regina eiectum et egentem in partem regni receperit. aut certe 'maxima Iuno' quae solet amare Carthaginem: vel quae nuptias dedit, quod optaverat Dido.*

372. *NEC SATVRNIVS ut supra* ⟨92⟩ *dictum est, ubicumque infestos vult ostendere vel Iunonem vel Iovem, Saturnios appellat, ut* ⟨I 23⟩ *veterisque memor Saturnia belli et* ⟨XII 830⟩ *Saturnique altera proles irarum tantos et reliqua. et Iovem ideo Saturnium modo appellat, quia Aeneam a Carthagine praecipit abscedere.*

373. NVSQVAM TVTA FIDES hoc est, nec apud rem, nec apud hominem: Terentius quid credas, aut cui credas? et declamavit per contrarium: nam omnis fides tuta est: [*cuius haec proprie virtus est, ut tuta sit*]; 'haec' ait 'nusquam tuta'. EIECTVM naufragum: legimus enim ⟨I 538⟩ huc pauci vestris adnavimus oris. et est separandum '*eiectum*'. LITORE EGENTEM id est 'egentem litoris', ut ⟨I 540⟩ hospitio prohibemur harenae. *vel si iungas 'eiectum litore', pro 'in litus', ut* ⟨I 6⟩ *inferretque deos Latio pro 'in Latium'. et in tribus modis haec elocutio profertur: 'egeo hanc rem', Plautus menaechmis linum, lanam praebeo, neque quicquam eges: 'egeo huius rei',* ⟨IX 87⟩ *has ego Dardanio iuveni, cum classis egeret: et 'egeo hac re', ut 'litore egentem'.*

374. *EXCEPI ad illud respondet 'eiectum litore egentem'.* REGNI DEMENS IN PARTE LOCAVI ut ⟨214⟩ ac dominum Aenean in regna recepit: quod Iarbas queritur. *et est invidiosum: quando optantem vel litoris egentem in regni partem recepi. mire autem recordatione beneficiorum iracundia accenditur. sane etiam hic mentio caerimoniarum inducitur: mos enim apud veteres fuit flamini ac flaminicae, dum per confarreationem in nuptias convenirent, sellas duas*

13 Terentius] ad. III 2, 32 'quid iam credas? aut cui credas'? ‖ 21 menaechmis] I 2, 12 'ego quando tibi ancillas penum lanam aurum vestem purpuram bene praebeo nec quicquam eges'

2 saturnum *L H* (saturnium *l*) ‖ 5 *ad* maxima Iuno *supr. vers.* ideo maxima quia praeerat Carthagini uel quia nuptias dederat quas optauerat *T* ‖ 7 *ad* nec Saturnius *in marg.* ut . . . appellat *T* ‖ 12 rem] deum *in ras. l* ‖ 14 haec *Daniel:* hanc *F* ‖ 15 haec] hic *F* ‖ naufragium *N* naufraginm *H* ‖ 21 menechmis *F* in Menech. *Daniel* ‖ 22 egeo] regeo *F* ‖ 23 ego *F* ‖ 24 respondit *F* ‖ 25 ac] et *N L H M* ‖ 26 iarnas *F* hiarbas *N L H* ‖ conquirite *F* ‖ hoc inuidiose est dictum quando scilicet optantem uel litus (*sic*) egentem . . . dum confarreatur *in marg. T.* sane etiam . . . dum confarreatur *hab. Ambros.* ‖ 27 egentem *om. F* ‖ in recordatione *T* ‖ 28 cerimoniarum inducitur mentio *T* ‖ 30 dum *T:* ut *F Ambros.* ‖ ferreationem *F* conferrationem *T* (re *superscr. alia man.*) farreationem *Ambros.*

*iugatas ovilla pelle superiniecta poni eius ovis, quae hostia fuisset, ut ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione flamen ac flaminica residerent: quod hic Dido meminit, cum queritur se ab Aenea contra ius nexus maritalis deseri, his verbis* 'regni demens in parte locari': '*locata' enim uxor dicitur, quod simul cum eo sedeat, dum confarreatur.*

375. AMISSAM CLASSEM subaudis 'renovavi'. *ad illud respicit* ⟨I 551⟩ *quassatam ventis liceat subducere classem.* SOCIOS A MORTE REDVXI *scilicet quos hospitio eiectos excepi, quibus classem reparavi.*

376. FVRIIS INCENSA FEROR *aut quod necesse habeo exprobrare beneficia, ut Terentius insanire occipiunt homines ex iniuria: aut* quia multa erat in deos locutura. et bona praemittitur excusatio: nam numina non credere curare mortalia et ab his *beneficium* non sperare furoris est. subiungit enim ⟨382⟩ 'si quid pia numina possunt'.

377. NVNC LYCIAE SORTES inrisio est honesta satis, cum his verbis fit, quibus laus praemissa est, ut et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit, necdum illis labra admovi, sed condita servo. scimus autem Aeneam superius haec verba dixisse ⟨345⟩ *sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo, Italiam Lyciae iussere capessere sortes. 'Lyciae' autem 'sortes': Apollinem Lyceum appellari dicunt sive de Lyco, quem vicit, et in victoriae suae testimonium hoc nomen induit: sive quod est* λευκός *a candore; idem enim et sol creditur: sive quod transfiguratus in lupum cum Cyrene concubuit: sive quod in lupi habitu Telchinas occiderit: sive*

11 Terentius] ad. II 1, 43 'minime miror qui insanire occipiunt ex iniuria'
17 et nobis] buc. III 44 et 47

1 ouilla *F:* ouina *T* ouili *Ambros.* ‖ superiecta *T* ‖ poni *om. Ambros.* ‖ qui ostia fuissent *F* ‖ ut *scripsi:* et *libri* ‖ 2 ibi . . . flaminica *om. Ambros.* ‖ quon$^{re}$farreatione *F* conferratione *T* ‖ 3 siderent *Ambros.* ‖ hic *om. F* ‖ 4 nexus *Ambros.:* nixus *F, om. T* ‖ maritale *T* ‖ 5 quod . . . sedeat] quae simul cum marito sederit *T* ‖ confarreat *Ambros.* ‖ confarreatur] confarreationes autem tonitru dirimit *add. Masvicius* ‖ 6 subaudi *NH* ‖ *ad* amissam classem *supr. vers.* ad illud respicit . . . classem *T* ‖ respicit *om. F* respondit *Daniel* ‖ 7 *ad* socios a m. r. *supr. vers.* scilicet . . . reparani *T* ‖ 8 ospitio *F* ‖ excipi *F* ‖ 11 ut] aut *F* ‖ accipiunt *F* ‖ 12 in deos] undaes *F* ‖ locutura *N:* locuta *LHM* loquuta *F* ‖ 14 sperare] auxilium *supr. vers. add. n. idem edidit Stephanus* ‖ 16 est *om. LH* ‖ 17 fit *om. M* (*supr. vers. add. m*) ‖ 21 Apollinem liceum appellari dicunt siue a lico quem uicit . . . unde etiam patareus est dictus *in marg. T* ‖ 22 liceum *F* Lyceum *Daniel* Licium *Commelinus* Lycium *Masvicius* ‖ appellare *F* appellat *Daniel primus* ‖ dicunt *om. F et Daniel* ‖ siue a lico quem *T* siue deliquoq; *F* ‖ in *om. F* ‖ 23 λευκός *Commelinus:* ΛΕΥΧΟϹ *F* ΛΕΙΧΟϹ *T* λεονός *Daniel* ‖ 24 transfiguratus] est *add. Daniel* ‖ 25 Cyrene *Masvicius:* cirene *FT* cinere *Bern.* 167 ‖ concubuit] et inde eadem provincia Lycia vocata *add. Daniel* sive quod . . . attulit *om. F* ‖ Telchinas *Masvicius:* thelcanos *T*

*quod lupus ei primus post interemptum Pythonem ex eo loco, qui appellatur Tempe, laurum attulit: sive quod pastoralis deus lupos interemerit. et est alia fabula, cur Lycia vocata sit regio: Diana harum regionum gaudebat venatu; sed quodam tempore tanta vis luporum se ibi infudit, ut omnes feras eorum incursus absumeret: cum ergo omnis oblectatio deae, quae de venatione veniebat, extinctis ceteris animalibus defecisset, Apollo ob hanc rem † consecratum est. est et alia de hoc fabula: Danaus trahens ab Aegypto originem, cum videret ira Neptuni vindictam sumentis, quod adversum se de condendis Athenis Inachus fluvius pro Minerva iudicasset, uri siccitatibus solum, filiam Amymonen ad aquam inquirendam proficisci iubet. quae cum vidisset repertum fontem hiatu terrae receptum exaruisse, ad patrem detulit: quo ille prodigio commotus oraculum Apollinis adiit, cui Apollo respondit, ut profectus ubi invenisset taurum et lupum inter se pugnantes, spectaret exitum pugnae, et si taurus vicisset, Neptuno templa construeret; si vero lupus, Apollini delubrum sacraret. sed cum Danaus lupum videret vicisse, Apollini Lycio templum dedit. in huius autem Lyciae regione Patara sacer olim lucus Apollini fuit, ubi Apollo responsa dedit: unde etiam Patareus appellatus est.* NVNC ET IOVE MISSVS AB IPSO *sicut supra* ⟨356⟩ *'ab ipso' magno: et bene 'nunc' saepius posuit ad inrisionem, quasi: nunc de te curant qui ante periclitanti non curaverunt subvenire.*

378. HORRIDA IVSSA *et hoc per inrisionem, quasi plena venerationis, vel quae tu timeas.*

379. QVIETOS SOLLICITAT Cicero in libris de deorum natura triplicem de diis dicit esse opinionem: deos non esse, cuius rei auctor apud Athenas exustus est; esse et nihil curare, ut Epicurei; esse et curare, ut Stoici: secundum quos paulo post 'si quid pia numina possunt': nam modo secundum Epicureos ait 'eà cura quietos'. *quidam superos deos Mercurium Apollinem et Iovem ac-*

25 Cicero] cf. d. nat. d. I 23, 63 ‖ Cicero ... quietos] exscr. myth. III 9, 9

2 laurum *scripsi:* aurum *T* ‖ pastorales deos *T* lupos *omittens. fort.* ut pastoralis d. l. i. ‖ 6 obletactio *T* ‖ 7 consultus *T*. Lycius A. o. h. r. consultus eique templum consecratum est *F*. *Schoellius.* Apollini ob hanc rem consecrata est *Masvicius* ‖ et *om. F* ‖ 9 sumentes *T* ‖ Inachus *Barthius:* isachus *T* hisagus *F*. *Minervae et Neptuni de Attica litem scholiastes pro Iunonis et Neptuni de Argolide lite posuit.* ‖ 10 siccitate *T* ‖ amymonē *T* aymonen *F* ‖ 13 adit *F* ‖ 15 constitueret *Daniel primus* ‖ 17 lucio *F* ‖ Lyciae] lucae *F* ‖ 19 est dictus *T* ‖ 20 magno *Daniel:* magne *F*. *fort.* id est magno ‖ 21 curauerauerunt *F* ‖ 23 *ad* horrida iussa *supr. vers.* uidelicet quae tu times nam plerumque horror pro admiratione ponitur *T* ‖ 26 de diis *F:* de his *NLH*, *om. M* ‖ ducit *H* ‖ deos *om. NL* (*supr. vers. add. l*) ‖ rei] sei *F* regi *N* ‖ 27 ut ... curare *om. L, in marg. suppl. l* Epicurei ... ut *om. NH* ‖ 28 ut *om. M* ‖ 29 quura *L* ‖ 30 *ad* is superis l. e. e. c. q. *supr. vers.* superos deos quidam intellegunt iouem mercurium et reliquos quietos uero inferos *T*

*cipiunt. 'quietos' vero inferos, quia Aeneas dixerat* ⟨351⟩ *'me patris Anchisae'. 'sollicitat' vero sollicitos habet: Terentius ego quia non redit filius, quae cogito et quibus nunc sollicitor rebus.*

380. REFELLO redarguo: *vel retardo: vel falsa esse convinco; 'refello' enim ab eo quod est 'fallo' venit.*

381. I SEQVERE ITALIAM VENTIS satis artificiosa prohibitio, quae fit per concessionem: quae tamen ne non intellecta sit persuasio, permiscenda sunt aliqua, quae vetent latenter, ut 'ventis' 'per undas', *nomina terribilia.* sic Terentius profundat, perdat, pereat: nihil ad me attinet. *ergo hic cum eum videtur dimittere, admonendo periculi retinet. sane multi 'Italiam' distinguunt, ut sequatur 'ventis pete regna per undas'.* * *et 'sequere' quasi fugientem.* *

382. *SPERO EQVIDEM videtur eadem quodammodo repetere, et de tempestate et de beneficiis suis vehementius.* MEDIIS SCOPVLIS aut manifestis, ut ⟨VI 111⟩ medioque ex hoste recepi: aut illa saxa dixit, quae sunt inter Africam et Sardiniam Siciliamque.

383. HAVSVRVM luiturum, daturum. DIDO potest et vocativus esse, et accusativus, *ut et 'o Dido' et 'hanc Dido'.*

384. SEQVAR ATRIS IGNIBVS ABSENS alii 'furiarum facibus' dicunt, hoc est 'invocatas tibi inmittam diras'; alii 'sociorum' *facibus dicunt,* ut paulo post ⟨594⟩ ferte citi flammas. melius tamen est, ut secundum Vrbanum accipiamus 'atris ignibus' rogalibus, qui visi tempestatem significant, ut Aeneae, sicut in quinto ⟨7⟩ legimus, contigit. hoc ergo nunc, quod factura est, dicit, id est occidam me et rogalibus te persequar flammis 'absens', quasi mortua, *ut* ⟨IX 213⟩ *absenti ferat inferias.* rogalibus autem,

2 Terentius] ad. I 1, 10 ‖ 9 Terentius] ad. I 2, 54. cf. Don. ad. h. v. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 659 et II 340

1 infernos *Daniel primus* ‖ 2 *ad* sollicitat *supr. vers.* sollicitos habet *T* terenter *F* ‖ 3 sollititos *F* ‖ 4 REFELLO redarguo *post* attinet (*lin.* 10) *hab. NLHM* ‖ redarguo *om. F* ‖ *ad* refello *supr. vers.* redarguo *T* ‖ 5 ab eo] habeo *F* ‖ 7 confessionem *F* ‖ ne *om. NH* (*supr. vers. add. n*) ‖ 8 permiscendam *L* promiscenda *H* ‖ ut ventis] at iuuentis intuentis *N* in uentis *H* ‖ ut . . . undas] VENTIS P. REGNA PER VNDAS *L* ‖ 9 nomina terribilia et sequere quasi fugientem sic terentius *e. q. s. F* ‖ profundit *ex* perfundit *L* ‖ 10 attinet *om. F.* catinet *H* ‖ uiditur *F* ‖ 11 distingunt *F* ‖ 16 dicit *F* ‖ inter] iuxta *M* ‖ atque siciliam *F* 17 *ad* hausurum *supr. vers.* uisurum uel excepturum uel luiturum uel passurum *et ab alia manu* persoluiturum *T* ‖ 20 inuocata *F* inuocatus *H* ‖ diras] furias *M* ‖ 21 citi *ex* cite *N* aut *H* ‖ 23 quanto *H* ‖ 24 nunc *om. F* ‖ factura] factum *F* ‖ 25 absens . . . quamquam absens] absens autem id est mortua ut absenti ferat inferias atris autem rogalibus id est nigris quae dum dicit ignium meminit et debuit absens quamquam subiungere ut esset quamquam absens *F* ABSENS mortua vel de suis dicit hominibus, ut paulo post ferte citi flammas, date vela, impellite remos. ABSENS autem id est inferias. atris autem rogalibus, id est nigris quae dum dicit ignium meminit, et debuit absens coniungere, ut esset

mali ominis, quod 'atris' dixit. legimus et in Horatio nigrorumque memor dum licet ignium. *et debuit 'absens' 'quamquam' subiungere, ut esset 'quamquam absens'.*

385. ANIMA SEDVXERIT ARTVS hypallage pro 'animam artubus seduxerit'. *aut certe 'anima' pro 'ab anima': et est mortis periphrasis. quid enim est mors, quam separatio animae a corpore?*

386. OMNIBVS VMBRA LOCIS ADERO: DABIS INPROBE POENAS dicunt physici biothanatorum animas non recipi in originem suam, nisi vagantes legitimum tempus fati conpleverint: quod poetae ad sepulturam transferunt, ut ⟨VI 329⟩ centum errant annos. hoc ergo nunc dicit Dido: occisura me ante diem sum; vaganti mihi dabis poenas; nam te persequar *et adero quamdiu erro* semper: si autem fuero recepta in originem, poenas tuas audiam, quas videre non potero. hic ergo sensus est: si tempestatem evaseris flammarum rogalium, umbra mea te persequetur: si et hanc evaseris, vel recepta audiam famam suppliciorum tuorum. *INPROBE sceleste. sic in iure inprobus intestabilisque esto.*

388. MEDIVM SERMONEM propter hoc quod sequitur 'multa metu cunctantem et multa parantem dicere', *ut supra ⟨277⟩ mortalis visus medio sermone reliquit. sane multi DICTIS participium, non appellationem volunt, hoc est, cum haec dicta essent.*

390. *LINQVENS multi pro 'relinquens Aeneam', alii pro 'deficiens' accipi volunt more antiquo. sicut 'delinquere' pro 'deficere': Coelius historiarum delinquere frumentum, Sardiniam hostes tenere,*

1 in Horatio] carm. IV 12, 26 ‖ 23 Coelius] p. 163 Pet.

quanquam absens *Daniel. ex his* vel de suis . . . impellite remos *Masvicius, Burmannus, Lion non debuerunt recipere: nam eadem sunt quae Serviana (lin. 21)* alii . . . flammas ‖ 2 dum] ut *M* ‖ *ad* absens *supr. vers.* scilicet quamquam *T* ‖ 4 ypallage enim *F* ‖ 5 seduxerit *Ml:* sedixerit *F* eduxerit *NLH* ‖ 6 animi *F, corr. Daniel* ‖ 8 biotanatorum *NH.* id est illorum quia ante tempus morti praedestinatum sponte sibi consciscunt mortem *add. L* ‖ 9 ingantes *H* ‖ 11 occisura see ante diem suum *F* occĭsuram se ante diem suam *L* (t occisura me ante diem sum *superscr. l*) ‖ 12 errauero *Daniel* ‖ 14 poterit *H* ‖ hic . . . est] hic est ergo totus sensus *M* ‖ si . . . rogalium si nisis rogalibus flammis euaseris tempestatem *M* (si . . . rogalium *deleta sunt*) ‖ 16 audiam famam *M:* audiet famãm (l. m.) *F* audiam famam audiet fa.ma (audiam . . . audiet *in ras.*) *N* audiet f amã (l *erasa*, ã *in ras l*) *L* audiet flamma *H* ‖ subpliciorum *N* ‖ *ad* dabis *supr. vers.* sustinebis persolues, *ad* inprobe *supr. vers.* sceleste sic in iure inprobus intestabilisque esto *T* ‖ 17 in *om. F* ‖ inprobas *F* ‖ 19 parantem *N:* nolentem *F* p. *L* p̃ *H, omittit M* ‖ 20 *ad* dictis *supr. vers.* sane dictis multi . . . cum multa (*sic*) dicta essent *T* ‖ multi *ex* multe *F* ‖ 21 adpellationem *F* ‖ *ad* auras *supr. vers.* scilicet uitales in quibus loquebatur *T* ‖ 22 *ad* linquens *supr. vers.* siue relinquens siue deficiens unde deliquium solis *et in marg. sup. ab alia manu* multi pro linquens aenean . . . conlapsaque membra *T* ‖ derelinquens *Daniel primus* ‖ 23 Caelius *F* ‖ Caelius histor. delinquere frumentum etc. *Ambros.* ‖ 24 sardinam *F* ‖ hostes tenere] hostis tenet *T*

*Tubero nam delinquat, aut superet aliquid tibi, id est deficiat. aut superet; Gellius annalium deliquium solis et deliquionem. dicit quod Vergilius defectus solis varios: nam in hoc ipso loco sequitur 'suscipiunt famulae conlapsaque membra'.*

391. SVSCIPIVNT FAMVLAE subandis eam. *THALAMO dativus casus.*

393. *AT PIVS AENEAS ordo est: at pius Aeneas iussa divum exsequitur. bene autem excusat Aeneam 'pium' dicendo, cum ei et gemitus dat, et ostendit solacia dolenti velle praestare, et probat religiosum, cum deorum praeceptis paret.*

395. *ANIMVM LABEFACTVS pro 'animum labefactum habens'. AMORE num Didonis, quo illa flagraret?*

397. TVM VERO TEVCRI INCVMBVNT regis *scilicet* praesentia: sic in nono ⟨72⟩ tum vero incumbunt, urguet praesentia Turni. *LITORE de litore. VNCTA pice delibuta.*

399. FRONDENTESQVE FERVNT REMOS non qui erant, sed qui esse poterant, ut ⟨536⟩ quos ego sim totiens iam dedignata maritos.

400. FVGAE STVDIO celeris profectionis, ut ille volans simul arva fuga simul aequora verrit. *INFABRICATA inpolita. bene expressa est festinatio navigare cupientum.*

401. CERNAS honesta figura si rem tertiae personae in secundam referas, hoc est 'si quis cernat'.

402. FORMICAE ad studium respicit conparatio hoc loco, *non ad personas.* et notandum cautelam exprimi per hanc conparationem. Horatius parvula, nam exemplo est, magni formica laboris, Iuvenalis ⟨VI 361⟩ formica tandem quidam expavere magi-

---

1 Tubero] p. 315 Pet. ‖ 2 Gellius] p. 175 Pet. ‖ 3 Vergilius] georg. II 478 19 ille] georg. III 201 ‖ 22 honesta figura . . . cernat] cf. Don. ad Ter. Andr. III 1, 2 et Macr. Sat. V 14, 10 ‖ 25 Horatius] sat. I 1, 33

---

1 Tubero *om.* *T* ‖ Tubero non delinquit aut superet aliquid id est deficit aut superest *Ambros.* ‖ delinquat *Masvicius:* delinquid *F* delinquit *T* ‖ 2 Gellius deliquium solis et deliquiorem dixit *Ambros.* ‖ deliquionem *G. Vossius:* delinquionem *FT* ‖ 5 *ad* marmoreo *supr. vers.* marmorum crustis adornato non re- uera marmoreo *T* ‖ *ad* thalamo *supr. vers.* datiuus refero tibi *T* ‖ 7 *ad* at pius Aeneas *in marg.* ordo est . . . paret *T* ‖ 9 solatia *T* ‖ dolent *F* ‖ 11 *ad* labefactus *supr. vers.* labefactatum habens *T* ‖ habes *F* ‖ *ad* amore *supr. vers.* didonis scilicet qui eum fatigauerat *T* ‖ 12 quo illa flagraret *Daniel:* quod illa fragraret *F* ‖ 13 TVNC *NHM* ‖ 14 tunc *NLHM* ‖ urget *LHM* ‖ 15 *ad* uncta *supr. vers.* pice delibuta *T* ‖ 16 quia errant *F* ‖ qui] quia *F* ‖ 17 potuerant *F* 19 volat *Vergilius* ‖ 20 uerrat *F* verrens *Vergilius* ‖ *ad* infabricata *supr. vers.* inpolita . . . cupientum *T* ‖ INFABRICA *F* ‖ inpolita *om.* *F* ‖ 22 figura] est ut *add.* *M* ‖ 24 *ad* ingentem f. f. a. *supr. vers.* et ad studium respicit hoc loco comparatio non ad personas *T* ‖ conparatio] haec conparatio *F* ‖ non ad personas *edidit Stephanus* ‖ 27 formicam *F* ‖ quidem *NH*

stra. sane 'formica' dicta est ab eo, quod *ore* micas ferat. *de qua fabula talis est: in Attica regione quaedam puella Myrmix nomine fuit, Minervae ob castimoniam et sollertiam dilecta, quae postea hoc modo Minervae in se odium concitavit. namque cum vidisset Minerva Cererem segetes invenisse, volens ipsa ostendere Atticis quo expeditius segetes parerent, aratrum dicitur invenisse. quod cum manu ageret, et Myrmix ei adhaereret, ausa est occulte aratri stivam subripere, et apud homines se iactare, infructuosum esse Cereris munus, nisi suo uterentur invento, quo terra aratro resoluta expeditius ederet fructus. quod cum proditum aegre tulisset Minerva, Myrmicem illam virginem in formicam convertit eamque, ut proditricem, adversam frumentis, quae semper insequitur et subripit, esse praecepit. quae res cum Iovi miserationem movisset, excogitavit quemadmodum formicae honorem daret. nam cum Aeacum, filium suum ex Aegina susceptum, Thessalis imponeret regem et agros ipsos videret hominibus indigere, formicas colligi in unum iussit easque in homines commutavit: unde Myrmidones appellati sunt.* FARRIS solum nomen est, quod 'r' geminet in genetivo: monadicon est ergo, sicut 'sol'. item 'cor cordis' solum in 'dis' mittit genetivum. item 's' geminat 'as assis'. et haec carent exemplis.

403. CVM POPVLANT antique dixit: nam hoc verbum apud veteres activum fuit, nunc tantum deponens est. *et bene rei parvae per metaphoram sublimitatem dedit, ut non videatur de formicis, sed de exercitu loqui.* HIEMIS MEMORES *hoc est caute, in adventum hiemis:* Horatius quae, simul inversum contristat Aquarius annum, non usquam prorepit. *TECTO suo tecto, id est cavernis.*

464. IT NIGRVM CAMPIS AGMEN *ut* ⟨130⟩ *it portis iubare*

1 sane . . . ferat] exscr. Isid. or. XII, 3, 9 || 17 solum . . . exemplis] cf. Prob. cath. p. 14, 5 K || 25 Horatius] sat. I 1, 36

1 ferat] vel aliquo modo a graecis derivatum est quam vocant *μύρμηκα* *add. D.* || formica dicta est ab eo quod ore micas ferat de qua fabula talis est . . . appellati sunt *in marg. T* || 2 mirmix *FT* || 3 solertiam *F* sollertia *T* 4 modo] loco *Lion* || 6 segete *F* || 7 mirmix *F* || arari *F* || 8 se iactare *T:* si iacere *F* || 9 aederet *F* || 10 tulisset et *F* || mirmicem *F* || illam *om. T* || 12 cepit . . . quemadmodum *om. F* || 14 eacum *F* Iacum *Daniel* || reegina *T* || tesalis *F* 15 agros *Daniel:* egros *F* aegros *T* || uidisset *T* || indigere hominibus *T* || collegi *F* || 16 mirmidones *FT* || 17 verminet *F* || 19 mittit] exit *M* || geminata *FM* as *om. FN* (*supr. vers. add. n*) || 22 actuum *H* || *ad* populant *supr. vers.* et bene . . . loqui *T* || 23 formica *T* || 25 quae] qui *F* || 26 proripit *F* || *ad* tectoque *supr. vers.* cauernis *T* || suo *F:* *ὑπὸ* *Daniel primus. fort.* sub || 28 in *NH* iuuare exhorto *F*

*exorto. et est* hemistichium Ennii de elephantis dictum, quod ante Accius est usus de Indis.

405. CALLE ANGVSTO 'callis' est semita tenuior, callo pecorum praedurata: *unde et callum et callidos dicimus:* 'semita' est semis via, unde et semita dicta est: 'via' *id* est actus dimidius, qua potest ire vehiculum: nam 'actus' duo *carpenta* capit, propter euntium et venientium vehiculorum occursum. GRANDIA TRVDVNT quae portare non possunt.

407. MORAS tardas, morantes: *quia solent resistere.* *SEMITA FERVET aptum verbum festinationi, ut e contrario 'frigidum' tardum.*

408. *QVIS TIBI TVNC DIDO CERNENTI totum hoc magna prosphonesi dictum est: plus enim est in re, quam in verbis: quamvis enim totum dictum non sit, tamen et cogitatur et capitur ab auditore: haec est enim magna emphasis, quae perpetuam personam conplectitur. Terentius quid illi tandem credis fore animi misero, qui cum illa consuevit prior?*

409. FERVERE LATE infinitus hic a tertia est coniugatione, id est a 'fervo fervis': nam secundae coniugationis verba perdito 'e', quod habent ante 'o', in tertiam migrant, ut 'ferveo fervo', 'fulgeo fulgo': hinc est ⟨VIII 677⟩ fervere Leucaten auroque effulgere fluctus. sic etiam Horatius vade, vale, cave ne titubes mandataque frangas: nam 'cave' 've' longa est, nec vocalis sequitur, ut in bucolico ⟨3, 79⟩ 'vale, vale' inquit, 'Iolla': sed

---

1 Ennii] ann. 465 p. 69 Vahl. || 3 callis . . . occursum] cf. Isid. or. XV 16, 8 sqq. exscr. diff. verb. 539 || 14 Terentius] ad. IV 5, 31. cf. Don. ad h. v. 17 infinitivus hic e. q. s.] cf. [Sergii] explan. in Don. p. 505, 31 sqq. K || 21 Horatius] ep. I 13, 19

---

1 emisticium *F* emistihium *L* hemisticum *H* emystichium *M* || elefantis *libri* || quod] quo *F* || antea *NH* ante dictum *M*. *ceterum* ante *scilicet Vergilium* || 2 accius *NLM:* acilius *F* actins *H* Caecilius *Ryckius* || de Indis] deinde nos *F* || 3 tensior *F* tonsior *Daniel* || 4 callum] *fortasse* callere. *nisi forte* unde . . . dicimus *ad ipsa Vergilii verba adscripta fuerunt, ut* 'callum' *et* 'callidus' *a* 'callis' *derivanda esse scholiastes putaverit.* || semita] seminata *F* SEMITA semita *L* || 5 dicta est *om. NH* (*supr. vers. add. n*) || via est *om. NLH. cf. Isidorus* || 6 iactus *H* || carpenta *edidit Stephanus.* vehicula *Lion* || propter euntium] praetereuntium *M* || 7 uenientum *H* || *ad* pars *supr. vers.* pars licet in litteratura singulare sit in sensu tamen plurale est ideo sic iungitur pars trudunt *et ad* obnixae *supr. vers.* subnixae humiles *T* || 10 *ad* fervet *in marg.* congruum uerbum posuit quia feruere dicitur quicquid instanter perficitur *et ab alia manu* ut e contrario frigidum tardum *T* || aptum *Daniel:* actum *F* || 11 *ad v.* 408 hoc cum magna exclamatione est hoc dictum et est enfasis in hoc quia colligit totam personam et hoc ex persona poetae dictum sciamus *T* || prosphonesi *Commelinus:* prosfosi *F* prosfonisi *Daniel* || 13 capitur *Daniel:* rapitur *F* 17 infinitiuus *L* || e tertia *L* || 18 a *ante* fervo *om. F* || nam *om. F* || perdito e] perdita e (o *supr.*) *N* perdite *H* || 19 fervo *om. NHM* (*supr. vers. add. m*) || 21 vade *F:* ualde *NH* ua=de *L* (ualde *fuit*) uale *M* || 22 ve] uel *N* || 23 bucolico] uirgilio *FM* || inquid *N̄LH* || yolla *F* iollo *H*

dicimus a tertia coniugatione esse imperativum, ut 'cavo cavis'. hinc etiam Catullus 'cavere' dixit.

410. ARCE EX SVMMA regum enim fuit habitare in arcibus proter tutelam. denique Romae Valerius cum in Esquiliis domum haberet altissimam, invidiae causa eam conplanavit. item Augustus post Actiacum bellum Palatium ex suo praecepto aedificatum, cum esset domus privata, donavit reipublicae.

411. TANTIS CLAMORIBVS nautarum scilicet *vocibus.* *MISCERI pro 'repleri' aut 'commoveri'.*

412. IMPROBE AMOR exclamatio a poeta contra amorem. et hoc est quod Horatius dicit hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor. tale est et illud in tertio 〈57〉 auri sacra fames, id est cupiditas: nam et illic amoris est increpatio, qui secundum philosophos omnium generalis est rerum. hinc est quod apud inferos Eriphyla inter amantes commemoratur, quae monile concupierat.

413. IRE ITERVM IN LACRIMAS hinc est amoris inprobitas, quae cogit lacrimis rogare dudum superbam. est autem speciosa elocutio 'pergit in lacrimas'. PRECANDO 'precando' cantando. in hoc modo 'do' naturaliter brevis est: sic Terentianus ut vitae dubius varios renovando dolores: plerumque tamen a Vergilio producitur, ut cantando tu illum? item cantando rumpitur anguis.

414. SVMMITTERE AMORI *'animos' quidam pro 'iras' accipiunt. ut 'animosus' dicitur pro 'iracundus': et 'supplex animos summittere amori' id est supplices preces adhibere, quae erat amore victa. 'summittere' autem 'amori'*, ac si diceret, non Aeneae: aut certe Aeneam amorem vocavit. *ubique tamen subaudiendum 'cogitur'.*

2 Catullus] fragm. 10 ap. Lachm. p. 84 ed. II ‖ 11 Horatius] a. p. 46 20 Terentianus] v. 1296 K. 'sic varios tam longa dies renovando dolores.' 22 cantando] buc. III 25 ‖ cantando] buc. VIII 71

1 a *om.* *F* ‖ tertiae *F* ‖ cavo] caue *N* ‖ 2 catuliff *F* catulus *H* ‖ 4 aesquiliis *NH* esciliis *F* ‖ 5 causam *N* ‖ eam *om.* *F* ‖ conplanauit] at eum dirnit etim plane aedificauit conplanauit (at . . . aedificauit *deletis*) *N* diruit et in plano aedificauit *LM* (l complanauit *superscr. l*) ‖ 6 aedificata *F* ‖ 8 *ad* misceri *supr. vers.* pro repleri aut commoueri *T* ‖ 9 repleti *F* ‖ 10 *ad* quid non mortalia pectora cogis *supr. vers.* ad quod scelus et est exclamatio in amorem qui ideo improbus dicebatur quod cogeret superbum aenean praecari *T* ‖ 13 illic *ex* illud *L* ‖ increpitatio *FNH* (increpatio *n*) ‖ 15 eriphule *F* erylila *Nl* erytilia *LH* euriala *M* euriphila *m* ‖ munile *F* ‖ 17 hinc] hic *F* ‖ est *om.* *M* ‖ 18 lacrimis cogit *M* ‖ superbam *FM*: superbum *NLH* ‖ 20 in hoc *om.* *F* ‖ do *om.* *L*, *suppl. l* ‖ sicut *H* ‖ terrentianus *NL* terrentius *H* terentius *M* ‖ 21 uarias *M* 24 *ad* summittere a. *in marg.* animos quidam . . . cogitur *T* ‖ 26 adhibere] *scil.* '*cogitur*'

415. NEQVID INEXPERTVM FRVSTRA rogabat, *inquit*, non spe inpetrandi; sed ne esset, quod sibi posset inputare, si non rogasset, quamquam frustra rogaret: *id est, ne derelinqueret medium aliquod intemptatum: et hoc 'frustra', quia moritura erat. Terentius omnia experiri certum est, priusquam pereo.* et 'frustra' ex indicio poetae est. sic Sallustius falso queritur de natura sua genus humanum, ut supra hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.

416. *ANNA prope invidiose, quia ipsa nuptias suaserat. VIDES quasi diceret: ipsa tibi crede. et est maior vis adfirmantis, cum dicit 'vides'. petitio autem haec etiam deliberationis modum a quibusdam putatur tenere. PROPERARI LITORE CIRCVM utrum circumspicis, an circum totum litus? et est ordo 'Anna, i soror, atque hostem supplex adfare superbum'. 'circum' non est praepositio, sed adverbium loci.* PROPERARI LITORE CIRCVM circum litus: nam postposita praepositio et accentum mutavit, et suas perdidit vires. 'properari' autem inpersonale est.

417. *VNDIQVE CONVENERE bene non addidit, qui: intellegitur.*

418. ET LAETI NAVTAE id est *aut* minime timentes: *aut adeo non necessitate, nec iussu abeunt, sed volentes. et hoc aut ad spem retinendi, aut ad indignationem commovendam dictum est. et sicut supra* ⟨416⟩, *prope ad invidiam Annae loquitur, ut et alibi* ⟨548⟩ *tu prima furentem his germana malis. Probus sane sic adnotavit si hunc versum omitteret, melius fecisset. CORONAS multi funium coronas accipi volunt, qui solent, quotiens navigatur, in modum coronarum conponi: nam fugientes quemadmodum naves coronabant?*

419. SPERARE DOLOREM pro timere: et est acyrologia, *superflua dictio:* nam speramus bona, timemus adversa. hoc autem dicit:

---

4 Terentius] Andr. II 1, 11. cf. Don. ad. h. v. ‖ 6 Sallustius] Iug. I 1 7 hoc amet] Hor. a. p. 46 ‖ 23 Probus] cf. Steup de Probis p. 105 sq. ‖ 27 pro timere e. q. s.] cf. Isid. diff. verb. 513

---

2 possit *F* ‖ 3 *ad* nequid inexpertum f. m. r. *supr. vers.* ne relinqueret medium intemptatum et hoc frustra quia moritura erat *T* ‖ 4 terentur *F* 5 experire *F* ‖ 9 *ad vers.* 416 *in marg.* inuidiose uidetur hoc dictum quia illa suaserat nuptias et est quasi maior uis affirmantis cum dicit uides quasi diceret tu ipsa uides *T* ‖ prope] proprie *Lion* ‖ nuptias] suas *add. Daniel* ‖ 12 PROPERARE *F* ‖ 14 *ad* circum *supr. vers.* aduerbium loci *T* ‖ 15 PROPERARI . . . litus *om. F* ‖ 18 *ad* undique c. *supr. vers.* licet non dicat qui tamen intellegitur *T* intellegitur *secludit F. Schoellius.* sed intellegitur *Masvicius* ‖ 19 *ad* puppibus *supr. vers.* quidam distingunt puppibus et. quasi diceret et puppibus *T* ‖ id est *om. M* ‖ 20 iussu *Daniel:* iussa *F. fortasse* iussi ‖ abeunt *scripsi:* abeant *F* ‖ aut *post* hoc *om. Daniel* ‖ 22 et alibi] est alibi *Daniel primus* ‖ 24 versum *Commelinus:* uerbum *F et Bern.* 167 ‖ *ad* coronas *supr. vers.* quidam uolubilitates funium intellegunt quia fugientibus non est congruum coronas dare *T* ‖ 25 finium *F* ‖ 27 agirologia *F* aciroloia *M*

si scirem abiturum Aeneam, non tantum diligerem: si non dilexissem, minus dolerem. SI POTVI autem pro 'si potuissem'. et sic est dictum, ut ⟨VI 105⟩ omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi: ac si diceret, nihil mihi novum contigit.

420. *HOC TAMEN VNVM vel hoc solum.*

421. MIHI pro me exsequere, *id est pro mea causa.*

422. COLERE *pro* colebat, *vel colit:* infinitus pro indicativo. *CREDERE credit vel credebat, id est committebat.*

423. MOLLES ADITVS faciles, ut ⟨293⟩ et quae mollissima fandi tempora.

424. *ATQVE coniunctio complexiva: est et disiunctiva, cum dicimus 'aliter atque debuit fecit': est et expletiva atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.* HOSTEM SVPERBVM postquam ex aperto denegavit se Carthagini esse mansurum. *et reddit causas, ob quas suppliciter eum adloquatur, quod et hostis et superbus; quasi dicat, aequo animo patiamur nos supplices esse, quoniam incidimus in hostem superbum. non nulli autem iuxta veteres 'hostem' pro hospite dictum accipiunt. Plautus in Curculione ⟨I 1, 5⟩ si status condictus cum hoste intercedit dies, idem in cistellaria datum est hostimentum, opera pro pecunia. nec enim vere hostem diceret, quem revocare cupiebat: ipsa enim ait ⟨323⟩ 'hospes, hoc solum nomen quoniam de coniuge restat'. Herodotus Persas, qui erant Graecorum hostes, ξένους a Laecedaemoniis appellatos refert. inde nostri 'hostes' pro hospitibus dixerunt: nam inimici perduelles dicebantur.*

425. *NON EGO CVM DANAIS sensus illi contrarius ⟨III 602⟩ scio me Danais e classibus unum.*

---

12 atque] georg. I 203 ‖ 19 in cistellaria] immo in asinaria I 3, 20 'par pari datum hostimentumst, opera pro pecunia'

---

1 habiturum *FNH* ‖ si non] sed non *H* ‖ 2 dolerem *Ml:* dolorem *FNLH* *duo scholia ad vers. 419 in sinistro margine Floriacensis scripta sunt: alterum dexter quoque margo post* coronabant *ita habet, ut lemma sit* SI POTVIT TANTVM, *omittatur* animo, *pro* contigit *scriptum sit* contigisset. *ea re effectum est, ut scholium ad* SI POTVI *a Daniele, quem ceteri secuti sunt, ante scholium ad* SPERARE DOLOREM *collocatum sit.* ‖ 3 percepi *M* ‖ 4 continginț *M* ‖ 6 *ad* mihi *supr. vers.* mei causa *T* ‖ 7 *ad* colere *et* credere *supr. vers.* colebat *et* credebat *T* | CALORE *N* (COLERE *n*) SOLAM TE COLORE *L* COLORE *H* TE COLERE *M* ‖ infinitiuus *M* ‖ 9 AEDITVS *H* AVDITVS *M* ‖ 11 *ad v.* 424 *in marg.* atque coniunctio expletiua est . . . amni *T* ‖ ducimus *F* ‖ 12 atque] aliter *add. FT* ‖ 13 rapit] trahit *Daniel primus* ‖ *ad* hostem superbum *supr. vers.* superbus ex affectu didonis est dictum cum a poeta semper aeneas pius inducatur, *in marg.* et reddit causas . . . accipiunt *et ab alia manu* plautus . . . dicebantur *T* ‖ 15 eum *om. F* alloquitur *T* ‖ quod . . . superbus] nam et hostis est et superbus *T* ‖ hostes *F* | 17 iusta *F* ‖ uetaeres *F* ‖ 18 plaustñ *F* ‖ 19 cestellaria *F* ‖ 20 ostimentum *T* | uere *om. T* ‖ 22 ero dotes *F* erodotus *T* ‖ 23 exenos *F* xenos *T* ‖ lacedaemonis *F* lacedaemones *T* ‖ 24 hostes] hospes *F* ‖ perduellas *F*

426. AVLIDE IVRAVI Aulis insula est *in Aegeo mari*, in qua coniurarunt Graeci se non ante reversuros *ad patriam*, quam Troia caperetur. et est sensus illud spectans scio me Danais e classibus unum. 'Aulide' autem aut 'in Aulide', aut pro 'Aulidi'. AD PERGAMA in Pergama, id est contra Pergama.

427. ANCHISAE CINERES MANESVE REVELLI quod dicitur ex oraculo fecisse Diomedes, et secum eius ossa portasse, quae postea reddidit Aeneae, cum multa adversa perferret: hinc est ⟨V 80⟩ salvete recepti nequiquam cineres. sciendum sane Varronem dicere, Diomedem eruta Anchisae ossa filio reddidisse, Catonem autem adfirmare, quod Anchises ad Italiam venit. tanta est inter ipsos varietas et historiarum confusio. REVELLI non 'revulsi': nam 'velli' et 'revelli' dicimus; 'vulsus' vero et 'revulsus' usurpatum est tantum in participiis contra naturam.

428. *CVR MEA DICTA NEGAT non interrogat, sed queritur. quidam 'revelli' iungunt, ita ut sequatur 'cur mea dicta neget.'*

429. QVO RVIT properat sine respectu salutis: nam hoc dicit, quod peto etiam ipsi prodest: amoris scilicet inpatientia. *EXTREMVM HOC MISERAE DET MVNVS AMANTI a qualitate beneficii dictum.*

430. *FACILEMQVE FVGAM permanet in eodem sensu, ut dicat petitionem suam etiam Aeneae prodesse.* FERENTES bene flantes, propitios, *prosperos.*

431. *ANTIQVVM aut primum, aut carum, ut 'nihil antiquius habuit' dicimus: aut antiquatum et inritum.* QVOD PRODIDIT quod decepit. et bene: ad diremptionem enim coniugii inmutata voluntas sufficit. *quidam 'prodidit' pro 'perdidit' accipiunt, ut ⟨I 251⟩ unius ob iram prodimur.*

432. PVLCHRO VT LATIO CAREAT quod illi pulchrum videtur.

---

1 Aulis . . . caperetur] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VII 332 et ad Achill. I 447 ‖ 10 Catonem] cf. ad Aen. I 267

---

1 *ad* Aulide *supr. vers.* aulis est nominatiuus et est insula in aegeo mari *T* ‖ insula est] vel portus *add. D* ‖ 3 et est . . . unum *om. F* ‖ 6 quod] ad hoc autem quod *F*. *ceterum* hoc dicitur ex oraculo . . . historiarum confusio *in marg. T* ‖ 8 reddit *H* ‖ Aeneae *om. NLH* ‖ hinc est . . . cineres *om. M* ‖ 9 nequicquam *FN* nequicquid *L* ‖ sciendum . . . confusio] et haec quidem uarro affirmat cato autem dicit quod anchises ad italiam uenerit unde uarietas nata est inter ipsos et historiarum confusio *T* ‖ 11 uenerit *F* ‖ est *om. H* ‖ 12 et] hinc est et *M* ‖ historiarum] istarum *H* ‖ confusio] saluete recepti nequiquam cineres *add. M* ‖ 15 *ad* cur m. d. n. *supr. vers.* non interrogat sed causatur *T* 16 neget *Ribbeckius adn. crit. ad v.* 428: negat *F* ‖ 23 *ad* antiquum *supr. vers.* primum *T* ‖ 24 aut *Daniel:* ad *F* ‖ 25 nam ad *M*, enim *omittens* ‖ diremptionem *l:* disruptionem *F* direptionem *NLM* ireptionem *H* doreptionem *n* ‖ 26 *ad* prodidit *supr. vers.* decepit prodidit uel ut quidam uolunt perdidit *T*

sic etiam est illud o tantum libeat mecum tibi sordida rura: quae tibi sic videntur. RELINQVAT *neglegat.*

433. TEMPVS INANE PETO *id est sine matrimonio,* sine officio coeundi: nam 'sine beneficio' non procedit, cum spatium petat et requiem. *aut quasi non magnam rem: vel quo vacuus et otiosus est, cum illi tempus inane est.* REQVIEM SPATIVMQVE FVRORI *ut possim habere spatium, quo amori finem inponam.*

434. DVM MEA ME VICTAM D. F. D. 'mea fortuna', id est adversa, ut ⟨VI 62⟩ hac Troiana tenus fuerit Fortuna secuta. ex eo statu, in quo est, fortunam dixit. 'doceat' autem 'dolere' illud est, quia non habet in adversis patientiam nisi qui dolere consuevit. hoc ergo petit, ut ei praestetur tempus, per quod discat adversa perferre.

435. ORO VENIAM beneficium: *iuxta morem antiquum,* ut ⟨I 519⟩ orantes veniam. *Terentius in hecyra* ⟨IV 2, 29⟩ *mi gnate, da veniam hanc mihi, reduc illam.* MISERERE SORORIS genetivum tantum regit.

436. QVAM MIHI CVM DEDERIS CVMVLATAM MORTE REMITTAM sensus est: quod beneficium cum mihi cumulatum dederis, sola morte derelinquam. et hic intellectus est melior, *quia sorori loquitur,* 'quam mihi cum dederis cumulatam': quam lectionem Tucca et Varius probant. nam male quidam legunt 'quam mihi cum dederit', id est Aeneas, 'cumulata morte relinquam' et volunt intellegi, acceptum ab illo beneficium *mea* morte cumulabo et sic relinquam, ut amantes dicere consuerunt, ut *praeceps* aërii specula de montis in undas deferar; extremum hoc munus morien-

---

1 o tantum] buc. II 28 ‖ 25 praeceps] buc. VIII 59

---

1 sic . . . illud] et sic est etiam illud *M* ‖ etiam *om. F* ‖ 2 quae] enim *add. L* ‖ *ad* relinquat *supr. vers.* neglegat *T* ‖ 3 *ad* inane *supr. vers.* sine coniugio *T* ‖ sine] si sine *in ras. l* ‖ 4 nou *om. F* ‖ 5 uacuos et odiosus *F, corr. Daniel* ‖ 6 *ad* requiem spatiumque furori *supr. vers.* ut habeam scilicet spatium quo finem imponam furori uel amori *T* ‖ 10 fortuna *L* ‖ 15 terent *F* ‖ ecyra *F* me *F* ‖ 17 tantum *om. NH* ‖ 18 QVAM MIHI CVM DEDERIT et reliqua *F* QVAM MIHI CVM D. C. M. R. *M* ‖ COMVLATA (v supra) *L* ‖ 19 *ad vers.* 436 sensus est . . . cumulatam *et* id est antequam moriar illud beneficium sed semper seruabo illud quousque accumulatum id est perfectum uel finitum in mea morte *T* ‖ sens *L* ‖ cumulatum] culimulatum *H* ‖ dederis . . . cumulatam *om. H* ‖ 20 //relinquã *L* (*duae litterae erasae sunt,* ã *in ras. l*) ‖ hinc *F* ‖ quia] quod *Daniel* ‖ 21 quam mihi . . . probant *om. Daniel et Commelinus.* quam . . . dederis, quod sorori loquitur *Masvicius primus* ‖ cum dederis *om. F*, dederis *in marg. suppl. ead. man.* ‖ cumulatum *M* ‖ leccionem *L* ‖ 22 uarus *FLM* uarro *NH* ‖ quam . . . cumulata *om. H* ‖ sederit *N* (dederit *n*) ‖ 23 remittam *F* relinquam *L, sed* am *in ras. l* ‖ 24 accepto *M, corr. ead. man.* ‖ cumulabo et] cumula(e supra)bori *F* ‖ relinquam] am *in ras. l*

tis habeto: *id est faciam quod illi scio placiturum, occidam me: nam si eam odio habet Aeneas, restat ut eius morte laetetur. hoc sorori quoque potest dicere, quae credit eam ex amore concitatam id loqui, nec tamen facere:* sed *elocutio* non procedit: nemo enim dicit 'veniam cumulata', sed 'cumulatam'. *alii ita intellegunt: reddam illi gratiam, occidam illum: nam alibi ait ⟨600⟩ 'non potui abreptum divellere corpus'? sed hoc totum sorori dicit. an perplexe locuta est, ut solent loqui mali aliquid molientes? 'cumulatam' autem 'veniam' numquid solidam et plenam, et cui nihil desit, debemus accipere?*

437. TALIBVS ORABAT *aut simpliciter accipiendum 'loquebatur': aut 'orabat' ideo, quoniam preces inmixtae erant: aliter ⟨205⟩ multa Iovem manibus (supplex orasse supinis.) alibi peroravit ⟨X 96⟩ talibus orabat Iuno.* FLETVS *pro verbis, id est verba flebilia.*

438. FERTQVE REFERTQVE non ab Aenea, qui nihil dicit, sed a Didone fert et refert, id est iterum portat: *nam subiunxit 'sed nullis ille movetur fletibus': mire autem 'fletibus' repetit.*

439. VOCES VLLAS TRACTABILIS AVDIT cur mitis, *et placidus, et tractabilis* non audit? quasi mirum est, excusat dicendo 'fata obstant placidasque viri deus obstruit aures'. *aut certe voces tractabilis accipe, aut alias tractabilis.*

440. FATA OBSTANT *excusat Aeneam, cum eum, ne ingratus videatur, non duritia mentis facit immobilem, sed voluntate divina.* DEVS Iuppiter scilicet: unde et supra ⟨372⟩ Dido ait 'Saturnius': *vel certe Mercurius.* OBSTRVIT *obcludit, ἐμφατικῶς.*

442. ALPINI BOREAE flantes de Alpibus, quae Gallorum lingua alti montes vocantur. *et speciem pro genere posuit: nam Alpinum Boream pro quocumque vento dixit: vel quia potentiores montani sunt venti.* NVNC HINC NVNC ILLINC sicut Aeneas ab Anna et Didone.

---

24 'obstruit' obcludit] cf. comm. Luc. II 495 ‖ 25 quae . . . vocantur] exscr. Isid. or. XIV 8, 18. cf. comm. Luc. I 183

---

1 id est . . . occidam me *om. Daniel* ‖ faciam *scripsi:* facie *F* ‖ 2 lactatur *F*, re *superscr. ead. man.* ‖ 4 eloquutio *F* ‖ ducit *H* ‖ 7 dicit] dedit *Masvicius* perplex *F* ‖ loquuta *F* ‖ 8 cumulatam id est solidam et plenam cui nihil desit *T* ‖ 10 *ad* orabat *supr. vers.* uel simpliciter loquebatur uel etiam orabat preces admiscendo *T* ‖ 12 peroravit *F:* pro oravit *Daniel primus* ‖ 13 *ad* fletus *supr. vers.* debilia uerba *T* ‖ 15 a *om. NLH* (*add. l*) ‖ subiunexit *F* ‖ set *F* ‖ 17 placidus *Daniel:* placitur *F* ‖ 18 excusat] excusat et recusat *F* recusat *NLH* sed *omisso* dicendo *M* sed curat *Stephanus* ‖ 19 *ad* tractabilis *supr. vers.* aut uoces tractabiles accipe aut alias tractabilis *T* ‖ 21 *ad* fata obstant *supr. vers.* ne sit tractabilis. excusat autem aenean . . . diuina *T* ‖ excusant *F* ‖ 24 *ad* obstruit *supr. vers.* obcludit *T* ‖ enfaticos *F* ‖ *ad* annoso robore *supr. vers.* id est annosa uirtute *T* ‖ 25 quae] quia *Ln* ‖ 26 *ad* boreae *in marg.* species pro genere. alpini boreae id est flantes ex alpibus uel reuera alpini boreae quia uehementius flant montani uenti *T*

443. IT STRIDOR ad dolorem Aeneae pertinet, de quo ait 'magno persentit pectore curas'. ALTE *aut* iugiter, diu; *aut ex alto cadentes.*

444. CONSTERNVNT implent, *cumulant,* ut strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma. FRONDES sicut lacrimae Aeneae. *STIPES autem media pars est arboris, quae ramos sustinet.*

445. HAERET SCOPVLIS sicut ille in consilio perseverat.

446. TANTVM RADICE IN TARTARA TENDIT secundum physicos, qui dicunt parem esse altitudinem radicum et arborum.

448. *TVNDITVR saepe pulsatur. Terentius tundendo atque odio denique effecit senex, et ipse alibi Rhipaeo tunditur Euro. MAGNO PERSENTIT PECTORE quamvis magno, sentit curas; sed eas forti pectore patitur. 'curas' potest Didonis, potest et suas.*

449. *MENS INMOTA MANET ad illud refertur 'illa haeret scopulis'.* LACRIMAE INANES quia 'mens inmota manet': *et utrum 'inanes', quae Didoni nihil prosint? quidam tamen 'lacrimas inanes' vel Aeneae, vel Didonis, vel Annae, vel omnium accipiunt.*

450. TVM VERO post desperationem. *(FATIS) EXTERRITA DIDO atqui in fine ait ⟨696⟩ nam quia nec fato, merita nec morte peribat. 'fatis' ergo aut malis suis: aut a verbo 'for, faris' fatis, id est responsis Aeneae.* EXTERRITA *autem* praecipitata, turbata.

451. MORTEM ORAT pro desiderat, ut ⟨II 655⟩ mortemque miserrimus opto: aut certe ideo 'orat', quia consecrata fuit, nec mori poterat, nisi soluta consecratione. CAELI CONVEXA incurva caeli.

452. *QVO MAGIS INCEPTVM PERAGAT id est mortem sibi inferat. LVCEMQVE RELINQVAT ad illud 'taedet caeli convexa tueri'.*

---

3 strata] buc. VII 54 ‖ 7 secundum . . . arborum] exscr. Isid. or. XVII 6, 14 ‖ 9 Terentius] hec. I 2, 48. cf. Don. ad h. v. ‖ 10 alibi] georg. III 382

---

1 IT] *om. F* ET *H* HIT *M* ‖ magno . . . curas *om. L, in marg. suppl. l* 2 persentit *Ml:* persensit *FNH* ‖ diu] et diu *N* et diu *H* ‖ *ad* alte *supr. vers.* iugiter et diu uel ex alto cadentes *T* ‖ 3 *ad* consternunt *supr. vers.* implent et cumulant *T* ‖ CONSTERNANT *NL* (CONSTERNVNT *n*) CONSTERNAT *H* ‖ 5 *ad* stipite *supr. vers.* proprie stipes dicitur media pars arboris quae frondes sustinet *T* ‖ 6 sicut] ut *M* ‖ 7 RADICEM *NLM* ‖ 9 *ad* tunditur *supr. vers.* saepe pulsatur *T* ‖ hodio *F* ‖ 10 denique *om. Daniel* ‖ eficit *F* ‖ rhypio *F* ‖ 11 MAGNA PERSENSIT *F* ‖ 12 *ad* curas *supr. vers.* et suas et didonis et annae *T* ‖ 13 *ad* inmota *supr. vers.* fixa ad illud autem refertur illa (*sic*) haeret scopulis *T* ‖ illud] illa *F* ‖ referitur *F* ‖ 14 *ad* inanes *supr. vers.* nihil profuturae *T* ‖ 15 didone *F* ‖ 16 didones *F* ‖ omnium *Masvicius:* hominum *F* ‖ 17 *ad* fatis *supr. vers.* malis suis uel responsis aeneae ut ueniat ab eo uerbo quod est for faris *T* ‖ 19 perhibat *F* ‖ for] far *F* ‖ 20 *ad* exterrita *supr. vers.* id est praecipitata turbata *T* ‖ 25 *ad* inceptum *supr. vers.* quod mente concepit id est ut mortem sibi inferat *T* ‖ 26 *ad* lucemque relinquat *supr. vers.* moriatur hoc ad illud respicit tedet caeli conuexa tueri *T*

453. TVRICREMIS *id est* cremantibus tura: *nomen mire compositum. et hoc genus ominis, Didoni factum, de augurali disciplina translatum est, quae diris observatur. dira enim deorum ira est, quae duplici modo colligitur, aut ex signis, aut quocumque modo et quacumque ex parte: † quodque in illo factum rem mare traditur, ex signis hic ostenditur: dicens enim 'vidit turicremis' et reliqua usque 'nigrescere sacros' non solum adversa petitionibus inveniri, verum etiam mortem denuntiari: nam praemisit 'quo magis inceptum peragat lucemque relinquat'. item tumulis Sychaei 'exaudiri voces et verba vocantis': quod asperius fuit, ut mariti defuncti vox audiretur e tumulo, quod erat dirum, ad se vocantis. sunt et de avibus dira auspicia, quod hic subiunxit dicendo 'solaque culminibus ferali carmine bubo saepe queri' et reliqua: in quo satis non fuit, diram avem bubonem nominatam, nisi adiecisset 'ferali carmine' et 'saepe queri', ut non utique canendi usus significaretur, sed fletus vice querellarum.*

454. *HORRENDVM DICTV quanto magis visu? quod Didoni contigit.*

455. *IN OBSCENVM SE VERTERE hoc est 'latices nigrescere sacros'. et quidam 'nigrescere' et 'vertere' ideo incertum tempus positum volunt, ut ostendant non vere vertisse se, quod contra naturam est, sed verti a Didone visa, ut* ⟨VI 257⟩ *visaeque canes ululare per umbram: non ululasse ergo, sed fieri visum. 'obscenum' autem mali ominis, ut* ⟨III 241⟩ *obscenas pelagi et reliqua.*

456. HOC VISVM hoc quod viderat nulli dixit. quid est 'nulli'? ne sorori quidem, cui fuerat de amore confessa. *et forte ideo sororem celavit, ne et ipsa se perimeret. post queritur* ⟨679⟩ *idem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.*

1 Thuricremis nomen mire ... querelarum *hab. Ambrosianus.* nomen mire ... querellarum *in sinistro marg. T; in dextro idem ab alia manu haec praebet* Ex augurali disciplina hoc tractum est qua diris colligitur id est deorum ira quae duobus modis conicitur hoc est uel ex signis uel ex auibus. ‖ impositum *Ambr.* ‖ quae d.] *fort.* qua e d. ‖ 4 aut ex] ut ex *F* ‖ signis] situs *vel* sitiis *F* | quaecumque *T* ‖ medo *F* ‖ et ... traditur *om. T* ‖ et *om. Daniel* ‖ quecumque *F.* aut (ex avibus aut) ex signis quocumque m. e. q. e. p. *F. Schoellius* ‖ 5 quodque ... traditur *om. Ambr.* ‖ rem mare] tempore *Commelinus.* quod a Vergilio sacrarum rerum naro traditur. ex signis *e. q. s. F. Schoellius. fort.* quodque in illa (*scil. Didone*) factum re vera traditur *vel* quodque ab illa factum esse Maro traditurus est ‖ ex] et *Daniel* ‖ ignis *F* ‖ hic *ex* hoc *F* ‖ 6 et reliqua *om. Ambr.* ‖ 7 mortem denuntiare *F T, corr. Daniel.* martem deum nunciari *in contextu,* mortem denunciari *in marg. Ambr. fort.* mortem denuntiari ostendit ‖ 9 e tumulo sychaei *T* ‖ sichaei *F* ‖ exaudiri *ex* exaudire *F* ‖ 11 uocanti *Ambr.* ‖ subiunexit *F* subinxit *T* subiungit *Ambr.* ‖ 12 dicendo *om. Ambr.* ‖ salaque *F* ‖ 13 in *om. Ambr.* ‖ fuit diram] fu liram *F* ‖ 14 et] ut *T* ‖ ut] et ut *Lion* ‖ 15 significaretur usus *T* ‖ uoce *T* ‖ querelarum *Ambr.* ‖ 16 *ad* horrendum d. *in marg.* quanto ... contigit *T* ‖ didone *F* ‖ 17 *ad* nigrescere *supr. vers.* quidam hoc ad adspectum didonis referunt uel reuera nigra *T* ‖ 21 *ad* obscenum *supr. vers.* mali ominis sanguinem *T* ‖ male hominis *F* ‖ 24 cui *om. H* ‖ *ad* non ipsi e. s. *supr. vers.* ne scilicet et ipsa se perimeret *T* ‖ sorore caelauit *F* ‖ 26 dolor] decor *F* *ad vers.* 457 hinc Ovidius (*heroid.* VII 99—102) 'est mihi ... Elissa veni *Fabricius*

458. CONIVGIS ANTIQVI aut prioris, aut cari. *Lucilius concilio antiquo sapiens vir solus fuisti: antiquus ergo est qui praecedit eum, qui praesens est.* MIRO QVOD HONORE COLEBAT *e. q. s.*] * *ritum veri et venerabilis templi mariti templum obtinere cupiebat: templa enim velamentis religiosa monstrantur.** MIRO QVOD HONORE COLEBAT exhibendo ea *mortuo,* quae circa vivos solent fieri. moris enim fuerat, ut nubentes puellae, simul venissent ad limen mariti, postes antequam ingrederentur, *propter auspicium castitatis,* ornarent laneis vittis: unde ait 'velleribus niveis': et oleo ungerent, unde uxores dictae sunt, quasi unxores. *bene ergo Dido cum templum marito exstrueret, veluti devota viro, quippe post quem nuptura non esset, ad consulendum amorem officia ritus maritalis adfixerat, ut morem instauraret uxorum: nam ait post, cum in poenitentia inducitur a poeta,* ⟨552⟩ '*non servata fides cineri promissa Sychaeo*'. *ii tamen, qui de nuptiis scripsisse dicuntur, tradunt, cum nova nupta in domum mariti ducitur, solere postes unguine lupino oblini, quod huius ferae et unguen et membra multis rebus remedio sunt. alii hoc Romuli dicunt temporibus institutum, quod Romulus et Remus lupino lacte nutriti sunt. dicitur etiam lupam in concilio multorum eiusdem generis sociari marito, eamque amisso eo nulli alteri post iungi, quod ipse subiecit* ⟨550⟩ *non licuit thalami expertem sine crimine vitam degere more ferae, id est lupae. haec ergo ideo a nove nuptis fiebant, ut sciret se puella domum religiosam ingredi: simul lanam ferens lanificium promittebat.*

---

1 Lucilius] inc. 150 Muell. ‖ 6 moris enim . . . unxores] exscr. Isid. or. IX 7, 12. cf. Don. ad Ter. hec. I 2, 60

1 Lucilius . . . fuisti *hab. Ambros.* ‖ 2 *ad* antiqui *supr. vers.* aut prioris aut cari *et ab alia manu* antiquus ergo est qui praecedit eum qui sequens (*sic*) est *T* ‖ 3 MIRO . . . COLEBAT exibendo . . . fieri. ritum . . . monstrantur et moris fuerat . . . lanificium pomittebat *F*, *T in marg. sup. et Ambros. Servianum scholium* 'exhibendo . . . unxores' *ipsi versui adscriptum est in T* ‖ uiri *F* ‖ 4 obtine *F* ‖ 5 MIRO . . . solent *om. H* ‖ exibendo *FNL* mire exhibendo *M* ‖ 7 puellae] in unum conuenirent (et) *add. L* (et *superscr. l, ut videtur*) ‖ simul] simul ut *M* simul cum *T* ‖ venirent *Isidorus* ‖ lumen *L* ‖ mariti] (et) *add. Lion* ‖ 8 ornarent] (se) ornarent *Lion* ‖ 9 unde et ait *L* ‖ unxores] uxores *N* unx(n)ores *L* (*fuit* unxiores) unxiores *Isidorus* ‖ 11 post quem] postea quam *Ambros.* ‖ nuptara *F* ‖ 12 consulendum *FT:* conciliandum *Ambros. et Daniel* ‖ affixerat *F* ‖ morem] amorem *F* ‖ 13 uxorem *F* ‖ post cum] postquam *T* ‖ adducitur *T* ‖ 14 sycheeo *F* sicheio *T* ‖ hi *T* Hii *Daniel* ‖ de] dē *F* ‖ 16 obliniri *Daniel primus* ‖ fere *F* ‖ et unguen *Ambros.:* exunguen *FT* ‖ 17 sint *Ambros.* ‖ romoli *F* ‖ romuli temporibus dicunt *T* ‖ 18 remulus *F* ‖ sint *Ambros.* ‖ 19 lupa *Ambros.* ‖ 20 eamque *T et Ambros.:* esse quae *F* atque *Commelinus* ‖ eo *om. Ambros.* ‖ post *F:* pos *T* posse *Ambros.* ‖ 22 haec] hoc *T* ‖ 23 puella se *Commelinus primus* ‖ religiosam domum *T* ‖ simul] et simul *T et Ambros. ceterum ad* uelleribus niveis *supr. vers.* ostendebat se laneficii operam dare in domo mariti *T*

459. FESTA FRONDE divina, tamquam numen coleret. sane hoc loco latenter quam supra diximus tangit historiam: nam si amabat Aeneam, utique non coleret extinctum maritum.

461. VISA VIRI *ut* ⟨VI 257⟩ *visaeque canes ululare per umbram, Terentius audire vocem visa sum modo militis:* non enim erant vera, ut supra. NOX CVM TERRAS OBSCVRA TENERET *ut augeret terrorem, tempus adiecit,* a verisimili.

462. SOLA BVBO *'sola' quaerendum quod dixerit, utrum ἐμφατικῶς, an pro 'solis', id est desertis? ubi enim sederit et cecinerit solitudinem significat. secundum auguralem disciplinam volunt greges avium minus significare, et iuxta hanc avem si alia sederit, malum, quod imminere creditur, evanescere, ut et sola in sicca. sane bubo si cuius aedes insederit et vocem miserit, mortem significare dicitur: si autem de busto sudem ad tectum detulerit, incendium aedibus portendere. ergo hic 'sola' utrum quia alia avis non sedebat in culmine, an 'sola', quia nihil deferebat, ut mortis signum esset? in hanc autem avem conversus est Ascalaphus Acherontis, vel ut quidam volunt Stygis filius, ira Cereris, cum Proserpinam prodidisset malum granatum de pomario Ditis gustavisse: quod plenius in primo georgicorum dictum est, ubi est* ⟨39⟩ *nec repetita sequi. sane* 'sola' contra genus posuit. Lucanus ⟨V 396⟩ et laetae iurantur aves bubone sinistro, item Ovidius infandus bubo. et hoc est in usu; sed Vergilius mutavit, referens ad avem: plerumque enim genus relicta speciali-

5 Terentius] eun. III 2, 1 ‖ 9 ubi . . . significat] cf. Isid. or. XII 7, 39 12 et sola] georg. I 389 ‖ 16 in hanc . . . gustavisse] cf. Ov. met. V 533 sqq. 22 Ovidius] V 550 'ignavus bubo', X 453 'funereus bubo' ‖ 23 plerumque . . . generis] cf. [Sergii] explan. in Don. p. 494, 20 sqq.

1 *ad* festa fronde *supr. vers.* festa fronde hac est quae quibusdam ornamentis credebantur (*leg.* credebatur) esse religiosa uel etiam lauro uel oleo *T* 3 maritum] nam quod de Didone et Aenea dicitur falsum est. constat enim Aeneam trecentis quadraginta annis ante aedificationem Romae venisse ad Italiam, cum Carthago non nisi quadraginta annis ante aedificationem Romae constructa sit. sed altius considerandum est, cur Virgilius Aeneae Didonem coniunctam dixerit *add. D* ‖ 7 a uerisimili *Fl:* uerisimilitudo *NHM* uerisimili//// (*quattuor litteris erasis*) *L* ‖ 8 quaerendum cur dixerit sola utrum enfaticos . . . nec repetita sequi *in marg. T.* sola quaerendum . . . ut mortis signum esset *hab. Ambros. ceterum ad* solaque *supr. vers.* ideo sola quia sola significat solitudinem *T* ‖ quod *F:* cur *T Ambros.* ‖ enfaticos *FT* ‖ 9 defertis *F* ‖ sederet et cecineret *F* ‖ 10 secundum] autem *add. T* ‖ 11 malum . . . evanescere] creditur malum quod imminet euanescere *Ambros.* malum quod imminet creditur evanescere *Daniel* ‖ 12 siccis *F* ‖ 13 insediret *F* ‖ 14 ad tecto *F* ‖ 15 utrum quia *scripsi:* utrumque *F* siue quia *T* utramque quia *Ambros.* utrum quod *Daniel* sededebat *F* ‖ 16 an sola] siue sola *T* ‖ signum *T et Ambros.:* tantum sinum *F* autem *om. T* ‖ 17 conversus . . . Acherontis] conuersus dicitur fuisse ascalaphus acherontis *T* ‖ acirontis *F* ‖ 18 ira Cereris *om. T* ‖ 19 in primo . . . dictum est] in libro georgicorum dictum est primo *T* ‖ primo] initio *add. Daniel* ‖ 21 laetae] laete *F* lete *N* ‖ furantur *M* ‖ 22 infandus *L, sed* andus *in ras. l* ‖ uisu *H*

tate a generali sumimus, ut si dicas 'bona turdus' referendo ad avem: item si dicas 'prima est a', id est littera, cum 'a' sit neutri generis. FERALI CARMINE bene hoc addidit: non enim omni modo malum est bubonis omen; cantus autem eius aut fletum imitatur, aut gemitum: tacens *autem* ostendit felicitatem. omnes enim aves oscines malae, praepetes bonae sunt: vel e contra malae praepetes, oscines bonae sunt.

463. *SAEPE QVERI quidam propterea 'queri' positum volunt; quod doleat, de Ascalapho se in avem mutatum, ut et veterem in limo ranae cecinere querellam.*

464. PRIORVM legitur et 'piorum'; sed '*priorum*' illuc spectat ⟨65⟩ heu vatum ignarae mentes! quid vota furentem, *quod superius expositum. si 'piorum', religiosorum, castorum.*

465. HORRIFICANT horrorem incutiunt.

466. *IN SOMNIS FERVS AENEAS non est epitheton 'ferus', sed fantasia: talem enim illum imaginabatur, qualem timebat. et* IN SOMNIS pro 'insomniis', id est vigiliis. SEMPERQVE RELINQVI per omnes noctes navigare videbatur Aeneas, quasi eam semper desereret.

467. *LONGAM VIAM non nulli inferorum accipiunt.* INCOMITATA quod ferale, id est mortiferum omen est, et praecipue regibus, *qui numquam soli sunt.*

468. *IRE VIAM veteri more iuxta ius, ut ite viam, redite viam, et alibi primus et ire viam.* *TYRIOS DESERTA QVAERERE TERRA bonus adfectus: solent enim qui deficiunt suos desiderare, ut Alcestis moriens.*

9 veterem] georg. I 378 ‖ 22 ite viam] Cic. pro Mur. XII 26 ‖ 23 alibi] georg. III 77

2 a id est littera] litera a *M* ‖ 3 generis] nam o. u. generis sunt neutri *add. M* ‖ hoc] autem *F*, *om. L* (*add. l*) ‖ 4 homeri *N* (omen *n*) ‖ omen] sed cum canit *add. M* sed cum cantet *supr. vers. add. l* ‖ cantus autem eius] set cum canit omni modo malum est quia *F* ‖ cantus] nox *in ras. l*; cantus *fuisse videtur* ‖ aut *ante* fletum *om. L* ‖ 5 aut *ante* gemitum *in ras. l* ‖ tances *F* taces *H* ‖ 6 oscines *FM:* oscinae *ex* osonae *N* oscine *L* oscinae *H* ‖ praepetes] oscines *add. F* ‖ vel . . . sunt *om. F* ‖ e *om. M* ‖ 7 oscines *M:* oscinae *NH* oscine *L* ‖ 8 *ad* saepe queri *in marg.* quidam . . . se fuisse in aue commutata (*sic*) *T* ‖ 9 ascalafu *F* ‖ in avem] iamuem *F* ‖ 11 *ad* priorum *in marg.* ad illud respicit quod dixerat heu natum ignarae mentes quid nota furentes (*sic*) si uero piorum ut quidam nolunt tunc religiosorum et castorum intellegendum *T* ‖ illuc *N:* illud *FM* illuc (*sed* c *ex* d *ut videtur*) *L* illic *H* ‖ expectat *M* ‖ 12 furentum *L* ‖ 13 si] sed *Daniel primus* ‖ regiosorum castrarum *F* ‖ 15 *ad* in somnis f. A. *in marg.* non est . . . qualem timebat et in somnis pro insomniis *T* ‖ 16 imaginabantur *F* ‖ 17 vigiliis] uirgilius *F* uigilis *L* (uel cum caperent somnum *superscr. l*) ‖ 18 uidebant *H* ‖ semper desereret *in ras. l* ‖ desereret] relinqueret *F* desideretis *H* ‖ 19 *ad* longam *supr. vers.* longam uiam quidam intellegunt inferorum *et ab alia manu* uel etiam uidebat se uiuituram (*sic*) longo tempore sine aenea *T* ‖ 20 omen est *NL:* omnibus *F* omenem *H* omen *M* ‖ regi *M* ‖ 22 reddite *F* ‖ 23 bonus *scripsi:* bona *F* ‖ 24 affectus *F* affectio *Daniel primus* ‖ Alcestis moriens *F. Schoellius. cf. Eurip. Alc.* 187 *sqq.:* dulces moriens *F* dulcius moriantur *Daniel primus* dulces morienti *ego conieceram*

469. AGMINA PENTHEVS aut impetus: aut secundum Vrbanum agmina serpentium. Pentheus autem secundum tragoediam Pacuvii furuit etiam ipse. *AGMINA PENTHEVS aut impetus aut secundum quosdam, quoniam habitus earum et sibila serpentium faciem agminis praebent: vel quia plures furiae putantur: vel quia furiosis pro tribus plures videntur. et bene 'videt agmina' expressit furentem, cum ait 'videt', non 'existimat', sed 'putat se videre'. Pentheum autem furuisse traditur secundum tragoediam Pacuvii. de quo fabula talis est: Pentheus, Echionis et Agaves filius, Thebanorum rex, cum indignaretur ex matertera sua Semele genitum Liberum patrem coli tamquam deum, ut primum comperit eum in Cithaerone monte esse, misit satellites, qui eum vinctum ad se perducerent: qui cum ipsum non invenissent, unum ex comitibus eius Acoeten captum ad Pentheum perduxerunt. is cum de eo graviorem poenam constitueret, iussit eum interim claudi vinctum: cumque sponte sua et carceris fores apertae essent, et vincula Acoeti excidissent, miratus Pentheus, spectaturus sacra Liberi patris Cithaerona petit: quem visum Bacchae discerpserunt. prima autem Agave mater eius amputasse caput dicitur, feram esse existimans.*

470. *SOLEM GEMINVM tragice dixit, imitatus Euripidem. DVPLICES THEBAS civitas in Boeotia, a Cadmo et Zetho et Amphione constituta, in qua Oedipus, Lai filius, fuit, qui cum matre concubuit, ex qua Eteocles et Polynices fuerunt, qui se propter regnum invicem peremerunt.*

471. *AGAMEMNONIVS SCAENIS AGITATVS ORESTES hunc Oresten Electra, soror eius, post occisum ab Aegistho dolo Clytemestrae matris Agamemnonem subtraxit, quem Strophio alendum dedit, (qui) cum eum*

---

2 Pentheus autem e. q. s.] cf. Ribb. trag. rel. p. 111 ed. II ‖ 8 de quo fabula talis est e. q. s.] cf. Ov. met. III 511 sqq. ‖ 19 Euripidem] Bacch. 916

---

1 AGMINA . . . furuit etiam ipse *om. F* ‖ 2 serpentium] quibus crinitae sunt Eumenides *add. Fabricius* ‖ 3 AGMINA . . . existimaris secundum tragoediam pacuuii furuit etiam ipse *in marg. sup. T* ‖ 4 quoniam] qui *Daniel* quia *Commelinus primus* ‖ sibilia *F* ‖ serpentum *T* ‖ 6 uidit *F* ‖ ait] dicit *T* ‖ 7 feruisse *F* fuisse *T* ‖ 10 matertera] matre *T* ‖ 11 comuerit *F* ‖ chiterone *F* ‖ 13 acoete *F* is *T:* his *F* Hic *Daniel primus* ‖ eum] dum *coni. Burmannus* ‖ 14 poena *F* constitueret *omittens* ‖ uinctum claudi *T* ‖ 15 carceres *F* ‖ 16 excedissent *F* spectaturus *T:* expectaturos *F* expectaturus *Daniel* ‖ 17 baccae *F* ‖ 18 caput] capud *F* caput eius *T* ‖ existimans] secundum tragoediam pacuuii furuit etiam ipse *add. T* secundum urbanum agmina serpentum phentheus furuit etiam ipse secundum pacuui tragoediam. scenis agitatus famosus celebratus traguoediis et agitatus qua et furuit et multe de eo sunt traguoediae quam si frequenter actus *add. F. e Serviano igitur libro nescio quis adiecit quae videbantur omissa esse. in scholio ad* scaenis agitatus *memorabile est hoc loco deesse quae infra e Floriacensi Daniel addidit.* ‖ 19 imitatus Euripidem *Daniel:* imitantibus euripe *F* ‖ *ad* duplices Thebas *in marg.* ciuitas . . . peremerunt *T* ‖ 20 boetia *T* zeto *F T* ‖ constructa *T* ‖ 21 qua] quo *F* ‖ edippus *F T* ‖ fuit *om. F* fuit qui *om. Daniel* ‖ 22 eteodes et polimius *T* ‖ fuerunt *om. F* ‖ perimerunt *F* ‖ 23 *ad vers.* 471 *in marg.* hunc . . . phalanges *T* ‖ nunc *F* ‖ oreste *F* ‖ 25 quem . . . perduxit *om. F*

*filio Pylade educatum in adultam perduxit aetatem. qui ut primum de scelere matris ac morte patris agnovit, venit Mycenas et adiuvantibus amico Pylade et sorore Electra, Clytemestram matrem cum adultero Aegistho occidit: ob quam rem aliquamdiu furiis agentibus insaniit. sane 'Agamemnonius' non est patronymicon: nam 'Agamemnonides' facere debuit. ergo sicut* ⟨VI 489⟩ *Agamemnoniaeque phalanges.* SCAENIS AGITATVS famosus, celebratus tragoediis, *qualiter a Graecis in scaena inducitur.* et 'agitatus', quia et furuit, et multae sunt de eo tragoediae: quasi frequenter actus.

472. ARMATAM MATREM causam ipsam furoris. *CVM FVGIT ad deum: credidit veritatem.*

473. SEDENT IN LIMINE DIRAE a Pacuvio Orestes inducitur Pyladis admonitu propter vitandas furias ingressus Apollinis templum: unde cum vellet exire, invadebatur a furiis. hinc ergo est 'sedent in limine *dirae*'. *alii dicunt, quia, cum absolutus in templo Minervae, de iudicio exiret, a furiis conreptus est.*

474. *CONCEPIT FVRIAS furore completa est. et quidam 'furorem' pro bono et innocenti motu accipiunt, 'furias' semper pro malo. concepit ergo furorem, postquam amori dolor inmixtus est.*

475. *TEMPVS SECVM IPSA MODVMQVE 'tempus', id est quando, 'modum', id est quo modo et qua morte.*

476. *EXIGIT ad certum redigit, ut solent pondera † iures et ad exactum redigi: ergo definit.*

477. *CONSILIVM VVLTV TEGIT ut* ⟨I 209⟩ *spem vultu simulat.* VIAM rationem, *remedium: ita enim antiqui dicebant, ut ipse alibi* ⟨VI 367⟩ *aut tu, siqua via est.*

---

12 a Pacuvio] cf. Ribb. trag. rel. p. 134 ed. II

---

1 produxit *Daniel* ‖ 2 cognovit *coni. Hagenus* ‖ micenas *F* mecenas *T* 3 pilade *FT* ‖ clytemastram *F* ‖ 4 insanit *F* insaniuit *T* ‖ 5 sane . . . phalanges *post* frequenter actus *hab. F* ‖ patronomico (v supra) *T* ‖ 6 sicut] sic dictum est quemadmodum *T* ‖ 7 falanges *FT* ‖ *ad* scaenis agitatus *supr. vers.* famosus . . . inducitur *T* ‖ SCENIS autem AGITATVS *F* ‖ tragoediis et agitatus *om. H* ‖ 8 et agitatus] agitatus autem *F* ‖ et furuit et multae] furuit et furiis agitatus aut quia multae *F* ‖ furuit] etiam ipse *add. L* ‖ 9 multa *L* ‖ 10 causa ipsius furoris *H* ‖ ad deum *scripsi:* ad eum *F* ‖ 11 credidit veritatem] credidte ueritatem *legit Hagenus* CVM FVGIT] ut εὐμενίδα, temeratam *F. Schoellius* ‖ 13 philadis *LH* ‖ nisitandas *F* ‖ 14 undecim *M, corr. m* ‖ 15 quia *scripsi:* qui *F* quod *Commelinus* ‖ absolutos *F* ‖ 16 iuditio *F* ‖ 17 *ad* concepit furias *supr. vers.* postquam furore completa est et amori fuit dolor admixtus propter aenean *T* ‖ 20 *ad* tempus *supr. vers.* id est quando, *ad* modumque *supr. vers.* hoc est quo modo et qua morte *et ab alia manu in marg.* qualitatem mortis *T* ‖ 22 *ad* exigit *supr. vers.* definit constituit *et ab alia manu* deliberat *T* ‖ uires et *Daniel*, et vires *Masvicius.* numeri modi *F. Schoellius. fortasse* librari et ‖ 23 redigi *Masvicius:* redige *F* ‖ 24 *ad* spem fronte serenat *supr. vers.* hilaritate occultat *T* ‖ 25 *ad* viam *in marg.* uiam id est rationem remedium . . . uia est *T*

478. GRATARE gratulare, suscipe gaudium pro sorore. sic enim dicimus 'grator tibi honorem'. *et bene a gratulatione incipit quae vult suum dissimulare consilium.*

479. *REDDAT reconciliet.* EVM Aeneam, quem ut notum noluit dicere. *EO ME SOLVAT AMANTEM mori disponens duo mentitur, vel ut se solvat, vel ut alliget Aeneam.*

480. OCEANI FINEM IVXTA finem Oceani nullus novit, sed initium: quod et ipsum potest finis videri aliunde sumpto principio. *et longinquitate argumentatur. Terentius ex Aethiopia est usque haec.*

481. AETHIOPVM Aethiopiae duae sunt: una circa ortum solis, altera circa occasum in Mauretania, quam nunc dicit. et dicta Aethiopia a colore populorum, quos solis vicinitas torret: *Graece enim αἴθειν dicitur calor, ὀπτεῖν torrere.* ATLAS nullum nomen Graecum 'ns' terminatur.

482. *AXEM nunc pro caelo: non enim in axe sunt stellae.* TORQVET sustinet, *portat.* STELLIS APTVM satis perite loquitur: nam 'aptum' coniunctum dicit ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, non insignitum stellis: axis enim non habet stellas, qui est medius inter septemtriones, unde et Graece ἄναστρος dicitur. septemtriones autem non occidere axis vicinitas facit, non quia in axe sunt. *ergo bene 'aptum' conligatum. Cicero in Timaeo* ⟨5⟩ *qua ex coniunctione caelum ita aptum est, id est constrictum et conplexum. item in oratore* ⟨71, 235⟩ *facilius est enim apta dissolvere, quam dissipata conectere.*

483. HINC MIHI MASSYLAE GENTIS MONSTRATA SACERDOS 'mon-

9 Terentius] eun. III 2, 18 ‖ 11 Aethiopiae . . . torret] exscr. Isid. or. XIV 5, 16 et 14

1 sororem *F* ‖ 2 grator tibi] r tibi *in ras. l* ‖ honorem] honorem meum *F* honore *M* ‖ a] ad *F* ‖ quae uult] q̄ue uul *F* ‖ 4 *ad* eum *supr. vers.* iam non uult eum nominare proprio nomine sed per pronomen *T* ‖ 5 dicere] quasi eius fastidio nomen abhorreat *add D* ‖ *ad v.* 479 *in marg.* mori . . . aenean *T* more *F* ‖ se *om. T* ‖ 6 aliget *F* ‖ 8 et *om. M* ‖ 9 et ex longinquitate *coni. Burmannus* ‖ ionga iniquitate *F, corr. Daniel* ‖ ex] et *F* ‖ 12 occasum] hoccasum *N* oceanum *Stephanus, Daniel, Lion* ‖ mauritania *FL* mauritania *ex* mauretania *N* ‖ dicunt *NH* ‖ 13 aetiophya *F* ‖ calore *M* ‖ torret] quia αἴθω ardeo est et ὤψ adspectus dicitur *add. D* ‖ *ad* Aethiopum *supr. vers.* ethiopes dicuntur a calore quia ethin dicitur calor opin torrere *T* ‖ 14 etin *F* ‖ ὀπτεὶν *om. F* 15 ns] x. f. *F* x. s. *N* in ns *M* ‖ 16 *ad* axem *supr. vers.* axis est polus septentrionalis siue australis sed hic pro caelo ponitur *T* ‖ 17 *ad* torquet *supr. vers.* uertit uel sustinet *T* ‖ 18 conuinctum *H* ‖ apostu abtiste *F* apotu opteste *N* apoto apeste *L* apotu apteste *H* apotu apeste *M* ‖ non . . . enim *om. F* 19 non] nec *F* ‖ habes *F* ‖ 20 et . . . autem *om. M* ‖ anastrotos *F* apostros *NH* arctos *L* (anastros *l*) ‖ 21 facit *in ras. l* ‖ axae *NM* ‖ *ad* aptum *in marg.* bene aptum . . . connectere *T* ‖ 22 timeo *F* ‖ 23 constripetum *F* ‖ conplexeum *F* ‖ tiem *om. F* ‖ 25 connectere *FT*

strata' praedicta: quae est oriundo Massyla, aliquando horti Hesperidum sacerdos, nunc venit de locis quae sunt circa Atlantem: nam aliter non procedit: Massylia enim mediterranea est, Berenice civitas Libyae, unde haud longe horti sunt Hesperidum. 'Atlas' vero 'maximus' in Mauretania est. *quidam tamen hos hortos circa syrtes positos tradunt.*

484. HESPERIDVM TEMPLI CVSTOS Hesperides, Atlantis filiae nymphae, secundum fabulam hortum habuerunt, in quo erant mala aurea Veneri consecrata, quae Hercules missus ab Eurystheo occiso pervigili dracone sustulit. re vera autem nobiles fuerunt puellae, quarum greges *rufam lanam habentes* abegit Hercules occiso eorum custode; unde mala fingitur sustulisse, hoc est oves: nam μῆλα dicuntur, unde μηλονόμος dicitur pastor ovium. *propter ruborem autem lanae, quae similis auro est, existimasse eos qui audierant, mala aurea in Africa nasci. est et alia fabula. cum nuptiae Iunonis celebrarentur omnesque dii in honorem eius conferrent munera, Terra in extremis Africae regionibus edidit arborem poma aurea ferentem: haec cum decerperent Hesperides, Atlantis sive Hesperi filiae, custodem eiusdem arboris Iuno offensa munus spoliari suum, in metum earum misit draconem insomnem, qui omnibus noctibus diebusque custodiret ramos: hoc postmodum ab Hercule interempto, qui ab Eurystheo ad hoc missus fuerat, mala sublata sunt. Hesiodus has Hesperidas Aeglen,*

3 Massylia . . . Hesperidum] cf. Isid. or. IX 2, 123 ‖ 7 Hesperides . . . pastor ovium] exscr. mythogr. I 38 et mythogr. III 13, 5. cf. mythogr. II 161. Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 281 ‖ 15 est et alia fabula . . . mala sublata sunt] cf. mythogr. I 106, II 161 ‖ 22 Hesiodus] theog. 215 Schoem.

1 oriundo *FNHM:* orionda *L, sed* a *in ras. l* ‖ Massyla . . . de *om. L, supr. vers. add. l* ‖ massyla *FM* massila *Nl* massilla *H* Massylia *vulgo* ‖ aliquando] quando *H* aqua non *M* ‖ esperidum *F* ‖ 2 venit . . . Atlantem] habitans circa athlantem *F, idem edidit Stephanus* ‖ venit] inuenit *H* ‖ adlantem *NH* athlantem *M* ‖ 3 massylia *M:* massyla *F* masilia *NLH* ‖ berenicis *FL* (is *in ras. l*) unde *supr. vers. add. l* ‖ 4 aut *F* haut *N* aud *H* ‖ athlans *F* atlans *N* athlas *M* ‖ 5 maximus] mons maximus *non nulla exemplaria* ‖ mauritanae *F* mauritania *NH* ‖ ortos *F* ‖ syrtes *Commelinus:* iurtes *F* turres *Lion* ‖ 8 aurea mala *NH* ‖ 9 erculis *F* herculis *L* ‖ euristeo *FNHM* eurysteo *L* ‖ 10 peruigil *F* ‖ 11 gregem *H* ‖ adegit *NH* ‖ erculis *F* ‖ 12 nam] quae graece *F* ‖ mala *NHM* mela *ex* mala *L* ‖ 13 unde] et *M* ‖ melanomos *FM* malanomos *NLH* ‖ ovium *om. F* ‖ Hesperus rex traditur pretiosissimas oues habuisse quarum pastor dracon uocabatur. cui praebebant epulas regis filiae. harum ergo puellarum greges rufam lanam habentes abegit hercules ut etiam seruius dicit occiso eorum custode unde mala fingitur sustulisse hoc est oues quae graece mela dicuntur unde malanomos dicitur pastor ouium. quia ergo graece oues mela dicunt ex dubio nomine fabula composita est. propter ruborem autem lanae . . . solis occasum esse dicit *in marg. inf. T* ‖ 16 eius conferrent] eiusque ferrent *F* ‖ 17 Africae *om. Daniel* ‖ efferentem *T* ‖ 18 athlantis *F* custodes *Commelinus primus* ‖ 19 offensa *T:* fensa *F* sensa *Daniel* ‖ metum] metu in *F* ‖ 21 ercule *F* ‖ euristeo *F* ‖ 22 hesiodos *F* ‖ esperidas *F* hesperi-

*Erytheam, Hesperiam, Arethusam, Noctis filias, ultra Oceanum mala aurea habuisse dicit. bene ergo Vergilius has ad Oceanum et Solis occasum esse dicit.* EPVLASQVE DRACONI *Hesperus rex traditur pretiosissimas oves habuisse, quarum pastor vocabatur Dracon, cui praebebant epulas regis filiae; sed quia Graece oves μῆλα dicuntur, ex dubio nomine fabula conposita est.*

485. SACROS RAMOS *vel Veneri, vel Iunoni dedicatos.*

486. SOPORIFERVMQVE PAPAVER incongrue videtur positum, ut soporifera species pervigili detur draconi. sed dicimus variam vim praebere victum diversis animalibus: nam salices hominibus amarae sunt, dulces capellis, ut et salices carpetis amaras, scilicet hominibus. item cicutae secundum Lucretium hominibus sunt venenosae, cum pingues reddant capellas. ergo et papaver licet det hominibus somnum, draconi adimit forsitan. et est excusatio: potest tamen melior esse sensus, si 'servabat in arbore ramos' plena sit distinctio, sequentia vero sic accipiamus 'haec se promittit carminibus curas solvere, spargens umida mella, soporiferumque papaver, id est miscens, ut Cicero et spargere venena didicerunt. nec incongrue ad amaritudinem amoris mel adhibet, ad oblivionem papaver. *haec enim Didoni prosunt, de qua ait* ⟨529⟩ *nec umquam solvitur in somnos.*

487. SOLVERE *cura liberare.* DVRAS CVRAS *bene duras affectu, quo ipsa passa est, dixit.*

489. SISTERE AQVAM FLVVIIS ET VERTERE SIDERA RETRO quanto magis poterit Aeneam ab incepto retorquere: *vel in amorem inmittere: aut mihi auferre?* VERTERE SIDERA RETRO *utrum ut videatur etiam in caelo potestatem habere, an etiam fata posse mutare, quae*

11 et salices] buc. I 78 ‖ 12 item cicutae . . . capellas] cf. Isid. or. XVII 9, 71 ‖ Lucretium] V 899 sq. ‖ 18 Cicero] in Cat. II 10, 23

des *T* ‖ Aeglen . . . Arethusam *scripsi ex Apollod.* II 5, 11, 2: egle eriteren hesperitusam *F* egle eritheren haesperithusa *T* Eglem, Aretusam et Hesperusam *Daniel* ‖ 2 has] as *F* ‖ 4 drac̄ *F* ‖ 5 quia] que *F* ‖ μῆλα] male *F* ‖ 7 *ad* sacros *supr. vers.* ueneri uel iunoni dieatos *T* ‖ 9 det *F* ‖ 10 victum] uictuum diuersa *F* ‖ diversis] a diuersis *F* ‖ 14 licet] cum *F* ‖ adimit] adlinit *F* ‖ et est excusatio *dubito num Servii sint* ‖ 15 si *om. H* ‖ 16 plenum *M* ‖ distinctio *F*, *om. NLHM* sententia *vulgo* ‖ 18 ut . . . didicerunt] ut supra dictum est *F* ‖ 20 haec . . . somnos *om. Daniel* ‖ 21 in *om. F* ‖ *ad* spargens *supr. vers.* distillans et guttatim fundens *T* ‖ 22 *ad* solvere *supr. vers.* cura liberare *T* ‖ *ad* duras *supr. vers.* ex affectu suo dicit quae passa est duras curas *T* ‖ 23 dixit *om. Daniel* ‖ 25 poterat *L* poteri *H* ‖ retorquere] reuocare *F* ‖ amore *F* ‖ 26 *ad* et vertere sidera retro *in marg.* uel uidetur in caelo potestatem habere uel fata mutare quae siderum ratione gubernantur multi autem in hoc loco planetas accipiunt *T*. *alia manus pro* quae . . . gubernantur *posuit* quae secundum mathematicos sideribus gubernantur *et post* accipiunt *addidit* quia reliqua caelo adfixa sunt.

*secundum mathematicos sideribus gubernantur? et multi sidera hic planetas accipiunt, quia reliqua caelo adfixa sunt.*

490. *NOCTVRNOSQVE utrum quia in nocte sunt, an quia per noctem evocantur, an noctu? ut Cicero nocturnis canibus dilaniandum. et* MANES *quod ad inferos maneut, id est abeant.*

491. *SVB PEDIBVS TERRAM reliqua. haec non sic adfirmat, quasi ad amorem extinguendum opus sint, sed difficiliora adsignat, ut facilius de opprimendo amore credat.* MVGIRE VIDEBIS *id est* videbit quis, ut ⟨401⟩ migrantes cernas.

493. *MAGICAS INVITAM pro 'ad magicas': aut 'magicas adgredi invitam':* quia cum multa sacra Romani susciperent, semper magica damnarunt: *probrosa enim ars habita est:* ideo excusat. ACCINGIER praeparari. 'accingier' autem, ut ad infinitum *modum* 'er' addatur, ratio efficit metri: nam cum in eo ultima sit longa, addita 'er' syllaba brevis fit, ut 'audiri audirier'.

494. TV SECRETA sine arbitris: et est bona elocutio rem loci vel temporis ad personam transferre, ut 'nocturnus venit', 'secretus fecit'. PYRAM sub specie sacrificii praeparat morti exequias.

495. ET ARMA gladium dicit abusive; nam ait paulo post ⟨507⟩ ensemque relictum: proprie enim arma sunt quae armos tegunt, *hoc est scutum, quod Graecis [solum] ὅπλον dicitur, cum cetera sua nomina habeant: unde ipse ait* ⟨X 841⟩ *at Lausum socii exanimem super arma ferebant. sed hic ideo generaliter 'arma' nominarit, ne mentione solius gladii consilium proderetur.*

496. IMPIVS qui gladium reliquit furenti. hoc autem tractum est de Homero, qui dicit gladium Aiaci datum ab Hectore et He-

---

4 Cicero] pro Mil. 13, 33 ‖ 5 manes . . . abeant] cf. Festus s. v. manias. comm. Luc. III 13 ‖ 20 proprie . . . tegunt] exscr. Isid. or. XVIII 5, 2 ‖ 26 de Homero] Il. VII 303 sqq.

---

3 *ad* nocturnosque *supr. vers.* sine quia in nocte sunt id est ubi est perpetua nox uel quia . . . abeant *T* ‖ 4 an *ante* noctu *Daniel:* ın *F* a *T et Bern.* 167 ‖ 5 habeant *F* ‖ 6 *supr. vers.* 491 haec non sic . . . credat *T* ‖ 7 dificiliora atsignat ut faciliū de oprimendo *F* ‖ 8 videbit quis] uidemus quid *H* ‖ 9 nigrantes *M* ‖ 10 *ad* magicas i. *supr. vers.* pro ad magicas . . . excusat *T* ‖ aut] ut *F* 11 *ante* quia *lemma* TESTOR CARA DEOS *hab. NLHM* ‖ magica semper *M* ‖ maica *N* magicam *L* magia *H* ‖ 12 dampnarunt *N* dammauerunt *L* ‖ ideo excusat *om. M* ‖ ideo] et ideo *N* ‖ 13 accingier . . . addatur] nam cum .r. ad infinitiuum addatur *L* (*prius punctum in ras.* l ut ad infinitiuum addatur .r. *superscr. l*) er *om. FNHM* ‖ 14 nam] quia *L* ‖ er] e *in ras. l* ‖ 16 locutio *L* ‖ 17 ut] nam ut *F* ‖ 18 sacrifiti *F* ‖ mortis *FM* ‖ 19 ait *F:* et *N* est *HMl supr. vers.* 21 *ad v.* 495 *in marg.* proprie arma sunt quae armos tegunt hoc est sentum quod grece dicitur solum oplos cum . . . proderetur *T* ‖ olom oplos *F* ὅλον ὅπλον *Daniel primus.* solum *seclusit F. Schoellius* ‖ 22 ad lausum *F, om. T* ‖ 24 mentione *FT:* inuentione *Daniel primus* ‖ claudii *F* ‖ 25 reliquid *NH*

ctori ab Aiace balteum, quae eis exitio fuerunt: nam alter tractus est balteo, alter se donato telo interemit. EXVVIAS vestes Aeneae, quem hostem dixerat supra ⟨424⟩ i soror, atque hostem supplex adfare superbum, item ⟨651⟩ dulces exuviae. *LECTVMQVE IVGALEM eleganter etiam in morte perseverat in amore, et quatenus potest Aeneae se coniungit, si uno igne cum eius concremetur exuviis.*

497. QVO PERII propter extinctum pudorem. *SVPER IMPONAS quidam 'imponant' legunt, scilicet famulae. ABOLERE NEFANDI a memoria tollere, ut ⟨I 720⟩ paulatim abolere Sychaeum.*

498. *IVVAT MONSTRATQVE SACERDOS et 'iuvat' συμφέρει, hoc est et voluntas mihi est, et sacerdos hoc praecipit. 'que' autem pro 'enim' posuit.*

499. *HAEC EFFATA SILET subitum silentium imperfectam orationem ex perturbatione mentis ostendit. PALLOR SIMVL OCCVPAT ORA scilicet ex conscientia cogitatae mortis.*

500. *NOVIS pro inusitatis et malis et per hoc magicis.* PRAETEXERE *autem* praevelare, abscondere. *et est antistrophe, funeribus nova sacra praetexere: ergo hoc dicit, Anna non arbitratur sub obtentu sacrificiorum pompam funeri praeparari.*

501. TANTOS FVRORES quantos cogitabat Dido.

502. GRAVIORA TIMET QVAM MORTE SYCHAEI aut 'quam' detrahimus, et stat elocutio: aut subaudimus 'graviora timet posse contingere', *hoc est quae vel fecit, vel passa est Dido.*

504. AT REGINA PYRA notatus est hic versus: vitiosa est enim elocutio quae habet exitus similes, licet sit casuum dissimilitudo.

506. INTENDITQE LOCVM SERTIS '*intendit*' *in*ligat, ut ⟨II 236⟩ et stuppea vincula collo intendunt, et est hypallage: *est enim*

2 interemit] unde prouerbium est natum apud Sophoclem (*Ai.* 665) *ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα add. D* ‖ 4 *ad* lectumque iugalem *in marg.* eleganter . . . exuuiis *T* ‖ 5 eliganter *F* ‖ amorem *T* ‖ quatenus] in quantum *T* ‖ 6 coniugit *F* ‖ 7 SVPER . . . famulae *T*: imponant famulae scilicet *F*, *quamquam in Vergilii textu* imponas *exhibet* ‖ 8 *ad* abolere nefandi *in marg.* a . . . sycheum *T* ‖ 10 *ad* iubet (*sic*) monstratque sacerdos *supr. vers.* quidam iuuat legunt CYMφΕΡΕΙ . . . posuit *T* ‖ CYMΙΕΡΕΙ *F* ‖ 13 *ad* haec effata silet *in marg.* subitum . . . ostendit *T* ‖ imperfectum *F* ‖ 14 *ad* pallor s. o. o. *supr. vers.* scilicet . . . mortis *T* 16 pro . . . magicis *T*, *om. F.* pro usitatis *edidit Daniel* ‖ PRAETEXERE autem . . . praeparari *in marg. T* ‖ 17 praeuelare *LM*: praeuallere *F* praeuaelere (a *supr.*) *T* praeualere *NH* praeuallare *coni. Hagenus* ‖ anstistrofe *F* ‖ 18 naua *F* ‖ 21 quam *L, sed* ã *in ras. l* quae *H* ‖ 22 eloquutio *F* ‖ 23 contingere] quam morte Sichaei *add. Stephanus* ‖ *ad* grauiora timet *supr. vers.* scilicet posse contingere uel quae fecit uel passa est dido *T* ‖ hoc est quae] quam quae morte Sichaei *Masvicius primus* ‖ 25 elocutio *om. L, add. l* ‖ *ad* penetrali *supr. vers.* secreta ne posset ab omnibus inspici *T* ‖ 26 et intendit inligat *F* et intendit et inligat *Daniel* ‖ ut *om. H* ‖ 27 et *ante* stuppea *om. L* ‖ stupea *FNL* ‖ intendit *F* ‖ *ad v.* 506 *in marg.* hypallage est hoc loco est enim . . . tendit *T* ‖ hypallage] elocutio *add. L*

'intendit serta per locum', *hoc est aut a pariete in parietem ligat, quod est extensis sertis locum replet: quasi serta per locum tendit.*

507. FVNEREA cupresso. *Romani moris fuit propter caerimonias sacrorum, quibus populus Romanus obstrictus erat, ut potissimum cupressus, quae excisa renasci non solet, in vestibulo mortui poneretur, ne quis inprudens funestam domum rem divinam facturus introeat et quasi attaminatus suscepta peragere non possit: hinc ergo 'funerea' cupresso:* nam et supra dicta ligna ad funus pertinent, ut ⟨VI 180⟩ procumbunt piceae sonat icta securibus ilex.

508. EFFIGIEMQVE TORO LOCAT *imaginem scilicet Aeneae, quia solent magi effigies eorum facere, propter quos carmen instituunt. ut in bucolicis ⟨VIII 80⟩ limus ut hic durescit et haec ut cera liquescit et ⟨74⟩ terque haec altaria circum effigiem duco. Horatius lanea effigies erat, altera cerea. et bene* exprimitur amoris adfectus, quod etiam in morte amati imagini volebat esse coniuncta, ut paulo post ⟨605⟩ natumque patremque cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem. HAVD IGNARA FVTVRI *id est* memor suae dispositionis.

509. *STANT ARAE CIRCVM aut sunt, aut circumstant. CRINES EFFVSA crines effusos habens, ut ⟨VII 796⟩ picti scuta Labici. SACERDOS quaeritur a quibusdam, quae sit haec sacerdos, quia illam accipi volunt, quae supra dicta est tamquam ficta a Didone: ergo hanc adhibitam ad tempus huius officii sacerdotem volunt.*

510. TER CENTVM TONAT ORE DEOS non 'tercentum deos', sed tonat ter centum numina Hecates: unde *et* Hecate dicta est ἑκατὸν, id est centum, potestates habens. 'tonat' autem perite dixit; in aliquibus enim sacris imitabantur tonitrua, *sed praecipue in Hecatae.*

3 Romani moris e. q. s.] cf. Serv. ad Aen. III 64 ‖ 13 Horatius] sat. I 8, 30
25 Hecate . . . habens] exscr. mythogr. II 15. cf. III 7, 1

3 FVNEREAS *F* ‖ cupresso *om. F* ‖ Romani moris . . . ilex *in marg. T* ‖ ceremonias *F* cerimonias *T* ‖ 4 populus] p *F* ‖ astrictus *T* ‖ cupressos *FT* ‖ 5 excusa *F* ‖ solent *FT* ‖ ponerentur *FT* ‖ 7 attãnatus *F* ‖ hinc] bene *T* ‖ funeria *ex* funerea *F* funeria *T* ‖ 8 et] ati *F*, *om. T.* etiam *Daniel* ‖ 10 EFFIGIEMQVE . . . altera cerea *in marg. T* ‖ 11 efigies *F* ‖ 13 efigiem *F* ‖ oratius *FT* ‖ 14 lania efigies *F* ‖ amantis *M* ‖ 15 amici *M* ‖ 17 extinxm *H* extinxsem *M* pro extinxissem *superscr. l* ‖ 19 *ad* stant *supr. vers.* sunt aut re uera stant *T* ‖ *ad* crines effusos *supr. vers.* crines . . . Labici *T* ‖ 20 crinen efusos *F* ‖ pecti *F* ‖ 21 *ad* sacerdos *in marg.* quaeritur . . . nolunt *T* ‖ illam] illam ipsam *Daniel primus* ‖ 22 ficta *Daniel:* fictam *FT* ‖ 23 adabitam *F* ‖ 24 terceritum *F* ‖ 25 t̃cio-centum *F* tertiocentum *Daniel* ‖ nomine *F* ‖ ecates *F* haecates *NH* ‖ accates *F* haecate *H* ‖ eccaton *F* ecaton *NL* ECATON *H* hecaton *M* ‖ 26 id est centum *om. M* ‖ tonuit *H* ‖ 27 aliquibus] talibus *NH* ‖ enim *om. H*

*aut 'tonat' clara voce et cum fiducia invocat.* EREBVM inferorum profunditatem.

511. *TERGEMINAMQVE HECATEN quidam Hecaten dictam esse tradunt, quod eadem et Diana sit et Proserpina, ἀπὸ τῶν ἑκατέρων: vel quod Apollinis soror sit, qui est ἑκατηβόλος. sed secundum Hesiodum Hecate Persi Titanis et Asteriae filia est, Diana Iovis et Latonae, Persephone Iovis et Cereris, quam genealogiam posteriores confuderunt.* TRIA VIRGINIS ORA DIANAE iteratio est: Lunae, Dianae, Proserpinae. *et cum super terras est, creditur esse Luna; cum in terris, Diana; cum sub terris, Proserpina. quibusdam ideo triplicem placet, quia Luna tres figuras habet, prima tamquam ☾, sequens tamquam ◐, quinta decima tamquam ○. non nulli eandem Lucinam, Dianam, Hecaten appellant ideo, quia uni deae tres adsignant potestates nascendi valendi moriendi: et quidem nascendi Lucinam deam esse dicunt, valendi Dianam, moriendi Hecaten: ob quam triplicem potestatem triformem eam triplicemque finxerunt, cuius in triviis templa ideo struxerunt.*

512. SIMVLATOS FONTIS AVERNI in sacris, ut supra ⟨II 116⟩ diximus, quae exhiberi non poterant simulabantur, et erant pro veris. bene autem de Averno, per quem descensus ad inferos dicitur.

513. FALCIBVS ET MESSAE AD LVNAM QVAERVNTVR AENIS herbae enim *aut* pro lunae ratione tolluntur; *aut in quas despumaverit luna, sicut Lucanus ⟨VI 506⟩ donec subpositas propius despumet in herbas:* nec omnes eodem modo: unde perite et 'aenis falcibus' dixit, quia aliae velluntur, aliae inciduntur: et 'ad lunam' non ad noctem, sed ad lunae observationem. 'pubentes' autem *ideo,* quia aliae siccae, aliae viridiores leguntur. et sciendum inter homines et herbas esse reciprocam translationem: sic enim 'pubentem herbam' dicimus, quemadmodum 'florem aetatis'.

---

1 'Erebum' . . . profunditatem] exscr. Isid. or. XIV 9, 6 ‖ 5 secundum Hesiodum] theog. 409 Schoem. ‖ 10 quibusdam . . . tamquam ○] cf. Isid. d. rer. nat. 18 et or. III 53, 1

---

1 *ad* tonat *supr. vers.* clara uoce et cum fiducia inuocat *T* ‖ HEREBVM *NLHM* 3 quidam Hecaten . . . ideo struxerunt *in marg. inf. T* ‖ ECATEN *F* ‖ ecatem *F* 4 apo ton hecatoron *F* apo ton hecateron *T* ‖ 5 qui est *om. T* ‖ eccate bolos *F* hecatebulos *T* ‖ sed *Schoellius:* et *FT* ‖ esiodum *F* ‖ 6 et persi *F*, Persi *om. Daniel* asteria *F* ‖ et iouis *F* ‖ 7 bene ologiam *F* ‖ posteriore *F* ‖ confuderunt. et quod dicit tria uirginis *e. q. s. T* ‖ 8 est] eiusdem rei *add. Daniel* ‖ 9 supra *T* ‖ lunam *F* ‖ 10 sup *F* ‖ 11 teres *F* ‖ sequens] *fort.* septima ‖ a] ☽ *Daniel*, ○ *Masvicius* quinta decima] xv *FT*, *lacunam indicavit Daniel*, tertia *Masvicius* ‖ 12 ○] ☽ *Masvicius* ‖ Lucinam] lunam *T* ‖ ecaten apellant *F* ‖ 13 adsignat *F* assignant *T* ‖ 14 quidam *F* ‖ 15 ecaten *F* ‖ 16 finexerunt *F* ‖ tritiis *F* ‖ 17 FONTES *L* ‖ ut] iam *H* ‖ 18 potuerunt *F* ‖ erunt *L* ‖ 20 herbae enim] quia erbae *F* ‖ quia herbae aut . . . obseruationem *in marg. T* ‖ 21 secundum lunae rationem *FT* ‖ 23 eneis *N* aeneis *H* ‖ 25 obseruationis *F* ‖ pubentes autem] PVBENTES HERBAE *F* et pubentes *M* ‖ 26 siccae aliae *L* ‖ 27 reciprocas translationes *M* ‖ relationem *F*

514. NIGRI CVM LACTE VENENI 'nigri' aut noxii, quia nigri fiunt homines post venenum: aut certe illud est, quia sunt herbae 'nigri lactis', id est suci. dicunt autem per periphrasin agreste papaver significari.

516. ET MATRI PRAEREPTVS AMOR secundum Plinium qui dicit in naturali historia 〈VIII 42, 66〉, pullos equinos habere in fronte quandam carnem, quam eis statim natis adimit mater: quam si quis forte praeripuerit, odit pullum et lac ei denegat. Iuvenalis 〈VI 616〉 cui totam tremuli frontem Caesonia pulli infudit. et merito suspicantur amorem creari ex carne, sine qua mater non alit ex se creatum. *Theocritus* 〈II 48〉 *ἱππομανές virgulti genus dicit.*

517. IPSA MOLA *id est* farre et sale, *quam molam salsam a molendo appellant.* ordo autem est: ipsa Dido mola et piis manibus, id est puris, deos testatur. *et bene 'ipsa', quia supra de sacerdote erat locuta.*

518. VNVM EXVTA PEDEM quia id agitur, ut et ista solvatur et inplicetur Aeneas. *VNVM E. P.] solent enim et resolutoria sacrificia ab aruspicibus fieri. et (ad) Iunonis Lucinae sacra non licet accedere, nisi solutis nodis.* IN VESTE RECINCTA quia, ut supra diximus, in sacris nihil solet esse religatum, praecipue eius, quae amore vult solvi. *sane flaminicae non licebat neque calceos, neque soleas morticinas habere: morticinae autem dicuntur quae de pecudibus sua sponte mortuis fiebant: neque supra genu succinctam esse, quod hic vult tangere 'unum exuta pedem vinclis in veste recincta' non sublata, sed summissa: nam sic est dictum 'recincta', ut resoluta, ut remissa.*

519. *TESTATVR MORITVRA DEOS quidam hic 'testatur' pro 'obtestatur' accipiunt.* CONSCIA FATI SIDERA id est planetas, in quibus fato-

---

2 fiunt] sunt *M* ‖ 3 succi *LH* (suci *l*) ‖ dicuntur *L* ‖ dicunt autem *om. M*, dicunt *in marg. suppl. m* ‖ autem] aut *N* ‖ per *om. FNH* ‖ 7 mater] sine qua dempta non praebet lac *in marg. add. l* ‖ quam . . . denegat] sine qua adempta non praebet lac si quis eam forte praeripuerit *M* ‖ 8 forte] fronti *Masvicius* praeterripuerit *H* ‖ odit *Fl:* hodit *L*, *om. NH.* abicit *post* pullum *supr. vers. add. n* pullum odit abiicit *Stephanus* ‖ 9 frontem] et *add. F* ‖ caesorinia *N* caesoria *M* ‖ instudit *F* infundit *HM* ‖ 10 suspicati sunt *M* ‖ 11 cretum *H* ippiomanes *F* ‖ 13 MOLA] MOLAM *F* mola *add. LH* ‖ 14 apellant *F* ‖ *ad* ipsa *supr. vers.* bene ipsa . . . locuta *T* ‖ 18 *ad* unum e. p. *supr. vers.* unum pedem habens exutum, *in marg.* solent resolutoria . . . nodis *T* ‖ 19 auspicibus *F* 20 modis *F* ‖ 21 nil *F* ‖ praeligatum *M* ‖ quae] qui *H* ‖ 22 *ad* recincta *in marg.* discincta resoluta reuincta sane flamini uel flaminicae non licebat . . . tangere *T*. sane flaminicae . . . ut resoluta et (*sic*) remissa *hab. Ambros.* ‖ 23 autem *om. F* peculibus *F* ‖ 24 morti *F* ‖ genua *Ambros.* ‖ tangere] intelligere *Ambros.* 25 vinclis . . . recincta] et reliqua *F* ‖ non sublata . . . recincta *om. Ambros.* 27 *ad* testatur *supr. vers.* iurat quidam hoc loco testatur pro obtestatur accipiunt *T* ‖ *ad v.* 519 *in marg.* conscia fati . . . ergo fati mortis accipiamus *T*

rum ratio continetur. *an 'conscia fati sui testatur sidera', ut constantia eius appareat mori volentis: ergo 'fati sui', id est mortis.*

520. SI QVOD NON AEQVO FOEDERE AMANTIS CVRAE NVMEN HABET ordo est: tunc numen precatur, si quod curae habet amantes non aequo foedere: 'si quod' autem bene dubitat, utrum *etiam* res malae habeant praepositas potestates. sensus autem hic est: [aut] *'Αντέρωτα* invocat, contrarium Cupidini, qui amores resolvit, aut certe cui curae est iniquus amor, scilicet ut inplicet non amantem. *SI QVOD N. A. F. A. C. N. H.*] **[nam et] amatoribus praeesse dicuntur Ἔρως Ἀντέρως Λυσέρως. non nulli Nemesin significari putant*. haec etiam Athenis coli dicitur.*

521. IVSTVMQVE MEMORQVE *'iustum' ad iudicandum*, ut expugnetur qui est causa discordiae: *'memor' ad vindicandum. et 'memor' ideo neutro genere, quia 'numen' dixerat.*

522. NOX ERAT protenditur ista descriptio ad exaggerationem vigiliarum Didonis.

523. SILVAEQVE secundum eos qui dicunt omnia quae crescunt animalia esse.

524. AEQVORA elementa etiam animalia esse voluerunt: unde est in septimo ⟨34⟩ a e t h e r a m u l c e b a n t c a n t u. *MEDIO VOLVVNTVR SIDERA LAPSV noctem describit per sidera, hoc est cum medium cursum tenent sidera, quae orta sunt.*

525. TACET AGER ea quae in agris sunt. *PICTAEQVE VOLVCRES uno verbo multos et varios colores avium demonstravit: pictura enim ex multis coloribus constat.*

529. *AT NON INFELIX ANIMI antithesis, ut at non qua Scythiae*

---

26 at non] georg. III 349

---

2 uolentes *F* ‖ curas *F* cura *H* ‖ 5 etitã *F* et *Daniel* super *Stephanus* ἔρωτες *F. Schoellius* ‖ 6 malae res *F* ‖ praepositas habeant *M* ‖ potestates nam et amatoribus . . . significari putant nonnulli anterota inuocabat . . . inplicet non amantem hic etiam athenis coli dicitur *F*. hic etiam . . . dicitur *hoc loco servari vult F. Schoellius conl. Paus.* I 30. *idem* aut *ante Ἀντέρωτα seclusit.* ‖ *ad v.* 520 *in marg.* nonnulli praeter quod seruius dicit nemessim significari hoc numen putant hoc etiam athenis coli dicitur *T* ‖ 7 aut aterota *NH* aut an-terota *L* aut ante rota *M* ‖ inuocat *M:* inuocabat *FNLH* (t *in ras. l*) ‖ quia *L* (qui *l*) amore *F* ‖ resoluta *H* ‖ 8 cura *F* ‖ 10 eros anteros lyseros *F* ‖ *Λυσέρως coni. Pignorius symb. quaest.* V ‖ 11 haec *scripsi:* hic *F*. *cf. Preller griech. Mythol.* I² *p.* 418 ‖ 12 *ad* iustumque *supr. vers.* iustum ad indicandum ut expugnetur qui est causa discordiae et memor ad uin-indicandum memor ideo . . . dixerat *T* IVSTVM ET MEMOR *NLHM* ‖ 13 qui est *del. l* ‖ causa *ex* cause *M* ‖ memor simul *Daniel primus* ‖ uidicandum *F* ‖ 14 dixerit *Daniel primus* ‖ 15 NOC *M* ‖ discriptio *F* ‖ exageratione *N* exagenerationem *L* egerationem *H* ‖ *ad* placidum *supr. vers.* suauem quod placeat omnibus animalibus *T* ‖ *ad* carpebant *supr. vers.* sensim trahebant *T* ‖ 20 aethera *FNHM:* aequora *L et exemplaria impressa* 21 *ad* volvuntur s. l. *in marg.* noctem . . . sunt *T* ‖ MEDIA *F* ‖ 23 *ad* tacet *supr. vers.* silet metonimicos *T* ‖ 26 *ad* at n. i. a. *supr. vers.* antithesis . . . iuuenis *T* ‖ anthethesis *F* ‖ scythyae *F*

*gentes. et figuratius est 'animi', quam si 'animo' diceret, ut* ⟨XII 19⟩ *o praestans animi iuvenis.*

530. OCVLISVE AVT PECTORE NOCTEM ACCIPIT quia potest aliud esse sine alio, ut si quis dormiens mente turbetur.

531. RESVRGENS SAEVIT AMOR gravior enim est cum resurgit: *et est* sententia quasi generalis.

532. *FLVCTVAT AESTV metaphora amoris.*

533. ADEO scilicet furuit: ut in hoc proposito permaneret vitandae sine dubio lucis. *INSISTIT SECVMQVE ITA CORDE VOLVTAT aut insistit volutare: aut insistit proposito moriendi. Plautus tamen ita ait hunc sermonem instititi.*

534. EN QVID AGO? 'en' ecce: et quasi demonstrantis particula est, per quam intellegimus eam multa cogitasse et sic prorupisse 'ecce, quid actura sum'? est autem comicum principium, nec incongrue amatrici datum. sic Terentius quid igitur faciam? nam haec coniunctio multa eum cogitasse significat. RVRSVS duo significat: frequenter 'iterum', raro 'vicissim', id est mutuo, ut hoc loco. *alii hoc loco 'rursus' pro 'similiter' accipiunt, ut sit: ergo ego similiter rogabo eos, sicut me illi antea rogaverunt.*

535. NOMADVMQVE PETAM invidia a personis: petam mulier et regina nomadas, id est vagos.

536. MARITOS futuros scilicet. est autem elocutio 'dedignor illam rem'.

537. *ILIACAS IGITVR CLASSES sic intulit, quasi si illud non fecerit, hoc necessario consequatur.* VLTIMA IVSSA *'ultima' deterrima, an superba. et* aut intellegimus Aeneam ei obtulisse navigandi facultatem: aut 'Teucrum iussa' non quae ipsi iusserant, sed quae eis a Iove iussa sunt, ut ⟨237⟩ naviget, haec summa est. *alii κέλευμα: unde iubere κελεύειν dicitur Graece.*

15 Terentius] eun. I 1, 1. cf. Don. ad h. v. et Macrob. Sat IV 6, 11

6 hsentia et est *F*, *transpos. Daniel* s. ethica *F. Schoellius* ‖ generalis] sicut in secundo (316) de Aenea 'furor iraque mentem praecipitant' *add. D* ‖ 7 *ad* fluctuat *supr. vers.* uacillat titubat *T* ‖ *ad* aestu *supr. vers.* incendio et est metafora amoris *T* ‖ *scholium ad* fluctuat aestu *om. Daniel* ‖ amori *F* ‖ 8 furit *M* ‖ p̄positio *N* prepositio *H* ‖ 9 *ad* sic a. i. *in marg.* aut insistit . . . instititi *T* ‖ 12 AGAM *L* AGA *H* ‖ en ecce *in ras. l* ‖ 16 eum *NHM* eum *ex* eam *L*: eam *F* ‖ 17 significat] id est *add. F* ‖ frequenter iterum] frequenter et iterum *L* ‖ vicissim] uisim *F* ‖ id est mutuo *F*: id est denuo *N* id est mutuo id est denuo *LHM* (id est denuo *del. l*) ‖ ut *om. H* ‖ 18 *ad* rursus *supr. vers.* quidam hoc loco . . . rogauerunt *T* ‖ 20 NOMADVMQVE *N* NVMADVMQVE *L* ‖ mulieri *F* ‖ et *om. F* ‖ 21 regna *M* ‖ nomadas *M*: numidas *FNLH*. *cf. Isid. or.* XIV 5, 9 ‖ 22 eloquutio *FH* ‖ 24 ILIACAS . . . sequatur (*sic*) *in marg. T* ‖ 25 *ad* ultima *supr. vers.* deterrima superba *T* ‖ 27 non quae . . . summa est *post* gracce *hab. F* ‖ a *om. F* ‖ 28 haec] hoc *H* ‖ caeleuma *F* ‖ 29 unde iubere κελεύειν *Daniel*: unde uiuere caeleugis *F*

538. QVIANE †re vera: et est una pars orationis.

539. *BENE pro qualitatis adverbio intellegendum est.* STAT permanet.

540. *QVIS ME AVTEM FAC VELLE SINET? ordo est: fac me autem velle, quis sinet? RATIBVSVE SVPERBIS vel magnis et altis; vel in quibus superbi navigaturi sunt, hoc est qui me tanto contemptu deserunt.*

541. *INVISAM quae sic contemni et relinqui mereor.*

542. *LAOMEDONTEAE nunc fraudulentae.*

543. NAVTAS non Troianos: nam iniuriose dixit 'nautas', id est adsuetos laboribus. OVANTES laetantes. abusive: nam proprie ovatio est minor triumphus. qui enim ovationem meretur, et uno equo utitur et a plebeis, vel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolium et de ovibus sacrificat, unde et ovatio *dicta:* qui autem triumphat, albis equis utitur quattuor et senatu praeeunte in Capitolio de tauris sacrificat. *et bene duo diversa posuit 'fuga' et 'ovantes', ut gravius esset cum his qui ovarent ire fugientem.*

545. *INFERAR ut* ⟨I 439⟩ *infert se saeptus nebula.* VIX VRBE REVELLI aut mox, id est paulo ante, ut ⟨I 34⟩ vix e conspectu: aut re vera 'vix', ut diximus supra ⟨I 361⟩: nam nulla ratione dimitterent patriam, nisi eos aut odium Pygmalionis coegisset, aut timor, ut ⟨I 361⟩ conveniunt quibus aut odium crudele tyranni, aut metus acer erat.

547. QVIN MORERE 'quin' immo. et bene omnis eius intentio tendit ad mortem: nam si procos rogare turpe est, solam sequi inpossibile et inhonestum, Tyrios trahere difficile, sola mors superest. *FERROQVE AVERTE DOLOREM hoc secundum eos dixit, qui cum aliquid inpulsu animi constituerint, voluntatis suae rationem adhibere conantur. ergo et haec quasi rationem adprobat quod furore paulo ante decreverat.*

---

10 nam proprie ... de tauris sacrificat] exscr. mythogr. III 6, 33 ‖ 23 'quin' immo] cf. Don. ad Ter. eun. IV 7, 41 et ad. IV 2, 4

---

1 re vera] ironia est *Barthius ad Stat. Theb.* X 586. *cf. quae in Turonensi ab eo qui Tironianis notis usus est ad* iuvat *adnotata sunt* placet scilicet ut cum illis nauigem et est yronia. *vel* 'ne' *μόριον vel* 'ne que ve' *μόρια F. Schoellius* 2 *ad* bene *supr. vers.* bene in hoc loco pro qualitatis aduerbium intellegendum est *T* ‖ aduerbium *F* ‖ 4 ordo est . . . sinet *supr. vers. T* ‖ 5 nellet *F* ‖ uel magnis . . . deserunt *supr. vers. T* ‖ 6 qui] quae *T* ‖ 7 INVISAM *F*. IRRISAM *Daniel*, alii INVISAM *addens* ‖ *ad* inuisam *supr. vers.* odiosam quae . . . mereor *T* ‖ contempni *F* ‖ 8 *ad* Laomedonteae *in marg.* nunc fraudulentae quasi dicat numquid o perdita sentis troianae gentis fallacia *T* ‖ 9 iiriose *F* ‖ nautas id est *om. M* ‖ 12 reducitūr *L* ‖ 15 *ad v.* 543 *in marg.* bene duo . . . fugientem *T* ‖ 17 INFERAR *F* INSEQVAR *Daniel*, alii inferat (*sic*) *addens* ‖ *ad* inferar *supr. vers.* immittar ut infert se septus nebula *T* ‖ 18 vix *om. F*. aut re vera 'vix' aegre *coni. Burmannus* ‖ 23 imo *F* ‖ 24 proquos *F* ‖ sola *M* ‖ 26 *ad* ferroque a. d. *in marg.* hoc secundum . . . decreuerat *T* ‖ 27 adibere *F* addere *Daniel primus* 28 haec] hic *Daniel primus* ‖ ratione *coni. Burmannus* ‖ approbat *T*

548. TV LACRIMIS EVICTA MEIS bene totum ei inputat, sed cum excusatione: quae Aeneae nuptias suasit, sed 'victa lacrimis', ut ⟨30⟩ sinum lacrimis inplevit obortis. Anna refert. TV PRIMA FVRENTEM Vrbanus hoc dividit, licet alii iungant, et vult hunc esse sensum: tu persuasisti ut nuberem, victa lacrimis meis, tu etiam nunc me his oneras malis: nam me olim occidissem, nisi te deserere formidarem.

549. OBICIS HOSTI 'ob' naturaliter brevis est, sicut et 're' et 'ad'; sed plerumque producuntur hac ratione: obicio, reicio, adicio 'i' habent vocalem sequentem, quae per declinationem potest in consonantis formam transire, ut obieci, reieci. ergo etiam ante quam transeat, interdum fungitur officio consonantis et praecedentem longam facit. *HOSTI ad eventum referendum.*

550. *NON LICVIT quia aliud volebat et aliud factum est, sicut solent dicere quibus aliter conata succedunt. THALAMI EXPERTEM non omnino, sed post Sychaeum. SINE CRIMINE ut supra ⟨19⟩ potui succumbere culpae.*

551. MORE FERAE Plinius in naturali historia dicit, lyncas post amissos coniuges aliis non iungi. multi 'fere' adverbium volunt, ut sit sensus: more scilicet, quo iam viduitatem ferre consueverat. crimen autem bene, ut supra ⟨19⟩ potui succumbere culpae.

552. SYCHAEO pro Sychaeio: *vel 'promissa Sychaeo, non servata cineri'.*

553. *PECTORE QVESTVS id est pectus questibus.*

554. CERTVS EVNDI indubitabiliter profecturus.

555. CARPEBAT SOMNOS hoc est quod et paulo post culpat Mercurius, *dicens* ⟨560⟩ '*nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos*'? sed excusatur his rebus: nam et certus eundi fuerat, et rite cuncta

8 ob naturaliter e. q. s.] cf. Gell. IV 17. Serv. de final. p. 454, 27 sqq. K. 18 Plinius . . . iungi] cf. Isid. or. XII 2, 20

2 quia *F*. *Schoellius* quae . . . suasisti *ego* ‖ et uicta *F* seducta *M* (*corr. m*) 4 Urbanus . . . sensum] alii hoc diuidunt licet alii iungant et nolunt hunc esse sensum urbanus hoc diuidit *F* ‖ alii] ad *M* (alii *m*) ‖ 6 is honeras *H* ‖ 8 HOSTEM *M* ‖ 10 i] quia i *F*, *om. M* ‖ 11 obhieci eñieci *F* obiecit reiecit *M* ‖ etiam *om. F* ‖ 12 consonantis] e *add. F* ‖ 14 NON LICVIT . . . succedunt *in marg. T* quia] qui *F* ‖ 15 *ad* thalami e. *et* sine crimine *supr. vers.* non . . . sychaeum *et* ut . . . culpae *T* ‖ TALAMI *F* ‖ 17 subcumbere *F* ‖ 18 plenius *F* ‖ linces *L* ‖ 19 iungi] coniungi *L* ‖ ferae *M* ‖ uolunt *supr. vers. add. l* ‖ 20 quo] quoniam *M* ‖ ferre] ferae *F* fere *LM* ‖ consuerat *LH* ‖ 21 crimen] CRIMINE *Masvicius* ‖ subcumbere *NH* ‖ 23 sichaeio *FN* sicheo *LH* sicheio *M* ‖ 24 cinere *F*, *corr. Daniel* ‖ 25 *ad* pectore questus *in marg* pro tantis rumpebat questibus pectus questus autem lacrimas et gemitus accipe *T* ‖ 27 *ad* carpebat *supr. vers.* sensim sumebat *T*

praeparaverat: aut certe prooeconomia est, ut possit videre Mercurium. *RITE recte et ex ordine compositis. et diligenter virum strenuum non ante facit requiescere, quam rite omnia paravisset.*

556. FORMA DEI bene non 'deus', sed 'forma': raro enim numina sicut sunt possunt videri, unde et sequitur 'vultu redeuntis eodem': nam licet 'redeuntis' dicat, id est eius qui possit agnosci, tamen non 'faciem' dicit, sed 'vultum', qui potest saepe mutari.

EODEM 'o' semper longum est, quia 'eodem' ablativus est semper; 'eadem' autem et producit et corripit: nam et nominativus est, ut 'eadem mulier fecit', et ablativus, ut 'eadem faciente muliere'.

557. VISA MONERE EST et bene 'visa': non enim re vera est.

558. OMNIA MERCVRIO SIMILIS aliud enim est idem esse, aliud simile esse: ergo non est certus Aeneas. *et a toto transit ad partes, ut omnia magna, pes etiam.* VOCEMQVE *duo* ὁμοιοτέλευτα: *et est versus hypermetrus. 'vocem' autem ideo,* quia orationis est deus. Horatius Mercuri facunde. COLOREMQVE ET CRINES FLAVOS ideo et perustus et flavus Mercurius introducitur, quia satis vicinus est soli praeter ceteras stellas.

559. ET MEMBRA DECORA IVVENTAE quia palaestrae deus est. Horatius catus et decorae more palaestrae. 'iuventae' autem 'aetatis', a iuventa. sane figura est 'similis membra, vocem, colorem'.

560. *NATE DEA modo generis commemoratio non ad laudem pertinet, sed obiurgatio cessantis est.*

561. *CIRCVMSTENT pro circumstatura sint.*

562. *DEMENS inprobat eius sensum, qui nec videat, nec audiat.* ZEPHYROS ventos: de Africa enim zephyro navigare non poterat.

14 omnia] georg. III 55 || 16 Horatius] carm. I 10, 1 || 20 Horatius] carm. I 10, 3

1 uideri *L* || 2 recte ... parauisset *in marg. T* || 5 sicut ... videri] ueniunt sic ut possint uideri *M* || 6 id est] idem *H* || poscit *F* || 7 dixit *H* || qui] quo *F* 8 semper *om. F* || 9 *fort.* autem 'a' || 10 facit *M* || muliere faciente *LM* || 12 enim *om. L* || 13 simile esse *M:* similem *FNLH* || non *FNL:* nunc *HM* || *ad* omnia M. s. *supr. vers.* id est omnia habens similia mercurio a toto transit ad partes *T* || magno *F* || *ad v.* 558 *in marg* duo ometeuton ... hypermetrus *T* || omotelenta *F* || 16 Horatius] oratio *NH* || mercurii *H* || facunde] nepos *add. l* || ideo *om. F* || 17 et p.] et detri p. *F* || 18 pre ceteris stellis *L* || 20 mole *LHM* || 21 uocemque coloremque *F* || 22 *ad* nate dea *supr. vers.* modo ... est *T* || *scholium ad* nate dea *om. Daniel* || commemoratio non *T:* commemorationem *F* || 23 cesantis *F* || 24 *ad* circumstent *supr. vers.* pro ... sint *T* || 25 *ad v.* 562 *in marg.* bene improbat eius sensum qui nec uideat nec audiat. zephiros pro quocumque uento posuit carthagine enim non zephiro sed austro nauigari solet *T* || sensum *T:* sum *F* visum *Daniel primus* || 26 ventos ... poterat] pro quocumque uento carthagine enim non zephyro sed austro nauigare solet *F* || zephyro] per zephyros *M*

563. NEFAS IN PECTORE VERSAT ne non timeret amatricem, bene addidit 'certa mori'. item ⟨569⟩ 'varium et mutabile semper femina'. *et est dubitatio quos dolos vel quod nefas: an sibi nefas, quia sua manu peritura erat, an sorori dolos, quibus eam fallebat: utrumque in Aeneam, ut postea ait ⟨600⟩ non potui abreptum divellere corpus et cetera: nam omnia, sicut dictum est, sequens versus confirmat 'certa mori', ut sibi mortem excogitet, in Aeneam iras molitur. et 'certa mori' figurate, certo ut moriatur.*

564. *VARIOQVE IRARVM FLVCTVAT AESTV hoc fidem facit posse fieri quod metuendum praedicabat.*

565. PRAECEPS festinus. *PRAECIPITARE pro 'praecipitandi'.*

566. *TRABIBVS vel navibus vel remis, ut ⟨III 191⟩ vastumque cava trabe currimus aequor.*

567. CONLVCERE FACES propter ⟨594⟩ 'ferte citi flammas': *vel propter funus. FERVERE a verbo 'fervo, fervis, fervit'.*

569. *HEIA AGE hoc loco per αὔξησιν figuram adhortationem implevit: nam eandem rem secundo dixit 'heia age', cum 'heia' saepe 'age' significet. VARIVM ET MVTABILE SEMPER haec, sicut supra dictum est, obiectio est: sed amat.*

570. *NOCTI SE INMISCVIT ATRAE hoc ad visum somniantis referendum est, id est in noctem se miscuit. et 'noctem' pro tenebris posuit, per quod apparet eum in claro lumine fuisse, cum loqueretur.*

571. VMBRIS ut supra ⟨556⟩ forma dei: *vel 'umbris' terroribus.*

572. CORRIPIT E SOMNO CORPVS omen est futurae tempestatis.

1 ne non . . . mori] hoc ideo posuit ne aeneas non timeret amatricem nam ideo addidit certa mori *F* ‖ 2 item] iterum *L* ‖ 3 *ad* dolos *supr. vers.* quia fallebat sororem, *ad* nefas *supr. vers.* quia propria manu peritura erat *T. alia manus* dubitatio est quos dolos . . . ut moriatur *in marg. scripsit* ‖ dubitio *F* ‖ an sibi nefasas *F* ‖ 4 sua manu *om. T* ‖ *fort.* et sorori *pro* an s. ‖ 5 utrumque] *fort.* an utrumque ‖ potui] tui *F* ‖ deuellere *F* ‖ 6 et reliqua *T* ‖ sequor *F* ‖ 8 mori *om. F* ‖ figurate] dixit *add. T* ‖ certo] *fort.* certa ‖ 9 *ad* certa mori *supr. vers.* id est certum est quod moriatur, *ad* irarum fluctuat aestu *supr. vers.* hic fidem facit . . . praedicabat *T* ‖ VARIOQVE . . . AESTV] CERTA MORI *F* ‖ fecit *F* ‖ 10 pradicabat *F* ‖ 11 *ad* praecipitare *supr. vers.* pro praecipitandi id est festinandi *T* ‖ praecipitandi *ex* praecipitande *F* ‖ 12 *ad* trabibus *supr. vers.* uel nauibus . . . aequor *T* ‖ fastumque caue *F* ‖ 14 *ad. v.* 567 *in marg.* propter funus dicebat uel de illis de quibus dicturus est ite f. c. f. i. r. feruere a uerbo ferno feruit *T* ‖ 15 propter *om. F et Daniel* ‖ funus] funes *Daniel.* vel funes *edidit Stephanus* ‖ 16 *ad v.* 569 *in marg.* hoc loco . . . significet *T* ‖ axesin *F* auxesin *T* ‖ figuram *om. F* ‖ adhortationem impleuit] orationem impleuit *F* impleuit ad hortationem *T* ‖ 17 heia age *om. Daniel* ‖ heia *om. F* ‖ 18 VARIVM IMMVTABILE *F* ‖ *ad* varium e. m. s. f. *supr. vers* argumentum a genere et est obiectio sicut supra dictum est *T* ‖ 20 *ad v.* 570 *in marg.* hoc . . . loqueretur *T* ‖ 23 sicut *M* ‖ dei *L:* dii *F* dĩ *NHM* ‖ *ad* umbris *supr. vers.* id est terroribus *T* 24 nomen *F* ‖ est *om. M* ‖ tempestatis] cum rumpit somnum deorum donum *add. D. cum his conferenda quae in Turonensi is qui Tironianis notis usus est adnotavit* piaculum commisit dum donum dei inconsulte uiolauit. somnus enim donum est dei.

573. PRAECIPITES ut supra Mercurius ⟨565⟩ 'non fugis hinc praeceps'? *sane non nulli ita distingunt 'sociosque fatigat praecipites', ut adlocutio hinc videatur incipere 'vigilate viri et considite transtris'. et est usitata figura 'fatigat et praecipites facit'.* FATIGAT *cum clamore increpat, ut* ⟨VII 582⟩ *undique collecti coeunt Martemque fatigant.* VIRI *habet haec commemoratio multum adhortationis, ut alibi* ⟨II 373⟩ *festinate viri.* TRANSTRIS *pro 'in transtris'.* CITI *celeres.*

575. FESTINARE FVGAM *antique, ut* ⟨VI 176⟩ *tum iussa Sibyllae, haud mora, festinant.* INCIDERE FVNES *hoc ad significandam rem festinantis pertinet, id est non 'solvere', sed incidere'.*

576. ECCE ITERVM STIMVLAT phantasia est ad sociorum terrorem: sic in sexto ⟨46⟩ deus, ecce deus. *an 'iterum' qui prius advenerat, cum ait 'tu nunc Carthaginis altae'.* SANCTE DEORVM *emphasis, quasi adhuc praesens deus urgeat navigare. et* aut distinguen*dum* 'sancte', aut '*sancte deorum*' secundum Ennium dixit respondit Iuno Saturnia sancta dearum.

577. QVISQVIS ES atqui supra dixit ⟨558⟩ 'omnia Mercurio similis'. sed sciendum est secundum Tullium in libris de deorum natura ⟨III 22, 56⟩ tres esse Mercurios: superum, terrenum, inferum. ergo 'quisquis es' aut quicumque de tribus: *quamvis alii nec unius potestatis, nec unius nominis, nec unius vultus volunt esse Mercurium: an quia deorum vera nomina nemo novit:* aut certe ad Iovem spectat, id est 'quisquis es' qui praecipis: ut in nono ⟨22⟩ quisquis in arma vocas, cum Irin vidisset, id est quicumque Irin misisti. plane illud occurrit, quod ait ⟨574⟩ 'deus aethere missus ab alto',

4 'fatigat' cum clamore increpat] cf. Non. p. 304 M. ‖ 16 secundum Ennium] ann. 65 p. 12 Vahl.

1 hic *F* ‖ *ad v.* 573 *in sinistro marg.* quidam hunc locum ita distingunt . . . facit, *in dextro* fatigare excitare uel increpare cum clamore uel hortari *et ab alia manu* ut undique . . . fatigant. *ad* viri *supr. vers.* multum habet adhortationis hoc loco uiri *T* ‖ 6 adhortationis *T:* adortae *F* ‖ 7 *ad* soluite *et* citi *supr. vers.* laxate *et* celeres *T* ‖ 9 *ad* festinare f. *supr. vers.* antique dixit . . . festinant *T* ‖ antiqui *F* ‖ cum *T* ‖ sybillae *F* ‖ 10 aut *F* ‖ *ad* incidere funes *supr. vers.* hoc ad festinationem pertinet nimiam quod dixit incidere non soluere *T* ‖ significandam *scripsi:* significantis *F, om. Daniel* ‖ 11 incydere *F* 12 *ad* ecce iterum stimulat *in marg. et supr. vers.* phantasia est . . . saturnia sancta dearum *T* ‖ 14 nunc] muros *T* ‖ SANCTE DEORVM] quod dicit sancte deorum *T* ‖ 15 enfasis *F* enfasis est *T* ‖ aduc *F* ‖ urguat *F* ‖ 17 satunia *F* ‖ deorum *M* ‖ 18 atqui] aud qui *F* ‖ supra] nam *add. F* ‖ 20 infercum *F* ‖ 21 alii nec minus (*sic*) potestatis nec minus nominis nec minus uultus uolunt esse Mercurium: aut quia deorum uera nomina nemo nouit: uel quisquis es secundum pontificum morem qui sic precantur: Iupiter omnipotens uel quo alio nomine appellari uolueris *hab. Ambros.* ‖ 23 an *F:* aut *Daniel primus* ‖ uecra *F* ‖ 25 uocat *M* ‖ irim *F* ‖ irim *F*

ubi et Iovem conplectitur et supernum Mercurium. sed potest et hoc loco ut diximus quasi phantasiam facere propter socios, et 'quisquis es' ideo dicere, quia, licet viderit, non tamen re vera novit esse Mercurium: unde ait supra ⟨556⟩ et 'formam' et 'vultum' et 'visa monere est'. *vel 'quisquis es' secundum pontificum morem qui sic precantur Iuppiter omnipotens, vel quo alio te nomine appellari volueris. non nulli tamen quattuor Mercurios tradunt, unum Caeli et Diei filium, amatorem Proserpinae, alterum Liberi patris et Proserpinae filium, tertium Iovis et Maiae, quartum Cyllenii filium, cuius mater non proditur, a quo Argus clam occisus est, qui hoc metu in Aegyptum profugit et ibi invenisse primum disciplinam litterarum et numerorum dicitur: qui lingua Aegyptiorum ΘΕΥΘ appellatur, de cuius nomine etiam mensis dictus est.* ITERVM PAREMVS quia iam *semel* paruerat praeparatione navigiorum.

578. ET SIDERA CAELO DEXTRA FERAS *'dextra' prospera. et 'sidera'* hoc est ventos, qui ex ortu siderum aut *mites et* prosperi, aut *turbulenti et* adversi sunt. sic in georgicis ⟨I 204⟩ p r a e t e r e a t a m s u n t a r c t u r i s i d e r a n o b i s: nec enim 'sidera' dicit re vera, cum arcturus una sit stella: ergo 'dextra sidera' ventos vel tempora.

580. *FVLMINEVM quidam fulgentem accipiunt.* STRICTOQVE *videtur abundare 'stricto', cum dixerit 'vaginaque eripit ensem'.*

581. *IDEM pro eo quod est unus, ut ⟨X 112⟩ rex Iuppiter omnibus idem.* RAPIVNTQVE *num ancoras?* RVVNTQVE *ipsi ruunt, id est cum impetu festinant.*

582. *LITORA DESERVERE mira descriptio festinationis.*

583. *TORQVENT SPVMAS ita enim remus agitur, ut fluctus torqueatur.*

584. PRIMA AVRORA designatio temporis est, non diei descriptio: unde infert 'ut primum albescere lucem vidit'. sic in duodecimo

---

7 non nulli tamen . . . dictus est] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 482 et mythogr. II 41

---

5 quidam hoc quod dicit quisquis est (*sic*) secundum pontificum morem dictum esse accipiunt qui sic precantur . . . etiam mensis dictus est *in marg.* *T* ‖ 6 iupiter omnipotes *F* ‖ te *om.* *F* ‖ 7 apellare *F* ‖ quatuor *F* ‖ mercurcurios *F* 9 teritium *F* ‖ cylclini *F* cillenii *T* ‖ 10 argus *T*: argu *F* arcu *Daniel* ‖ clam] quidam *T* ‖ occisus *FT*: occisa *Daniel* ‖ 11 hoc metu *Daniel*: $^{h}$oc metum *F* hoc metum *T* ob metum *coni. Hagenus* ‖ 12 numerum *FT*, *correxi* ‖ αιγο *FT*, *om. Daniel*, Thoth *Masvicius primus* ‖ apellatur *F* ‖ 13 enomine *F* ‖ 14 parauerant *F* ‖ 15 *ad* dextra *supr. vers.* propitia *T* ‖ prosperum *F* ‖ 17 auersi *FH* ‖ 19 sidera *om.* *H* ‖ 20 *ad* fulmineum *supr. vers.* quidam fulgentem accipiunt *T* ‖ *ad* strictoque *supr. vers.* stricto ferro uidetur . . . ensem *T* ‖ 21 abundare *Masvicius*: ab una re *FT* ‖ 22 *ad* idem *supr. vers.* idem posuit pro eo . . . idem *T* 23 *ad* rapiuntque *et* ruuntque *supr. vers.* anchoras scilicet *et* cum impetu festinant *T* ‖ RVVNTQVE | RAPIVNTQVE *F* ‖ 25 *scholia ad v.* 582 *et* 583 *supr. vers. hab.* *T* ‖ 27 discriptio *H*

⟨76⟩ cum primum crastina caelo puniceis invecta rotis Aurora rubebit. et bene hanc primum inducit vidisse crepusculum, quae quasi amatrix tota vigilaverat nocte. sic in bucolicis ⟨VIII 17⟩ de amatore nascere praeque diem veniens age Lucifer almum. NOVO LVMINE *aut recenti, aut* secundum Epicureos, qui stulte solem de atomis dicunt constare et cum die nasci, cum die perire.

585. TITHONI CVBILE Tithonus frater Laomedontis fuit: hunc Aurora *ad*amatum in caelum levavit, quem longinquitas vitae in cicadam convertit: Horatius longa Tithonum minuit senectus.

586. *SPECVLIS quas utique in sua regia habuit.* ALBESCERE LVCEM hypallage est: luce enim albescunt omnia, non lux albescit.

587. AEQVATIS VELIS feliciter plenis, sine motu aliquo, *ut* ⟨V 844⟩ *aequatae spirant aurae. et hoc ad dolorem pertinet reginae.*

588. *VACVOS SENSIT SINE REMIGE PORTVS potest hysteroproteron esse, ut prius sentire debuerit.*

589. *PECTVS PERCVSSA pectus percussum habens.*

590. PRO IVPPITER aut irascentis exclamatio est, ut in Terentio pro supreme Iuppiter: aut certe testatur Iovem, quem in Aeneae invocavit adventu, ut ⟨I 731⟩ Iuppiter hospitibus nam te dare iura loquuntur.

591. IBIT ET INLVSERIT *hoc est* 'ibit et inludet', tempus pro tempore: et sic dixit ut ⟨II 64⟩ certantque inludere capto.

592. NON ARMA EXPEDIENT? furentis haec verba sunt, ut ipsa paulo post ⟨595⟩ 'quae mentem insania mutat'? nam haec a sana non procedunt, ut imperet absentibus, ut 'ite ferte tela', cum sola sit. *TOTAQVE EX VRBE magna emphasis quod ait 'tota'.*

593. NAVALIBVS de navalibus, ubi stant naves.

---

8 Tithonus . . . convertit] cf. mythogr. I 139, II 194 ‖ 10 Horatius] carm. II 16, 30 ‖ 18 aut irascentis exclamatio est] cf. Macrob. Sat. IV 2, 2 et VI 6, 16 ‖ in Terentio] ad. II 1, 42

---

1 prima *L* ‖ puneaceis *F* punicaeis *N* ‖ 3 uigilauerit *L* ‖ 5 *ad* nouo *et* spargebat *supr. vers.* recenti *et* implebat *T* ‖ 6 atthomis *F* athomis *L* atonis *H* ‖ 8 CVBILE] est versus Homeri in Iliade (XI 1) *Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγανοῦ Τιθωνοῖο ὤρνυτο . . . βροτοῖσι add. D* ‖ 9 levavit] rapuit *F* ‖ 10 senectus] quod ideo fingitur quia ut est apud Ciceronem (*de senect.* 16) sola uox remanet et est natura loquacior *add. D* ‖ 11 *ad* speculis *supr. vers.* quas . . . habuit *T* ‖ quas] quasi *F* ‖ regit *F* ‖ 13 *ad* aequatis velis *supr. vers.* hoc ita dictum est ut aequatae . . . reginae *T* ‖ ut] aut *F* ‖ 15 *scholia ad v.* 588 *et* 589 *hab. T* ‖ histeroproteron *T* ‖ 18 Terentio] .III. (*i. e.* tertio) *M* ‖ 19 quem] que *F* ‖ in *om. FH* ‖ 20 aduentum *L* ‖ hospitibus] auspicibus *H* ‖ 21 locuntur *NL* loquntur *H* ‖ 22 inludet] inluserit *M* ‖ 24 haec] hic *H* ‖ 25 a *om. NLH* ‖ sane *l* (sana *L*) ‖ 26 procedent *F* ‖ ut *ante* imperet *om. H* ‖ ut ite *om. F*, ite *om. M* ‖ 27 *ad* totaque ex urbe *supr. vers.* magna enfasis quod dicit tota *T* ‖ enfasis *F*

595. AVT VBI SVM numquid in coetu sum? *QVAE MENTEM INSANIA MVTAT pervertit. et bene ei ex parte furentis datur oratio, ut 'date tela', ex parte retinentis mentem, ut 'quae mentem insania mutat'?*

596. CVM SCEPTRA DABAS ut ⟨I 572⟩ *vultis et his mecum pariter considere regnis et alibi,* ⟨214⟩ ac dominum Aenean in regna recepit.

597. FIDESQVE subaudi 'en' etiam in sequentibus: aut certe, hic est quem dicunt portare deos. sane 'en' nominativo melius iungitur, ut ⟨I 461⟩ en Priamus.

598. *QVEM SECVM PATRIOS et reliqua. quidam in utroque versu pro 'quem' legunt ('qui'), ut sit vetus figura per ellipsin: ubi sunt qui aiunt patrios penates portasse et parentem umeris subisse? sane hic 'subisse' iuxta praesentem usum accusativo iunxit, cum alibi antique dativo usus sit, ut ⟨VIII 125⟩ subeunt luco et ⟨IX 369⟩ muroque subibant.*

599. *CONFECTVM ut e contrario* ⟨II 638⟩ *integer aevi.*

600. *NON POTVI ABREPTVM et reliqua. hoc est non mihi subvenit: nam cur non poterat in regno?*

602. IPSVM ASCANIVM aut qui est causa navigationis, ut ⟨355⟩ quem regno Hesperiae fraudo *et fatalibus arvis;* aut ad patris dolorem, ut ⟨II 538⟩ qui nati coram me cernere letum fecisti. EPVLANDVM PONERE quod fecit Procne occiso Ity filio propter stuprum sororis.

604. IN CASTRA *TVLISSEM* classes *dixit castra,* ut ⟨III 519⟩ nos castra movemus: *nam sequitur 'inplessemque foros flammis'.*

12 sane hic . . . subibant] cf. ad Aen. VIII 125

1 cumquid *M* ‖ caetu *N* coetus *LH* (coetu *l*) ‖ *ad* quae mentem i. m. *in marg.* peruertit . . . terrent *T* ‖ peruertit et *om. F* ‖ 2 et parte *F* ‖ ut *om. F* ‖ 3 retinentes *F* ‖ ut . . . mutat *om. F* ‖ insania mutat *posui:* insomnia terrent *T. cf.* IV 9 ‖ 4 ut vultis . . . regnis *hab. T* ‖ 7 subaudiendum *F* subaudis *M* ‖ en *om. H, in ras. l* ‖ 10 quidam in utroque uersu . . . subibant uel ita ecce ille aeneas quem aiunt quidam aut ipsi socii portare patrios penates *in marg. T* ‖ 11 pro *Masvicius:* per *FT* ‖ qui *inseruit Masvicius, om. FT et Bern.* 167. *videntur 'quidam' illi putasse,* en dextra fidesque *per exclamationem,* qui secum . . . parentem *per interrogationem dicta esse.* quidam in utroque versu per 'qui' legunt ut sit *e. q. s. coniecit F. Schoellius* ‖ eclipsin *F* ‖ 13 usum *FT:* versum *Daniel primus* ‖ acsto *F* ‖ iunxit *om. T* ‖ 14 subeant *F* ‖ musoque *F* ‖ 16 *ad* confectum *supr. vers.* fractum ut e contrario integer aeui *T* ‖ 17 *ad* non potui a. d. e. *supr. vers.* hoc est . . . regno *T* ‖ subvenit: nam *scripsi* (mihi subvenit *i. e. 'in mentem mihi venit'*): subueni nam *T* subueniam *F.* non mihi subvenire poteram in meo regno *Masvicius primus* ‖ 22 *ad* epulandum p. m. *in marg.* sicut fecit atreus fratri suo thiestae *T* ‖ progne *libri* ‖ yti *FN* tiy *H* ‖ 24 *ad* in castra t. *supr. vers.* pro classes nam sequitur inplessemque foros flammis *T* ‖ 25 foras *F*

605. FOROS tabulata navium, ab eo quod incessus ferant: et est generis masculini, numeri tantum pluralis.

606. CVM GENERE EXTINXEM *utrum omne genus, an* morte Aeneae et Ascanii, *quoniam illis extinctis interitura gens omnis esset.* et est syncope '*extinxem*' *pro* '*extinxissem*'. *MEMET* SVPER IPSA DEDISSEM satis amatorie. *sane 'sese' cum dicimus ultima syllaba producitur, ut Vergilius* ⟨XII 390⟩ *seseque in bella remittant; at vero cum proferimus 'memet' et 'tute', ultimae breves sunt: Lucretius* ⟨I 102⟩ *utrumque simul tutemet a nobis iam quovis tempore vatum. quas particulas volunt non nulli significare quiddam, ut sit 'memet' me ipsum, 'tute' tu ipse. alii autem, quod magis sequendum est, excrementa comici leporis existimant: nam Terentius dicit tutemet mirabere, id est tu.*

607. SOL iam utitur inprecationibus, hoc est devotionibus: unde et 'devotor' et 'devotrix' dicitur qui inprecatur. non autem 'terrarum flammis', sed 'opera terrarum'. et bene invocat Solem, cui supra ⟨58⟩ per numen Liberi sacrificavit.

608. INTERPRES CVRARVM aut quas patior, *id est mearum curarum:* aut generaliter curarum coniugalium interpres, hoc est media et conciliatrix: Cicero quique interpretes corrumpendi iudicii solent esse, *id est medii. alii 'interpres' testis, iudex, arbitra accipiunt. sane 'interpres' quid sit secundum veteres ipse exposuit dicendo 'conscia': veteres enim interpretem conscium et auctorem dicebant: Plautus in milite* ⟨IV 1, 5⟩ *quae mihi condicio nova et luculenta offertur per te interpretem. idem in Curculione* ⟨III

1 tabulata . . . ferant] exscr. Isid. or. XIX 2, 2. cf. or. XV 6, 8 ‖ 6 sane sese e. q. s.] cf. Prisc. XII 23 sqq. (I p. 590, 26 sqq. H.) et Don. ad Ter. Andr. IV 3, 12 ‖ 12 Terentius] heaut. II 3, 133 ‖ 20 Cicero] in Verr. act. I 12, 36 ‖ 24 Plautus in milite] 'quae tibi conditio nova luculenta fertur per me interpretem' ‖ 25 in Curculione] 'quod te praesente istic egi teque interprete'

1 FORAS *H* ‖ 2 numeri tantum] nom̃ti τem̃ *F* ‖ 3 EXTINXXEM *H* EXTINCSEM *M* ‖ *ad* cum genere e. *supr. vers.* quoniam illis extinctis interitura gens esset et extinxē pro extinxissem *T* ‖ an morte aeneae et est sincophe quoniam illis extinctis interitus agens omnis esset et extincxem pro extinxissem *F*. *ordinem emendavit Masvicius* ‖ 6 amatori *F* amotorie *H* ‖ sese cum dicimus . . . tutemet mirabere id est tu *in marg. T* ‖ cum dicimus] indicimus *F* ‖ 7 ut *om. F* ‖ bello *F* ‖ 8 ultima *F* ‖ 9 tutemet tutemet *T* ‖ qñuis *F* ‖ 10 uatum] untum *F* euntem *T* ‖ quidam *F* ‖ 11 tu ipse tute *T* ‖ autem *om. T* ‖ 14 hoc est deuotionibus *om. L, supr. vers. add. l* ‖ deuotationibus *NHM* ‖ 15 deuotator et deuotatrix quae inprecatur *M* ‖ qui inprecatur] quum praecatur *H, om. M* ‖ 16 et bene] bene autem *M* ‖ 17 cui] cum *F* ‖ nomen *F* ‖ sacrauit *H* ‖ 20 consiliatrix *F*, *in quo haec adduntur quae Daniel non edidit* et bene iunoni quia supra dixerat iunoni ante omnis cui et reliqua ‖ in corrumpendis iudiciis *F* ‖ 21 quidam interpres testis iudex et arbitra accipiunt . . . teque interprete *in marg. T* ‖ testes *F* ‖ 23 conscia] consta *F* ‖ constium *F* ‖ 24 quae] qua *F* ‖ 25 luculenta *T* luculentor *F* luculentior *Daniel primus* ‖ ofertor *F* offertor *T* ‖ prae te *F*

64⟩ *quod te praesente hic egit teque interprete.* CONSCIA IVNO siluit rem turpem: sic supra ⟨166⟩ et pronuba Iuno. *aut invocat Iunonem, cum nuptiae sint quae violatae sunt.*

609. NOCTVRNIS non triviis *nocturnis,* sed per nocturnum tempus. *sacra enim Hecatae in triviis frequentantur per noctem. ideo autem Hecaten invocat, quasi quae tanti matrimonium fecerit, ut sperneret matrem.* VLVLATA PER VRBES Proserpinam raptam a Dite patre Ceres cum incensis faculis per orbem terrarum requireret, per trivia eam vel quadrivia vocabat clamoribus. unde permansit in eius sacris, ut certis diebus per compita a matronis exerceatur ululatus, sicut in Isidis sacris, ubi est imitatio inventi Osiridis, quem dilaniatum a Typhone eius fratre uxor Isis per totum orbem requisisse narratur: Iuvenalis ⟨VI 534⟩ plangentis populi currit derisor Anubis. Hecaten autem causa invocat ultionis. unde etiam furias vocat, sed usurpative modo diras dixit: nam 'dirae' in caelo *sunt, ut* ⟨XII 845⟩ *dicuntur geminae pestes cognomine dirae:* 'furiae' in terris, 'eumenides' apud inferos: unde et tres esse dicuntur. sed haec nomina confundunt poetae. 'ultrix' vero, hoc est Tisiphone: nam Graece τίσις ultio dicitur. *'*ululata*' *autem pro* '*ululatu quaesita*'. *et est participium sine uerbo, ut* '*regnata*'.*

610. DI MORIENTIS ELISSAE aut manes dicit: unde est ⟨XII 646⟩ vos o mihi manes este boni: quoniam superis adversa voluntas: aut certe ἀναιρετικοὺς dicit, id est Martem et Saturnum, qui intercidunt vitae rationem, si radiis suis ortum geniturae pulsaverint: Horatius te Iovis impio tutela Saturno refulgens

7 Proserpinam raptam ... ululatus] exscr. mythogr. II 94. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 265 ‖ 20 ululata . . . regnata] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 327 ‖ 23 aut certe . . . per annos] exscr. mythogr. III 11, 5 ‖ 25 Horatius] carm. II 17, 22

1 interpraete *F* ‖ *ad* conscia luno *in marg.* siluit rem turpem ... uiolatae sunt *T* ‖ 2 sic] ut *FT* ‖ aut inuocat . . . sunt *non edidit Daniel* ‖ 3 inuoca *T* | cum *scripsi:* ut *FT* ‖ uolatae *F*[r] ‖ 4 Nocturnis non triniis nocturnis sed per nocturnum tempus sacra enim hecate . . . sperneret matrem. Ululata autem pro . . . ut regnata. Quidam hoc quod dicit di morientis elissae . . . ueniente sui *in marg. inf. T* ‖ 5 ecatae *F* ‖ 6 ecaten *F* ‖ 8 Ceres cum *F* cum ceres cum *NLH* cum ceres *Ml* ‖ 9 quadrunia *LM* quadrouia *H* ‖ 10 conpita *FM* exceatur *H* ‖ 11 inventi *om. F* ‖ siridis *F* ‖ 12 tyfone *FNL* tifone *H* tysifone *M* ‖ orbem terrarum *M* ‖ 13 popilli *F* ‖ 14 ecaten *F* haecaten *N* haeccaten *L* haecautem *H* ‖ 15 vocat] ducat *H* ‖ 17 eumenide *F* eumedines *M* ‖ et *om. L* 18 poetae ululata autem ... regnata ultrix uero *e. q. s. F* ‖ 19 hoc est *om. F* tesinefone *F* tisifone *NM* tysifone *L* cisifone *H* ‖ tisia *FL* (*sed.* t *et* s *in ras. l*) sitia *NH* (at tysis *in marg. n*) tisis *M* ‖ ultio] uel tysis *add. L* ‖ dicitur] φόνος funus et mors *add. D* ‖ ululatu *ex* ululata *F* ululata *T* ‖ 20 sine uerbo *F:* sine uerbi origine *T* ‖ 21 ELISSE *FH* ELISAE *NLM* ‖ 22 aduersa *F:* auersa *NLHM* ‖ 23 anereticos *F* anacresticos *NLH* anareticos *Ml* id est nocinos *superscr. m* ‖ dicit] amatoria *add. F* ‖ 25 impio] imperio *F*

eripuit volucresque fati tardavit alas. et bene 'tardavit', quia necessitas fati impediri potest, non penitus eludi: sic Vergilius ⟨VIII 398⟩ nec fata vetabant stare decemque alios Priamum superesse per annos. *quidam hoc quod dicit 'di morientis Elissae' secundum eos tradunt, qui dicunt habere nos singulos deos nostros, ut ⟨XII 539⟩ nec di texere Cupencum, Aenea veniente, sui.*

611. *ACCIPITE audite.* MERITVMQVE MALIS ADVERTITE NVMEN quod mali merentur.

612. AVDITE PRECES inprecationes dicit: nam non sunt preces, ut paulo post ⟨629⟩ 'inprecor arma armis'.

613. *INFANDVM CAPVT etiam in inprecatione nomen eius detestatur.* ADNARE *verbum familiare naufragio,* ut in primo ⟨538⟩ huc pauci vestris adnavimus oris, id est per tempestatem venimus. et bono colore futura praedicit, *quemadmodum Homerus, qui morituros divinantes frequenter inducit.*

614. FATA IOVIS POSCVNT *'fata' dicta, id est Iovis voluntas: hic ergo* participium est, non nomen. TERMINVS HAERET si hoc est inmutabile.

615. AVDACIS POPVLI *id est* Rutulorum, sicut semper inducuntur: alibi ⟨VII 409⟩ audacis Rutuli ad muros. *et quidam volunt 'audacem' apud Vergilium dici fortem quem fortuna non sequitur, ut ⟨VIII 110⟩ audax quos rumpere Pallas et alibi ⟨IX 124⟩ at non audaci Turno.* *VEXATVS hoc loco 'graviter vastatus'.*

616. FINIBVS EXTORRIS extra suas terras remotus, *sicut extra solum 'exul'.* et significat quando Euandri et Tarchonis petivit auxilium. *COMPLEXV AVVLSVS IVLI quia scit quam sit carus patri*

---

1 et bene tardavit ... eludi] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 677 ‖ 15 et bono colore ... inducit] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VII 700 ‖ 25 extra ... remotus] cf. Isid. or. X 85

---

2 excludi *in ras. l* ‖ 3 uetabunt *LM* ‖ stare ... annos *om. F* ‖ stare decemque] stat erexitque *M* ‖ 4 quidam ... tradunt *om. F* ‖ 5 nos *T*: ñ *F* ‖ 6 dii *FT* ‖ tetere *F* ‖ aeneam uenientem .u. *T* ‖ 8 *ad* accipite *supr. vers.* audite *T* ‖ MERITVMQVE MALIS et reliqua *F* ‖ ADVERTITE] A$^{D}$VERTITE *L* AVERSA *H* A. *M* ‖ 10 inpredicationes *L* ‖ 12 *ad* infandum caput *supr. vers.* etiam ... detestatur *T* ‖ 13 *ad* adnare *supr. vers.* per tempestatem nauigare, *in marg.* adnare uerbum familiare est naufragio ... inducit *T* ‖ huc] hic *H* ‖ 14 deuenenimus *T* ‖ 15 bono colore] sic ei *FT* ‖ quaeadmodum *F* ‖ 17 *ad* fata I. *supr. vers.* dicta id est uoluntas iouis *T* ‖ 18 participium est] a fando *vulgo additur* ‖ 20 indicuntur *NH* ‖ 21 muros] mores *NH* ‖ quidam uolunt ... at non audaci turno *in marg. T* ‖ 23 at] et *F* ‖ 24 *ad* uexatus *supr. vers.* grauiter uastatus *T* ‖ auastatus *F* ‖ 25 EXTORRES *F* ‖ remotos *F* ‖ 26 tarthonis *F* terchontis *N* tarcunctis *L* tharcontiis *H* tarcontis *M* ‖ 27 *ad* complexu a. I. *supr. vers.* quia ... ascanius. auulsus abstractus *T*

*Ascanius.* AVXILIVM IMPLORET *sicut dictum est, ab Euandro et Tuscis.*

617. INDIGNA SVORVM FVNERA *aut indignorum, aut crudelia et magna, sicut veteres dicebant: 'suorum' autem* Pallantis dicit et ceterorum.

618. PACIS INIQVAE ut supra ⟨I 6⟩ diximus, propter perditam linguam, habitum, nomen, quae solet victor inponere, sicut *in* XII. ⟨823⟩ postulat Iuno.

620. SED CADAT ANTE DIEM Cato dicit iuxta Laurolavinium cum Aeneae socii praedas agerent, proelium commissum, in quo Latinus occisus est, fugit Turnus: et Mezentii auxilio conparato *renovavit proelium, quo* victus quidem est ab Aenea; qui tamen [Aeneas] in ipso proelio non conparuit. Ascanius *vero* postea Mezentium interemit. alii dicunt quod victor Aeneas cum sacrificaret super Numicum fluvium lapsus est, et eius nec cadaver inventum est: unde dicit 'mediaque inhumatus harena'. postea dictus est inter deos receptus. *quidam eum cum adversum Aborigines pugnaret, †extanguinem dicunt repertum.* 'ante diem' autem, ante fati necessitatem: et bene quod passura est optat Aeneae, ut *ipse* ⟨697⟩ sed misera ante diem. MEDIA *ignota.*

621. *HAEC PRECOR id est sicut supra dictum est, inprecor.* CVM SANGVINE FVNDO quasi inprecationes ipsas suo consecraret cruore.

622. TVM VOS O TYRII non sunt mandata, sed inprecationes, ut dissentiant omnibus rebus, sicut et factum est. nam si mandata sunt, quomodo 'genus futurum'?

623. EXERCETE id est fatigate.

---

9 Cato] or. I 11 Iord., 10 Pet.

---

1 *ad* auxilium i. *supr. vers.* sicut fecit ab euandro et tuscis *T. fort.* sicut factum est, ab Euandro et Tuscis ‖ 3 *ad* indigna *supr. vers.* aut indignorum ... dicebant, *in marg. ab alia manu* indigna uel crudelia et magna uel reuera indigna *T* ‖ 4 ceterorum] sociorum *additur vulgo* ‖ 7 nomen *ex* numen *F* ‖ 8 REGNO AVT OPTATA LVCE FRVATVR tribus tantum annis regnauit in tertio anno submersus in fluvio Numico: Iuvenalis (11, 63) 'alter aquis alter flammis ad sidera missus', designans Aeneam submersum, Herculem combustum. *Fabricius* ‖ 10 socii] soceri *F* ‖ praedes *NH* (praedas *n*) ‖ 12 quo] qui *Daniel primus* ‖ victus quidem est] ipse quidem uictus est *F* ‖ qui tamen Aeneas] aeneas autem *F*. Aeneas *om. M* ‖ 13 mezencium *L* ‖ 14 quod *om. F* ‖ 15 et eius nec cadaver] nec eius cadauer *in ras. l* ‖ eius] est *F* ‖ inventum est] aparuit *F* ‖ 16 inde *F* arena *LH* ‖ dictum *FM* ‖ 17 diuos *M* ‖ receptus] quem Iovem indigetem dixere *add. D* ‖ aborigine *F* ‖ 18 exsanguinem *Daniel* extinctum d. nec r. *F*. *Schoellius* exsanguem *ego* ‖ 20 ante diem] Epicurei dicebant omnia fieri casu, unde hic auctor dicit secundum Epicurum 'sed cadat ante diem'. Stoici vero dicebant omnia fieri dispositione fatorum, unde loquitur alibi (X 467) 'stat sua cuique dies'. *add. Fabricius* ‖ 21 *ad* haec precor *supr. vers.* sicut ... inprecor *T* ‖ 22 ipsa *in ras. l, fortasse recte* ‖ 23 inpredicationes *L* ‖ 26 *ad* exercete *supr. vers.* insequimini fatigate *T*

624. † POPVLI *aut populorum aut populis, ut Afris quoque.* NEC FOEDERA SVNTO [*pro sunt et sint*] quia rupta sunt tertio. 'sunto' autem *id est* sint: et fit propter metrum addita 'o' tertiae personae numeri pluralis modi indicativi, ut 'amanto' *amant*, 'docento' *docent*, 'legunto' *legunt*, 'nutriunto' *nutriunt*. Vrbanus dicit, verbo eum iuris usum propter odia hereditaria.

625. EXORIARE exoriatur: et ostendit Hannibalem. EX OSSIBVS secundum Anaxagoran, qui homoeomerian dicit, id est omnium membrorum similitudinem, esse in rebus creandis [id est] ex ossibus, ex sanguine, ex medullis: nam omnia pro parte sui transeunt in procreationem. Lucretius ⟨I 830⟩ nunc ad Anaxagorae veniamus homoeomerian. *sane Punici ex ossibus dicunt oriri posteros, quos nos ex sanguine. an quia post longum tempus nascetur Hannibal, ideo 'ex ossibus' posuit?*

626. *FACE DARDANIOS incendiis urbium Italarum. FERROQVE exercituum caedibus. SEQVARE pro 'sequere'.*

627. *NVNC OLIM modo 'olim' futuri temporis: et quidam separant pronuntiantes, ut sit 'nunc' modo, 'olim' postea, quasi dicat 'vel nunc vel olim, quocumque dabunt se tempore vires', quia quotienscumque valuerunt Poeni bella renovaverunt: nam ideo ait 'pugnent ipsique nepotesque'.*

628. *LITORA LITORIBVS CONTRARIA aut quia in foedere cautum fuit, ut neque Romani ad litora Carthaginiensium accederent, neque Carthaginienses ad litora Romanorum: aut potest propter bella navalia accipi inter Romanos et Afros gesta.* FLVCTIBVS VNDAS INPRECOR

3 sunto autem . . . nutriunto] cf. Servii comm. in Don. p. 414, 37 sqq. K.

1 POPVLI autem populi Romani: aut POPVLIS, ut Afris Romanisque *F. Schoellius* ‖ 2 pro sunt et sint] sunto pro sunt et sint *Daniel. fort.* pro 'sint'. et 'sunto' ‖ rapta *NH* ‖ 4 ament *et* doceant *Daniel primus* ‖ 5 legunt *et* nutriunt *ego:* legant et nutriant *F* ‖ Vrbanus dicit] alii dicunt *F* ‖ dicit verbo] dicitur bo *H* ‖ 7 annibalem *FLM* ‖ 8 anaxagoran *FN:* anaxagoram *LHMn* ‖ qui omeo myrianda *F* quomodo miryan *N* qui omeomiryan *n* qui homoeo mirian *L* quomoeomyrian *H* qui omyomerian *M* ‖ 9 id est *seclusi* ‖ id est . . . ex sanguine] ergo sicut ex ossibus sic ex sanguine *M* ‖ 11 lucrentius *F* ‖ ad *om. L* ‖ anaxagoria *NH* anaxag//oriam *L* (g *in ras. l*) ‖ 12 omeoryan *F* omoeomiriam *NHL* omyomerian *M*. nunc ut anaxagorae scrutemur homoeomerian *Lucretius* ‖ *ad* ex ossibus *supr. vers.* quidam tradunt quod poeni sentiant ex ossibus oriri posteros quod nos credimus ex sanguine fieri *T* ‖ 13 annibal *F* ‖ 15 *ad* face *et* ferroque *supr. vers.* incendiis urbium italarum *et* caedibus *T* ‖ incendis *F* ‖ exercitum *F* ‖ 16 SEQVERE *F* ‖ 17 *ad* nunc olim *supr. vers.* quasi diceret abhinc ordo est nunc imprecor et olim ut pugnent litora nostra *et ab alia manu in marg.* modo olim . . . nepotesque *T* ‖ 18 sit] sic *F* nunc *omittens* ‖ 19 dabunt se tempere vires] dabunt et reliqua *F*, *om. T* ‖ cotienscumque *F* ‖ 20 ualuerunt *T:* ualuerint *F* voluerint *Daniel primus* ‖ poeniue *F* ‖ bella renouauerunt *T:* bellare nouarunt *F* renouar* *Daniel* ‖ nam *om. Daniel* ‖ 22 LITORA LITORIBVS aut quia . . . et afros gesta *in marg. T* ‖ 23 Carthaginiensium . . . ad litora *om. F*

[*potest et*] propter illud quod in foederibus *similiter* cautum est, ut Corsica esset media inter Romanos et Carthaginienses.

629. PVGNENT IPSIQVE NEPOTES potest et ad civile bellum referri.

632. BREVITER festinatione mortis: simul nectit causam morarum et ipsi et sorori. *BARCEN hoc cognomen familiae Hannibalis fuit.*

633. *PATRIA ANTIQVA hoc est Tyros, quae ante eius patria fuit.*

HVC SISTE huc adduc, ut ⟨VIII 85⟩ et cum grege sistit ad aram. hinc et 'sistatur' dicimus, id est adducatur: nam 'stare' aliud est. nec aliter possumus dicere, quam 'sta hic', 'siste huc'. fallit autem plerumque verbi similitudo, quia dicimus 'sto' et 'sisto', cum diversa significent.

635. *CORPVS PROPERET F. S. L. bona est industria hoc loco, quia cum moram velit fieri, ea loquitur, ut festinare videatur.* SPARGERE LYMPHA sacrificantes diis inferis aspergebantur *aqua*, ut ⟨VI 230⟩ spargens rore levi et ramo felicis olivae; superis abluebantur, ut ⟨II 719⟩ donec me flumine vivo abluero: modo autem inferis sacrificat, ut 'sacra Iovi Stygio'.

636. *MONSTRATA vel quae ipsa monstrari, vel quae sacerdos.* PIACVLA purgationes: alias sacrilegia.

637. SIC VENIAT *quemadmodum praeceptum est:* ne praemitteret aut praecederet. TEGE corona, ut et ipsa tardaret.

638. *SACRA 'sacrum' est quod ad deos pertinet, 'profanum' quod ad homines.* IOVI STYGIO hoc est Plutoni. et sciendum Stoicos dicere unum esse deum, cui nomina variantur pro actibus et officiis. unde etiam duplicis sexus numina esse dicuntur, ut cum in

16 sacrificantes . . . Stygio] cf. Macrob. Sat. III, 1, 7 ‖ 24 sacrum . . . ad homines] cf. Macrob. Sat. III 3, 2 ‖ 25 et sciendum . . . divisa facit] exscr. mythogr. II et III in prooemiis.

1 potest et *omisit Daniel* ‖ similiter *Daniel:* similiterque *F* ‖ cautum est *NL:* cautum erat *F* est cautum *H* sancitum est *M* scm̃ est *l* ‖ 3 NEPOTESQVE *F* ‖ 6 *ad* Barcen *supr. vers.* hoc cognomine familia hannibalis fuit *T* ‖ annibalis *F* ‖ 8 *ad* patria antiqua *supr. vers.* tyrus ubi eius patria fuit antea *T* ‖ 9 huc *H* ‖ huc adduc] ad adhuc *F* ‖ adduc] adhuc *H* ‖ et cum] cum e *NH* cum *L* cum et *M* ‖ sistet *NLH* ‖ 12 fallet *F* ‖ plerosque *F et Stephanus* ‖ et sisto *om. NLH* (*supr. vers. add. l*) ‖ 14 CORPVS . . . videatur *non edidit Daniel* ‖ *supr. vers.* 635 bona est . . . uideatur *T* ‖ est *om. F* ‖ hoc loco quia *om. F* ‖ 16 dis *LH* ‖ 17 sparges *NLH* ‖ 20 *ad* monstrata *supr. vers.* uel quae ... sacerdos *T* ‖ 21 purgationis *N* ‖ alias] et alia *L* et alias *l* ‖ sacrilegia] sacrificia *F* sacrilegia aut sacrificia *Daniel primus* ‖ 22 *ad* sic veniat *supr. vers.* id est quemadmodum ... praecederet *T* ‖ praemitteretur *H* praetermitteret *Masvicius. ceterum* ne praemitteret aut praecederet *scilicet 'pecudes et monstrata piacula', id est, ne Anna ante veniret, quam Dido manus sibi intulisset.* ‖ 24 *ad* sacra *in marg.* sacrum quod ... homines *T* ‖ 25 omines *F* ‖ 27 duplici *FL* (duplicis *l*)

actu sunt, mares sint; feminae, cum patiendi habent naturam: unde est coniugis in gremium laetae descendit. ab actibus autem vocantur, ut 'Iuppiter' iuvans pater; 'Mercurius' quod mercibus praeest; 'Liber' a libertate. sic ergo et modo Iovem Stygium dicit inferis sacrificatura, ut alibi ⟨VI 138⟩ Iunoni infernae dictus sacer. hinc et Iovis oratio caelicolae mea membra dei quos nostra potestas officiis divisa facit. QVAE RITE INCEPTA PARAVI ordo est: sacra quae paravi, animus est rite perficere.

639. *PERFICERE EST ANIMVS mire: quamdiu enim Aeneas praesens erat non omnino desperans trahebat exitium.* CVRIS *utrum* amoribus, *an rei susceptae?*

640. DARDANIIQVE ROGVM CAPITIS in quo eius imago fuerat. *et bene suum rogum illius dicit, ne suspicionem faciat. PERMITTERE FLAMMAE incendere.*

641. STVDIO ANILI aut pro aetatis possibilitate: aut pro industria qua utuntur aniculae: *aut pro voluntate obsequendi. alii 'celebrabat' legunt, quia antiqui hoc verbum in velocitate ponebant. Accius celebri gradu gressum adcelerate.*

642. AT TREPIDA *hoc est* festina: nam moritura nihil timebat. *TREPIDA] festina, id est occasione vix data.* COEPTIS INMANIBVS EFFERA furiata saevis cogitationibus. *'effera' autem nimis fera.*

643. *SANGVINEAM ACIEM more suo ostendit eam furentem vultu, gestu, voce.*

644. *MACVLISQVE TREMENTIS INTERFVSA GENAS hoc est trementes genas interfusas habens maculis.* PALLIDA MORTE FVTVRA aut pallidior, quam solent homines esse post mortem: aut 'pallida' omine mortis futurae. *aut 'pallida' conscientia mortis futurae.*

---

2 coniugis] georg. II 326 ‖ 17 Accius] v. 24 ap. Ribb. p. 139 ed. II

---

1 paciendi *L* pariendi *M* ‖ 2 discendit *F* ‖ 3 nocabantur *M* ‖ iubans *H* 4 praeesset *M* ‖ 6 caelicola *F* ‖ mea] a *in ras. l* ‖ menbra *F* ‖ 7 ofitiis *F* diuersa *L et mythogr.* III ‖ 8 sacra quae] † incepta *superscr. l* ‖ sacra *om. M* 9 *ad* perficere e. a. *in marg.* mire ... exitium *T* ‖ mire] unire *F* ‖ 10 *ad* curis *supr. vers.* amoribus uel rei susceptae *T* ‖ 12 DARDANIQVE *NH* ‖ 13 bene . . . faciat *in marg. T* ‖ suspitionem *F* ‖ *ad* permittere fl. *supr. vers.* incendere *T* 15 ANALI *F* ANILIB; *H* ‖ pro] per *F* ‖ 16 *ad* studio anili *in marg.* pro noluntate obsequendi ... accelerate (*sic*) ergo celebrabat strenuitate quadam frequentabat et uelocitate *T* ‖ pro *ante* voluntate *om. F* ‖ 17 accius *T:* actius *F* ‖ Accius celebri gradu gressum accelerate *hab. Ambros.* ‖ 18 celebri *T:* celebrari *F* celeri *Commelinus primus* ‖ adcelerate *F:* accelerate *T* adcelerasse decet *Daniel primus e Nonio p.* 89 *M.* ‖ 19 nihil timebat ideo autem festina . . . data *F* 20 *ad* trepida *supr. vers.* festina ex ocasione uix data *T* ‖ 21 effera] eftra *F*. fera nimis fera *ante* furiata *inseruit Daniel* ‖ *ad* effera *supr. vers.* nimis fera *T* 22 *scholia ad v.* 643 *et ad* maculisque t. i. g. *supr. vers. hab. T* ‖ mori *F* 23 et noce *T* ‖ 26 homines] omnes *F* ‖ homine *LH* (omine *l*) ‖ 27 futuro *H* *ad* pallida *supr. vers.* conscientia mortis futurae *T* ‖ pallide *F* ‖ constientiae *F*

646. FVRIBVNDA furenti similis. *sane quidam volunt, Vergilium ubique Didonis tamquam flaminicae facere mentionem: apud veteres autem flaminicam scalas plus tribus gradibus nisi Graecas 'scandere non licebat, ne ulla pars pedum eius crurumve subter conspiceretur, eoque nec pluribus gradibus sed tribus, ut in ascensu duplices nisus non paterentur extolli vestem aut nudari crura. nam ideo et Graecae scalae eliguntur, quia ita fabricantur, ut omni ex parte compagine tabularum clausae sint, ne aspectum ad corporis aliquam partem admittant. et sciendum siquid caeremoniis non fuerit observatum, piaculum admitti. hic autem piaculum admittitur, quod ipsa Dido ait 'sacra Iovi Stygio' et reliqua: nam et supra ait ⟨493⟩ 'magicas invitam' et reliqua. hoc vero loco plenius eam flaminicae ritum excessisse declarat, ubi de gradibus loquitur dicens 'interiora domus' et reliqua: neque enim potest esse altum quod tribus tantum gradibus conscenditur: unde apparet plures gradus a tribus fuisse, quod plenius de Anna subiunxit ⟨685⟩ 'sic effata gradus evaserat altos'.*

647. NON HOS QVAESITVM MVNVS IN VSVS quem Aeneas non ad hunc usum reliquerat: et, ut supra ⟨496⟩ diximus, secundum Homerum vertitur munus in perniciem. tale est in bucolicis ⟨IX 6⟩ h o s i l l i, quod nec bene vertat, mittimus haedos.

648. *CVBILE cubandi locum dixit.*

649. ET MENTE consilio.

651. DEVSQVE SINEBANT ' aut Iuppiter qui Aeneam abscedere conpulit: aut amor, aut necessitas fati.

653. VIXI excusat vitae abruptionem, quia dicit Plato magna poena adfici animas eorum qui vitam ante tempus relinquunt. ET QVEM DEDERAT CVRSVM FORTVNA PEREGI non natura, nec fatum. tribus enim humana vita continetur: natura, cui ultra centum et viginti solstitiales annos concessum non est; fato, cui nonaginta

---

1 sane quidam volunt e. q. s.] cf. Gell. X 15, 29 sq. ‖ 17 quem Aeneas e. q. s.] cf. Don. ad Ter. ad. II 1, 37 ‖ 21 cubile cubandi locum dixit] cf. Isid. or. XV 3, 9 et XX 11, 2 ‖ 28 tribus enim ... ex casu] exscr. mythogr. III 9, 10

---

1 FVRIBVNDA furenti similis sane quidam ... sic effata gradus euaserat altos *in marg. sup. T* ‖ 2 apud veteres flaminicam ... euaserat altos *hab. Ambros.* ‖ 3 autem] aut *F* ‖ plus *om. T* ‖ 4 subter *om. Ambr.* ‖ 5 in *om. F et Daniel* ‖ duplicis *Commelinus primus* ‖ nisur *F* uisus *Ambr.* ‖ 6 graece scale *F* ‖ 7 eriguntur *T* (l *superscr. ead. man.*): diguntur *F* dicuntur *Ambr. et Daniel* ‖ omne *F* ex omni parte *T* ‖ 8 aliquam corporis *Ambr.* ‖ 9 in ceremoniis *Masvicius primus* ‖ 11 ait] aut *F* ‖ inuita *F* inuicta *T* ‖ 12 ritu *Ambr.* ‖ 13 domos *F* ‖ 14 conscendit *F* ‖ 15 a *ante* tribus *om. Ambr. et Daniel* ‖ 16 subiungit *Ambr.* ‖ efata grados *F* ‖ 21 *ad* cubile *supr. vers.* cubandi locum *T* ‖ 26 relinquerunt *F* relinqunt *H* ‖ 27 non natura nec fatum ... id est gladium (*sic*) antonii *in marg. T* ‖ 29 fatum *H*

anni, hoc est tres Saturni cursus, exitium creant, nisi forte aliarum stellarum benignitas etiam tertium eius superet cursum: fortuna, id est casu, qui ad omnia pertinet quae extrinsecus sunt, ut ad ruinam, incendia, naufragia. bene ergo dixit 'Fortuna': sic Cicero in Philippicis ⟨I 4, 10⟩ multa mihi inminere videbantur praeter naturam praeterque fatum, id est gladii Antonii ex casu.

654. MAGNA *cogitatione eorum qui me non viderunt, sed factis cognoverunt.* SVB TERRAS IBIT IMAGO bene imaginem dixit: valde enim quaeritur apud philosophos, quid illud sit quod inferos petat. nam tribus constamus: anima, quae superna est et originem suam petit: corpore, quod in terra deficit: umbra, quam Lucretius sic definit, †'supra spoliatus lumine aër'. ergo umbra si ex corpore creatur, sine dubio perit cum eo, nec est quicquam reliquum de homine quod inferos petat. sed deprehenderunt esse quoddam simulacrum, quod ad nostri corporis effigiem fictum inferos petit: et est species corporea, quae non potest tangi, sicut ventus: hinc in sexto ⟨391⟩ corpora viva nefas Stygia vectare carina. hanc autem rem etiam Homerus requirit simulacro Herculis apud inferos viso. et sciendum simulacra haec esse etiam eorum qui per apotheosin dii facti sunt: unde aut visi esse apud inferos aut illuc descendisse dicuntur. Horatius de Libero te vidit insons Cerberus aureo cornu decorum. sciendum tamen, abuti poetas et confuse vel simulacrum vel umbras dicere.

655. VRBEM PRAECLARAM STATVI non est contrarium illi loco ⟨88⟩ 'pendent opera interrupta': [*quia illud ex persona poetae dictum est*] nam licet paululum aliquid superesset, quantum ad ipsam pertinet fecerat: ut ⟨75⟩ urbemque paratam, item paulo post ⟨683⟩ urbemque tuam. et re vera civitati quid superest factis muris, templo posito et theatro, *foro, senatu? quibus adiunguntur etiam privatae aedes, ut* ⟨I 425⟩ *pars optare locum, tecta et concludere*

---

8 valde enim quaeritur . . . vel umbras dicere] exscr. mythogr. III 9, 10 || 11 Lucretius] IV 366—378. cf. Lachm. adn. ad 368 || 18 Homerus] Od. XI 601 sqq. || 21 Horatius] carm. II 19, 29

---

1 exitum *T* || 4 naufragia] uenena *add.* *M* || 5 multa antem inpendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum *Cicero* || 6 praeterque] praeter *M* || factum *H* || 7 *ad* magna *supr. vers.* cogitatione scilicet eorum . . . cognouerunt *T* || 8 bene *FM:* bene ergo *NLH* || 11 terram *M* || definiuit *FL* || 12 supra *NLH*, *om.* *FM* (*sed sex fere litterae erasae in M*). supero spoliatus lumine *F*. *Schoellius. cf. Lucr.* VI 854 *sqq.* || lumines *F* || 14 deprehendere *L* || simulacrum *om.* *M* || 16 sicut nec uentus *mythogr.* || 19 simulacra *om.* *M* || 20 dicendisse *F* || descendisse dicuntur] docendis secuntur *H* || 22 cornu *F:* curru *NLHM* || deorum *H* || abuti] abipso *H* || 25 persone *F* || dictum] supra dictum *Daniel primus* || 27 faceret *H* || 29 posito et] portu *F* || 30 obtare *F*

*sulco.* MEA MOENIA VIDI a me facta: et pertinet ad adfectum, ut ⟨III 498⟩ quam vestrae fecere manus.

656. VLTA VIRVM puniendo eius interfectorem: nam ideo addidit 'poenas inimico a fratre recepi'. et re vera nulla avari maior est poena, quam amittere pecuniam propter quam commiserat scelus. bene autem 'recepi', quasi debitas, *vel quod partem maximam civium sollicitavi.* ergo hoc dicit: feci illud *et illud:* felix nimirum fuissem, si tantum Aeneas Carthaginem non veniret. alii haec quasi per interrogationem volunt accipi, ut nihil dicat esse perfectum: 'numquid urbem statui? numquid ulta sum virum? numquid a fratre poenas recepi? felix tamen fuissem, si vel hoc tantum contingeret ut Carthaginem non veniret Aeneas'. et hanc varietatem gignit hic sermo 'tantum': nam ad utrumque admittitur: tamen melior est sensus superior, quem non nulli sic exponunt propter ⟨88⟩ 'pendent opera interrupta', ut ordo sit 'urbem praeclaram et mea moenia statui vidi, hoc est vidi dum statuerentur'.

659. OS INPRESSA TORO adplicito ore ad lectulum: *vel 'os' faciem:* aut quasi amatrix, ut ⟨82⟩ stratisque relictis incubat: aut certe quasi peritura insensibili rei dat sensum, et sic ad lectulum loquitur, ut ad hastam Turnus ⟨XII 97⟩ te Turni nunc dextra gerit, Mezentius ad equum ⟨X 861⟩ Rhoebe diu, res siqua diu mortalibus ulla est.

660. SIC sic quasi interrogatio et responsio: et placet sic inultam perire, *vel hoc genere mortis?* placet. et hoc eam se loco intellegimus percussisse: unde alii dicunt verba esse se ferientis. *alii ita distinguunt 'sed moriamur ait' et sic post adiciunt 'sic iuvat ire sub umbras', ut dubitaverit an inulta deberet mori, deinde ultionis difficultatem circumspiciens dixerit 'sic iuvat ire sub umbras'.*

---

19 aut certe . . . ulla est] cf. Macrob. Sat. IV 6, 10

---

1 adfectum *FN* affectum *LM* defectum *H* effectum *vulgo* ‖ 7 feci istud et illud *Guelferb. I et Fabricius* ‖ et illut *F* ‖ nimium *Daniel primus* ‖ 8 venisset *Fabricius* ‖ 11 si vel hoc tantum contigisset ut Carthaginem non venisset Aeneas *G. Vossius* ‖ 12 et] sed et *F* ‖ 13 tantum] quem alii tantummodo interpretantur *add. Daniel* ‖ ad *om. M* ‖ 16 hoc est vidi *om. L, supr. vers. add. l* ‖ vidi *om. M* ‖ cum *M* ‖ statuerentur] statui enim infinitivus a passivo statuor. FELIX . . . CARINAE a Catullo accepit qui dicit (64, 171) 'Juppiter omnipotens, utinam ne tempore primo Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes'. *add. D. cf. Macrob. Sat.* VI 1, 42 ‖ 17 os faciem *Daniel:* officiem *F* ‖ 18 ut . . . peritura *om L, in marg. suppl. l* ‖ 19 certe *om. M* ‖ 23 sic inultam perire] *ab his verbis incipit Casellani quaternio* XVII. ‖ sic inultum *F* sic me inultam *L* (*sed* in *add. l*) sic inulta *M* ‖ 24 perire] mori *M* ‖ placet *omisit Daniel primus* ‖ 25 se ferientis *C:* se *om. reliqui libri* ‖ 26 quidam distinguunt sed moriamus (*sic*) . . . sic iuuat ire *in marg. T* ‖ distingunt *F* ‖ morianus *FT* ‖ sic et *T* ‖ 27 sub] per *T* ‖ umbrā *F* ‖ an inulta *Daniel:* amulta *F* multa an *T* ‖ 28 dificultatem *F* ‖ arcumspiciens *F*

661. HAVRIAT HVNC OCVLIS IGNEM aut videat omina tempestatis futurae, *quia navigantibus malum omen est, si rogalis flamma videtur:* aut certe satisfaciat suae crudelitati. *AB ALTO a mari.*

662. *DARDANVS pro Dardanius: Plautus natus Argis ex Argo patre: vel quod ipse Aeneas ante Dardanus dictus est.* *ET NOSTRAE SECVM FERAT OMINA MORTIS ut Aeneas quoque per vim maturius obeat. et bene infausta omnia inprecatur ei, quia ad novi regni auspicia properat.*

663. INTER TALIA per talia, ut ⟨VII 30⟩ hunc inter fluvio Tiberinus amoeno.

664. *CONLAPSAM ASPICIVNT non induxit occidentem se, sed ostendit occisam. et hoc tragico fecit exemplo, apud quos non videtur quemadmodum fit caedes, sed facta narratur.*

665. SPARSASQVE MANVS aut perfusas sanguine: aut morte resolutas.

667. FEMINEO VLVLATV proprio feminarum. Horatius et illa non virilis eiulatio.

670. ANTIQVA TYROS vel nobilem dicit: vel illud ostendit, quia Carthago ante Byrsa, post Tyros dicta est, post Carthago a Cartha oppido, unde fuit Dido, inter Tyron et Beryton.

672. AVDIIT EXANIMIS *id est* territa: nam ut *supra* diximus ⟨I 484⟩ 'exanimatus' mortuus est.

673. ORA SOROR FOEDANS cruentans, sanguine foedans.

674. NOMINE CLAMAT aut Didonem vocat, ut supra ⟨35⟩ diximus, Poenorum lingua viraginem: nam Elissa dicta est; sed virago est vocata, cum se in ignem praecipitavit. aut 'nomine clamat' nominat: sicut et Homerus dicit ἔκ τ' ὀνόμαζεν. [*sexies nominabat*]

---

4 Plautus] Amphitr. prol. 98 ‖ 16 Horatius] ep. X 17 ‖ 18 vel illud ostendit e. q. s.] cf. Isid. or. XV 1, 30 ‖ 22 exanimatus mortuus est] cf. Don. ad Ter. Andr. I 4, 7. hec. III 3, 4

---

1 omnia *FH* ‖ 2 quia . . . videatur (*sic*) *edidit Stephanus* ‖ 3 satis facit *M* ‖ 4 *ad* Dardanus *supr. vers.* pro . . . dictus est *T* ‖ plaustus *F* ‖ Argis] argis id est *T* ‖ 6 OMA *F* ‖ 7 omnia] oma *F* ‖ quia] qui *Daniel primus* ‖ 9 inter fluvio] interfluit *Ml* ‖ 10 amoena *FM* ‖ 11 *scholium ad v.* 664 *in marg. hab. T* ‖ in
N induxit *F* (in *superscr. ead. man.*) ‖ induxit] illam *add. T* ‖ 12 occisum *F* ‖ hoc] oc *F* ‖ 16 HVLVLATV *F* VVLTV *C* ‖ proprie *ex* proprio *L* ‖ illa] illi *F* ‖ 17 non *om. L, supr. vers. add. l* ‖ heiulatio *FC* ‖ 19 antea *C* ‖ carta *FNLH* cartha *CM. cf. adnot. crit. ad Aen* I 343, *ubi Floriacensis scripturam per errorem non recte enotavi* ‖ 20 tyrone *NH* tyrum *L* ‖ beryton *NH:* biritlon *F* byriton *C* beriton *L* pyriton *M* ‖ 21 id est *hab. C* ‖ supra *hab. M* ‖ dixi *M. ceterum quod ad Aen.* I 484 *Servius praecepit huic contrarium est.* ‖ 23 FEDANS *F* SEDANS *H* ‖ sanguine foedans] ut sanguine foedantem *FC. cf. Aen.* II 502 ‖ fedans *NH* ‖ 25 elista *F* ‖ 26 uocitata *C* ‖ mat (*e 'clamat'*) . . . ut *om. H* ‖ 27 homeros *C* ‖ dixit *L* ‖ EKTOONOMAZEN *FC* EKTOMAZEN *N* EKTONOMAZEN *LM* ‖ sexies nominabat *hab. C et edidit Stephanus* ‖ sexees *F*

aut certe vero nomine, ut solent dolentes: ut ⟨IX 479⟩ hunc ego te Euryale aspicio, item mater, Cyrene mater: hinc et ibi ait et te crudelem nomine dicit. et multi quaerunt, quomodo procedat hoc, cum eius nomen nusquam sequatur. sed tractum est a iure, ubi dicitur nihil interesse, utrum quis unum filium habens dicat 'fili, heres esto', an 'Titi, heres esto'. ergo dicendo 'hoc illud germana fuit' quasi nomen dixit. sane sciendum, bene eum perturbatae integrum non dedisse sermonem.

675. HOC ILLVD GERMANA FVIT *adlocutio per conquestionem.*

676. HOC ROGVS ISTE MIHI adludit ad historiam.

677. QVID PRIMVM DESERTA QVERAR? conquestio, cur relicta sit nec ad par exitium convocata. COMITEMNE SOROREM deest 'illudne quod sprevisti comitem sororem'? et semiplene loquitur.

679. TVLISSET *abstulisset.*

680. STRVXI MANIBVS *quasi sceleris contaminata, et quasi ipsa interitum sororis adiuverit.* STRVXI MANIBVS subaudis 'rogos'. PATRIOS DEOS Saturnum et Iunonem.

681. POSITA exanimata: Statius positusque beata morte pater. CRVDELIS *† illum crudelem dicit, quod sit dubium, tu an ego.*

682. EXTINXTI TE MEQVE SOROR *Varro ait non Didonem, sed Annam amore Aeneae inpulsam se supra rogum interemisse.* POPVLVMQVE PATRESQVE VRBEMQVE TVAM *'patres' id est senatum; 'urbem tuam' quam tu extruxisti. et quidam hoc loco volunt tres partes politiae conprehensas, populi, optimatium, regiae potestatis: Cato enim ait de tribus istis partibus ordinatam fuisse Carthaginem.*

683. DATE LYMPHIS *date lymphas ut vulnera abluam.* DATE aut

---

2 mater] georg. IV 321 ‖ 3 et te] georg. IV 356 ‖ 18 Statius] Theb. VIII 652 ‖ 24 Cato] orig. IV, 6 Iord. 80 Pet.

---

2 et ibi] tibi *NH* ‖ 6 filii *L* (fili *l*) ‖ eres *F* hores *H* ‖ hesto *F* ‖ an . . . esto *om. C* ‖ tite *ex* titi *L* ‖ beres *F* ‖ 9 *ad* hoc i. g. f. *supr. vers.* allocutio per conquestionem *T* ‖ 10 *scholium ad v.* 676 *om. T* ‖ 11 conquestio] conqueritur *FC* ‖ 12 nec *om. C* ‖ SOROREM] s. *add. M* ‖ 13 loquitur] quod afflictis convenit *add. D* ‖ 14 *ad* tulisset *in marg.* abstulisset *T* ‖ 15 *ad* struxi manibus *supr. vers.* quasi . . . adiuuerit *T* ‖ 16 adiuueret *F* ‖ EXTRVXI *NL* ET STRVXI *H* ‖ 18 flatius *F* ‖ 19 *ad* crudelis *supr. vers.* crudelem dicit ut sit dubium tu an ego *T* illum] *fort.* utrum se an illam crudelem dicit? *vel* illam crudelem dicit quamvis sit dubium *e. q. s. sententia scholiastae haec esse videtur, 'crudelis' et ad Didonem et ad Annam posse referri* ‖ sit] se *F* ‖ 20 EXTINCXISTI ME TEQVE *F* ‖ Varro . . . Carthaginem *supr. vers. et in marg. hab. T* ‖ Varro ait . . . interemisse *hab. Ambros.* ‖ 21 super *F* ‖ interimisse *F* ‖ 22 sematum *F* ‖ 23 tu *om. F* ‖ tris *F* ‖ politiae] id est administrationis rei publicae *add. T* ‖ 24 obtimatium *F* cato. enim *F* (h *supr.*) ‖ Cato ait de populo optimatibus et regia potestate ordinatam fuisse Carthaginem *hab. Ambros.* ‖ 26 DATE LYMPHIS date limphas ut uulnera abluam hoc est date aquam aut date *e. q. s. F*

aquam: aut 'date', id est permittite. lavare autem cadavera satis proximis concedebatur: unde queritur mater Euryali ⟨IX 485⟩ nec vulnera lavi veste tegens. *sane in sacris pura vestis appellatur quae neque funesta sit, neque maculam habeat ex homine mortuo. id hoc loco conprehensum accipi potest, cum Dido inducitur habuisse crinem sacratum, quo videlicet absciso posset sine cruciatu mori: prius tamen voluit ablui cruorem cum ait 'date vulnera lymphis abluam'. plenius tamen infra ait 'semianimemque sinu germanam' usque 'veste cruorem', ut tamquam in veste pura legitimo ritu morti data haberetur, quae quod sacratum crinem habuerit, vitae fuerit inmorata: nam subiecit apte ex persona Iridis* ⟨702⟩ *'hunc ego Diti sacrum iussa fero teque isto corpore solvo'.*

685. ORE LEGAM *muliebriter, tamquam possit animam sororis excipere et in se transferre.* sic Cicero in Verrinis ⟨II 5, 45, 118⟩ ut extremum filiorum spiritum ore excipere liceret. GRADVS EVASERAT ALTOS *id est* ascenderat, rogi scilicet, qui pro qualitate fortunarum fiebant: unde in sexto ⟨178⟩ ait caeloque educere certant. *aut quia lecti antiquorum alti erant et gradibus ascendebantur, quibus superatis Anna amplectitur sororem.*

686. *AMPLEXA FOVEBAT bene non 'fovit', sed 'fovebat', ut id diu factum ostenderet.*

687. *SICCABAT] exprimebat vel abluebat, ut* ⟨X 834⟩ *vulnera siccabat lymphis. an suam vestem vulneri Didonis intersertam.* CRUORES ursurpavit: nam nec 'sanguines' dicimus numero plurali, nec 'cruores'. 'siccabat' autem exprimebat.

689. SVB PECTORE nunc per transitum dicit vulneris locum.

---

3 sane . . . mortuo] cf. Paul. Festi s. v. 'pura vestimenta'

---

1 satis] solis *G. Vossius* satu *F. Schoellius* cognatis et proximis *coni. Hagenus* ‖ 2 concedebantur *F* ‖ mater *om. C* ‖ 3 in sacris pura uestis appellatur . . . teque isto corpore soluo *in marg. sup. T* ‖ appelatur *F* ‖ 6 absciso *T:* abscio *F* abscisso *Daniel* ‖ posset *T:* possit *F* ‖ 7 limphis *F* limphys *T* ‖ 8 sinum *F* sinum *ex* signum *T* ‖ 9 legitimo ritu morte *T* legitimorum tumorte *F* legitimo sumptu morte *Daniel* legitimo sumptu morti *Masvicius* ‖ 10 quae quod *T:* q quod *ex* q quad *F* quod quae *Daniel* quodque *Masvicius* ‖ 11 Iridis *Daniel:* diis *F* iris *T* ‖ 13 LEGAM] id est excipiam *add. Lion* ‖ *ad* ore legam *in marg.* muliebriter dicit tamquam possit sororis spiritum excipere et in se transferre *T* ‖ muliebriter . . . transferre *huc transposuit Daniel, post* extremum *hab. F* ‖ 14 sic *om. F* ‖ 15 ut filiorum suorum postremum spiritum ore excipere liceret *Cicero* ‖ 16 ascendit *M* ‖ rogi scilicet] aut rogis qui licet *F* ‖ 17 fiebat *vulgo* ‖ ait *om. M* ‖ 18 erunt *F, corr. Daniel* ‖ 20 *ad* fovebat *supr. vers.* hoc dicit ut ostendat diu factum *T* ‖ fovit] fuit *F, corr. Daniel* ‖ diũ *F* ‖ 22 CRVORES exprimebat . . . infectam usurpauit *e. q. s. F* ‖ *ad* siccabat *supr. vers.* exprimebat uel abluebat uel exsiccabat limphis suam ueste (*sic*) uulneri didonis intersectam *T* ‖ abluebat] aliaebat *F* alluebat *Daniel* ‖ 23 sicabat limpis *F* ‖ vulnere *Daniel* ‖ intersertam *scripsi:* interfectam *F* infectam *Daniel* ‖ 24 usurpavit] usurpatum est contra artem *M* nam . . . cruores *omittens* ‖ diximus *H* ‖ 26 nunc *LMn:* nam *NH, om. FC* ‖ dicit] dictum *FC*

691. TER REVOLVTA TORO EST aut 'saepius': aut promanteusis est, *praesagium*, propter bella Carthaginis. *ERRANTIBVS vicinitate mortis.*

692. INGEMVITQVE REPERTA atqui dixit ⟨631⟩ invisam quaerens quam primum abrumpere lucem, sed ostendit morientes sua inprobare desideria, ut in sexto ⟨436⟩ quam vellent aethere in alto nunc et pauperiem et duros perferre labores.

693. TVNC IVNO OMNIPOTENS aut pronuba, aut inferna.

694. DIFFICILESQVE OBITVS quia supererat vita ei, quae casu, non aut fato aut natura moriebatur: ut ⟨696⟩ 'nam quia nec fato, merita nec morte peribat', id est naturali. IRIN DEMITTIT OLYMPO ut et supra ⟨III 46⟩ diximus, trahit hoc de Alcesti Euripidis, qui inducit Mercurium ei comam secantem, quia fato peribat mariti. *alii dicunt Euripidem Orcum in scenam inducere, gladium ferentem quo crinem Alcesti abscidat, et Euripidem hoc a Phrynicho, antiquo tragico, mutuatum.* sane sciendum hoc ideo nunc fieri, quia certis consecrationibus solebant homines facere ut muniti essent adversus fortunae impetus, nec poterant mori nisi exauctorati illa consecratione: unde circa Didonem ista servantur.

696. *NAM QVIA NEC FATO cum dicat Vergilius ⟨X 467⟩ stat sua cuique dies, quomodo hic dicit 'nam quia nec fato merita nec morte peribat, sed misera ante diem'? nam si fato vivimus, quid agunt merita? si pensamur meritis, quae vis fati? quomodo hic et fatum ad-*

---

2 'errantibus' vicinitate mortis] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VIII 756 ‖ 12 trahit hoc . . . mutuatum] cf. Macrob. Sat. V 19, 1 sqq. mythogr. III 9, 11 ‖ 16 sane sciendum . . . servantur] exscr. mythogr. III 9, 12

---

1 *ad* ter r. t. e. *supr. vers.* aut sepius aut est praesagium propter tria bella punica *T* ‖ promanteusis *FC* promanteusus *NLH* p mante usus *M* pro oeconomia usus *Leid. Burm.* ‖ 2 est . . . mortis] est errantibus uicinitatem (*sic*) mortis propter tria bella punica praesagium propter bellam chartagium *F* ‖ praesagium *hab. C* ‖ Carthaginis] nam tria cum Romanis fuere bella Punica *vulgo addunt* vicinitate *Daniel* ‖ 4 adquid *F* aut qui *N* ‖ dixit] supra ait *M* ‖ 8 *ad v.* 693 *in margine Turonensis ea manus quae tironianis notis utitur haec scripsit* Iunoni consecrata fuerat. ideoque non poterat mori nisi consecratio soluta fuisset. dicunt enim scire pontifices quasdam consecrationes. quibus postquam aliquis consecratus fuerit, non posse illum mori donec soluta consecratione. et ideo iuno transmisit irim id est arcum caelestem uel deam eius arcus ut solueret illam consecrationem. ‖ 11 IRIM *F* YRIX *L* ‖ DEMITTIT *NLH* DIMITTIT *CM* DEMISIT *F* ‖ 12 alcisti *FC* alcestide *M* ‖ 13 Mercurium] mortem *G. Vossius* ‖ 14 *ad v.* 694 *in marg.* praeter quod sernius dicit quidam dicunt euripidem . . . alcisti abscidat et hoc euripidem a phenico antiquo tragico mutuatum ex quo hoc sumpsit uirgilius *T* ‖ eurypidem *F* ‖ oscum *F* ‖ ferententem *F* ‖ 15 alcisti *F* ‖ abscindat *Daniel* ‖ et *om. F.* at *Jahnius nov. mus. rhen.* IX *p.* 625 ‖ Phrynicho *Jahnius:* phenico *T* poenia *F* Pratina *Bentleius, cuius emendationes aliquot Servianas edidit Edmundus Hedicke in programmate gymnasii Quedlinburgensis anni* 1879. Panyasi *G. Vossius* ‖ 18 poterunt *C* ‖ 20 *scholium ad v.* 696 *in marg. hab. T* ‖ 21 hic *T:* hiac *F* hoc *Daniel* ‖ 22 peribat *om. T* ‖ 23 hic *ex* hoc *F* ‖ fatu *F*

*mittit et meritum? deinde cum dixerit ‘stat sua cuique dies’, quomodo hic dicit ‘ante diem’? harum rerum ratio sic redditur: sunt [et] fata quae dicuntur denuntiativa, sunt alia fata quae condicionalia vocantur. denuntiativa sunt quae omni modo eventura decernunt, ut verbi gratia ‘Pompeius ter triumphaturus est’: hoc illi fata decernunt, ut ubicumque terrarum fuerit, ter triumphet, nec potest aliter evenire: et ideo fatum quod hoc denuntiat denuntiativum vocatur. condicionale vero huius modi est ‘Pompeius si post Pharsalicum bellum Aegypti litus attigerit, ferro peribit’: hic non omni modo necesse erat ut videret Aegyptum, sed si casus illum ad aliam regionem forte duxisset, evaserat. sic et apud Homerum Achilles refert, matrem deam sibi dixisse, ut si bello Troiano se subtraheret et reducem patriae daret, alta senecta viveret, sed inglorius; si vero apud Troiam pugnando perseveraret, adeptus magnam gloriam primaevus obcumberet. vides igitur condicionem fati sub duplici eventus expectatione pendere: Achilli enim dies statuta erat, qua domum repetens senex periret, sed quia bellum non reliquit, obiit quidem ante diem fato statutum, sed nec tum sine fato, quia de gemina fati auctoritate veniebat utraque condicio. sic et Didoni decretum fuerat ut urbem praeclaram statueret, ulcisceretur virum, poenas de parricidio fratris exigeret, perveniret autem ad seram mortem sine ullu felicitatis offensa, si Troiana classis ad litus Africae non veniret, qua portum Carthaginis ingressa nec continuaretur ulterius reginae nota felicitas, nec expectaretur ad mortem dies illa sera quae fuerat constituta. haec sciens Maro inducit ipsam Didonem in extremis suis ista dicentem ‘urbem praeclaram statui, mea moenia vidi ulta virum, poenas inimico a fratre recepi, felix heu nimium felix, si litora tantum numquam Dardaniae tetigissent nostra carinae’. sic et Vulcanus respondens Veneri armari filium postulanti condicionale fatum adserit fuisse Troianis, ut si Aeneas caelestibus armis fuisset armatus, annos decem ultra*

11 apud Homerum] Il. XVIII 88 sqq.

1 dende *T* ‖ 2 hic dicit *T*: hicit *F* dicit *Daniel* ‖ sic redditur *ex* siccreditur *T* ‖ facta *F* ‖ 3 denuntiativa] denuntiatia tua *F* ‖ 4 decernunt *T*: deterunt *F* deferunt *Daniel* ‖ 5 ter] adulter *T* ‖ triumfaturus *F* ‖ decernunt *T*: decerunt *F* dederunt *Daniel* ‖ 6 fuerit] sit *T* ‖ ter triumphet *om. T* ‖ triumfit *F*, *corr. Daniel* ‖ nec *T*: non *F* ‖ 7 denunciatiuum *F* ‖ 8 persalicum *F* ‖ 9 ferra *F* ‖ hic] ha *F* ‖ 10 euaderet *T* ‖ 11 achillis *F* ‖ sibi deam *F* ‖ 12 subtraere *F* ‖ alta] et longa *T* ‖ viveret] uelleret *F* ‖ 13 aput *F* ‖ 14 primeuus *FT* ‖ occumberet *T* ‖ 15 exspectatione *F* ‖ achylli *T* ‖ statuterat *FT*, *corr. Daniel* ‖ 16 qua . . . periret] qua si domo repetisset non periret *T* ‖ senec *F* ‖ relinquid *F* ‖ 17 facto *F* ‖ sed nec tum] senectum *F* ‖ 18 condicio sic] condiciora *F* ‖ didone *F* ‖ 19 paenas *F* ‖ 20 peruenerat *F* ‖ 21 uenisset *T* ‖ 23 fuera *F* ‖ 24 Maro] uirgilius *T* ‖ 25 praeclarum *F* ‖ 26 inimica *F* ‖ numium *F* ‖ tatum *F* ‖ 27 danie *F* ‖ nostradi charine *F* ‖ 28 adferit *F* ‖ 29 armatos *F*

*quam stetit Troia duraret, nec Priamus ante idem tempus periret: quo praesidio praetermisso propagandae Troianae incolomitatis extincta condicio est: et hoc est quod ait* ⟨VIII 396⟩ *'similis si cura fuisset'; et quod dicit 'fas nobis' et reliqua, hoc est per fata licuisset, si enim nefas est obviare fatis, fas est omne quod permittente fatorum lege praestatur. ergo sensus hic est: cura, quae tibi nunc est, si stante Troia fuisset, armari filium tuum mihi per fata licuisset, propter rationem scilicet condicionalis fati, et vitam Priami et regna Troiae tam Iuppiter quam fata servassent, cum hoc decreti condicio contineret. ergo 'stat sua cuique dies' aut denuntiativo fato et mutationem omnino non recipit, aut condicionali et, si eventum alterum casus adtulerit, non expectata die adceleratur interitus: quod ergo dixit 'nam quia nec fato merita nec morte peribat', nolo illum putes universa confundere: illi enim dicuntur non fato perire sed merito, qui maxima in deos et non ignoscenda committunt, ut Salmoneus, ut contemptor divum Mezentius, ut Tityus, ut Ixion: quos si fato dixeris oppetisse, purgaveris; nam qui excedunt delinquendi modum ipsi sibi poenam sanciunt, quam si fatis inputandam putaveris, excusas peremptorum reatum. hoc est ergo quod dicit 'nam quia nec fato', id est denuntiativo, 'merita nec morte', id est nullo inmani crimine commisso, sed 'misera ante diem', hoc est uno de condicionalibus fatis statuto: si Troianae classis non contigisset adventus.*

697. SED MISERA ANTE DIEM non est contrarium quod dicit in decimo ⟨467⟩ stat sua cuique dies: nam, ut saepe diximus, secundum sectas loquitur; et hoc secundum alios, illud secundum alios dictum est. quamquam grammaticae responsioni possit sufficere omnia vincit amor. [et nos cedamus amori] FVRORE *quia pudica in amorem devenerat.*

698. FLAVVM CRINEM matronis numquam flava coma dabatur,

27 omnia] buc. X 69

2 praesido *F* ‖ propagandae *T:* praepaiandae *F* praeparandae *Daniel* ‖ condatio *F* ‖ 3 agit *T* ‖ si] se *F* ‖ 5 permitte *F* ‖ 7 *fort.* armare ‖ tuum filium *T* ‖ 11 kasus *F* ‖ attulerit *T* ‖ expectata *scripsi:* spectata *T* specta *F* inspecta *Daniel* ‖ 12 acceleratur *T* ‖ 13 merito *F* ‖ 15 salmonius *FT* ‖ 16 titius *FT* ‖ purgabis *T* pugnaveris *Commelinus primus* ‖ 17 delinquedi *F* ‖ 18 puticueris *F* ‖ excuras *F* ‖ perimendorum *T* ‖ 19 denunciato *F* denuutiato *T*, *corr. Daniel* ‖ 21 huno *F* ‖ concionalibus *F* ‖ statuo *F* ‖ 25 secundum lucretii sectas *Ml* ‖ et hoc . . . dictum est] et hoc secundum alios dictum est, Epicureos scilicet, ut inferius in decimo dictum est *Fabricius* et hoc secundum alios, Epicureos scilicet, illud secundum alios, Stoicos nimirum, dictum est *Masvicius* ‖ illud] illuc *F* id illud *C* ‖ 26 gramaticae *FCNH* ‖ responsionis *F* responsione *N* responsioni *ex* responsione *L* responsiones *Commelinus* ‖ possum *F* possunt *Commelinus* ‖ suficere *F* ‖ 27 et . . . amori *om. M* ‖ cedemus *H* ‖ *ad* furore *supr. vers.* quia . . . deuenerat *T*

sed nigra: unde Iuvenalis ⟨VI 120⟩ et nigro flavum crinem abscondente galero. huic ergo dat quasi turpi: *vel quia in Catone legitur de matronarum crinibus flavo cinere unctitabant ut rutili essent.*

699. CAPVT DAMNAVERAT necdum eam morti destinaverat. *potest accipi 'Stygioque caput damnaverat Orco', ut Didonem voto liberaret, quod semper omnes optant, ut sine cruciatu moriantur: nam subiunxit 'hunc ego Diti sacrum' et reliqua, id est libero. vel illud ab Orco nondum liberaverat, cum illa devotum crinem adhuc retinens inter reos esset. ergo cuiuscumque debiti, id est reatus damnatio finem facit. 'damnare' autem est damno adficere, id est debito liberare. ideo et cum vota suscipimus, rei voti dicimur, donec consequamur beneficium et donec condemnemur, id est promissa solvamus, ut damnabis tu quoque votis. et bene poeta non ait 'illam damnaverat', sed 'caput' ipsum, unde crinis fuerat auferendus.*

700. IRIS ROSCIDA quia cum nubibus est, quae rore non carent. ADVERSO SOLE bene naturalem rem expressit. Iris enim nisi e regione solis non fit, cui varios colores illa dat res, quia aqua tenuis, aër lucidus et nubes caligantes inradiata varios creant colores.

703. SACRVM IVSSA FERO *Euripides Alcestin Diti sacratum habuisse crinem dicit, quod poeta transtulit ad Didonem.* CORPORE SOLVO *id est animam tuam,* quia ait supra 'nexosque resolveret artus'.

704. OMNIS ET VNA uno impetu effusa est vita, id est anima. DILAPSVS CALOR secundum eos qui dicunt animam calorem esse, qua recedente corpus friget, ut ⟨VI 219⟩ corpusque lavant frigentis et ungunt.

---

2 in Catone] orig. VII 9 Iord. 114 Pet. ‖ 13 damnabis] buc. V 80 ‖ 17 Iris . . . colores] exscr. Isid. or. XIII 10, 1 et mythogr. II 6. cf. mythogr. III 4, 2 ‖ 25 secundum eos e. q. s.] exscr. mythogr. III 9, 12

---

1 et] sed *FC* ‖ nigrum flauo *Iuvenalis* ‖ 2 hunc *H* ‖ datur *FC* ‖ quasi *om. C* ‖ turpi *ex* turpe *L* ‖ *ad v.* 698 *in marg.* huic quasi turpi dat crinem flauum uel quia in catone legitur . . . essent *T* ‖ turpi flauum uel quia *F* turpi. Aut FLAVVM quia *Daniel* ‖ 3 rutili *scripsi:* rutuli *T* rutilae *F* ‖ 5 nondum *F* ‖ 6 *ad v.* 699 *in marg* potest accipi istud ita, ut didonem morte uoto liberaret . . . fuerit (*sic*) auferendus *T* ‖ stigioque capud *F* ‖ 8 libere *F* ‖ 9 ab Orco] aliorci *F fort.* vel illud: caput voto nondum *e. q. s.* ‖ 11 aficere *F* ‖ 13 condempnemur *F* 14 capud *F* ‖ 15 aferendus *F* ‖ 16 cum nubibus est] cum nubilibus sit pluvialibus *Daniel* cum nubibus fit pluvialibus *Commelinus* ‖ quae rore] querere *F* ‖ 18 fit] fuit *F* ‖ 19 caligans *L* (caligantes *l*) ‖ inradiant ista et uarios creant colores *F* inrideat et uarios c. c. *C* inradiata ista v. c. c. *Isidorus. fort.* inradiatae. *cf. mythographi* ‖ 21 *ad v.* 703 *in marg.* euripides . . . ad didonem *T* ‖ eripidis *F* ‖ alcistiu *F* alcisten *T* ‖ sacrum *T* ‖ 22 dicit *om. T* ‖ quod hic poeta *T* ‖ *ad* isto corpore *supr. vers.* id est animam tuam *T* ‖ 24 hoc est *M*

705. IN VENTOS VITA RECESSIT id est anima, ut in quarto georgicorum ⟨224⟩ quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas. et dicendo 'in ventos' aut eos sequitur, qui animam aërem dicunt, hoc est 'in materiam suam rediit': aut certe eos qui dicunt animam perire cum corpore, ut intellegamus 'evanuit, in ventos recessit', ut in nono ⟨310⟩ sed aurae omnia discerpunt.

---

1 in quarto georgicorum *in marg. n:* in VI. *libri, ut non possit dubitari, quin Servius memoria falsus versum illum sexto Aeneidis tribuerit* ‖ 4 redire *FC* rediit *in ras. l* ‖ 6 aurae] cuire *F* ‖ discerpunt et reliqua *F* ‖ discerpunt] id est evanescunt *add. D* ‖ P. VIRG. MARON. COMM. AEND. LIB. IIII. EXPL. INC. LIB. V. *C* EXPLICIT LIBER .IIII. INCIPIT LIBER .V. *M* LIBER IIII EXPLICIT QVINTVS INCIPIT *l*

SERVII GRAMMATICI

# IN VERGILII AENEIDOS LIBRVM QVINTVM COMMENTARIVS.

1. INTEREA dum fletur aut sepelitur Dido: et hoc sermone librum, ut solet, superioribus iunxit. cuius pars maior ex Homero sumpta est: nam omnia quae hic commemorat, exhibentur circa tumulum Patrocli, nisi quod illic curule exercetur, hic navale certamen. sane intellegendum non potuisse fieri, ut una, nec plena die Aeneas ad Siciliam perveniret: unde accipiendum est, sicut supra legimus, quod circa primum ortum lucis navigavit, ut ⟨IV 586⟩ regina e speculis ut primum albescere lucem vidit et aequatis classem procedere velis. ergo tota die dum se Dido interimit, dum fletur, paululum provectus est, leniter spirantibus ventis, et flammas rogi circa vesperam vidit, quo tempore et per naturam ignem videre potuit, et per pristinum morem, quo per diem cadavera non incendebantur. deinde tota navigans nocte et alterius diei parte ad Siciliam venit. MEDIVM aut 'medium' est quicquid a principio recedit et necdum finem sortitur: aut 'medium' sic altum, ut medium putares, ut ⟨III 664⟩ graditurque per aequor iam medium: nam vere 'medium' sequenti indicat loco ⟨8⟩ 'ut pelagus tenuere rates nec iam amplius ulla occurrit tellus: *maria undique c. u. c.' sane speciem pro genere posuit: nam mare significat 'maria'.* TENEBAT *nautico usus est verbo, ut* ⟨IV 46⟩ *Iliacas vento tenuisse carinas et* ⟨III 686⟩ *ni teneant cursus.*

2. CERTVS aut indubitabiliter pergens, *id est itineris sui cer-*

1 aut] et *C* ‖ 2 iungit *M* ‖ 4 currule *L* ‖ exercetur] tamen *add. F* ‖ 7 primum *om. FC* ‖ 10 interimit *NLM*: interemit *FC* interimi et *H* ‖ leniter] palenites *M* (t. leniter *superscr. m*) ‖ 11 et per naturam *om. C* ‖ 12 et *om. NL* (*add. l*) ‖ pristinam mortem *N* (*corr. n*) ‖ quo] quod *M* ‖ 14 peruenit *M* ‖ est . . . aut medium *om. C* ‖ 17 nam vere medium *om. FC*, vere medium *om. M* (*add. m*) ‖ loco] id est *add. M* ‖ 19 maria u. e. u. e. *hab. C*, *om. F*, *qui post* maria *exhibet* et reliqua ‖ 20 *ad* tenebat *supr. vers.* cum dicit tenebat nautico uerbo usus *T* ‖ 21 niteant *F*

*tus:* aut 'certus Aeneas', id est sollers, strenuus, *velox*, ut ⟨I 576⟩ equidem per litora certos dimittam. ATROS AQVILONE quos nuper flans aquilo atros effecerat, ut ⟨IV 310⟩ et mediis properas aquilonibus ire per altum. nam *ex Africa venientibus auster secundus est, aquilo adversus: ergo hoc dicit quod fluctus, qui atri esse consuerunt aquilonis flatu, qui ante flaverat secundo flatu, secarit Aeneas surgente zephyro, ut Mercurius* ⟨IV 562⟩ *nec zephyros audis spirare secundos. sed* novimus, tempestatis hanc esse naturam, ut reliquias venti teneat etiam in alterius flatu, *sicut Lucanus* ⟨III 549⟩ *ut quotiens aestus zephyris eurisque repugnat, huc abeunt fluctus, illuc mare.* 'atros' autem secundum Plinium dicit, qui ait in naturali historia, non esse maris certum colorem, sed pro qualitate ventorum mutari, et aut flavum esse, aut luculentum, aut atrum.

4. CONLVCENT FLAMMIS lucent undique: in honorem enim regum cum facibus procedebatur a populo: unde ait de Pallante ⟨XI 143⟩ lucet via longo ordine flammarum et late discriminat agros. postea etiam funebres lectulos proferre coeperunt: unde est *etiam* in sexto ⟨873⟩ vel quae Tiberine videbis funera, cum tumulum praeterlabere recentem, cum de Marcello aedili diceret, filio sororis Augusti, in cuius honorem hoc factum est. QVAE TANTVM in quantitate est admiratio. sane sciendum Varronem dicere, Aeneam ab Anna amatum: et licet, ut supra ⟨I 267⟩ diximus, plurimum tempus intersit, lectum tamen est.

5. CAVSA LATET DVRI MAGNO SED AMORE DOLORES POLLVTO '*duri dolores*' *ὑπέρθεσις est: sed expositio talis est:* ignorabant *quidem* causam *Troiani*, coniecturis tamen propius accedebant: nam 'duri dolores magno amore polluto', id est laeso, et notus feminarum furor ducebat Troianos per triste augurium, scilicet ut crederent se interemisse Didonem. multi dicunt 'ducunt' dilacerant, ut ad supra dictas duas causas tertia accedat: percellebant, inquit, animos Troianorum, quod nascebantur duri dolores amore polluto, quod notus erat feminae furor, quod ignem rogi videbant, id est

12 non esse . . . atrum *exscr. Isid. or.* XIII 14, 3

3 efficerat *F* efferat *C* ‖ 6 sicarit *F* ‖ 10 aestu zephyri eurusque *F* ‖ habeant *F* ‖ 11 illic *F* ‖ 13 luculentum *N H M:* lutulentum *F C L* (*sed* lutule *in ras. l*) ‖ 14 aut atrum *om. F* ‖ 16 faculis *M* ‖ 20 edili *L M* ediri *H* ‖ aedili diceret] edidiceret *F* ‖ 21 honorem *om. C* honore *M* ‖ 24 lectum] tempus *M* (t lectum *superscr. m*) ‖ 26 ypertesis *F* ‖ ὑπέρθεσις est sed expositio talis est *edidit Stephanus* ‖ 27 troiā *F* ‖ coniectoris *N H* ‖ 29 ducebat *L M:* docebat *F C N* (*sed* o *ex correctura N*) dicebat *H* ‖ per triste augurium] TRISTE PER AVGVRIVM *L* ‖ 31 percelebrant *N* (*corr. n*) percelebant *H*

omen navigantibus triste: ut 'pertriste' valde triste sit. sed si sic intellexerimus, tertio dicto congruit tantum, non etiam superioribus: nec enim Troiani navigantes iam poterant aut de amore aut de furore Didonis esse solliciti.

7. *TRISTE PER AVGVRIVM quidam 'augurium' pro coniectura accipiunt. sed in quarto libro ⟨453⟩ relatum est, duplici modo diras fieri: aut in signis, aut quocumque modo, aut quacumque parte. sed de signis diram fieri in tertio ⟨246⟩ de harpyiis et in quarto de Didone significatum est: nunc quocumque modo diram fieri sic ostenditur, cum facit Aeneam ex Africa navigantem flammam e rogo Didonis adtendere, dixit enim 'quae tantum accenderit ignem causa latet' usque 'pectora ducunt'. cum enim dat ubique Aeneae auguriorum peritiam, ostendit scisse eum etiam haec signa inter diras referri: quod verum fuisse declarat secuta tempestas.* TEVCRORVM PECTORA DVCVNT *sicut dictum est ⟨IV 384, 661⟩, propter visas flammas rogales, quae malum navigantibus omen efficiunt: et Troiani auguriorum periti sunt, nam neque ad Italiam veniunt, et mox naves incendio amittunt.*

8. RATES pro navibus abusive posuit.

9. *MARIA VNDIQVE ET VNDIQVE CAELVM ecce vere nunc est medium mare.*

10. OLLI aut tunc: aut illi. SVPRA CAPVT *periculosus*, inevitabilis, mortifer: nec enim simpliciter dictum est, cum omnis imber supra caput sit.

11. *NOCTEM tenebras, HIEMEM tempestatem: Graeci enim χειμῶνα, et non solum anni tempus, sed et tempestatem significant.* INHORRVIT VNDA TENEBRIS *hoc est* et noctis, et nubium.

---

1 si *om.* *F* ‖ 2 tertio ... Didonis esse *om.* *C* ‖ dictum *F* ‖ etiam] enim *M* 5 *ad* augurium *supr. vers.* in hoc loco quidam intellegunt coniecturam (*quibus alia manus* hoc loco accipiunt *addidit*) *et in marg.* licet enim illi ignorauerint quae causa tantum accenderit (*adde* ignem) tamen pertriste per augurium id est omen futurae tempestatis ducebantur pectora troianorum ad rei ueritatem. et hoc est notandum quod superius dictum est auspicii genus quod appellatur dirum colligi uel ex signis uel quocumque modo. ergo in hoc loco dirum quocumque modo colligitur cum facit aenean nauigantem ex africa ad italiam flammam ex rogo didonis adtendere *T* ‖ quidam . . . secuta tempestas *hab. Ambros.* ‖ iniectura *F* ‖ 6 est *om. Ambr.* ‖ 7 quocumque parte *F*. *fort.* atque quac. e p. *cf. ad* IV 453 ‖ 8 dira *Ambr.* ‖ arpigiis *F* ‖ 9 diram *Daniel:* dictum *F* dira *Ambr.* ‖ 10 ex Africa *om. Ambr.* ‖ 11 accendere *Ambr.* ‖ 13 scisse] fecisse *Ambr.* ‖ etiam eum *Ambr.* ‖ signa *Ambr.:* pugna *F* prodigia *coni. Hagenus* referre *Ambr.* ‖ 16 omen *Daniel:* omnes *F* ‖ 17 amittuntur *Masvicius* ‖ 19 *ad v.* 9 *hoc scholium* OCCVRRIT TELLVS iocunde occurrit: e contrario ⟨III 72⟩ 'terraeque urbesque recedunt' *edidit Daniel* ‖ *ad* maria undique *supr. vers.* nunc ostendit quid sit prope (*leg.* proprie) medium *T* ‖ *ad* maria undique et undique caelum *hoc scholium* Homeri est (Od. XII 403) *οὐδέ τις ἄλλη φαίνετο γαιάων ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα exhibet D. cf. Macrob. Sat.* V 7, 1 ‖ 20 OLLI ... illi *om.* *F* ‖ CAPVD *F* ‖ *ad* supra caput *supr. vers.* inuitabilis mortifer et hoc est quod dicit seruius non esse simpliciter dictum *T* ‖ 22 super *F* ‖ capud *FH* ‖ 23 *ad* noctem *supr. vers.* tenebras, *ad* hiemem *supr. vers.* tempestatem *T* ‖ chimona *F*

12. IPSE GVBERNATOR ἐμφατικῶς *hoc est*, qui debuit esse solacio. PVPPI AB ALTA subaudis 'haec ait'.

13. QVIANAM *id est* cur. et est interrogantis adverbium, quo usus est bis, hic et in decimo ⟨6⟩ caelicolae magni, quianam sententia vobis versa retro? *NIMBI pro nubes.*

COLLIGERE ARMA IVBET vela contrahere, non penitus deponere: nam dicit 'obliquatque sinus in ventum'.

16. *OBLIQVATQVE SINVS IN VENTVM contra eam partem, qua venti flabant. et eleganter per totum gubernatorem ostendit ante omnia temptare, quam ad confessionem descendat.*

17. *MAGNANIME AENEA fortissime. et est epitheton sumptum ex tempore, hoc est qui non consternaris: sic in quarto ubi nuptias facturus est, ait ⟨141⟩ ipse ante alios pulcherrimus omnes.* IVPPITER AVCTOR aut nostrae navigationis; aut secundum usum locutus est: nec si huius rei auctorem se Iuppiter faciat. et multi quaerunt, quomodo 'auctor Iuppiter', cum Apollini dicat ⟨VI 59⟩ tot maria intravi duce te? sed legimus ⟨III 251⟩ quae Phoebo pater omnipotens: et specialiter navigationis ex Africa auctor est Iuppiter.

18. HOC CAELO *id est* aëre, in hoc caelo qui dicitur aër: sic Lucretius ⟨IV 134⟩ posuit.

19. MVTATI TRANSVERSA FREMVNT *id est* hinc atque hinc, *quod est ex transverso: Varro de ora maritima nihil enim venti, ut docti dixerunt, nisi aër multus fluens transversus.* est autem adverbium factum de nomine, ut ⟨IX 122⟩ cunctatur et amnis

---

20 'Caelo' aere . . . posuit] cf. Isid. or. XIII 4, 3. diff. verb. 82 ‖ 24 est autem adverbium *e. q. s.*] cf. Pompeii comm. p. 136, 36 sqq. K.

---

1 *ad* ipse gubernator *supr. vers.* qui debuerat esse solacio et est enfaticos dictum *T* ‖ enfaticus *F* ‖ solacio *unus C* ‖ 4 hic] et hic *HM* ‖ 5 vobis versa retro] est et reliqua *F* ‖ *ad* nimbi *supr. vers.* nubes *T* ‖ 7 *ad* obliquatque sinus *supr. vers.* contra eam partem qua uenti flabant et obliquare sinus in ventos dicuntur nec omnes flatus excipere nec omnes effundere *et ab alia manu in marg.* obliquat contrahit contorquet. partim contraxit uelum partim dimisit in uentum id est partim clausit partim aperuit *T.* (et obliquare . . . effundere *Tiberii Donati sunt*) ‖ 8 flenti *F* ‖ 9 eliganter *F* ‖ per totum] *fort.* peritum ‖ 10 ad confessione discendat *F*, *corr. Daniel* ‖ 11 *ad* magnanime Aenea *supr. vers.* fortissime qui non consternaris id est non moueris ad periculum. et est epitheton sumptum ex tempore *T* ‖ epiteton *F* ‖ 13 ait] aut *F* ‖ 15 si] sic *C* ‖ 18 et] set nunc *F* sed nunc *C* ‖ nauigantibus *F* ‖ 22 *ad* transversa fremunt *supr. vers.* aduerbium est factum de nomine quasi transverse sonant *et* ad vespere ab atro *supr. vers.* ab occidente nubibus confuso quia ubi dies est occidens atra facit omnia per noctem ideo dicit atro uespere. et uentus nihil est aliud ut multi dixerunt nisi aer multus fluens *T* ‖ 23 Varro . . . transversus *hab. Ambros.* | ora] osa *F* ‖ ventus *Ambros.* ‖ 24 *fort.* transversum ‖ 25 ut] ut et *FC*

rauca sonans, item et pede terram crebra ferit. nomen et adverbium plerumque in se transeunt: nomen in adverbium, ⟨VII 399⟩ torvumque repente clamat, id est torve: item adverbium in nomen, ut dum mane novum accepta declinatione factum est nomen. sic Persius ⟨V 68⟩ iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras. sed nomen cum adverbium esse coeperit, fit indeclinabile; adverbium cum nomen esse coeperit, declinatur: unde ait Plautus a mani ad vesperum. 'a mane' autem propter triptoton non dixit: cum enim in alienum ius transeunt hae partes, non suis, sed earum ad quas transierint, utuntur potestatibus, dumtaxat in declinatione. nam temporum rationem suam reservant: ut hoc loco 'transversa', cum adverbium sit, 'a' tamen brevis est, quia venit ex nomine, licet duae consonantes sequantur: cum sciamus 'a' terminata adverbia longa esse, ut paulo post ⟨27⟩ et frustra cerno te tendere contra. VESPERE AB ATRO id est *ab occidente nubibus confuso, hoc est* quo tendimus: nec enim sine ratione post generalitatem addidit speciem. *quidam autem ideo 'atro' dicunt, quia ubi dies est occidens, atra omnia facit, id est noctem.*

20. IN NVBEM COGITVR AER nubes enim aëris densitas facit, ut denset erant quae rara modo et quae densa relaxat: *contrario* ⟨I 587⟩ *scindit se nubes et in aethera purgat apertum.*

21. *NEC NOS OBNITI CONTRA* κατὰ τοῦ αὐτοῦ: *sufficiebat enim aut 'obniti', aut 'contra niti'.* TENDERE pro 'contendere': aphaeresis est.

*TANTVM aut quantum adversa tempestas valet, aut 'tantum' pro 'in tantum', ut* ⟨II 776⟩ *quid tantum insano iuvat indulgere dolori.*

22. *SVFFICIMVS hic simpliciter, alibi subministrare significat, ut sufficit umorem.* SEQVAMVR fortunam scilicet.

---

1 et pede] georg. III 499 ‖ 4 dum mane] georg. III 325 ‖ 8 Plautus] mostell. III 2, 80 ‖ 20 denset] georg. I 419 ‖ 27 sufficit] georg. II 424

---

1 nomen . . . in aduerbium] nomen enim et aduerbium plerumque in se transferunt *F* nomina enim aduerbium plerumque in se transferunt et aduerbia nomen *C* ‖ 2 in adverbium] ad aduerbium *N* ‖ 3 torvumque . . . item adverbium *om. F* ut toruumque *Cl* ‖ 4 in nomen *om. H* ‖ factum] et factum *F* ‖ 5 iam cras] unum *C* ‖ cras] ueras *F* ‖ hesternum] hesternum en *F* hesterna *H* hesternum heu *Daniel* ‖ consumsimus *FH* ‖ 7 declinabile *H* ‖ 8 am.ad uesperum (. aniusq: *supra*) *N* animaduesperum *H* ‖ mani] a *et* i *in ras. l* ‖ uesperam *C* ‖ a mani *F* 9 triptoton *scripsi:* tetratopon *F* tetraptoton *reliqui* ‖ non *om. FC* ‖ 10 harum *C* ‖ transieř *F* ‖ 11 in declinatio (*sic*) dumtaxat *F* ‖ nam temporum suorum rationem reseruant *F* ‖ 16 quo] quod *F* ‖ 18 dies est *T:* dies *F* ‖ fatit *F* ‖ 21 scindis *F* ‖ aetera *F* ‖ parcat *F* ‖ 22 κατ' αὐτοῦ *F*, *sed cf. rhet. lat. min. p.* 433, 33 *H.* ‖ 24 *ad* tantum *supr. vers.* pro in tantum *T* ‖ 26 *ad* sufficimus *in marg.* hic simpliciter . . . umorem *T* ‖ 27 humorem *F*

23. QVOQVE VOCAT VERTAMVS ITER *videtur bis idem dixisse.* NEC LITORA LONGE a facili. *et deest 'esse'.*

24. FIDA propter Acestis adfinitatem. FRATERNA ERYCIS propter Erycem, Butae et Veneris filium, secundum alios Neptuni et Veneris, *regem Siciliae, unum sicut dicitur de numero Argonautarum.* SICANOS corripuit 'Si', alibi producit, ut ⟨III 692⟩ Sicanio praetenta sinu.

25. RITE MEMOR SERVATA REMETIOR ASTRA si rite remetior astra paulo ante servata, scilicet ante tempestatem. colligit autem vicinitatem ex ratione cursus, qui a peritis horis colligitur, quas indicant sidera.

27. IAMDVDVM non tantum heroicum est quod dat Aeneae gubernandi scientiam, sed etiam ad prooeconomiam pertinet: dicturus enim est ⟨868⟩ et ipse ratem nocturnis rexit in undis. *FRVSTRA CERNO TE TENDERE CONTRA ad illud respondit 'nec nos obniti contra, nec tendere tantum sufficimus'.*

28. FLECTE VIAM VELIS ex re maritima nata declamatio. in terra enim a via deflectimus nos, in mari ipsam flectimus viam. *non ergo velorum viam, sed per vela ipsius cursus viam dixit. 'flecte' autem significat muta: Pacuvius quae meum venenis flexit socium pectora. et hic ad illud respondit 'quoque vocat vertamus iter'.*

29. FESSAS NAVES pro 'nos fessos'. *vel 'fessas' quassas, nec ad plenum refectas.* *DIMITTERE pro 'inmittere'.*

30. DARDANIVM ACESTEN ut et supra ⟨I 550⟩ diximus, Hippotes filiam suam Egestam ne ad cetos religaretur, superposuit na-

20 Pacuvius] fragm. inc. XXXIX ap. Ribb. p. 131 ed. II

1 VERTAMVR *F* ‖ 2 argumentum a facili *M* ‖ *ad* longe *supr. vers.* scilicet esse *T* ‖ 5 *ad* Erycis *supr. vers.* legitur iste eryx fuisse rex siciliae unus de argonautis qui ante acesten ibi regnauit et fuit germanus aeneae *T* ‖ 7 sino *H* situ *M* ‖ 8 REMOTIOR *NH* ‖ 9 *inter* astra *et* paulo *quinque fere litterae radendo deletae sunt in N* ‖ paulo] caelo *M* caelo paulo *Mascicius* ‖ 10 peritis] perytis *F* p$^{e}$rustis *N* (at. peritis *alia manus in marg.*) periistis *H* ‖ 11 sidera] astra *F* ‖ 13 proconomiam *F* yconomian *C* proeoconomiam *H* prooecomiam *M* (*corr. m*) 14 est enim *C* ‖ et *om. F*, et ipse *om. C* ‖ nocturnus *F* ‖ 15 illut *F* ‖ 17 ex re maritima *scripsi:* ex re mira *F* remira *C* ex remirata *NH* (at. remissa *margo N*) ex remif////// *L* (*septem fere litterae deletae*, f *e corr. l*) at. ex remis ex re mira *M. possis et* ex remigatione *vel* remigum more ‖ declinatio *FH* ‖ 18 nos . . . flectimus *om. F* ‖ flectimus] deflectimus *vulgo* ‖ 19 *ad* flecte *supr. vers.* muta, *in marg. ab alia manu* et non uelorum uiam dixit sed per uela ipsius cursus uiam dixit. flecte autem significat muta. Pacuuius quae meum uenenis flexit socium pectora *T* ‖ 20 muta] ut muta *F* muta ut *Daniel* ‖ Pacuvius . . . pectora *hab. Ambros.* ‖ quae] quã *Ambros.* ‖ venenis] veniens *Daniel* ‖ 21 hic] ic *F* ‖ quaque *F* ‖ 22 *ad* fessas *supr. vers.* quassatas et necdum bene refectas *T* ‖ 23 plenam *F*, *corr. Daniel* ‖ 24 ACESTEM *FNL* ‖ ippotis *FC* yppotes *M* ‖ 25 Egestam] acestani *F* ecestiam *M* at. echestiam *margo N* ‖ cetos *F:* cytos *C* ceteros *NH* coetos *L* (*prius* o *in ras. l*) coetus *M*

viculae et misit quo fors tulisset. qua delata ad Siciliam, Crinisus fluvius concubuit cum ea conversus in canem, unde Acestes est natus: *vel, ut quibusdam videtur, Agestes. huius rei ut esset indicium aes cum effigie canis percussum Siculi habuerunt. alii dicunt Laomedontem regem Troianorum, cum graviter cives sui ab ceto, id est belua marina, infestarentur propterea quod mercedem Neptuno ob fabricatos muros negasset, ad templum Iovis Ammonis scitatum misisse de mali remedio vel fine. cui cum esset responsum, ut filiam suam Hesionam beluae offerret, et hoc a civibus facere cogeretur, fore respondit si ante eorum filias beluae obiecisset: quo facto cum plures puellae a ceto absumptae essent, plerique parentes filias in longinqua miserunt, ex quibus una † troia nomine silvae aegesta delata in Siciliam est, et a Criniso, sicut dictum est, conpressa edidit Acestem. alii dicunt Laomedontem, cum, sicut narratum est, propter filiam suam seditionem a civibus pertulisset, unum de Troianis, auctorem seditionis, occidisse filiasque eius mercatoribus exponendas dedisse, a quibus illae in Sicilia prope Crinisum amnem relictae sunt, quarum ille unam in canem conversus compressit. quidam dicunt Egestam reversam in matrimonium a Capye ductam, ex quibus Anchisen natum.* SERVAT *hic* tenet, ut ⟨VII 52⟩ et tantas servabat filia sedes: *vel certe 'servat' habet.*

31. GREMIO CONPLECTITVR OSSA *quasi de matre dixit. et quaeritur, cur hoc Palinurus, cum ad Siciliam suaderet devertere, non dixerit: nisi forte quod luctus Aeneam noluerit admonere, propter quod ante* ⟨III 707⟩ *Aeneas causa mortis paternae Siciliam oram inlaetabilem dixerit.*

32. SECVNDI ZEPHYRI *quomodo, si tempestas est? sed* iam secundi post conversionem navis.

---

1 foris *H* ‖ qua] cum qua *FCM* ‖ cri/////nisus *tribus litteris erasis N* 2 cum ea *om. FCM* ‖ acestes natus est *FC* est acestes natus *N* ‖ Acestes] aestas *H* ‖ 3 Agestes *F et Daniel:* Egestus *Commelinus.* unde supra (I 550) 'Troiano a sanguine clarus Acestes' *add. Masvicius* ‖ 4 aes cum effugiem *F*, *corr. Hagenus:* iudicium (*sic*) . . . . .* effigiem canis percussum *Daniel* indicium, nummum effigie canis percussum *Cluverius Sicil. ant. p.* 256, 51 *et Commelinus* indicium, in nummo effigiem canis percussam *G. Vossius* ‖ abuerunt *F* ‖ quidam praeter quod seruius dicunt laomedontem regem . . . anchisen natum *in marg. inf. T* ‖ 5 coeto *FT* eo ceto *Daniel primus* ‖ 7 sciscitatum *T* ‖ mississe *F* 8 iesionam *F* ‖ 10 assumptae *F* ‖ 12 troia nomine siluae aegesta *F* troia nomine filia egestae *T* Troiana nomine Silvia Aegesta *Cluverius l. l.* Troia, nomine Aegesta *Commelinus* Troia nomine Segesta vel Egesta *coni. Hagenus.* ad cognominem sibi Egestam in Sicilia delata est *F. Schoellius. fort.* Hippostrati filia, nomine Egesta *cf. ad* I 550 (*p.* 169, 20 ‖ in sicilia delata est *T* ‖ sicilia *F* criniso *T:* carinoso *F* ‖ 13 laoniedontem *F* ‖ 15 pertulisse *T* ‖ hunum *T* ‖ 16 ille *F* ‖ crimisum *F* ‖ 17 unam *T:* unum *F* una *Daniel* ‖ cane *F* ‖ compressit *FT* compressa *Daniel* ‖ 18 aegestam *F* ‖ a Capye ductam *om. T* ‖ capue *F* ‖ 19 dictam *F* (*corr. ead. man.*) ‖ ex quibus] et ex ea *T* ‖ ancisen *F* ‖ ut et *L:* et *FCNH* ut *M* ‖ 22 divertere *Daniel* ‖ 24 mortis *Daniel:* morus *F* ‖ 26 iam . . . navis] post conuersionem nauigii secundi *F*

34. ET TANDEM vacans particula est 'tandem', ut ⟨I 331⟩ et quo sub caelo tandem: nam cur 'tandem', cum dicat 'fertur cita gurgite classis'? *aut 'tandem' ideo quia navigantibus etiam cita navigatio tarda videtur: aut 'tandem' periculis liberati.* *LAETI qui in tempore tempestate caruissent.* *NOTAE notae harenae, ad notam harenam. et utrum 'notae' dulci? an quia iam ibi fuerant? ut* ⟨I 34⟩ *'vix e conspectu Siculae telluris in altum'.*

35. *EXCELSO utrum ἀν' ὑφέν, an 'ex celso' pro 'excelso'?* MIRATVS is qui mirabatur: aut certe 'miratus occurrit'. *et bene temperato usus est verbo, ne videretur aut quasi inhospitalis dolere, aut exultare voti nescius Troianorum.*

37. HORRIDVS terribilis. *IN IACVLIS in hastis: Ennius levesque secuntur in hastis.* LIBYSTIDIS VRSAE aut re vera: aut ferae Africanae, *id est leonis aut pardi.*

39. *NON INMEMOR litotes figura.*

40. *GRATATVR quidam 'gratatur' non gratulatur, sed laetatur accipiunt, ut, quod ad Troianorum votum pertinet, miseretur ad Siciliam reversos, quod ad suum animum, gaudeat. Pacuvius in Hermiona hoc verbum posuit ibo atque dicam, frequentes ut eant gratatum hospiti, Accius Pelopidis nec tibi me in hac re gratari decet. quidam tamen reprehendunt quod penitus non dederit verba Acesti gratulanti.* *REDVCES salvos: alibi* ⟨I 397⟩ *ut reduces illi ludunt.* GAZA AGRESTI opibus rusticanis: nam gaza omnis fructus est.

42. STELLAS FVGARAT poetice dixit: nam si stellae a stando dictae sunt, non fugantur; semper enim fixae sunt praeter planetas. *et est indicativus modus pro coniunctivo: cum fugasset tempestates.*

43. *CLARA DIES ad conparationem.*

---

12 Ennius] ann. v. 498 ap. Vahl. p. 74 || 18 Pacuvius in Hermiona] fragm. XXII ap. Ribb. p. 99 ed. II || 20 Accius Pelopidis] fragm. III ap. Ribb. p. 202 ed. II || 24 nam si . . . planetas] cf. Isid. or. III 70, 3

---

1 tandem *om. C* || 2 nam cur tandem *om. NLH* (*supr. vers. add. l*) || 3 gorgite *FC* || tendem *F* || 4 *ad* laeti *supr. vers.* qui tempestate caruissent *T* || 5 arenam *F* || 6 *ad* notae *supr. vers.* dulci siue quia ibi iam fuerant sibi carae *T* | 8 anyfen *F* ὑφὲν *Ribbeckius adnot. crit. ad* V 35 || pro ex excelso *Schoellius. fort.* pro excelso *secludendum* || 9 bene . . . Troianorum *in marg. T* || temperatu *F* || 10 dolere *Daniel:* dolore *FT* || 12 *ad* in iaculis *supr. vers.* in hastis *T* || LYBISTIDIS *C* LIBISTIDIS *NLHM* || 13 aut . . . Africanae] cum Africa ursos non habeat libystidis civitas est Siciliae, in qua ursi plurimi sunt *Lione teste Guelferb.* I || re vera] ursae *additur vulgo* || 15 *ad* non inmemor *supr. vers.* littotes *T* || 16 quidam gratatur . . . Acesti gratulanti *in marg. sup. T* || letatur *F* || 17 ad] a *F* || miseretur *Schoellius:* merit̃ *F* miretur *T* iverit *Daniel* noluerit *coni. Burmannus* || 18 Pacuvius . . . decet *hab. Ambros.* || pactiuius *F* || in *om. T* 19 edicam *coni. Bothius* || 23 nam . . . est] nam eorum omnis gaza fructus est *coni. Burmannus* || gazo *H* || 24 a] ob *F* ab *C* || 25 non] quia non *FC* || *ad* fugarat *supr. vers.* pro fugasset *T* || 26 cum fugasse tempestatis *F* || 27 *ad* clara dies *supr. vers.* ad comparationem pristinae dixit clara dies *T*

44. ADVOCAT AENEAS *proprie enim advocata contio dicitur.*

45. DARDANIDAE MAGNI frequenter, ut diximus, ad opus suum Vergilius aliqua ex historia derivat: nam sic omnia inducit, quasi divini honores solvantur Anchisae, quos constat Iulio Caesari tribuisse Augustum. et bene dicit 'genus alto a sanguine divum': nam per tacitam oeconomiam ostendit, debere Anchisen generis sui honorem mereri: unde est ⟨IX 639⟩ dis genite et geniture deos. A SANGVINE DIVVM 'divum' et 'deorum' indifferenter plerumque ponit poeta, quamquam sit discretio, ut deos perpetuos dicamus, divos ex hominibus factos, quasi qui diem obierint: unde divos etiam imperatores vocamus. sed Varro et Ateius contra sentiunt, dicentes divos perpetuos, deos, qui propter sui consecrationem timentur, ut sunt dii manes: quod tangit in duodecimo dicens ⟨139⟩ diva deam stagnis quae fluminibusque sonoris praesidet.

46. ANNVVS ORBIS quia menses in *se*se recurrunt et annum faciunt: unde et anulus quasi annus dictus. sic alibi atque in se sua per vestigia volvitur annus.

47. DIVINI aut laus est, ut divini opus Alcimedontis: aut re vera 'divini'; nam ait ⟨VII 122⟩ *genitor mihi talia namque,* nunc repeto, Anchises fatorum arcana reliquit. *multa enim antiqua lectio Anchisen futurorum scientem concelebrat. aut 'divini' id est dei, quia apud Romanos defunctorum parentes dei a filiis vocabantur.*

48. MAESTAS ARAS *aut ipsi maesti; aut* medium se praebet: nam et hominem fuisse novit, et vult eum ex consecratione numen effectum; nam 'maestas aras' ad hominem pertinet, id est diis manibus consecratas, et quod paulo post dicit ⟨93⟩ 'altaria liquit' vult esse divinitatis post apotheosin, *posteaquam deus confirmatus est:*

---

9 ut deos . . . factos] exscr. Isid. diff. verb. 168 ‖ 15 'Annuus orbis' . . . volvitur annus] exscr. Isid. or. V 36, 1. cf. Serv. ad Aen. I 269 ‖ 16 alibi] georg. II 402 ‖ 18 divini] buc. III 37

---

1 ACVOCAT *F* ‖ *ad* advocat Aeneas *supr. vers.* proprie dixit aduocat quia aduocata dicitur contio *T* ‖ propric advocata enim *F* advocata enim proprie *Daniel* ‖ 3 aderiuat *F* diriuat *CNH* ‖ 4 diui *F* ‖ honeres *NH* ‖ quos] quod *FC* ‖ 5 altum *F* ‖ a *om. CNH* ‖ 6 tacitam] tam *FC* tacitatem *H* totam *coni. Hagenus* ‖ yconomian *FC* ‖ 11 vocamus] Iuvenalis (VI 115) 'respice rivales deorum' *add. D* ‖ atcius *FCN:* adtatatenus *L* atateius *HMn* ‖ 14 diva deam] diuam *NLH* diuam deam *Ml* ‖ 15 recurrent *FC* ‖ 16 annulus *L* ‖ annuus *LM* (annus *m*) ‖ 17 annus] ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι a renovando *add. D* ‖ 18 divini] diui *F* alcimedontis *M:* alchimedontis *FCNLH* ‖ 19 divini] diui *F*. id est vaticinantis *add. D* ‖ 21 *ad v.* 47 *in marg.* multa lectio antiqua . . . uocabantur *T* ‖ 22 concelebrat aut *Daniel:* concelebranda ut *F* celebrat ut *T* ‖ 23 dei] di *T* ‖ 24 mesti *ex* meste *F* ‖ 27 liquit *Vergiliani libri plerique:* linquit *FC* aliquid *NLHm* aliquit *M* linquit aliquid *Masvicius primus*

unde est et ⟨84⟩ 'adytis', quae templorum sunt, et ⟨93⟩ 'successit tumulo', quod est hominis.

49. NISI FALLOR non quasi nescius dixit, sed propter anni confusionem, quae erat apud maiores. nam ante Caesarem qui nobis anni rationem conposuit, quam hodieque servamus, intercalabantur decem dies, ut etiam in Verrinis ⟨II 2, 52, 129⟩ legimus, scilicet lunae non congruente ratione. annum autem primo Eudoxus, post Hipparchus, deinde Ptolomaeus, ad ultimum Caesar deprehendit. ACERBVM propter perditum patrem.

50. HONORATVM quia deus effectus est. SIC DI VOLVISTIS ut in tertio ⟨2⟩ visum superis. semper enim de diis salva veneratione conqueritur. *sane * subaudiendum extrinsecus.*

51. GAETVLIS AGEREM SI SYRTIBVS si in Gaetulis syrtibus agerem, id est essem. et bene aut desertos, aut hostiles commemorat locos. *sane multis modis hoc loco ludos fieri debere dicit: a necessitate 'hunc ego Gaetulis' et reliqua: ab oportunitate 'nunc ultro ad cineres ipsius': ut et praemiis invitet 'bina boum vobis Troia' et reliqua: deinde genera certaminum 'quique pedum cursu valet' et reliqua: et orationem auspicato concludit dicendo 'ore favete omnes et cingite tempora ramis'.* EXVL *extra solum suum.*

52. ARGOLICOVE MARI Ionico et Adriatico. DEPRENSVS occupatus. et proprie navigantum est, ut deprensis olim statio tutissima nautis. VRBE MYCENE Graece dixit: unde singularem numerum posuit. 'Mycene' autem sicut 'Thebe': Iuvenalis ⟨XV 6⟩ atque vetus Thebe centum iacet obruta portis, ut sit 'Mycene Mycenes', ut 'Agave Agaves'. potest et exinde Latinam fe-

4 nam ante Caesarem . . . deprehendit] exscr. schol. Lucani ad X 187 20 'Exul' extra solum suum] cf. Isid. or. V 27, 28 ‖ 22 deprensis] georg. IV 421

1 aditis *FCNM* additis *L* ‖ 4 qui nobis . . . intercalabantur dies *om. L, in marg. inf. suppleverit l* ‖ qui . . . servamus] cuius rationem hodie de anno sequimur *M* ‖ 6 x dies *M* decem dies *l* autem dies *F* (*pro* x *legisse videtur librarius* K *i. e. autem*): decem *om. NLH et schol. Lucani* ‖ Verrinis] uergnis *C* 7 incongruente *H* ‖ annos *Ml* ‖ autem] ut *NLH* (aut *n* autem *l*) ‖ 8 ippareus *F* ipparchus *C* iparchus *NL* ipareus *HM* ‖ olomeus *F* ‖ Caesar *om. M* ‖ 11 enim *om. M* ‖ 12 sane 'quoniam' subaudiendum *F. Schoellius* ‖ 13 si . . . agerem *om. H* 15 multis modis . . . et cingere (*sic*) tempora mirto (*sic*) *in marg. T* ‖ dicit *om. T* ‖ 16 hunc] ut hunc *T* ‖ nunc] ut nunc *T* ‖ 17 et *om. T* ‖ inuidet *F* ‖ bouum *F* ‖ 18 deinde genera *T*: deuidae gera *F* ‖ quique *T*: qui duae *F* quive *Daniel* ‖ cursu] curn̄ *F* ‖ 19 aupicato *F* ‖ 21 ionio *FC* ‖ DEPREHENSVS *CNHM* ‖ 22 nauigatuntum *C* nauigatum *L* (*corr. l*) ‖ deprehensis *C* depsensis *N* deprensis *ex* deprensus *L* dephensi solis *H* ‖ 23 MICENEE *F* MYCAENAE *C* MYCENE *L* NICENAE *H* MICENAE *M* ‖ dicit *NH* dicitur *L* ‖ 24 mycenae *C* micene *LH* micenae *M* ‖ tebe *F* thebae *LM* ‖ 25 adque *NH* ‖ thebae *HM* ‖ obrupta *FM* (p *del. m*) ‖ mycenae *CM* micine *N* micene *LH* ‖ 26 micenes *NL* miceras *H* ‖ agraue *H* ‖ aganis *F* aganaes *N* agraues *H* ‖ et *om. FC* ‖ *inter* latinam *et* fecisse *supr. vers.* uideri *add. n*

cisse declinationem, ut sit 'haec Mycena huius Mycenae', *ut 'Fidena'*. et est periphrasis 'urbe Mycenae', id est Mycenis, ut ⟨I 247⟩ urbem Patavi.

53. ANNVA VOTA haec quasi numini. *et 'vota' nove funebre sacrificium dixit, id est ludos funebres, cum vota rerum secundarum sint.*

54. SVIS DONIS congruis, *aut certe debitis:* sunt enim tantum superorum munera, sunt inferorum: in bucolicis ⟨III 62⟩ Phoebo sua semper apud me munera sunt, lauri, et suave rubens hyacinthus. *pro aris autem altaria, quae superorum deorum sunt. et hoc ideo quia Anchises iam deus est.*

55. NVNC VLTRO argumentum a minore ad maius. 'ultro' autem aut 'ultra', id est insuper, *hoc est amplius* numina praestiterunt: aut 'ultro', id est sponte sua, non *optantibus, vel* volentibus nobis: vult enim ob hoc tempestatem ortam, non ut ab Italia depellerentur, sed quo sacra renovarentur Anchisae.

56. (*SINE MENTE*) *SINE NVMINE DIVVM sine voluntate et sine auctoritate.*

57. *INTRAMVS pro intravimus.*

58. CELEBREMVS HONOREM *quomodo 'laetum honorem'? aut pro 'nos laeti': aut honorem* non dixit exsequias: nam et ventos quasi a numine vult petere. *et eum deum ubique memorat, cum in subsequentibus etiam vino libarit,* [*aut*] *quod mortuis non licebat.*

59. *POSCAMVS VENTOS utrum tum, id est deinde petamus ventos: et utrum a diis, an ab Anchise, quem deum per templa commemorat.*

---

6 sunt enim . . . inferorum] cf. Isid. or. VI 19, 26 sqq. diff. verb. 170

---

1 declinationem] numerum posuit *add. F* ‖ ut sit . . . Fidena] mycene autem mycena (a *ex* e) huius mycenae ut fidena *F* ‖ micena *CNLHM* ‖ micenae *NLHM* ‖ 2 urbes *F* ‖ caene *F* micenae *N* micena *L* (a *in ras.*) micene *H* ‖ micenis *NLH* ‖ 3 patauii *H* ‖ 4 VOTA] et pompas *add. M* ‖ *ad* annua vota *supr. vers.* sacrificium noue dixit funebre quia uota rerum secundarum sunt *T* 5 secundorum *F* ‖ 6 *ad* suis *supr. vers.* sibi debitis *T* ‖ enim *om. C* ‖ *vulgo sic distinguitur* sunt enim tantum superorum: munera sunt inferorum *quasi inter inferos deos sit Phoebus* ‖ 7 inferorum] tantum *add. F* ‖ in] ut in *L* ‖ 8 suave rubens hyacinthus] et reliqua *F* r. s. y. *C* s. r. s. *M* ‖ 9 iacinthus *N* iacintus *L* iacinctus *H* ‖ *ad* altaria *supr. vers.* quia deus iam credebatur ideo dixit altaria *T* ‖ pro aris *scripsi:* paris *F* ponit *Masvicius*, parat *coni. Hagenus. cf. ad Aen.* III 305 ‖ altaria *Masvicius:* altari *F* ‖ supenorum *F* ‖ 12 aut ultra *om. L, supr. vers. add. l* ‖ ultra *NM:* ultro *FCH* ‖ 12 hoc est amplius *edidit Stephanus*, amplius *habet H* ‖ 13 ultro] *om. C*, ultra *L* ‖ optantibus aut *edidit Stephanus* ‖ 14 uobis *L* ‖ 15 quo] ut *FC* ‖ 16 *ad* sine mente *et* numine *supr. vers.* sine uoluntate *et* auctoritate *T* ‖ autoritate *F* ‖ 18 *ad* intramus *supr. vers.* pro intrauimus *T* ‖ 19 CELEBRAMVS *C* ‖ HONORES *FC* ‖ aut] an *Daniel* ‖ 20 aut honorem *Masvicius:* et honorem *F et Daniel. ceterum ad* laetum celebremus honorem *in archetypo haec adscripta fuisse conicio* pro 'nos laeti'. et eum deum . . . licebat ‖ dixit non *F* ‖ exseoias *F* exequias *M* ‖ 22 iuno libari *F*, *corr. Daniel* ‖ aut *delet Masvicius. cf. Numae lex ap. Plin.* XIV 12, 18 *et Festus s. v. 'murrata potione'*

60. POSITA constituta, ut ⟨VIII 53⟩ et posuere in montibus urbem Pallantis proavi de nomine Pallanteum. dicit autem: petamus etiam hoc, ut velit nos in urbe constituta singulis quibusque annis sibi sacra persolvere. *et bene 'sacra', tamquam de deo, et 'urbe posita', hoc est non quasi exules et vagi.*

61. *BINA BOVM et reliqua. utrum κατὰ τὸ σιωπώμενον Acestes illi mandavit, an ultro Aeneas etiam illius nomine pollicetur, an quasi de amici animo Aeneas promittit?*

62. IN NAVES per naves: multa enim 'in' significat, ut diximus supra. ⟨I 231, 304⟩.

63. *QVOS COLIT HOSPES ACESTES non ait Siculos, sed quos Acestes colit.*

64. SI NONA DIEM MORTALIBVS ALMVM *in hoc loco aut pro confirmativa posita est, ut vestro si munere tellus, ut sit 'si' pro 'cum', id est cum venerit: aut 'si' pro dubitativa est, ut accipiamus 'almum' serenum, id est si dederit diem serenum et talem qualis ludis aptus est. ergo* non de die, qui certus est, dubitat, sed de serenitate: unde paulo post ⟨104⟩ serena iam luce. et sciendum quia apud maiores ubiubi quis fuisset extinctus, ad domum suam referebatur: unde est ⟨VI 152⟩ sedibus hunc refer ante suis: et illic septem erat diebus, octavo incendebatur, nono sepeliebatur: unde Horatius novendiales dissipare pulveres. inde etiam ludi qui in honorem mortuorum celebrabantur novendiales dicuntur. sciendum quia etiam domi suae sepeliebantur: unde orta est consuetudo, ut dii penates colantur in domibus. *non nulli tamen 'si' pro 'quando' accipiunt.*

66. PRIMA re vera 'prima': nam cetera non eo quo dicit editurus est ordine. *ergo ἀνακόλουθον.*

67. *QVIQVE PEDVM deest 'hinc' vel 'inde'.* VIRIBVS AVDAX hoc

13 vestro] georg. I 7 ‖ 17 et sciendum . . . colantur in domibus] exscr. mythogr. III 6, 27 ‖ 21 Horatius] ep. XVII 48

3 in urbe . . . annis *om.* *FC* ‖ 6 *scholium ad v.* 61 *omisit Daniel* ‖ BOVIVM *F* ‖ cata to sicpomenon *F* ‖ illi mandavit *scripsi:* ille mandat *F* ‖ 7 ultra *F*, *correxi* ‖ millius *F* ‖ de amici *scripsi:* dea miti *F* ‖ 8 aeeneas *F* ‖ 11 *ad* quos colit h. A. *supr. vers.* id est etiam cum nostris penatibus adhibete deos quos colit h. A. *T* ‖ colit *scripsi:* icolit *F* incolit *Daniel primus* ‖ 12 *ad v.* 64 *in marg.* si in hoc loco . . . serena iam luce *T* ‖ conformatiua *F*. *cf. Serv. ad georg.* I 7 ‖ 13 si *post* sit *et* aut *om.* *T* ‖ 14 dubitativa . . . aptus est] dubitatiua accipiamus positam intellegentes almum serenum et talis aptus est ludis maxime naualibus *T* ‖ 15 qualis *Commelinus:* qualem *F* ‖ 18 ubiubi *NHM* ubi *FCL* ubicumque *Masvicius* ‖ 19 unde] id *H* ‖ 20 septem erat diebus] qui erant die *M* ‖ incendebantur *M* ‖ 21 nouemdialem *F* nouemdiales *C* ‖ inde] unde *FC* nam *M* ‖ 22 celebrantur *H* ‖ novendiales . . . sepeliebantur *om.* *C* ‖ dicuntur] dn̄s *F* ‖ 23 donmi *M* ‖ unde] ut *C* ‖ 24 dii] thi *F* di *C* ‖ 27 anacolothan *F* ‖ 28 deest] id est *Daniel* ‖ ET QVI VIRIBVS AVDAX *M*

ad omnia pertinet, *et potest non subdistingui: quamvis quidam luctationem accipiant, quod non reddidit.*

68. AVT IACVLO INCEDIT MELIOR id est iactu velocium sagittarum, ut vacet 've'. sic ista iunxit in nono <569, X 754> insidiis iaculo et longe fallente sagitta, id est iaculo longe fallentis sagittae: nam non exhibuit iaculatores. *aut notandum quod iaculatores promisit, nec exhibuit.* MELIOR *comparativum pro absoluto; sed in usu iam † et hit pro absolutis accipiuntur.*

69. CRVDO CAESTV aut crudeli, aut duro: *ut sit simpliciter dictum, quod ex corio duro sit.* 'caestus' autem per diphthongon pugilum arma significat, habet etiam pluralem numerum et est quartae formae: nam 'cestus cesti' numeri tantum singularis sine diphthongo balteum Veneris significat.

70. PRAEMIA PALMAE id est virtutis: a praecedenti quod sequitur.

71. ORE FAVETE apto sermone usus est et sacrificio et ludis: nam in sacris taciturnitas *necessaria est, quod etiam praeco magistratu sacrificante dicebat 'favete linguis, favete vocibus', hoc est bona omina habete, aut tacete:* in ludis *quoque* necessarius favor est, *quem propter plausum futuris spectatoribus dicit.* 'favet' autem ore quis etiam per taciturnitatem: Horatius *posuit* favete linguis, carmina non prius audita Musarum sacerdos. CINGITE TEMPORA RAMIS ex Romano more. nam festis ludis omnis aetas coronata spectabat, quod ostendit per Aeneam, Acesten, Ascanium, per quos omnem demonstrat aetatem.

72. MATERNA MYRTO vel quasi filius, vel quasi Veneris sacrificaturus marito. *et quia dixerat 'ramis' superius, ipse reddidit cum dicit 'myrto'. unde autem myrtus Veneri dicata est? fabula autem*

---

16 apto sermone usus est . . . Musarum sacerdos] Serviana exscr. Acron ad Hor. carm. III 1, 2 ‖ 21 Horatius] carm. III 1, 2

---

1 *ad* viribus audax *supr. vers.* quidam ad luctationem referunt *T* ‖ 4 uae *N* ‖ iunexit *F* ‖ iunxit ut in *in ras. l* ‖ 5 id est . . . sagittae *om. F* ‖ 6 exibuit *F* ‖ 7 absoluta *F* ‖ 8 usui *F* ‖ et intra absolutos a. *F. Schoellius. cf. ad* VI 304 ut (*malim* ut et hi) p. a. accipiantur *Mascicius* ‖ 9 sit] sint *F* ‖ 10 diptongon *FC* ditongon *L* dyptongon *Hn* ‖ pugillum *CNH* (pugilum *c*) ‖ 12 cesti numeri tantum] cestium erit antum *C* ‖ numeri tantum] nomi tantam *H* ‖ singulari *F* ‖ diptongo *FCLM* diphthongon *N* dyptongo *H* ‖ 14 uirtutibus *F* ‖ a praecedenti *om. F* praecedenti *ex* praecedente *N* ‖ quod] id quod *F* ‖ 16 apto sermone usus est . . . aut tacete *in marg. T* ‖ 18 id est *T* ‖ oña *FT* ‖ 19 abete *F* ‖ tacite *F* quem propter plausum futuris spectatoribus dat (*sic*) *edidit Stephanus* ‖ 20 quis etiam *om. F* ‖ 23 festos ludos *man. rec. in L* ‖ 24 acestem *FC* ‖ omnes *F* omnem *ex* omnes *C* ‖ 26 filius] fluuius *C* ‖ filius . . . sacrificaturus] filius ueneris nel quasi sacrificaturus (ueneris above) *L* (ueneris *supr. vers. add. l*) ‖ 27 dixerat *ego:* dixerit *F* 28 mirto *F* ‖ mirtus *F*

*talis est: Myrrha, Cinyrae filia, cum adamasset patrem et eius se stupro nocturnis horis captata ebrietate paterna subiecisset gravidaque de eo esset facta, prodito incesto cum patrem insequentem se stricto gladio fugeret, in arborem versa est: quae cum infantem, quem intra uterum habuerat, etiam in cortice retineret, percussa, ut quidam volunt, a patris gladio, ut quidam, ab apro, parvulum edidit, quem educatum nymphae Adonem appellaverunt. hunc Venus vehementissime dilexit, et cum ira Martis ab apro esset occisus, sanguinem eius vertit in florem, qui numquam vento decuti dicitur. arborem quoque myrtum, ex qua puer natus fuerat, tutelae suae adscripsit: quamvis alii dicant, ideo myrtum Veneri dicatam, quia cum e mari exisset ne nuda conspiceretur, conlatuit in myrto, vel quia fragilis est arbor ipsa, ut amor inconstans, vel quia iucundi odoris, ut sic positae quoniam suavis miscetis odores.*

73. HOC ELYMVS FACIT princeps Troianorum, qui dicitur tres in Sicilia condidisse civitates † *Ascam, Entellam, Egestam. alii dicunt eum post incensum Ilium cum Aceste in Siciliam venisse eique participem fuisse. alii Anchisae nothum filium tradunt. Fabius Helymum regem in Sicilia genitum, Erycis fratrem fuisse dicit.* AEVI MATVRVS honestius, quam si aevo maturo diceret: *vel certe 'aevi maturi'.*

74. *SEQVITVR imitatur, ut* ⟨III 54⟩ *victriciaque arma secutus.*

77. RITE secundum ritum sacrificii, quo exigebatur, ut libaret de mero Baccho, id est puro. CARCHESIA autem genus poculorum *est. dicitur autem et summitas mali per quam funes traiciunt.*

13 sic positae] buc. II 55

1 Myrrha *e. q. s. in marg.* *T* ‖ cynirae *T* ‖ eius se stupro *Commelinus:* eius sertup *F* eius stupro *T* eius se.tu*pro *Daniel* eius se toro *Heinsius* ‖ 2 captatae *F* ‖ se subiecisset *T* ‖ de eo *T:* eadem *F* ‖ 4 in utero *T* ‖ 5 a *om.* *T* ‖ 6 paruolum *F* | educatum *om.* *T* ‖ 7 uecmentissime *F* ‖ 8 ira] mira *F* ‖ 9 mirtum *F* | 10 natus] editus *T* ‖ tucelae *F* ‖ ascripsit *T* ‖ dicunt *F* ‖ 11 uenerit dicata *F* a uenere amatam *T* ‖ a mari *T* ‖ nud *F* ‖ conspiceretur *F* ‖ 12 conlatuit *Daniel:* conlatint *F* ‖ conlatuit in myrto] sub arbore myrti latuisse *T* ‖ mirto *F* ‖ vel] siue *T* ‖ amor] mulierum *add.* *T* ‖ inconstans . . . odores *radendo deleta in* *T* | 13 odores *F* ‖ 14 oderes *F* ‖ ELYMVS *CN:* HELIMVS *FH* ELIMVS *LM* ‖ princeps troianorum . . . fuisse dicit *in marg. sup.* *T* ‖ tres *om.* *FTC* ‖ 16 asca nie tellã gestã *F* ascam entellam aegestam *T* Ascam Entellam Egestam *edidit Stephanus. pro* Ascam *Cluverius Sicil. ant. p.* 35, 31 *legi iubet* Erycem *conl. Tzetze ad Lycophr. Cass.* 953 Ascam *tuetur Holmius Sicil. ant.* I *p.* 276. Alicyas *in* Ascam *latere coni. C. F. Ungerus in Leutschii philol. vol.* 35 *p.* 213 ‖ 17 oreste *T* 18 alii . . . tradunt *om.* *T* ‖ anchise *F* ‖ notum *F* ‖ fabius *T:* fabuis *F* ‖ elimum *T* ‖ 19 siciliam *F* ‖ dicit *T:* dicunt *F*. *Daniel locum sic edidit:* alii Anchisae notum filium tradunt habuisse Helymum regem in Sicilia genitum, Erycis fratrem fuisse dicunt*, *unde Cluverius l. l.* alii Anchisae nothum filium tradunt fuisse Helymum regem in Sicilia genitum. alii Erycis fratrem fuisse dicunt. ‖ 20 maturus *M* ‖ 23 quo *F:* quod *reliqui* ‖ exigebatur *Schoellius:* exigebat *libri* ‖ 24 bacco *F* bacho *CL* bache *H* ‖ *ad* carchesia *in marg.* genus poculorum . . . traiciunt *T* ‖ autem *om.* *FT* ‖ 25 est *om.* *T* ‖ dicit *F* ‖ qua *F* ‖ truciant *F*

78. HVMI terrae. LACTE NOVO aut statim mulcto, aut post fetum, quod colostrum dicitur neutro genere. *umbrae autem sanguine et lacte satiantur: unde feminae, quae mortuos prosequuntur, ubera tundunt, ut lac exprimant, cuncti autem se lacerant, ut sanguinem effundant.* SANGVINE SACRO victimarum, ut diximus supra ⟨III 67⟩. et notandum, quia partim quasi mortuo pari numero sacrificat, partim inpari, quasi deo, ut ⟨96⟩ 'caedit quinas de more bidentes': nam legimus numero deus inpare gaudet.

79. PVRPVREOSQVE IACIT FLORES ad sanguinis imitationem, in quo est sedes animae: sic in sexto ⟨884⟩ purpureos spargam flores, item ⟨VI 221⟩ purpureasque super vestes velamina nota, scilicet, [ut supra dixit,] ut sedis suae cognoscat imitationem.

80. SALVE 'salve' et 'vale' secundum Varronem in logistoricis synonyma sunt: unde his et in salutatione utimur, et in exsecrationibus: ut valeant qui inter nos discidium volunt: unde etiam haec mortuis dicimus, non quo eis optemus salutem, in quibus nulla esse potest; sed ut significemus, nos sic digredi, ut ostendamus, eos numquam in nostram communionem esse venturos. *et hoc verbum 'salve' apud auctores bonos ter enuntiatum invenitur 'salve, salvere, salvete'.* ITERVM *pro secundo.* hic distinguendum: nam quo tempore sepeliit eum, dixit sine dubio 'salve' et 'vale'.

81. RECEPTI NEQVIQVAM CINERES *cineres* pro ipso patre posuit, ac si diceret, salve pater de Troia liberate sine causa: propter quod sequitur 'non licuit fines Italos fataliaque arva'. alii ad historiam supra ⟨IV 427⟩ dictam referunt distinctione mutata, ut dicant: 're-

---

8 numero] buc. VIII 75 ‖ 9 ad sanguinis . . . imitationem] cf. Isid. or. XI 1, 123 ‖ 13 in logistoricis] p. 258 Ries. ‖ 15 valeant] Ter. Andr. IV 2, 13. cf. Don. ad h. vers.

---

1 multo *H* ‖ 2 fetum *F:* foetum *reliqui* ‖ colus/trum *L* colustrum *M* ‖ *ad* sanguine sacro *in marg.* uictimarum umbrae autem . . . exprimant *T* ‖ 3 prosequuntur *Masvicius:* persequuntur *F* persecuntur *T* ‖ 5 effundunt *F*, *corr. Daniel* ‖ 7 quinas] *cf. Ribbeckii adnot. crit. ad* V 96 ‖ 8 uidentes *FC* bibentes *L* ‖ bidentes] par namque numerus divisibilis per quem mortalitas significatur, impar namque dividi non potest, per quem immortalitas ostenditur *add. D* ‖ inpari *CH* ‖ 9 imitationem *om. H* ‖ 10 sedis *F* sedes (i superscr.) *C* ‖ 12 ut supra dixit *om. FC, seclusi* ‖ dixit *NLH:* diximus *M* ‖ 13 lo/gistoricis *L* (longistoricis *fuit*) legistoricis *H.* id est in istoriae rationibus *superscr. l* ‖ 14 sinonyma *F* synonima *CN* synomina *L* sinonima *M* ‖ hys *F* is *H* ‖ execrationibus *LHM* 17 possit *C* ‖ ut *om. C* ‖ 18 numquid *F* ‖ 19 saluae *F* ‖ bonos ter enuntiatum *Daniel:* honeste renunciatẽ *F* ‖ salve salvere salvete *scripsi:* salue salue resalnete// (*una littera erasa*) *F* salve salve resalve ter *Daniel. cf. Diom. p.* 348, 30 *Probi cath. p.* 38, 17 *Phocae ars p.* 436, 13 *K.* ‖ 20 hic] et hic *C* ‖ 21 sepelit *F* sepeliuit *L* ‖ 22 cineres *hab. M et supr. vers. l* ‖ 23 de Troia] de troia per periculis *F* de Troia periculis *Daniel* de Troiae periculis *Commelinus primus* libertate *M* ‖ sine causa] nequiquam autem sine causa *F* ‖ 25 supra dicta *Masvicius primus*

cepti iterum cineres' semel ex Troia, semel a Diomede, qui dicitur ossa eius eruta cum Palladio reddidisse *Aeneae:* 'nequiquam' autem secundum Epicureos, qui dicunt omnia perire cum corpore. ANIMAEQVE VMBRAEQVE PATERNAE vocativus pluralis est: nam Plato et Aristoteles et omnes periti dicunt in homine quattuor esse animas: unam vitalem, ut in vermibus, qui tantum moventur: aliam sensualem, ut in mutis animalibus, in quibus est sensus et timoris et gaudii: tertiam intellectualem, ut in hominibus, qui et cogitare et recte iudicare possunt: esse etiam quartam infra omnes quae φυσική vocatur *naturalis*, ut est in herbis et arboribus, quae etiam motu carentes, vitam tamen habent; nam et nascuntur et crescunt et pereunt, unde est atque interfice messes. his rebus colligitur, hominem harum omnium animarum esse participem: unde Sallustius ait alterum nobis cum diis, alterum cum beluis commune est. de umbris autem facilis est probatio: nam si quattuor sunt animae, sequitur ut tot sint umbrae; ut si quis inter duas stet lucernas, geminam umbram creat. hoc autem de animis etiam Lucretius adserit; sed non tantum veritati studet, quam sectae Epicureae. alii ista fugientes dicunt, 'animae' et 'umbrae' genetivum esse singularem, ut sit 'cineres umbrae et animae paternae': quod non valde probandum est: nec enim umbra aut anima cineres habent.

83. QVICVMQVE EST *aut quia adhuc eum nusquam vidit: aut* taedio longae navigationis hoc dicit. '*quaerere*' *ut alibi* ⟨III 496⟩ *arva neque Ausoniae semper cedentia retro quaerenda.*

84. *ADYTIS AB IMIS ecce, sicut dictum est,* ⟨48⟩ *ubique tamquam*

2 nequiquam ... corpore] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 98 ‖ 12 atque] georg. IV 330 ‖ 14 Sallustius] Cat. 1, 2 ‖ 17 Lucretius] I 112 sqq.

2 eruta *om. M, suppl. m* ‖ nequiquam ... corpore *om. L, in marg. suppl. l* ‖ 3 secundum Epicureos *om. M, in marg. add. m* ‖ 5 aristotiles *F* aristotelis *CNLH* ‖ 6 unam vitalem . . . naturalis] unam intellectualem per quam et cogitare et iudicare possumus alteram esse (esse *om. C*) sensualem ut in mutis animalibus in quibus est sensus et timoris et gaudium (gaudii *C*) esse (esse *om C*) etiam (alteram *C*) uitalem ut in uermibus qui tantum mouentur esse etiam quartam intra homines (infra omnes *C*) quae physice (fisice *C*) uocatur naturalis *FC* ‖ 8 qui ... possunt] per quam et iudicare et cogitare possumus *M* qui] per quam *l* ‖ cogitare] recte cogitare *Mascicius primus* ‖ 9 indicare *L* est etiam quarta *M* ‖ 10 fissice *N* fysice *L* fisice *H* phisice *M* ‖ dicitur *M* in arboribus *vulgo* ‖ 11 carent *FC* ‖ 12 unde . . . messes *om. FC* ‖ messem *M* 13 hominem *om. NH* ‖ 14 bellis *F* belluis *L* heluis *H* ‖ 15 est] esse *F, om. H* 16 ut si quis ... creat *om. FC* ‖ duos *L* ‖ stet] steterit *M* ‖ 18 quam] quantum *Stephanus* ‖ 20 animae et umbrae *LM* ‖ 21 habet *FC* ‖ 22 *ad* quicumque est *supr. vers.* quia adhuc nusquam eum uiderat *T* ‖ 23 quaerere . . . quaerenda *non edidit Daniel* ‖ querere aut *F* ‖ 24 cedencia *F* ‖ querendo *F* ‖ 25 quod dicit ab imis aditis tamquam de deo loquitur quia deorum et templorum dicuntur adita id est secreta quae needum sacrati minime cognoscunt *in marg. T.* id est . . . cognoscunt *Tiberii Donati sunt* ‖ ADITIS *F* ‖ ubique *Mascicius:* ubi *F*

*de deo loquitur: templorum enim et deorum adyta dicimus.* LVBRICVS ANGVIS labilis. alias locum dicit, ut ⟨335⟩ per lubrica surgens.

85. SEPTEM INGENS GYROS loci genium per magnitudinem vult probare; nullus enim locus sine genio, qui per anguem plerumque ostenditur: Persius ⟨I 113⟩ pinge duos angues: pueri, sacer est locus. sane hunc locum de Homero sumpsit, qui inducit Graecos apud Aulidem omen futuri decennalis belli ex serpente collegisse, qui etiam matrem consumpsit novem pullis comesis: ita ergo nunc etiam Aeneae omen sui erroris ostenditur septem gyris: nam septimus ei annus est finis erroris. et est optimum figmentum: annus enim secundum Aegyptios indicabatur ante inventas litteras picto dracone caudam suam mordente, quia in se recurrit. **alii hoc secundum Platonem dictum volunt, qui ait animos per septem circulos ad corpora penetrare.** GYROS nomen legimus; verbum exinde non invenimus.

86. PLACIDE repens quiete. *AMPLEXVS PLACIDE hoc est molliter. nec dixit 'corripuit', sed 'amplexus est'.*

87. CAERVLEAE CVI TERGA NOTAE caeruleae *notae* et fulgor auro variatus. INCENDEBAT id est inlustrabat.

90. AGMINE LONGO TANDEM post illos gyros tandem longo repere coepit agmine, id est impetu, *tractu.* SERPENS participium est, non nomen, ac si diceret 'repens'.

92. LIBAVITQVE DAPES leviter gustavit epulas super positas, quae silicernium vocantur quasi silicenium, super silicem positum.

7 de Homero] Il. II 308 sqq. ‖ 12 annus enim . . . recurrit] exscr. Isid. or. V 36, 2

1 et deorum] et deorum enim et deorum *F* ‖ adita *F* ‖ 3 surgens alii hoc secundum Platonem . . . penetrare *F* ‖ 4 GIROS *FL* ‖ 5 sine genio locus *FC* locus est sine genio *N* ‖ 6 pingue *F* ‖ 7 locus] extra meiite *vulgo additur* locum de Homero . . . etiam matrem *om. C* ‖ 8 aput aulidemontē *F* ‖ decennaris *F* ‖ 9 comesit *F* ‖ comesis] ἔνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινός (Il. II 308) *add. Fabricius* ‖ 10 giris *FN* gyrys *L* ‖ 11 fiementum *F* 13 mordentem *FM* ‖ *ad* septena vol. tr. *supr. vers.* inflexiones alii secundum platonem . . . penetrare *T* ‖ 15 GIROS *FNH* ‖ legitimus *FC* ‖ 17 PLACIDE . . . amplexus est] AMPLEXVS PLACIDE hoc est molliter repens quiete, nec . . . amplexus est *Daniel primus* ‖ quiete repetens *F* quiete repens *C* ‖ 19 NOTAE] ET SQVAMAE *F* ‖ cerulae *F* curuleae *C* ‖ nocte *F* ‖ et fulgor auro variatus] et auro maculosus fulgor hoc est pro auri fulgor *F et Daniel* et auro fulgor hoc est auri fulgore variatus *Masvicius* ‖ 20 uaritus *C* uariatos *L* ‖ INCENDEBANT *F* id est *om. LH* ‖ inlustrabant *F* ibi lustrabat *H* ‖ 21 TANDEM *et* tandem *om. F* 22 inpetu *H* ‖ 25 silcernium *H* ‖ dicuntur *M* ‖ siliceniuin *FCLM:* lenitium *N* (at. silicenium *in marg. n*) lernciũ *H* ‖ positae *D, in quo haec sequuntur* quae peractis sacrificiis senibus dabantur ut se cito morituros cognoscerent.

93. DEPASTA ALTARIA *'altaria' species ararum. 'depasta' autem,* non a se: nam supra ait 'libavitque dapes'; sed hoc dicit: tam diu permansit, quam diu cuncta aris superposita flamma consumeret.

95. GENIVMNE LOCI quia, ut diximus, nullus locus sine genio. FAMVLVMNE PARENTIS fuit enim haec maiorum consuetudo, sicut hodieque apud Indos est, ut quotiens reges moriebantur, cum his dilecti equi vel servi et una de uxoribus carior *circa rogum occisi* incenderentur, inter quas de hoc ipso erat magna contentio. possumus ergo 'famulum' servum sepultum cum Anchisa accipere. aut per apotheosin deum ostendit effectum: unde ei famulum dat, quasi ministrum; singula enim numina habent inferiores potestates *quasi* ministras, ut Venus Adonim, Diana Virbium. aut certe secundum Pythagoram dicit, qui primus deprehendit, de medulla hominis, quae est in spina, anguem creari: quod etiam Ovidius in quinto decimo ⟨389⟩ metamorphoseon dicit loquente Pythagora.

97. NIGRANTES TERGA nigra terga habentes.

99. MANESQVE ACHERONTE REMISSOS aut venientes de Acheronte *ad hanc parentationem:* aut certe 'remissos Acheronte' qui iam in Acheronte non essent post apotheosin factam. *REMISSOS ut remitterentur.*

100. *QVAE CVIQVE EST COPIA pro sua quisque facultate.*

101. *LAETI DONA FERVNT alacres: libenter et ipsi conferunt parentationi.*

102. *FVSI id est strati.*

105. PHAETONTIS Solis, ἀπὸ τοῦ φαίνειν. *sane de Phaetonte fabulam in decimo* ⟨180⟩ *plenius invenies.*

---

5 fuit enim . . . loquente Pythagora] exscr. mythogr. III 6, 19 ‖ 12 aut certe . . . loquente Pythagora] cf. Isid. or. XII 4, 48

1 ALTARIA] LIQVIT *add. F* L. *add. C* ‖ 2 sed hoc dicit *in ras. l* ‖ tam diu permansit quam diu *FC, nisi quod* quam di *F:* tam diu *NH* quam diu *L* tam diu donec *Ml* ‖ 3 supraposita *NL* ‖ flamma] sacer ignis *F* ‖ absumeret *F* 4 GENIVMVE *M* ‖ ut *om. C* ‖ ut diximus] ut supra dixit *M* ‖ 5 PATRIS *LH* ‖ 6 indios *F* ‖ 7 delecti *M* ‖ 8 incondērentur *F* ‖ hoc *om. H* ‖ 9 ergo] autem *NH* aut] quem *FC* ‖ 10 apotheosin diuinitatis confirmationem *add. FC* ‖ 11 ministrum *ex* ministerium *M* ‖ 12 adonim *NL:* adonen *F* adonem *C et man. rec. in L* adonin *H* adona *M. cf. Neue Formenl.* I *p.* 573 *ed.* II ‖ uerbium *F* uiruium *NH* ‖ 13 phytagoram *FN* phitagoram *H* pytagoram *LM* ‖ 14 oboedius *C* auidius *H* ‖ quinto decimo] XII. *L* ‖ 15 phytagoras *F* pitagora *NLH* pytagora *M* ‖ 17 ACERONTE *H* ACHARONTE *M* ‖ DIMISSOS *M, corr. m* ‖ aheronte *F* acheruunte *H* ‖ 18 ad hanc parentationem *edidit Stephanus* ‖ parentacionem *F* aut . . . Acheronte *om. LH,* certe . . . Acheronte *om. N* ‖ acheronte remissos *M* ‖ 19 factam *om. FC* ‖ apotheosin remissos ut remitterentur post diuinitatis confirmationem *F,* apotheosin id est (τdē *C*) post diuinitatis confirmationem *C. idem edidit Stephanus* ‖ 21 *ad* quae c. e. c. *supr. vers.* pro . . . facultate *T* 22 *ad* laeti *supr. vers.* alacres, *ad* dona f. *supr. vers.* scilicet parentationi *T* parentacione *F* parentationem *Daniel primus* ‖ 24 *ad* fusi *supr. vers.* strati *T* ‖ 25 ΑΠΟ ΤΟΝ φαιΝε *F* ΑΠΟ ΤΟΥ φαιΝε *C* ΑΠΟ ΤΟ ΦΑΙΝΝΟΙΝ *L* ΑΠΟ ΤΟΥ ΦΕΙΝΙΝ *l*

106. *FAMA FINITIMOS utrum per se potius audienda, an et ipsa ad Acesten referenda? an subtiliter ad Aenean 'famam', 'nomen' ad Acesten?*

107. *EXCIERAT evocaverat, invitaverat. LAETO COETV pro ipsi laeti.*

108. *VISVRI AENEADAS potest et absolute accipi 'visuri Aeneadas', potest et per syllepsin subaudiri 'certantes'. CERTARE PARATI hoc est parati ad certandum.*

109. CIRCO spatioso ludorum loco. *LOCANTVR ponuntur.*

110. SACRI TRIPODES sic pulchri, ut sacros putares: *vel quales sacrari solent:* nec enim sacrilegus erat, ut sacra donaret. et sic dictum est, ut ⟨III 466⟩ Dodonaeosque lebetas, quales sunt in Dodona.

111. ET PALMAE PRETIVM VICTORIBVS zeugma utriusque lateris: nam 'victoribus pretium' et ad supra dicta et ad dicenda pertinet.

112. ARGENTI AVRIQVE TALENTA talenti secundum varias gentes varium pondus est: sed apud Romanos talentum est septuaginta librae, sicut Plautus ostendit in mostellaria, qui ait duo talenta esse centum quadraginta libras. legimus etiam talentum esse paululum quiddam: nam Homerus in ludis funebribus Patrocli ultima praemia dicit duo talenta: quod nos cogit aliquid minimum intellegere. nam si primus victor bovem accepit, consequens non est ut

---

15 talenti . . . libras] exscr. Isid. or. XVI 25, 22 ‖ 17 in mostellaria] videtur Servius cogitasse de III 1, 102 et 114 cf. ad Aen. IX 265 ‖ 19 Homerus] Il. XXIII 263 sqq.

---

ΑΝΟ ΤΟΥ ΦΑΙΝΟΙΝ *H* ΑΠΥΟΥΦΑΙΝΕΙΝ *M* *φῶς καὶ αιθω D* *ἀπὸ τοῦ φάους (φάεος Fabr.) καὶ αἴθω Stephanus et Fabricius* *ἀπὸ τοῦ φαίνειν* vel potius *ἀπὸ τοῦ φάεος καὶ αἴθω Mascicius* ‖ phetonte *F* ‖ 1 potius *Daniel:* postius *F* ‖ 2 *supr. vers.* 106 suptiliter fama refertur ad aenean nomen uero ad acesten *T* ‖ an *Daniel:* ad *F* ‖ ad Aen. fama] ad aenean *add. F* ‖ 4 *ad* excierat *supr. vers.* inuitauerat *et ab alia manu* euocauerat *T* ‖ CAETV *F* ‖ ipso *F*, *corr. Daniel* ‖ 5 *ad v.* 108 *in marg.* hoc ad laudem troianorum pertinet et potest simpliciter hoc accipi et subandiri certantes per syllēsin *T* ‖ 6 sisilempsin *F* ‖ *ad* certare p. *supr. vers.* id est parati ad certandum *T* ‖ 8 CIRCOQVE *F* IN CIRCO *C* ‖ spatioso ludorum loco] hoc est in ipsos pano in ludorum loco *F*. *voluisse videtur scholiastes* hoc est in ipso spatio *c. q. s.* hoc est in spatioso l. l. *vulgo* ‖ spatioso] spatio *C* *ad* locantur *supr. vers.* pomuntur *T* ‖ 9 pulchri ut sacros] sepulcros *F* ‖ pulcri *M* ‖ ut *om. C* ‖ *ad* sacri *in marg.* quales sacrari solent *et supr. vers. ab alia manu* mensae apollinis uictoribus dandae *T*. vel . . . solent *edidit Stephanus* 11 quales sunt in Dodona *om. FC* ‖ 13 zeugma] gustus *add. FC* ‖ utriusque lateris] *cf. Serv. ad Aen.* I 120 ‖ 15 talenti] tali *F* ‖ 16 est talentum *C* ‖ LXX *libri* ‖ 17 mustelaria *libri* ‖ 18 CXL *M* ‖ libras] talentum vero Aegyptium pondo octoginta (octuaginta *cod.*) patere Varro tradit (*Plin. nat. hist.* XXXIII § 52). talentum pro bilance sicut Homerus (*Il.* VIII 69) *χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα.* talentum autem minarum LX, mina drachmarum C, drachma obolorum VI, obolus aera continet VI, aes minuta VI *add. D* ‖ 19 ultima] uma *F* ‖ 20 duo *om. C* nos] *om. C* non *Lion.* cogit nos *M* ‖ 21 nam si . . . dicamus *post* COMMISSOS (*p.* 606 *lin.* 3) *hab. M* ‖ accipit *FC*

dicamus, ultimum tam magnum accepisse praemium: unde apparet talentum etiam minimum quiddam significare.

113. ET TVBA COMMISSOS Romano more, sicut hodieque videmus omnibus ludis funebribus, ut sunt divorum: nam si sacri sint, id est festi, lustrantur faculis. ante etiam ab hymnis incipiebant.

114. PRIMA CERTAMINA Punico bello primum naumachiam ad exercitium instituere Romani coeperunt, postquam probarunt gentes etiam navali certamine plurimum posse: ad quam rem in hoc certamine plurimum adludit poeta. PARES aut pariter: aut diversis conparabiles rebus, ut sequentia indicant ⟨153⟩ 'melior remis, sed pondere pinus tarda tenet': *aut 'pares' ordine remorum, quamvis Gyae tantummodo triremem dicit:* aut 'pares' ita ut ante certamen videbantur. GRAVIBVS REMIS fortibus, ut ⟨XII 458⟩ ferit ense gravem Thymbraeus Osirin: nam graves inferunt tarditatem.

116. REMIGE erit nominativus 'remex': Serenus semiremex Herculis. PRISTIM vel a tutela depicta, vel ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, id est *undas incidere* a secandis fluctibus.

117. MOX ITALVS subaudis 'futurus': ipse enim familiam Memmiorum constituit. et bene laudat familias nobilium: nam a Sergesto Sergia familia fuit, a Cloantho Cluentia, a Gya Gegania, cuius non facit mentionem. nobiles autem familias a Troianis fuisse Iuvenalis ostendit, ut ⟨I 99⟩ iubet a praecone vocari ipsos Troiugenas. A QVO NOMINE scilicet Mnesthei. et Mnestheus sic est, ut Tydeus *Tydei:* nam diphthongos Graeca est. *MEMMI*

1 dicamus] intellegere *add.* *NLH* ‖ 3 hodiesque *F* odieque *H* ‖ 4 in omnibus *M* ‖ ludibus *C* ‖ sint] sunt *C* ‖ 5 festi] uotiui *M*. *viginti fere litterae post* festi *erasae sunt in N* ‖ lustrantur *CNH* lustratur *F* illustrantur *L* inlustrantur *M* ante *CLM:* ante ante *F* antea *NH* ‖ ab *om.* *C* ‖ ymnis *FLHM* ‖ incipiebant] commissos canit *add.* *F*. *cum Daniel post* canit *lacunam indicaverit, his verbis in codice scholium ad v.* 113 *finiri moneo et spatium post ea relictum esse, quale inter duo scholia relinqui soleat.* ‖ 6 naumachias *F* naumachian *C* naumachia *NH* ‖ 7 exercituum *F* exercitum *F* ‖ coeperunt *om.* *FCHl* ‖ gentes *om.* *F*. Carthaginienses *coni.* *Hagenus* ‖ 8 plurimum *om.* *FC* ‖ 11 tarda tenet *M*, *omittunt reliqui* ‖ *ad* pares ineunt *supr. vers.* ordine remorum *T* ‖ 12 Gyae *Commelinus:* grex *F* ‖ aut pares ita ut . . . videbantur *om.* *M* ‖ 14 tymbraeus *vel* tymbreus *libri* ‖ osyrin *NLHM* orisin *C* ‖ 15 remix *F* remix *C* (e *supra*) remex *ex* remix *N* remiax *H* ‖ Serenus semiremex *om.* *M*, *in marg. suppl.* *m* ‖ sereni *H* semiremex] remigem ex *C* (ex *supra*) ‖ 16 erculis *FC* hercule *NH* hercules *LM* ‖ PISTRIM *F* PISTRIX *C* ‖ depicta *om.* *H* ‖ apotu TIPIZEIN TA KYMATA *F* apotu ΠΡΙΖΕΙΝ TA KYMATA *C* ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΡΙΖΕΙΚ Τα ΚΥΜαΤα *N* ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΡΕΖΙΝ ΚΥ ΚΥΜΑΤΑ *L* ΑΙΤΟ ΤΟΥ ΠΙ ΡΙΖΕΙ ΛΥΛΗΥmata *H* a. ΠΟ ΤΟΥ ΠΡΖΕΙΝ Τα ΚΥΜαΤα *M* ‖ 17 id est *om.* *C*, a secatione fluctuum *FC* ‖ 19 Sergesto *Fabricius:* sergio *libri* ‖ 20 cloanto *LM* cloenthya *F* cloentia *L* ‖ gia *L* ‖ geganica *C* ge//gania (*una littera erasa*) *L* gigania *ex* gegania *M* ‖ 21 non] nunc *FC* ‖ 22 a] hac *F*

*pro 'Memmiorum', genetivus singularis pro plurali: vel a quo nomine genus † italu Memmi: vel a quo nomine genus 'Memmi', ut sit 'Memmi' [genetivus singularis] nominativus pluralis.*

118. INGENTI MOLE motu, ut ⟨III 656⟩ magna se mole moventem. *CHIMAERAM fabula ex qua hoc nomen translatum est talis est. Bellerofontes admissa per ignorantiam caede, profugit ad Proetum Argivorum regem. a quo cum esset susceptus hospitio a Stheneboea uxore eius adamatus et de stupro interpellatus est. qui cum frequentius hoc se indicaturum Proeto minaretur, praeoccupatus a Stheneboea ipse apud Proetum accusatus est, tamquam reginae castitatem adpetisset. quem cum Proetus ad Iobatem, Lyciae regem, socerum suum cum litteris signatis, quibus praecipiebat ut puniretur, misisset. Iobates Bellerofontem adversus † tympios sibi Solymos, gentem ferocissimam misit. quos cum ille superasset, revertens in insidias quas sibi Iobates struxerat incidit, quibus prostratis novissime missus adversus Chimaeram, triplex monstrum, siquidem prima pars eius leo erat, posterior draco, in medio caput caprae, quod ignes efflabat. hanc ille vectus Pegaso equo qui volabat, occidit. miratus hanc eius constantiam Iobates filiam suam ei cum parte regni in matrimonium dedit.*

119. VRBIS OPVS ita magna, ut urbem putares. TRIPLICI VERSV omnes enim triremes fuerunt. 'versu' autem aut ordine, ut ille etiam seras in versum distulit ulmos: aut 'versu' tractu a verrendo, ut ⟨VIII 674⟩ aequora verrebant caudis aestumque secabant. sane unus est sensus. *et est Graecum, nam illi στίχον dicunt.*

---

22 ille] georg. IV 144

---

1 memiorum *F* ‖ genetivus singularis pro plurali *Daniel:* genetiuus singutm p pluralē *F* ‖ 2 italu] italic *legit Hagenus. inde* vel a quo nomine genus sit alicuius Memmi *F. Schoellius* ‖ vel] t *F* a *legit Hagenus. lacunam indicans omisit Daniel.* ‖ memii *F* ‖ ut si memmii gēt singularis nominatiuus pluralis *F* genet. singul. *del. Schoellius.* ut si memmii *lacuna indicata omisit Daniel. Masvicius totum locum sic constituit* MEMMI pro Memmiorum, genitivus singularis pro plurali: vel a quo nomine genus Italorum est, Memmii: ut non sit genitivus singularis sed nominativus pluralis. ‖ 4 magna] vasta *libri Vergiliani. cf. Aen.* VIII 199 ‖ 5 CIMAERAM *F* ‖ fabula ex qua . . . in matrimonium dedit *in marg. T* ‖ fabulã ex quo *F* ‖ 6 ignoranciam *F* ‖ caedem *F* ‖ 7 ospitio *F* steneboea *T* ‖ 8 et *om. Daniel* ‖ 9 steneboea *T* ‖ 10 appetisset *T* ‖ 11 iouatē̃ *F* iouatem *T* ‖ 12 misisset *Daniel:* misit *FT* (misiset *man. rec. in F*) ‖ iouatis *F* iouates *T* ‖ 13 tympios sibi *F* timpios sibi *T.* Tympios sive *Daniel primus.* vicinos sibi *coni. Hagenus. fortasse* conterminos *vel* inimicos sibi. *siquis Danielem* sive *pro* sibi *scribentem verum vidisse putat, ei* Termilas *pro* tympios *scribendum videtur. cf. Herod.* I 173 *et Strabo* XII *p.* 573. ‖ misit *T:* nimis *F* 14 quos *F* quam *T* ‖ in *om. F* ‖ iouates *FT* ‖ 15 quibus] quibus etiam *Masvicius primus* ‖ chimeram *F* ‖ 16 pars eius *T:* pare in *F* ‖ postrema *T* ‖ 17 ca preac *T* ‖ ignis *F* ‖ 18 hanc *om. T* ‖ eius *om. Daniel* ‖ iouates *FT* ‖ 19 matrimonium *T:* matrimonio *F* ‖ 20 VRBES OPES *F* ‖ ita magna *om. F* ‖ tam magna *CM* ‖ 21 autem *om. C* ‖ 22 uorsum *H* ‖ 23 uerendo *FL* ‖ uerbebant *N* ‖ 25 CIXOS *F*

120. PVBES INPELLVNT figura est, ut ⟨I 212⟩ pars in frusta secant. et sciendum inter barbarismum et lexin, hoc est latinam et perfectam elocutionem, metaplasmum esse, qui in uno sermone fit ratione vitiosus. item inter soloecismum et schema, id est perfectam sermonum conexionem, figura est, quae fit contextu sermonum ratione vitiosa. ergo metaplasmus et figura media sunt et discernuntur peritia et inperitia. fiunt autem ad ornatum.

121. DOMVS SERGIA familia, ut ⟨III 85⟩ da propriam Thymbraee domum: et inde est Sergius Catilina. TENET *ultra tenet vel servat.*

122. CENTAVRO MAGNA feminini est generis, si de navi dicas, ut in eunuchum suam, cum comoediam diceret. Iuvenalis contra sensit dicens ⟨I 6⟩ et in tergo necdum finitus Orestes. sed sciendum genera plerumque confundi aut metri ratione, aut hiatus causa: sic Horatius nec cupido sordidus aufert, cum significantes cupiditatem feminino genere dicamus. ipse etiam Vergilius ait timidi dammae cervique fugaces, cum ipse secundum fidem dixerit cum canibus timidae venient ad pocula dammae.

123. CAERVLEA aut nigra, aut altae carinae: omne enim altum nigrum est, ut ⟨VI 238⟩ scrupea tuta lacu nigro nemorumque tenebris. CLVENTI ad ipsum apostropha.

124. EST PROCVL *modo* 'haud nimis longe', ut et supra ⟨III 13⟩ diximus. sic in bucolicis ⟨VI 16⟩ de nimia vicinitate ait serta

---

2 et sciendum . . . ad ornatum] cf. Serv. comm. in Don. p. 443 K. ‖ 12 in eunuchum suam] Ter. eun. prol. 32. cf. Don. ad h. vers. ‖ 15 Horatius] carm. II 16, 15 ‖ 17 timidi] georg. III 539 ‖ 18 cum canibus] buc. VIII 28

2 et] sane *M* ‖ lexin] lexonin *F* lexinde *NH* ‖ 3 in *om. M* ‖ 4 ratione vitiosus . . . quae fit *om. F* ‖ solyc̆ismum *C* solocismum *L* solecismum *H* ‖ sechema *H* scema *M* ‖ 5 sermonem *C* sermonem *L* ‖ quae *om. L, suppl. l* ‖ contextu] contex̆tus *NH. fortasse* in contextu ‖ sermonem *F* ‖ 6 racione *L* ‖ uiciosa *FCL* ‖ mea *L* (media *l*) ‖ 7 autem *om. F* ‖ 9 inde est] deest *F* ‖ catilena *CNH* (catilina *n*) ‖ TENEC *F* ‖ 11 CENTAVREAM CENTAVRO MAGNO *F* ‖ dicis *C* ‖ 12 in *om. H* enuchum *N* ‖ 13 et in tergo] interrogo *C* ‖ finitur *H* ‖ 14 metrica *Masvicius primus* ‖ ratione *om. FC* ‖ 15 nec] aut *libri Horatiani* ‖ aufer *H* ‖ 17 timidi] dixit *add. FC* ‖ clammae *F* damnae *HM* ‖ 18 dixerit] et pauide natarunt *add. N* et pauidae natarunt aequore dammae *add. LHM, nisi quod* dampnae *H* damnae *M* ‖ timidae *libri, nisi quod* timide *F* ‖ ueniunt *F* ‖ 19 dampnae *H* damnae *M* ‖ dammae] et Horatius et superiecto . . . damae *additur vulgo.* ‖ 20 altam carinam *FC* ‖ altae *ex* alta *L* ‖ enim *om. H* ‖ 21 scrupeti *F* scrŏpea *N* scropea *H* ‖ 22 CLOENTI *L* ‖ apostrofa *libri:* apostropha est *vulgo* ‖ 23 haud] *om. F,* ʰaut *C* haud *ex* haut *L* aut non *M* ‖ ut et] et ut *C* ‖ 24 ciuitate *L* (uicinitate *l*) ‖ ait] ut *FC*

procul tantum capiti dilapsa iacebant. interdum et 'satis longe' significat.

125. OLIM tunc fere cum cori nubibus abscondunt et obruunt sidera.

127. TRANQVILLO melius septimus est, quam dativus.

128. CAMPVS saxi latitudo. APRICIS sole gaudentibus. sane apricus et locus dicitur sole calens: quod est opaco et abdito contrarium: et apricos dicimus locis apricis gaudentes: Vergilius duceret apricis in collibus uva colorem, Persius ⟨V 178⟩ nostra ut Floralia possint aprici meminisse senes. 'apricum' autem quasi ἄνευ φρίκης, sine frigore: *inde et Africa, quod est calidior.* MERGIS Aesacus Priami filius fuit. hic se praecipitavit *de* muro nec periit: et cum hoc saepius faceret, deorum miseratione in avem versus est, quae ad imitationem *praecipitandi* quasi idem facit *saepe mergendo.*

129. *FRONDENTI EX ILICE haec enim arbor in tutela Iovis est.* † *victoria est.* (*'frondenti'*) *pro 'frondente', dativum pro ablativo.*

131. CIRCVMFLECTERE bene uno sermone et profectionem conplexus est et reversionem.

132. *LEGVNT eligunt.*

133. DVCTORES domini navium, non gubernatores.

134. POPVLEA VELATVR FRONDE IVVENTVS Hebe *Graece* est Iuventas, *filia Iunonis,* uxor Herculis. nunc ergo aut propter hoc iuventus utitur populeis coronis, aut ad imitationem virtutis: populus enim Herculi consecrata est, ut populus Alcidae gratissima: *aut 'populea', quia ludi funebres sunt et haec arbor ab Hercule ab in-*

---

6 'Apricis sole gaudentibus' et 10 'apricum autem quasi ἄνευ φρίκης sine frigore' exscr. Isid. or. XIV 8, 34 et diff. verb. 42 ‖ 8 Vergilius] buc. IX 49 11 inde . . . calidior] cf. Serv. ad Aen. VI 312 et Isid. or. XIV 5, 2 ‖ 12 Aesacus . . . fecit] exscr. mythogr. II 176 ‖ 25 populus] buc. VII 61

---

1 dilapsa *libri, nisi quod* delapsa *l* ‖ 3 OLIM . . . sidera *om. F* ‖ chori *CNHM* ‖ obiciunt *L* (t obruunt *superscr. l*) ‖ 5 septimus] casus *additur vulgo* est *om. NH* ‖ 7 et *ante* locus *om. LM* ‖ opacco *F* ‖ 8 apricos] apricos senes *Ml* apricos homines *Fabricius primus* ‖ locos *NH* (locis *n*) ‖ gaudentes *C* gendentes *L* ‖ 9 nostra ut] nã ut *FC* ut nostra *NLHM* ‖ 11 enei ΦΡΥΚΗΣ *F* ΑΝΕΥ ΦΡΙΚΗΣ *C* apfrices *N* ΑΝΕΗ FRIKEC *L* (*sed* NEHFRIKEC *in ras. l*) apiricos *H* ΑΠΕΡ ΦΡΙΝΕ *M. fortasse Servius* ἄτερ φρίκης *scripsit.* ‖ 12 Aesacus] aeserens *F* (*sed* e *ante* us *post deletum*) aeserus *C* eserius *N* esurus *L* (urus *in ras. l*) eserus *H* aesirus *M* hesurus *cod. mythographi* ‖ 14 conuersus *L* ‖ 17 victoria est *non edidit Daniel. fortasse* qui auctor victoriae est *vel* et signum victoriae est. ‖ et frondenti *addidit Daniel* ‖ 20 *ad* legunt *supr. vers.* eligunt *T* ‖ 21 non *om. L, suppl. l* ‖ 22 habe *F* ebe *C* ‖ Graece *edidit Stephanus*, Graece Ἥβη *Masvicius primus* ‖ Iuventas *Masvicius:* iuuentus *libri. cf. Serv. ad. Aen.* I 590 ‖ 23 aut *om. H* ‖ 24 ad imitationem] imitatione *F* ‖ 26 populea . . . vocatur *in marg. T* ‖ funefres *F* ‖ arbor] arbor uocat *F* ‖ ercule *F*

*feris allata est, cum canem Cerberum extraheret: nam et ipsa arbor Acherusia vocatur.*

135. NVDATOS bene nudatos, quia *veste* tecti esse consuerunt: nam 'nudum' est numquam tectum, ut facies. *OLEO PERFVSA oleo perfusos habens.*

136. TRANSTRIS et transtra dicuntur et iuga, ut in sexto ⟨411⟩ inde alias animas, quae per iuga longa sedebant. *INTENTA porrecta.*

137. INTENTI eodem sermone in diversis usus est rebus: aliter enim brachia, aliter intendimus mentem. EXVLTANTIAQVE H. C. P. P. hypallage: omni parte pulsans pavor corda haurit, id est ferit et exultare facit, ut ⟨X 314⟩ latus haurit apertum.

138. LAVDVMQVE ne esset turpe quod ait 'pavor'. sane istae sunt bellorum prolusiones: unde etiam ad tubam geruntur. sed sciendum maioris aetatis funera ad tubam solere proferri: Persius ⟨III 103⟩ hinc tuba, candelae: minoris vero ad tibias, ut Statius de Archemoro (tibia cui) teneros solitum deducere manes.

139. FINIBVS OMNES secundum naturam ante generali usus est descriptione, venturus ad specialitatem.

144. PRAECIPITES festinantes, ut ⟨IV 573⟩ praecipites vigilate viri: *et est hyperbole.* *BIIVGO pro 'bigarum': nove dixit.* BIIVGO et hoc celeritatis est: plures enim se impediunt.

145. CARCERE usurpavit: nam 'carcer' est numero tantum singulari custodia noxiorum; 'carceres' vero *numero* tantum plurali ostia, quibus equi arcentur: unde et 'carceres' quasi 'arceres' secundum Varronem.

3 bene nudatos ... ut facies] cf. Isid. diff. verb. 385 ‖ 6 et transtra dicuntur et iuga] cf. Isid. or. XIX 2, 5 ‖ 16 Statius] Theb. VI 121. cf. Luct. Plac. ad h. vers. ‖ 23 nam carcer . . . arcentur] exscr. Isid. or. V 27, 13 ‖ 25 secundum Varronem] d. l. l. V 153

2 acerusia *F* ‖ uocatur *om. F* ‖ 3 NVDATOSQVE V. I. *M* ‖ tecti *in ras. n*, haec *H* ‖ 4 numquam tectum] quod numquam tege solet *F* ‖ faties *F* ‖ perfusus *F*, *corr. Daniel* ‖ 7 INTENTA porrecta et bene eodem sermone . . . mentem *F* ‖ 9 INTENTA (i superscr.) *L* ‖ 11 hypalage *F* ypallage *CLM* ypalage *H* ‖ 12 et exultare facit *post* apertum *hab. M* ‖ 13 esset] ess et *N* (ess *ab ead. man.*) det *H* ‖ istae] hae *M* ‖ 14 prolusiones bellorum *F* ‖ prolusiones] id est exercitationes *superscr. l* ‖ tumbam *C* ‖ 15 tumbam *C* ‖ perferri *FC* preferri *N* efferri *Mascicius* ‖ 16 hinc] ano *F* ‖ 17 tibia cui *e Statio addidi*, tibia enim *additur vulgo* ‖ teneros *ex* teneres *L* ‖ solitum] suetum *Statii libri* ‖ mamanes *F* mores *L* ‖ 18 FVNIBVS *C* 21 viri] alias praecipites temerarii et inconsulti *add. D* ‖ 22 BIIVGO pro bigarum noue dixit sane et hoc . . . impediunt *F* ‖ plures . . . impediunt] plures re (se superscr.) enim impedimus *N* plures re enim in pedibus *H* ‖ 24 tantum *om. NH* ‖ 25 hostia *NH* ‖ ostia] et repagula *add. Fabricius* ‖ quasi arceres *om. M*, *in marg. suppl. m*

147. IVGIS *pro equis* iugalibus. VNDANTIA autem large effusa.

149. CONSONAT ideo 'consonat' propter echo: nostrae enim vocis est aemula: unde et 'resultant' ait.

151. ELABITVR praecurrit celeriter, ut ⟨XI 588⟩ labere nympha polo.

152. TVRBAM INTER *tumultum, hoc est* in ipso principio.

154. DISCRIMINE *vel* interstitio, *vel certamine, vel cursu.* et bene variat, nunc naves, nunc ductores commemorans.

155. PRIOREM inter se, hoc est tertium.

159. METAMQVE TENEBANT nauticum verbum.

160. PRINCEPS modo ordinis est.

162. QVO TANTVM MIHI vacat 'mihi', ut solet plerumque.

163. LITVS AMA 'litus' est omne quod aqua adluitur: unde et saxum 'litus' vocavit. STRINGAT radat, ac si diceret: hoc volo quod times. PALMVLA extrema pars remi in modum palmae protenta.

166. ITERVM hoc verbum et a poeta potest dici, ut 'iterum revocabat': et a Gya, ut 'quo abis iterum', non 'iterum pete'.

169. INTER NAVEMQVE 'que' vacat.

172. EXARSIT IVVENI causa pendet ex causa: Horatius non ego hoc ferrem calidus iuventa consule Planco.

173. NEC LACRIMIS CARVERE GENAE nimis irascentum est: Cicero de Verre cum irasceretur, lacrimas interdum vix tenere.

174. DECORISQVE SVI inhonestum enim irasci, duci praesertim. SOCIVMQVE SALVTIS possumus intellegere 'oblitus salutis suae

---

13 litus . . . adluitur] cf. Isid. or. XIV 8, 41 ‖ 15 'Palmula' . . . protenta] cf. Isid. or. XIX 2, 7 ‖ 19 Horatius] carm. III 14, 27 ‖ 21 Cicero] in Verr. act. II 4, 18, 39

---

1 *ad* iugis *supr. vers.* iugalibus equis hoc est in iugo constitutis *T* ‖ iugalibus equis *Stephanus* ‖ 2 ideo] bene *M* ‖ cho *F* eicho *H* ‖ nostrae enim] echo enim nostrae *M* ‖ 3 resultat *FCN* resultet *L* (resultant *l*) ‖ resultant ait] resultait *H* ‖ 7 inconstitio *L*, *corr. l* ‖ et bene] sane *M* ‖ 8 nunc *ante* naves *om. C* 12 plerumque] frequenter *M* ‖ 13 diluitur *C* ‖ 14 ac si diceret *post* times *habet M* ‖ hoc volo quod times *FM:* huc volo quod times *L* huc uoca iat li / uolo quo / times (huc uolo quod *superscr.*) *N* huc uoca lat li uolo quod times quod times *H* hunc uoca quo times *Caroliruhensis CXVI* (hoc uolo quod *superscr. man. sec.*) 'hunc voca quod times *Vos.* huc voca quod *R* huc voca quo *V*' *Burmannus. cum frustra operam dederim, ut ex* huc voca iat (*vel* lat) quo times *elicerem quod videretur a Servio scriptum esse, hoc propono* STRINGAT radat. (SINE patere:) ac si diceret, hoc volo quod times. *quod NH praebent* iat *vel* lat *ex* at. *ortum esse puto. vide prolegomena.* ‖ hoc] huc *L* ‖ 15 remuli *M* ‖ 17 iterum est pete *NH* 19 ex cansa *L* ex casisa *H* ‖ 22 uerro *L* ‖ cum irascereretur *C* ‖ lacrima *F* teneret *FC* ‖ 23 enim est *FC* ‖ 24 possumus intellegere . . . scilicet gubernatore] possumus intellegere et ipsum oblitus et sociorum (salutis suae *superscr.*) salutis praecipitato scilicet gubernatore *M* (salutis suae *superscr. m*) ‖ possumus intellegere . . . possumus et socium salutis *in ras. l*

socium', id est gubernatorem: possumus et 'socium salutis oblitus' pro 'sociorum', praecipitato scilicet gubernatore.

176. IPSE GVBERNACLO ut ostenderet nihil esse quod *etiam* ipse, *qui* non *professus erat*, posset implere. *GVBERNACLO SVBIT*] *ut in* VI. ⟨812⟩ *cui deinde subibit.*

177. HORTATVRQVE VIROS aut ipse dicit celeuma: nam hortatores dicuntur: aut '*hortatur*' *ideo* quia consternati fuerunt perdito gubernatore. CLAVVM fustem gubernaculi.

179. IAM SENIOR MADIDAQVE F. I. V. M. contra illud, quia occurrebat gubernatorem natandi peritum fuisse debere, addidit 'senior' et 'veste madida'. *et ideo* '*gravis*' † *madida.* 'fluens' *autem* 'in veste' *id est* cui vestis fluebat: honeste locutus est: sic Iuvenalis ⟨V 79⟩ et multo stillaret paenula nimbo.

181. RISERE NATANTEM unde in ludis voluptas quaeritur.

182. REVOMENTEM saepius vomentem: *vel quod diu hauserat.*

184. MORANTEM imperitia gubernantis.

187. AEMVLA PRISTIS eiusdem rei studiosa, ut illo aemulo atque imitatore studiorum meorum Cicero in Caesarianis. alias inimicum significat.

189. INSVRGITE econtra Lucanus ⟨III 543⟩ atque in transtra cadunt et remis pectora pulsant.

190. HECTOREI aut fortissimi, *qualis Hector fuit:* aut re vera quondam Hectoris socii.

192. GAETVLIS Africanis, a parte totum: nam Gaetulia mediterranea est, syrtes vero iuxta Libyam sunt. sic de syrtibus Horatius ubi Maura semper aestuat unda. fuisse autem Troianos in syrtibus ille indicat locus ⟨I 111⟩ in brevia et syrtes urget, miserabile visu. IONIO quando iuxta Charybdin navigaverunt.

8 'Clavum' fustem gubernaculi] cf. Isid. or. XIX 2, 12 ‖ 17 'aemula' . . . studiosa] exscr. Isid. or. X 7 ‖ 18 in Caesarianis] pro Marcello I 2 ‖ 25 Horatius] carm. II 6, 3

---

1 id est *om. H* ‖ salutis] salutis suae *NLH* ‖ 2 gubernatorem *H* ‖ 4 professus *Hagenus:* profusus *F. qui et* profusus erat *del. Masvicius* ‖ implere] efficere *M* ‖ 5 qui *F* ‖ 6 dixit *L* ‖ coleuma *F* celenaena *H* ‖ 7 hortatur] it ortatur *F* ‖ fuerant *FM* ‖ 10 addidit . . . madida *om. M* ‖ senior et veste madida *Masvicius:* seniorem vestem *F* seniorem ueste madida *CNL* seniore ueste madida *H* ‖ 11 gravis *Daniel:* graue *F. respicit scholiastes ad v.* 178 ‖ madida] addidit *F. Schoellius. fort.* quia vestis m. *vel* quia 'm. in veste' ‖ in veste *om. F* 12 cui] cum *Masvicius* ‖ 13 nymbo *NM* ‖ 15 saepe *F* ‖ *ad* revomentem *supr. vers.* saepius vomentem quod diu auserat *T* ‖ 17 PRISTI *C* PISTRIS *LM* ‖ 20 et contra *L* ‖ 21 et . . . pulsant *om. FC* et remis p. p. *LHM* ‖ 22 *ad* fortissimi *supr. vers.* id est fortes sicut fuit hector *T* ‖ aut *ante* fortissimi *om. C* ‖ re vera *om. FC* ‖ 23 socii *om. F* ‖ 24 nam *om. C* ‖ 26 autem *om. C* ‖ 27 locus] uersus *F*, *om. H* ‖ 28 IONIOQVE MARI *F* ‖ charibdin *F* caripdin *Cl* caribdim *N* caripdim *LH* caribdin *M*

193. MALEAEQVE Malea promunturium est Laconicae provinciae, ubi undae sunt sequaces, id est persecutrices, ut capreaeque sequaces inludunt.

194. PRIMA quasi quae soleo. MNESTHEVS ille semper victor.

196. HOC VINCITE loco victoriae sit ultimos non redire.

197. NEFAS modo obprobrium.

198. AEREA fortis, ut et iunctos temo trahat aereus orbis: nam puppis aerea non est, sed prora.

199. SVBTRAHITVRQVE SOLVM unicuique rei quod subiacet solum est ei cui subiacet, unde est solum navis mare, et aër avium. et est verbum cuius perlucida significatio per naturam [non] invenitur.

200. RIVIS *quasi rivis*, more rivorum: ac si 'rivatim' diceret.

202. FVRENS ANIMI *figurate dixit*, ut ⟨XII 19⟩ praestans animi iuvenis.

203. INTERIOR sinisterior: Cicero quem omnia intus canere dicebant, Sallustius igitur introrsus prima Asiae Bithynia est. INIQVO angusto, ut ⟨XI 531⟩ et silvis insedit iniquis.

204. PROCVRRENTIBVS praeeminentibus, *et obiectis* et velut obviam venientibus.

205. MVRICE saxi *asperi* acumen eminens [*quod*] per tranquillitatem.

---

1 Malea . . . includunt] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VII 16 ‖ 2 capreaeque] georg. II 374 ‖ 7 et iunctos] georg. III 173 ‖ 9 unicuique . . . aër avium] cf. Isid. or. XI 1, 115 et XIV 8, 24 ‖ 15 Cicero] in Verr. act. II 1, 20, 53 ‖ 16 Sallustius] hist. fragm. III 43 Kr., III 46 D. ‖ 20 'Murice' . . . tranquillitatem] cf. Isid. or. XVI 3, 3 et XII 6, 50

---

1 promonturium *F* promunturium *C* promunctorium *NLH* promuntorium *M* ‖ 4 MNESTEVS *FCNM* ‖ MYSTEVS *H* ‖ uictor semper *FC* ‖ uictor est *H* ‖ 5 *scholia ad vv.* 196 *et* 197 *om. F. in marg. ad v.* 196 *a manu saec.* XI *haec adscripta sunt* id est satis sit in hoc loco ut uel non extremi inueniantur (*lege* inueniamur) ‖ 6 obprium *C* obproprium *L.* quod est viro forti in quocumque certamine perdere *add. D* ‖ 7 aureus *M* ‖ 8 aerea non est puppis *M* ‖ aeria *C* ‖ 10 ei cui] ioui *N* loui *H.* ei *om. L, supr. vers. add. man. rec.* ‖ unde est] unde et *FC* ‖ avium] et stellis caelum unde Ovidius metamorphoseon (I 73) 'astra tenent caeleste solum' *add. D* ‖ 11 cuius] cui *F* ‖ perlud [ci] a significatio per naturam non [seme] innenitur *N* (seme *superscr. n*) perlucida significatio semper invenitur *Stephanus. ego non seclusi. possis et* cuius perl. signif. semper p. nat. inv. ‖ 13 figurate dixit *edidit Stephanus* ‖ o praestans *C* ‖ 16 asyae *L* ‖ bithinia *F* bytinia *CL* bithiniae *N* bitinie *H* bythinia *M* ‖ 17 augusto *C* angusto *ex* augusto *M* ‖ sedit *C* ‖ 18 praeminentibus] peminentibus *F* ‖ velut obviam venientibus *FCM*, *nisi quod* ueluti *M*: uiam munientibus *N* (al. et ueluti obuiam uenientibus *in marg. n*) uia munientibus *H* uelut obuiam uenientibus *in ras. l* 20 asperi *et* quod *non edidit Daniel* ‖ acumen eminens] cum eminentibus *H* enimens *L* ‖ tranquillitatem] alibi significat piscem cuius succo purpura tingitur ut (*Ovid. met.* XI 166) 'saturata murice palla' *add. D*

207. MORANTVR retro agunt.

209. LEGVNT alii 'praetereunt': sed melius 'legunt', id est colligunt: nam sequitur ⟨222⟩ 'et fractis discentem currere remis'.

212. PRONA vicina litoribus: unde 'altum' est longe positum.

213. COLVMBA ubique de his domesticis 'columbas' Vergilius dicit, Persius vero ait ⟨III 16⟩ teneroque columbo et similis regum pueris: nam agrestes 'palumbes' vocantur.

215. EXTERRITA pinnarum concussione terrorem significans, ut ⟨505⟩ timuitque exterrita pinnis ales: non enim timet pinnis, sed indicat timorem.

217. RADIT secat. ITER LIQVIDVM] purum aërem.

221. FRVSTRA quis enim ei relicta victoria subveniret?

225. IPSO SVPEREST IN FINE *prope terminum certaminis*, ut ⟨324⟩ spatia et si plura supersint, transeat elapsus prior.

229. PROPRIVM DECVS quasi iam partam victoriam et honorem ni teneant, indignantur.

231. SVCCESSVS felicitas. POSSVNT QVIA POSSE VIDENTVR sperabant victoriam opinione spectantum, ut ⟨227⟩ cunctique sequentem instigant studiis.

232. *ET FORS pro fortasse.*

233. PALMAS VTRASQVE diximus supra ⟨I 93⟩ antiquum hoc esse. Carminius tamen dicit, qui de elocutionibus scripsit, per naturam vitiosam esse hanc elocutionem, et sive 'utramque palmam', sive 'utrasque palmas' dixerimus, esse in aliquo usurpationem.

235. IMPERIVM EST PELAGI *id est* in pelago, ut ⟨VI 264⟩ di quibus imperium est animarum.

236. LAETVS victor: a praecedenti quod sequitur.

237. ANTE ARAS de quibus paulo post ⟨661⟩ pars spoliant aras. VOTI REVS *voti* debitor: unde vota solventes dicimus

---

1 *ad v.* 208 *in marg.* conti dicuntur hastae equitum longiores et robustae et hasta dicitur contus sine ferro acuta cuspide trudes sunt amites cum lunato ferro id est ferrati fustes quae grece dicuntur aplustria *T. alia manus super* trudes *scripsit* quidam intellegunt trudes dictas a detrudendo. *cf. Isid. or.* XVIII 7, 1—3 ‖ 2 alii] uel *F* ‖ 3 collegunt *F* ‖ 6 et *NHM:* est *FL*, *om. C* similes *FC* ‖ 7 regum pueris] R. P. *M*, *om. reliqui* ‖ 8 pennarum *L* ‖ terrerem *NH* terrorem *L*, *sed* o *in ras. l* ‖ 9 pennis *bis L* ‖ 11 secat] transit *L*, *sed* it *in ras. man. rec.*, transiit *fuisse videtur.* 1 secat *superscr. l* ‖ LIQVIDVM *add. Masvicius* ‖ purum aerem] purum iter erem *F* ‖ 12 eis *C* ‖ 17 SVCCESSVS felicitas *om. FC* ‖ *ad* hos successus alit *supr. vers.* alterius nauis uiros felicitas alit *T* 18 opinione] ex opinione *FC* et opinionem *man. rec. in L* ‖ spectantium *FC* sequentem *C:* sequentes *reliqui* ‖ 20 *ad* et fors *supr. vers.* fortasse *T* ‖ 22 esse] est et *FC* ‖ carminius *F:* carpinius *CNLH* carpius *M* ‖ qui . . . scripsit *om. M* ‖ 23 locucionem *L* ‖ 26 animarum] id est in animabus *add. D* ‖ 27 praecedente *M* ‖ 29 *ad* voti reus *supr. vers.* debitor reus dicitur qui uoto suscepto numinibus se obligat et est haec uox proprie sacrorum *T* ‖ unde] unde et *M*

absolutos. inde est damnabis tu quoque votis, quasi reos *facies*.

238. PROICIAM exta 'proiciuntur' in fluctus, aris 'porriciuntur', hoc est porriguntur: nisi forte dicamus etiam fluctibus offerri. quod si est, 'porriciam' legendum est, *id est porro iaciam*.

240. PHORCIQVE CHORVS Latine 'hic Phorcus, huius Phorci' dicimus: nam apud nos Graeca huius nominis non est declinatio. est autem *hic Phorcus* deus marinus. PANOPEAQVE VIRGO una de Nereidibus, quam ideo separatim dixit, ut illas non virgines intellegamus.

241. PORTVNVS deus marinus qui portubus praeest. et bene 'inpulit' eum 'ipse' iam vicinum portui. nota est autem fabula: *indignata Iuno quod ex pellice sua Semele natus Liber pater ab Ino matertera eius esset nutritus, Athamanti viro eius, regi Thebanorum, sive ut quidam volunt, Orchomeniorum, furorem inmisit, qui* ... Athamas post furorem a Iunone inmissum cum occiso Learcho *filio, dum eum feram credit*, Melicertam alterum filium cum *Ino* uxore sua persequeretur, et se illi in mare praecipitassent, voluntate numinum in deos versi sunt: Melicerta in Portunum, qui Graece Palaemon dicitur, Ino in matrem Matutam, quae Graece dicitur Leucothea.

243. PORTV SE CONDIDIT ALTO id est usque ad interiora pervenit.

244. EX MORE ludorum, scilicet per praeconem.

245. VICTOREM 'primum' *Cloanthum* subaudis: nam et illi duo victores sunt Sergesti: unde paulo post *habes* ⟨493⟩ quem modo navali Mnestheus certamine victor consequitur.

248. DAT FERRE *ut ferat*. Graecum est duo verba coniungere,

---

1 damnabis] buc. V 80 ‖ 3 exta proiciuntur e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 2, 1 sqq. ‖ 5 i. e. porro iaciam] cf. Pauli Fest. s v. 'porriciam' ‖ 15 Athamas post furorem e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 13 et VII 421. mythogr. II 79 ‖ 27 Graecum est . . . poetis] cf. Don. ad Ter. Andr. III 2, 4

---

1 dampnabis *C* ‖ reor *F* ‖ 2 facies *hab. C et edidit Stephanus* ‖ 3 extra *NH* in fluctus aris] in fluctu maris *M* in fluctum aris *man. rec. in L* ‖ porriciuntur *N*: piciuntur *F* poriciuntur *CH* proiciuntur *L* (t. poriciuntur *superscr. l*), *om. M* ‖ 4 hoc est porriguntur *om. C* ‖ hoc est *om. L, suppl. l* ‖ 5 porriciam *F*: poriciam *reliqui* ‖ est *om. M* ‖ id est porro iaciam *edidit Stephanus* ‖ iaceam *F* 6 forcus *et* forci *libri* ‖ 7 declinatio] *Φόρκυς Φόρκυος* quod interdum *Φόρκυν Φόρκυνος* dicitur unde Lucanus in VIII. (IX 626) 'Phorcynidos ora (*sic*) Medusae' protulit *add. D* ‖ 8 hic portus *F*. *ad vers.* 240 *ab ea manu quae notis tironianis usa est* phorchus rex sardiniae fuit conuersus in numen marinum *in marg. T* ‖ 14 anthamanti *F* ‖ rege *F* ‖ 15 horchomeniorum *F* ‖ qui cum occiso learcho *e. q. s. F* ‖ 17 fera *F* ‖ melicertum *F* ‖ sua] Ino *supr. vers. add. l* 18 et] ut *M* ‖ uoluntatem iminum *F* ‖ 19 melicertu *F* meli incerta *L* ‖ dicitur| nam *λιμὴν λιμένος* portus dicitur unde Palaemon *add. D* ‖ 20 in matrem mutatam *F* in matre mutata *NHL* (in matrem matuta *l*) ‖ leuchothea *NL* leucatea *L* (*sed* catea *in ras. l*) ‖ 25 sunt *om. FC* ‖ unde *om. C*

ut paulo post ⟨262⟩ donat habere viro. sed hoc datur poetis. MAGNVM TALENTVM ut diximus ⟨112⟩ quiddam breve, sed 'magnum' dixit comparatione alterius.

250. CIRCVM *id est* in parte extrema.

251. MAEANDRO DVPLICI flexuoso. et hoc dicit: erat in chlamyde flexuosa et in se remeabilis purpura, in modum Maeandri, fluminis Cariae provinciae, *qui sinuosissimus est.* MELIBOEA *alii putant Milesia.* pro Meliboeensis: est autem civitas Thessaliae Meliboea.

252. REGIVS Troi, regis Phrygiae, filius.

253. FATIGAT laus picturae, quasi gerat.

254. *ACER id est velox.* PRAEPES modo volans.

255. SVBLIMEM in altum.

256. PALMAS AD SIDERA TENDVNT aut mirantes, aut increpantes deos.

258. VIRTVTE SECVNDVM quia ille favore vicerat numinum: unde et praemia dantur congrua: illi chlamys, deorum continens fabulam, huic lorica, id est virtutis insigne.

259. HAMIS AVROQVE hamis aureis.

261. SIMOENTA venit a nominativo Graeco, non in ις, sed in εις exeunte. SVB ILIO ALTO 'o' brevis fit sequente vocali.

262. DECVS ET TVTAMEN quia triplex et aurea.

263. PHEGEVS SAGARISQVE nominatim dicendo addidit laudem.

---

2 MAGNVM . . . alterius] Talentum: ut diximus breve quiddam, sed magnum alterius minoris comparatione, cum primum sit unum et maximum aliorum, ut supra diximus *D* ‖ 4 extrema] ut diximus *add. HM. cf. ad* II 616 *et* IV 137. quasi fimbria ut diximus *add. D* ‖ 5 hoc *om. FC* ‖ clamide *FCM* chlamide *NL* clamyde *H* ‖ 7 sinuosissimus *Hagenus:* sinuosimius *F* ‖ alii putant milesia *post* Meliboeensis *collocavit Daniel. fort. ad* chlamydem *nescio quis adscripserat* Milesiam. *cf. Serv. ad georg.* III 306 *et* IV 334 ‖ 8 meliboensis *libri* ‖ tesaliae *FN* thesaliae *LH* ‖ 10 troiae *H* trouli *M* troili *l* Trois *vulgo* ‖ 11 gerat] non uideatur *add. L et supr. vers. n,* et non gerere videatur *additur vulgo* 12 *ad* acer *supr. vers.* uelox *T* ‖ modo volans] modo uolantem *FC* m[o]do [uo]lans [non] uideatur *N* mo uolans non uideatur *H* ‖ 13 SVBLIME *M* ‖ 14 TENDVNT *F:* T. *CM* TOLLVNT *NLH* ‖ 16 ille] primus *F* ‖ 17 chlamis *F* clamis *reliqui* ‖ 18 huic] uhic *H* illi *M* ‖ 19 HAMIS . . . aureis *om. FC* ‖ aureis] δύο δι' ἑνός *add. Fabricius* ‖ 20 SIMOENTA] accusativus singularis *add. Masvicius, fortasse recte: nam* venit autem *pro* venit *NLH* ‖ nominativo] nomento *F* ‖ non in ις sed in εις exeunte *vulgo:* n eis sedem exeunte *F* non [in eis] sed in e exeunte *C* non in eis sed in eyn exeunte *NH* non in eis sed in .m. exeunte *L* (.m. *in ras. l*) non in eis sed in εν exeunte *M. nolim haec Servio tribui* non in εις sed in εν exeunte ‖ 21 exeunte] ut Σιμόεις Σιμόεντος *add. D, ediderunt Stephanus et Daniel* sequenti *FC* ‖ 22 trilex *F. haud scio an scholiastes Servii* triplex *in* trilix *mutari voluerit, sed* trilix *nominativus alibi non reperitur.*

265. CVRSV PALANTES TROAS AGEBAT ad Aeneae qui eum vicit pertinet laudem.

267. CYMBIAQVE pocula *sunt* in modum cymbae navis. ASPERA SIGNIS *hoc est* *ἀνάγλυφα*.

268. OMNES qui vicerant scilicet.

269. PVNICEIS TAENIS vittis roseis: et significat lemniscatas coronas, quae sunt de frondibus et discoloribus fasciis, et sicut Varro dicit, magni honoris sunt. 'taenis' autem modo vittis: alias vittarum extremitates dicit, ut ⟨VII 352⟩ fit longae taenia vittae.

270. ARTE id est virtute: *quod Graece ἀρετή dicitur.*

271. ATQVE ORDINE DEBILIS VNO Sergestus scilicet. et bene ex mutatione conquisivit ornatum: nam inrideri et sine honore esse hominis est, remis carere, navis.

273. VIAE IN AGGERE agger est media viae eminentia, coaggeratis lapidibus strata: unde viae aggerem dixit.

274. AEREA fortis, ut ⟨198⟩ aerea puppis. GRAVIS fortis, ut ⟨114⟩ gravibus certamina remis.

276. TORTVS hos tortus: id est sine causa temptat incessus.

278. CLAVDA ab homine transtulit: Cicero mancam ac debilem fore praeturam suam.

279. MEMBRA etiam hoc ab homine transtulit.

281. VELA FACIT TAMEN *ἀνακόλουθον*: nam non praemisit 'quamquam remigare non posset'. SVBIT OSTIA portus, ut supra ⟨I 400⟩ diximus, ideo quia exitus fluminum frequenter portus efficiunt.

282. PROMISSO aut magno: aut ante promisso, *κατὰ τὸ σιωπώμενον*, ut intellegamus in omnibus ludis illud esse servatum ⟨305⟩

---

3 pocula sunt . . . navis] exscr. Isid. or. XX 5, 4 ‖ 8 alias vittarum extremitates dicit] cf. Isid. or. XIX 31, 6 ‖ 14 agger . . . strata] exscr. Isid. or. XV 16, 7 ‖ 19 Cicero] pro Mil. IX 25 'occurrebat ei mancam ac debilem praeturam futuram suam consule Milone'

---

1 *scholium ad v.* 265 *om.* *L*, *in marg. suppl.* *l* ‖ PALANTIS *F* ‖ AGEBAT *om.* *FC* ‖ eum *om.* *l* ‖ 3 cumbae *F* cimbae *L* ‖ navis *om.* *M* ‖ 4 anaglipa *F* anaglypha *C* anaglyfa *N* anaglifa *L* (sculpta *superscr.* *l*) aneeglyfa *H* anaglafa *M* id est sculpta *ἀνάγλυφα* *Stephanus* ‖ 5 uicerunt *FCM* ‖ 6 TAENIS *FN* TENIS *CLH* TAENIIS *M* ‖ roseis *CNLH*: roseys *F* russeis *Ml* ‖ 7 fasciis *L*: fasceis *reliqui* ‖ 8 taenis *ex* taenes *F* tenis *C* thenis *N* teni is *M* teniis *l*, *nam* magni . . . dicit *in contextu omissa in marg. suppl.* *l* ‖ 9 ut fit *om.* *M* ‖ longe taenia uitte *F* longae teniae uittae *C* longa et thenia uittae *N* longa tenia uitta *L* (*sed* a *in* longa *et* uitta *in ras.* *l*) longa et taenia uittae *H* longa et tenia uittae *M* ‖ 10 *ἀρετή* *Daniel:* arete *F*. id est uirtute arete *C* ‖ 12 mutatione] sensuum *supr. vers. add.* *ml* ‖ 17 terramina *C* ‖ 20 fore *om.* *FC*, fero *N* (*corr. ead. man.*) ‖ suam *LM:* tuam *FCNH* ‖ 22 anacoliton *F* anacoluton *C* anacholuton *N* anacoluthon *LH* ANAKOLOYTON *M* ‖ 23 possit *FC* ‖ portus *deletum et* lenis *superscriptum in* *C* ‖ 24 portus *om.* *C* ‖ 25 cata to siopomenon *F*, *om. reliqui* ‖ 26 ludis *om.* *NH* (*supr. vers. add.* *n*)

'nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit': quod et in pyctali ait certamine ⟨366⟩ victori velatum auro vittisque iuvencum, ensem atque insignem galeam, solacia victo: aut certe promisisse eum intellegamus, quando vidit navem periclitantem.

284. OPERVM HAVD IGNARA MINERVAE perita lanificii.

285. CRESSA GENVS *hoc est Cretensis. et hoc est* figura Graeca, ut ⟨VIII 114⟩ qui genus? unde domo? PHOLOE nomen proprium. erat autem lactans: nam infantes lactentes dicimus.

287. GRAMINEVM graminosum: Cicero de hastis bene etiamne gramineas hastas: *quia 'gramineum' est ex gramine, 'graminosum' gramine abundans.* COLLIBVS VNDIQVE CVRVIS mutavit: non enim silva colles habet, sed est in collibus silva. debuit ergo dicere, quem colles cingebant silvis.

288. MEDIAQVE IN VALLE THEATRI media in valle erat circus theatri, id est spatium spectaculi. et 'theatri' Graece dixit *a circumspectione. omne spectaculum theatrum possumus dicere* ἀπὸ τῆς ϑεωρίας: non enim est speciale *nomen.*

290. CONSESSV MEDIVM TVLIT ordo est: quo se Aeneas medium tulit cum multis milibus, et extructo consessu resedit.

292. ANIMOS 'eorum' subaudis.

293. MIXTIQVE SICANI quod ait ⟨108⟩ pars et certare parati.

295. *FORMA INSIGNIS id est decorus.* VIRIDIQVE IVVENTA aetates omnes Varro sic dividit: infantiam, pueritiam, adulescentiam, iuventam, senectam. hae tamen, sicut etiam de temporibus supra ⟨III 8⟩ diximus, singulae trifariam dividuntur, ut sit prima, viridis, prae-

8 erat autem ... dicimus] cf. Serv. ad georg. I 315 et Isid. diff. verb 337 ‖ 9 Cicero] in Verr. act. II 4, 56, 125 ‖ 10 quia ... abundans] cf. ad Aen. VIII 175 et Isid. diff. verb. 223 ‖ 15 et theatri ... ϑεωρίας] cf. Isid. or. XV 2, 34 et XVIII 42, 1 ‖ 22 aetates omnes ... senectam] cf. Isid. or. XI 2, 1

1 et] etiam *F* ‖ in *om. FM*, im *L* ‖ pictali *libri*, id est singulari *superscr. m* ‖ 4 nanim *M* ‖ 6 cretenses *F* ‖ 7 domo] domus *F* modo *NH* ‖ 8 lactantes *F* (e *superscr. man. rec.*) lactan^e^tes *C* lactantes *NH* lactentes *ex* lactantes *LM. cf. Servius ad georg.* I 315, *quem exscripsit Isid. diff. verb.* 337 ‖ 9 de hastis] beatis *F* de astis *L* ‖ 10 *ad v.* 287 *in marg.* gramineum dicitur ex gramine graminosum graminibus habundans *T* ‖ 12 ergo *om. F* ‖ 13 quem] quequem *NH* (que *del. n*) ‖ 15 expectaculi *C* ‖ a circumspectione ... dicere *hab. C* ‖ 16 omnes *C* ‖ teatrum *F* ‖ ΑΠΟ ΟΝΟΡΙΑϹ *F* ΑΠΟΤΗΕϹ ΕΩΡΙΑϹ *NH* ΑΠΟ ΘΕϹ ΘΕΩΡΙΑϹ *L* (ΕϹΘΕΩΡΙ *in ras. l*) apotes theorias *M* ‖ 17 est *om. H* ‖ specula *F* ‖ 18 CONSENSVS *C* CONCESSVM *L* ‖ 19 exstructo *CL* ‖ consessu *ex* consensu *F* consessum *L* (*corr. l*) ‖ 20 subydis *F* ‖ 21 quod ait] quia ut *F* ‖ pars *om. CHL* (*supr. vers. add. l*) ‖ 22 *ad* insignis *supr. vers.* decorus *T* ‖ FORMAM SIGNIS *F* ‖ 23 adulicentiam *F* adulíscentiam *C* adolescentiam *NLHm* adulescentiam *M* ‖ 24 hec *F* haec *CM* ‖ 25 singula *C* ‖ trifrariam *C* triphari^am^ae *L* (am *superscr. l*) ‖ viridis] vel adulta et *Masvicius*

ceps: hinc est et 'viridi iuventa', et ⟨VI 304⟩ cruda deo viridisque senectus. item Sallustius sed Mithridates extrema pueritia regnum ingressus matre sua veneno interfecta.

296. *AMORE PIO PVERI] casto, non infami.* AMORE PIO PVERI aut genetivus est, et dicit eum ob hoc venisse, ne amicum relinqueret: aut distinguendum per se, et est nominativus pluralis, ut 'pueri' non referamus ad aetatem, sed ad agonale studium, in quo sunt puerorum et virorum separata certamina: nam *ἄνδρες καὶ παῖδες* dicuntur, licet non sint unius aetatis *παῖδες ἄνδρες*.

297. *REGIVS † nouli.*

298. ACARNAN Epirota: Acarnania enim est pars Epiri.

299. TEGEAEAE si derivativum fuerit 'de' non sequitur; si 'Tegeae' legerimus, non stat versus, nisi addita 'de' syllaba. derivativum autem ille indicat locus ⟨VIII 459⟩ tunc lateri atque umeris Tegeaeum subligat ensem. et Tegeum oppidum est Arcadiae, *a Tegeo Arcadis filio.*

300. *HELYMVS ecce ubi subtiliter Helymum cum Aceste ad Siciliam dicit venisse cum ait 'comites senioris Acestae'.*

301. *ADSVETI SILVIS id est venatores.*

302. QVOS FAMA OBSCVRA RECONDIT *hoc dicendo* per contrarium illos omnes esse nobiles indicavit.

306. CNOSIA Cretensia: Cnosos enim est civitas Cretae. et bene, sicut etiam in navibus, et generalia dat et specialia. LEVATO nitido, ut ⟨VII 789⟩ at levem clipeum sublatis cornibus Io.

308. PRIMI aliorum conparatione: nam unus est primus.

---

2 Sallustius] hist. fragm. II 54 Kr., II 45 D.

---

1 viridi] uidisque *F* ‖ et] sed *F* ‖ 2 saltius *F* ‖ mitridates *FCLM* mytrhidates *H* ‖ extrena *H* ‖ 4 *ad* pio *supr. vers.* casto *T* ‖ infamie *F*, *corr. Daniel* ‖ 5 linqueret *C* ‖ 8 ανδραις κα in ea ec *F* ανδραις και πεδες *C* andres cepe *N* andres caepedes *L* (uiri et pueri *superscr. l*) andres cepedes *H* andres και pedes *M* ‖ 9 discuntur *FC* (s *del. c*) ‖ non . . . aetatis] confusio sit aetatum *M* παιδαες ανδραις (a *superscr.*) *F* παιδαες ανδραις *C* παι.ηc δαρες *N* παιnc adpes *L* παιnc adpes *H*. *παῖδες ἄνδρες om. M et exempl. impr.* ‖ 10 nouli] *συνωνυμία F Schoellius* 11 acarmina *C* (n *del. c*) acarnia *Ml* ‖ 12 TEGEEAE *M*: TEGEAE *reliqui* ‖ diriuatum *FC* deriuaticium *H* ‖ fuerit] Tegeaeae *additur vulgo* ‖ 13 legeremus *C* ‖ diriuatiuam (e *superscr.*) *F* diriuatiuum *CNH* ‖ 15 tegaeum *C* tegeeum *M*: tegeum *FNLH* tegaeum *C*, autem *add. F* ‖ 16 archadiae *FC* ‖ tegio *F* ‖ archadis *F* Arcadiae *Daniel* ‖ 17 *ad* Helymus *supr. vers.* ecce ubi suptiliter elymum cum aceste ad siciliam dicit uenisse *T* ‖ elimum *F* ‖ 18 comitis seniores cestae *F* ‖ 19 *ad* adsueti silvis *supr. vers.* id est uenationi ac per hoc durati ad laborem *T* ‖ uenatoris *F*, *corr. Daniel* ‖ 22 CNOSIA *C*: GNOSIA *reliqui* ‖ cretesia *FC* cretensi *NLH* ‖ cnosos *F* nosos *C* gnosos *NHM* gnossos *L* ‖ est *om. F* ‖ 24 at] ad *libri praeter L* ‖ clypeum *C* clippeum *NH* ‖ ino *F* ‖ 25 est *om. FC*

309. FLAVA viridi, ut supra ⟨IV 261⟩ iaspide fulva.

310. PHALERIS equorum ornamentis; sermo Graecus est. HABETO habeat: tertia persona est a futuro imperativi, quae in hoc modo numeri singularis similis est secundae.

311. AMAZONIAM quasi Amazoniam, ut ⟨110⟩ sacri tripodes.

313. BALTEVS balteus dicitur non tantum quo cingimur, sed etiam a quo arma dependent.

314. CONTENTVS ABITO quasi de parvo munere. *ABITO abeat.*

316. CORRIPIVNT SPATIA AVDITO raptim eunt, ut ⟨VI 424⟩ corripit Aeneas aditum custode sepulto. LIMENQVE RELINQVVNT aut regulam, aut signum de creta factum.

317. SIMVL VLTIMA SIGNANT intuentur *et notant* ultima spatia, *id est finem cursus,* aviditate vincendi. *et deest 'visu'*, ut *Cicero* notat et designat oculis. aut 'signant ultima' culmorum scilicet summitatem: 'signant' vestigiis, ut alibi vix summa vestigia signat harena.

318. PRIMVS ABIT sicut et de navibus post generalitatem transit ad specialitatem. et bene, quia tribus statuta sunt praemia, quinque commemorat, *scilicet* casuris duobus.

319. ALIS velocitate, quia tam ventos quam fulmina alata fingunt poetae, ut ⟨VIII 430⟩ et alitis austri.

320. PROXIMVS HVIC secundum hunc locum proximum [*autem*] dicimus etiam longe positum nullo interveniente.

323. QVO DEINDE SVB IPSO id est post ipsum, *iuxta ipsum.*

324. CALCEM CALCE TERIT calcem dicimus unde terram cal-

2 'Phaleris' . . . est] exscr. Isid. or. XX 16, 1 ‖ 3 tertia . . . secundae] cf. Serv. comm. in Don. p. 414, 32 K. ‖ 6 balteus . . . dependent] exscr. Isid. or. XIX 33, 2. cf. gloss. Sangerm. ap. Hildebr. p. 27 ‖ 13 Cicero] in Cat. I 1, 2 ‖ 15 alibi] georg. III 195

---

1 falua *NH* ‖ 2 graecus est] quia φάλαρα dicuntur graece *add. D* ‖ 3 imperatiuo *N* ‖ 4 modo numeri singularis] monumento singł *H* ‖ numeri singularis *FC:* numero singulari *Nl* (*nam* PHALERIS . . . secundae *a prima manu omissa in marg. suppl. l*) num̃. sing̃. *M* ‖ 6 BALTEOS *N* BALTHEVS *L* ‖ balteos *FC* baltheus *NL* ‖ quo] eo *H* ‖ cingitur *C* ‖ 7 a quo *NHM:* eo *F* quo *CL* ‖ 8 HABITO *F* ‖ quasi de] quando *F* ‖ HABITO habeat *F*. *non edidit Daniel* ‖ 10 RELINCVNT *F* RELINQVNT *H* ‖ 12 *ad* signant *supr. vers.* notant et intuentur auiditate uincendi *T* ‖ intuentes et notantes *F*, notant *Masvicius* ‖ 13 id est finem cursus *supr. vers. add. c* ‖ et deest uisu Cicero *supr. vers. add. c* ‖ visu] uis *F* ‖ ut *del. c* ‖ 14 culmorum *Regius Burmanni a m. pr. et Commelinus:* culmu *H* cumulorum *FCLNM. cf. v.* 287 'gramineum in campum'. ‖ culmorum scilicet] id est cumulorum *M. fortasse* culmorum scilicet, id est summitatem ‖ 15 signa *M*, ponat *libri Vergiliani* ‖ 16 arena *LH* ‖ 17 HABIT *F* ‖ 18 quia] cum *F* ‖ 20 fulmina *om. F* ‖ alata] *in* alat *desinit Cassellani quaternio XVII., XVIII. et undevicesimi sex membranae interierunt.* ‖ 22 secundum hunc: locum *e. q. s. F. Schoellius* ‖ 24 SVB IPSO] sub ipso *add. NH* ‖ 25 unde terram calcamus *om. H*

camus; ergo non proprie dixit 'calcem calce terit': planta enim calcem non potuit terere: unde a parte totum accipiendum, id est calce pedem terebat.

325. INCVMBENS VMERO aut Helymi umero: aut currentis est gestus.

326. ELAPSVS PRIOR ut dum elabitur, id est celeriter currit, prior fiat: et satis licenter est dictum. AMBIGVVM minus firmum ad celeritatem.

327. SVB IPSAM FINEM [finem] bis subaudis: sub ipsam finem [*aut*] fessi adventabant ad finem.

329. LABITVR INFELIX quia parata victoria caruit. CAESIS VT FORTE IVVENCIS bene rem notam per transitum tetigit: agonalis enim moris fuerat post sacrificia ad certamen venire.

330. FVSVS HVMVM ordo est 'super fusus'.

332. TITVBATA participium sine verbi origine.

333. IN IPSO CONCIDIT ablativum posuit, quia non est mutatio

334. *OBLITVS AMORVM id est Euryali. et divisit sententiam Euryali*

OBLITVS AMORVM amare nec supra dictis congrue: ait enim ⟨296⟩ 'amore pio pueri': nunc 'amorum', qui pluraliter non nisi turpitudinem significant.

336. SPISSA HARENA tenui: quanto enim quid minutius, tanto est densius.

338. PRIMA TENET τὰ πρῶτα, † *prisca*. FREMITVQVE SECVNDO bene 'secundo' addidit, quia est et irascentum.

340. HIC temporis adverbium est *modo*. per caveam autem plebem significat: nam cavea consessus est populi. ORA PRIMA PATRVM hoc est quod Iuvenalis ⟨II 147⟩ ait et omnibus ad podium spectantibus.

1 planta *LH:* plantam *FNM* ‖ 2 calcem *LH:* calcem *N* calce *FM* non potuit *Stephanus:* potuit *libri. dubito num* planta . . . terere *Servii sint* ‖ tenere *N* ‖ 3 *fortasse* calcem pede ‖ terrebat *L* ‖ 4 elymi *N* helimi *LM* climi *H* flexo *Stephanus* ‖ 5 gestus] genus *F* uistus *H* ‖ 6 ut dum *FM:* ideo *N* ut de eo // *L* ut deo *H* ‖ elabitur *l:* labitur *FNLHM. cf. ad v.* 151 ‖ id est celeriter . . . INFELIX (*v.* 329) *om. H* ‖ 7 ut prior *NLM* ‖ et] sed *F* ‖ dictum] transeat elapsus cum labi sit cadere *add. M* ‖ 9 finem *om. F* ‖ 11 quia] qui *F* 14 *ad v.* 330 *in marg.* ordo est ut est forte fusus subaudis sanguis super humum cesis iuuencis et ut madefecerat uirides herbas *T* ‖ 15 origine] non enim dicitur titubor titubaris licet quaedam neutra sint quae tria habent participia praesentis praeteriti et futuri ut placens placitus et placiturus et prandeo similiter *add. D* ‖ 16 ablativum posuit: non enim dixit in ipsum concidit fimum, quia non est mutatio: nam motum non significat *D* ‖ 17 OBLITVS AMORVM id est euryali . . . euryali amorum amore (*sic*) *e. q. s. F* ‖ 18 amare] pro 'amoris' *vulgo* ‖ congrue] congruit *vulgo* ‖ 19 qui] quia *M* ‖ 20 significant *F:* significat *NLHM* ‖ 23 ΤΑ ΠΡΩΤΑC *NH* ΤΑ ΠΡΟΤΑ *L* ΤΑ ΠΩΡΤΑ *M* τὰ πρῶτα scilicet loca *Masvicius* ‖ prisca] principia *Ger. Vossius.* νικᾷ *F. Schoellius* ‖ 24 addit *L* ‖ iratorum *M* ‖ 25 est *om. M* ‖ per . . . populi *cum lemmate* CAVEAE CONSESSVM *ante scholium ad* HIC *collocata habet F* ‖ 26 ET HORA *F* ‖ 27 iuenalis *F* iuuentalis *M*

343. LACRIMAEQVE DECORAE ipse etiam fletus habebat aliquid venustatis, ortus aut a gaudio, ut Terentius o lacrimo gaudio, quod et congruit puero propter victoriam inopinatam: aut certe ad miserationem movendam contra eum qui se adserebat esse victorem.

344. VENIENS crescens, ut hic segetes, illic veniunt felicius uvae.

349. *CERTA firma.* CERTA MANENT PVERI ut diximus supra ⟨296⟩, quia παῖδες dicuntur.

350. ME LICEAT 'liceat me miserari': nam non 'me liceat', sed 'mihi liceat' dicimus. CASVS adlusit, a cadendo.

351. TERGVM *pellem.* mutavit more suo: nam 'tergus' debuit dicere.

352. ONEROSVM plus est quam si 'oneratum' diceret, sicut et 'sceleratum' et 'scelerosum'.

355. QVI LAVDE CORONAM virtute: a sequenti quod praecedit.

356. FORTVNA bene dolum suum excusat.

358. OPTIMVS OLLI aut ei adrisit: aut 'olli iussit efferri'. sane congrue arma dat iuveni.

359. DIDYMAONIS ARTES laus ab artifice, ut divinum opus Alcimedontis.

360. NEPTVNI SACRO DANAIS DE P. R. 'Danais' a Danais. et intellegimus hoc ad Aeneam transisse per Helenum.

363. PRAESENS fortis: ac si diceret, si adsit quis plenus animi.

---

2 Terentius] adelph. III 3, 55 ‖ 5 hic] georg. I 54 ‖ 9 liceat me . . . dicimus] cf. Don. ad. Ter. hec. prol. alt. v. 2 ‖ 13 plus est . . . scelerosum] cf. Isid. or. X 254 et Don. ad Ter. eun. IV 3, 1 ‖ 19 divinum] buc. III 37

---

1 ipse] aut ipse *M* ‖ 2 aut a gaudio *M:* aut gaudio *F* a gaudio *NLH* ‖ o *M: om. reliqui* ‖ gaudio *om. F* ‖ 3 ad] di *F*, *om. H* ‖ 4 movendam] mouen dix̃ *H* ‖ 6 uvae] venire anni dicuntur in adolescentibus, sicut in senibus recedere. Horatius (*a. p.* 175) 'multa ferunt anni venientes commoda secum, multa recedentes adimunt'. *add. D* ‖ 7 CERTA MANENT firma PVERI ut diximus *e. q. s. F* ‖ 8 quia] qui *F* ‖ παῖδες] ΠΑΙΛΑΙC *F* ΠΑΙΑΕΙC *N* (at. ideo pede *in marg. n*) ΠΑSΛΕΙC *L* ΤΑΙΑΕΙC *H* pedes *M* ἄνδρες καὶ παῖδες *vulgo* ‖ 9 *scholium ad v.* 350 *om. F* ‖ miserari] *alterum* i *in ras. l*, miserarius *H* ‖ nam non me liceat dicimus sed mihi liceat *NH* ‖ 10 CASVS *F* CASVMS *H* ‖ 11 STERG ṼS *H* ‖ tergus] tergum *F* ‖ 12 dicere] cum tergum habeat carnis appellationem, tergus vero sit pellis, ut (I 211) 'tergora diripiunt costis' *add. D* ‖ *ad* aureis *in marg. ab eius manu qui notis tironianis usus est* uel reuera unguibus aureis id est auro incapsatis et inclusis uel aureis dicit id est aureum colorem habentibus. leone enim senescente ungues illius aurei coloris fiunt *T* ‖ 13 ONOROSVM *F* SONEROSVM *H* HONEROSVM *M* ‖ onoratum *FNH* honeratum *LM* ‖ et *post* sicut *om. FM* ‖ 15 sequente *NLHM* (sequenti *l*) ‖ *ad* qui laude coronam *supr. vers.* a sequente id quod praecidit (*sic*) intellege quia praecedit uirtus et sequitur laus *T* ‖ praecedit] nam ex uirtute praecedenti sequitur laus *add. D* ‖ 17 oli *L* ‖ 19 DIDIMAONIS *NLHM* ‖ diuini *M* ‖ 20 alchimedontis *libri praeter M* ‖ 21 Danais *om. FL* ‖ a Danais] te danais *H* ‖ 22 Helenum] ne videatur ex sacrilegio quaesitum *add. D*

366. VELATVM *id est* coronatum. AVRO autem, quia solent habere laminas quasdam, ut ⟨IX 624⟩ et statuam ante aras aurata fronte iuvencum.

369. VIRVM SE MVRMVRE TOLLIT cum suffragio plurimorum.

370. SOLVS QVI PARIDEM S. C. C. multi haec a poeta volunt dici, melius tamen verba sunt populi: unde et 'virum se murmure tollit'. PARIDEM venit ab eo quod est 'Paris, Paridis' vel 'Paridos', quod autem legimus ⟨X 705⟩ 'urbe paterna Parin creat' venit *ἀπὸ τοῦ ὁ Πάρις, τοῦ Πάριος, τῷ Πάρι, τὸν Πάριν*: et volunt, si proprium sit, in 'dos' exire genetivum, si appellativum, in 'os'. sane hic Paris secundum Troica Neronis fortissimus fuit, adeo ut in Troiae agonali certamine superaret omnes, ipsum etiam Hectorem. qui cum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanum: quod adlatis crepundiis probavit qui habitu rustici adhuc latebat. hos autem ludos transfert Vergilius ad Hectoris tumulum: qui sunt facti, cum habuisset Hector occidi.

373. AMYCI DE GENTE Amycus filius Neptuni fuit et nymphae Melies, qui a Polluce victus est pyctali certamine. Bebrycia autem ipsa est Bithynia: Sallustius igitur introrsus prima Asiae Bithynia est, multis antea nominibus appellata: ipsa enim est et maior Phrygia.

374. MORIBVNDVM morienti similem.

---

11 sane hic Paris . . . probavit] exscr. mythogr. II 197, III 11, 24 || 17 Amycus . . . Melies] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 353 || 18 Bebrycia autem . . . Phrygia] exscr. Isid. or. XIV 3, 39 || 19 Sallustius] hist. fragm. III 43 Kr., III 46 D.

---

1 *scholium ad* AVRO *om. F* || 2 lamminas *l* || 3 autrata *NH* (aurata *n*) 5 s. c. c.] simile dixit Homerus de Euryalo ad sepulcrum Patrocli (*Il.* XXIII 677 *sqq.*) *Εὐρύαλος . . . Καδμείωνας add. D* || multi autem *N* || hoc *LH* || 6 unde est *F* || 7 PARIDEM *om. NLH* (pariden *supr. vers. l*) || paris et paridis *H* || vel Paridos *vulgo: om. F*, ut paridos *NHM* aut paridos *L* || 8 urbe paterna parin creat *FNLH:* parin creat pari mercantur. B. p. urbe paterna *M* || 9 uenit ab eo quod est o ΠΑΡΕΙϹ ΤΟΥ ΠΑΡΙΟϹ ΤΩ ΠΑΡΙ ΤΟΝ ΠΑΡΕΙΝ *F* uenit απω τωy o paris to parios to parito parin *N* uenit απω τωy o paris to parios to pari to parin (o *ante* paris *in ras. et* n *superscr. l*) uenit ariatai o paris to parios to parito parin *H* uenit απω το paris. to parios to parin *M* || 11 os] has *N* || troica *FNHM:* tro//icam *L* (*duae litterae deletae sunt et* o *in ras. l*) || 12 in Troia agonali certamine *Stephanus et Fabricius* || 13 dixit se] dixisse *F* dixit se ex dixisse *L* || 14 quod] et *Lion* || adlatis] habeat *add M* || crepundiis] fratrem *add. M.* crepundia signum monimenta puerilia *in marg. adscr. l* || abitu *F* 15 Vergilius] quasi *add. N* si *H* (*del. h*) || 16 cum habuisset hector occidi *libri, nisi quod* occide *H* (*i. e. 'cum Hector occisus esset'*): cum ludi funebres celebrarentur cadaveri Hectoris ab Achille occisi *vulgo* || 17 AMICI *FHM* || amicus *FLHM* amicis *N* || 18 qui a Polluce . . . Phrygia *om. F* || pictali *NLH* bebricia *NLH* || 19 bitinia *N* bithinia *L* bythinia *M* || asye *L* || bithinia *NH* bythinia *LM* || 20 ante *LH* || 21 frigia *libri.* *ceterum* ipsa . . . Phrygia *non esse Sallustii vidit Dietschius*

375. TALIS qualem multitudo loquebatur.

376. OSTENDIT melius dixisset 'ostentat'.

380. ALACRIS cum 'acer' ubique dicat, 'alacer' tamen non dicit, licet inde nascatur: vitat enim confusionem: unde utrumque non vult dicere. nam 'alacer' nusquam, *et iterum* 'acris' nusquam dixit. inde est quod etiam pampini supprimit genus, quia dubitatur.

383. SI NEMO AVDET ὅρος βίαιος: argumentatur enim se omnes vicisse, ex eo quod ad certamen nullus accedit.

386. REDDI quasi debita promissa, quia ait ⟨366⟩ 'victori velatum auro vittisque iuvencum'.

387. HIC GRAVIS tunc. 'gravis' autem aetate vel obiurgatione. CASTIGAT *increpat*, obiurgat.

388. TORO CONSEDERAT HERBAE est verbum de verbo: nam 'torus' a tortis dictus est herbis.

389. FRVSTRA ordo est: tantane dona tam patiens sines tolli frustra? sane sciendum, hunc secundum Hyginum, qui de familiis Troianis scripsit, unum Troianorum fuisse, de quo Vergilius mutat historiam.

390. * *TAM PATIENS pro 'tam patienter sines'.* *

391. NOBIS DEVS ILLE MAGISTER 'nobis' non vacat: ut *Cicero* qui mihi accubantes: sed pro 'noster' est positum vitandi [*propter similitudinem*] homoeoteleuti causa.

394. ILLE SVB HAEC aut statim: aut post haec.

395. SED ENIM GELIDVS aliud pendet ex alio: quare 'hebet'? quia gelidus est: quare gelidus? quia senis.

396. EFFETAE exhaustae. et est translatio a mulieribus, quas frequens partus debiles reddit.

397. INPROBVS ISTE qui sine certamine postulat praemium.

3 cum acer e. q. s.] cf. [Sergii] explan. in Don. p. 491, 28 K. et Don. ad Ter. eun. II 3, 12 || 20 Cicero] in Cat. II 5, 10 || 26 'Effetae' . . . reddit] cf. Isid. or. X 94

2 ostentabat *F* || 3 acer *om. H* || 6 pampini *LM:* pampinius *F* pampini[ta] *N* (ta *superscr. ead. man.*) pampitani *H* Papinius *vulgo. cf. Servii (Sergii) comm. in Don. p.* 432, 6 *K.* || superprimit *H* || 7 oros biaeos *FNLH* orosbicos *M* OROS BIEOS uel cos id est uehemens argumentum *in marg. adscripsit l* || omnes *om. F* || 9 REDDIQVE VIRO PROMISSA *F* || quia] qui *N* || 11 tunc] hic tunc *M* autem] uel *F* || 12 increpat *edidit Stephanus* || 13 est *om. FM* || 15 tantane dona frustra tolli sines tam patiens *M* || 16 frustra *om. F* || sane . . . historiam *om. F* hygrinum *H* || 19 TAM PATIENS . . . sines, *quae post* obiurgat (*lin.* 12) *F habet, ego huc transposui, non edidit Daniel* || 21 pro] propter *H* || 22 omoeoteleuti *F* ho[o]meoteleoti *L* emoeuteleuti *H* omoeuteleuton *M* || 24 hebet *NM:* habet *F* hebetat *L* habeat *H* || 25 senex *F* || 26 quas frequens partus] quartus frequens *F* || 28 ISTE] id est nimis avidus *add. D* || qui] quia *M*

398. ILLA IVVENTAS aut magna, aut quae quondam fuerat.

400. NEC DONA MOROR id est non expecto, *non moveor donis:* hic enim sensus tam superioribus, quam sequentibus congruit. et supra enim ait, se non praemii causa dimicare, sed gloriae, et paulo post bovem victor interemit.

401. INMANI PONDERE *pro* 'inmanis ponderis', more suo, ut ⟨III 467⟩ hamis auroque trilicem.

402. QVIBVS quorum instructu.

403. FERRE MANVM contendere: nam utraque manus armatur· *et 'manum' pro 'manus'.* INTENDERE BRACHIA TERGO ligare, ut ⟨IV 506⟩ intenditque locum sertis.

404. ANIMI TANTORVM *hic distinguendum:* hoc est virorum fortium, *quos aequum non erat magna mirari.* unde addidit 'ante omnes stupet ipse Dares': nam stultum est dicere 'tantorum boum', cum dixerit septem.

406. LONGEQVE valde, ut ⟨I 13⟩: Tiberinaque longe ostia.

408. VERSAT considerat, ut Sallustius exercitum *maiorum more* verteret, *hoc est consideraret.*

409. SENIOR secundum Varronem 'senior' et 'iunior' comparativi sunt per inminutionem. hinc est ⟨VI 304⟩ iam senior, sed cruda deo viridisque senectus': additum enim hoc est ad exprimendum, quid sit 'senior': item Ovidius inter iuvenemque senemque. et re vera non convenit hunc satis senem accipi, qui et vincere potest, et uno ictu taurum necare. ergo 'senior' non satis senex, sicut 'iunior' non satis iuvenis, intra iuvenem, sicut 'pauperior' intra pauperem. dicit autem hoc Varro in libris ad Ciceronem.

410. CAESTVS ET ARMA ἓν διὰ δυοῖν: 'arma' id est caestus.

---

6 'Inmani pondere' . . . trilicem] cf. Macrob. Sat. VI 8, 1 sqq. ‖ 17 'Versat' considerat] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 671 ‖ Sallustius] hist. fragm. inc. 17 Kr., 51 D. ‖ 19 secundum Varronem e. q. s.] cf. Don. ad Ter. hec. prol. alt. v. 3 et Phorm. II 3, 15. Isid. or. XI 2, 25 et diff. verb. 531 ‖ 22 Ovidius] met. XII 464 ‖ 26 Varro in libris ad Ciceronem] Wilmanns d. M. Ter. Varr. libr. gramm. p. 158

---

1 IVVENTAS *FL* (*sed* s *in ras. l*) IVVENTA *NH* IVVENTVS *M* ‖ 6 more suo *om. F* ‖ 9 armatur manus *M* ‖ 10 manum *Daniel:* manu *F* ‖ 13 addit *F* ‖ 14 dicere] sentire *M* ‖ 15 diceret *F* ‖ 16 hostia *NLHM* ‖ ostia] et Sallustius (*Cat.* 52, 2) 'longe alia mihi mens est patres conscripti' *add. D* ‖ 17 *ad* versat *supr. vers.* librat ponderat *T* ‖ ut *om. F* ‖ 18 uerteret *F:* uertere *NLHM* vortere *Kritzius et Dietschius* ‖ considerare *Masvicius* ‖ 19 uarrone *F* ‖ senior et iunior *FLM:* iuuenior et senior *NH, probavit Wilmanns* ‖ 20 inmutationem *L* (t. inminutionem *superscr. l*) ‖ hinc est iam *F:* hinc etiam *NLH* (*del. et* intra pauperior *superscr. n*) hinc est etiam *M* ‖ 21 est *om. M* ‖ 25 iuuenior *F* ‖ intra] inī ra *F* sed intra *Ml* ‖ pauperem pauperior intra *NH. ceterum fort.* infra iuvenem *et* infra pauperem ‖ 27 endyi adyn *F* (uertit uirtus) en dia diin *NH* Endi a dyin *L* (ndi *et* n *in ras. l*) endiadin *M.* uertit uirtus *ad v.* 408 *pertinere putans Ha-*

411. TRISTEMQVE HOC IPSO IN LITORE P. aut in quo magister occisus est: aut 'in tristi litore', id est infecundo: Varro enim dicit, sub Eryce monte esse infecundum campum fere in tribus iugeribus, in quo Eryx et Hercules dimicaverunt.

412. HAEC GERMANVS 'germanus' est secundum Varronem in libris de gradibus, de eadem genetrice manans, non, ut multi dicunt, de eodem germine, quos ille tantum fratres vocat: secundum quem bene nunc Erycem, Butae et Veneris filium, Aeneae dicit fuisse germanum.

413. SANGVINE CERNIS ADHVC F. I. C. non Herculis, quippe victoris, sed Erycis: quae infecerat se tegendo.

415. AEMVLA NECDVM adversa virtuti. GEMINIS duobus.

418. AVCTOR ACESTES huius certaminis scilicet.

419. AEQVEMVS PVGNAS id est arma: a sequenti quod praecedit. TIBI 'pro te', ut tibi deserit Hesperus Oetam. EXVE proice, solve.

421. DVPLICEM AMICTVM id est abollam, quae duplex est, sicut chlamys: Horatius contra quem duplici panno patientia velat.

426. CONSTITIT hic distinguendum propter vitium, ut sit 'arrectus in digitos'. **sed utrum in pedum, an in manuum digitos?* est autem hic totus locus de Apollonio translatus.

429. PVGNAMQVE LACESSVNT provocant potius, quam gerunt: *vel certe inritant.*

431. MEMBRIS ET MOLE *hoc est* mole membrorum, ut ⟨I 61⟩ molemque et montes.

432. GENVA LABANT proceleumaticus est, quem, ut supra ⟨II

5 germanus est . . . tantum fratres vocat] exscr. Isid. or. IX 6, 6. diff. verb. 237 et 273 ‖ 15 tibi] buc. VIII 30 ‖ 18 Horatius] ep. I 17, 25 ‖ 21 Apollonio] Argon. II 68 sq.

---

*genus coniecit* uertit caestus. *ut scholiastes apud Vergilium* vertit *pro* versat *legerit. moneo scholia ad* versat *et ad* caestus et arma *in dextro margine scripta esse, scholium ad* senior *in sinistro, ut scholium ad v.* 410 *in codice infra ipsum scholium ad v.* 408 *collocatum sit.* ‖ 2 in *ante* tristi *om. L* ‖ in infecundo *h* ‖ 3 sub Eryce monte *Fn:* sub erico mente *NH* sub erico monte *LM* ‖ 4 erix *LH* ‖ herculis *F* ‖ 6 manans *FNLH:* natus *M et in marg. n* ‖ 8 herycem *F* ericem *LM* ‖ bytae *F* bute *H* ‖ ueneris et butae *M* ‖ et Veneris *om. NLH* ‖ 11 ericis *NLH* ‖ quae infecerat *libri, nisi quod* quem fecerat *H:* qui infecerat *Masvicius primus* ‖ se *om. L, suppl. l* ‖ 15 pro te . . . Oetam *om. F* ‖ 17 quae] qui *H* ‖ 18 chlamis *FLH* clamis *NM* ‖ dupli *FL* (duplici *l*) ‖ pacientia *LM* ‖ 20 sed utrum . . . digitos *huc transposui, post* montes (*lin.* 25) *hab. F* ‖ utrum *Masvicius:* utrumque *F* ‖ 21 est autem locus hic totus translatus de appollonio *M* ‖ appollouio *LH* ‖ translatus] partimque ex Homero (*Il.* XXIII 686 ἄντα δ' ἀνασχομένω . . . πάντοθεν ἐκ μελέων *add. D*, *quibus Fabricius adiunxit* Apollonius autem αὐτίκ' ἀνασχόμενοι . . . ἀντιόωντες ‖ 22 pocius qua *L* ‖ 25 montis *M* ‖ 26 proceleusmaticus *NL*

16⟩ diximus, sic semper ponit, ut cogi possit in dactylum, ut 'genua labant', et ⟨XI 890⟩ arietat in portas.

433. NEQVIQVAM non profutura victoriae. VVLNERA IACTANT ictus.

438. TELA ictus. EXIT vitat, declinat, ut de Tarchone ⟨XI 750⟩ et vim viribus exit. et hoc verbo bis usus est tantum.

439. QVI MOLIBVS VRBEM amphibolon est: aut celsam molibus, aut quae molibus oppugnatur.

440. SEDET CIRCVM CASTELLA tmesis est, *hoc est* circumsedet.

443. OSTENDIT DEXTRAM aut fiducia virtutis est ostendere quod minaris: aut certe provectus aetatis ostenditur, quae eum ex inproviso ferire non sinit.

444. VELOX velociter: nomen pro adverbio.

446. VLTRO e contrario: ille enim cadere debuerat.

447. GRAVIS GRAVITERQVE figura a similitudine.

448. CAVA PINVS *id est exesa vetustate: et dicendo 'cava pinus'* bene respexit ad aetatem. ERYMANTHO mons Arcadiae Erymanthus.

449. IDA IN MAGNA modo non Cretae, sed Phrygiae propter pinus.

450. CONSVRGVNT STVDIIS in studia.

456. PRAECIPITEMQVE DAREN celerem, ut ⟨IV 573⟩ praecipites vigilate viri.

457. NVNC ILLE SINISTRA 'ille' vacat: nam metri causa additum est: de ipso enim dicit, ut 'creber utraque manu pulsat versatque Dareta'.

458. QVAM MVLTA GRANDINE NIMBI hypallage: nam debuit dicere, quam multo nimbo grando praecipitatur.

---

5 'Exit' vitat] cf. Macrob. Sat. VI 6, 5 ‖ 23 ille vacat] cf. Don. ad Ter. adelph. III 2, 8

---

1 dactilum *libri, nisi quod* dactilium *L* ‖ 3 VVLNERA] discerpunt *add. NH* 5 tela *cum praecedenti scholio coniunctum in Ml, nam* iactant . . . EXIT *in ras. l* ‖ ictus *om. Ml* ‖ un de arcone *N* (ut de tarcone *n*) ut de tarconte *L* (te *in ras. l*, t. uenulo *superscr. idem*) ut de tarcone *H* unde de tarconte *M:* ut de turno *F* unde de Venulo *Masvicius, quod debuit sane Servius ponere* ‖ 6 et *om. LH* ‖ et bis tantum hoc uerbo usus est *M* ‖ 7 aut celsam] ut celsam *H* 8 obpugnatur *F* oppugnabatur *Fabricius et Lion* ‖ 9 temesis *FH* temisis *L* themesis *M* ‖ circumsedit *F* circumsidet *M* ‖ 10 fiduciam *N* ‖ 11 minatur *Ml* prouentus *F* ‖ quae] qui *Fh* ‖ 13 nomen pro aduerbio *om. F* ‖ 17 ad *om. L, suppl. l* ‖ ERIMANTHO *NHM* ERIMANTO *L* ‖ erimanthus mons arcadiae *M* ‖ archadiae *FH* ‖ Erymanthus *om. F*, erimanthus *N* erymant[h]us *H* erimantus *L* 19 pinos *F* ‖ 21 DAREM *FH* ‖ celere *F* ‖ 23 nam . . . est] additum propter metrum *M* ‖ 24 dicitur *NH* ‖ 26 NYMB *F* NYMPHVS *NH* ‖ 27 nymbo *NH* ‖ praecipitatus *H, corr. h* ‖ *ad vers.* 458 *in marg. inf.* Hipallage est ut seruius dicit debuit enim dicere quã praecipitatur grando de culminibus cum multo nimbo. Grando appellata quod forma eius granorum similitudinem habeat haec autem

460. VERSATQVE DARETA 'Dares Daretis', unde est 'Dareta': et 'Dares Daris', unde est 'Daren', sicut 'Chremes' et 'Chremis' et 'Chremetis'.

465. INFELIX consolatio est: unde non dicit 'inbellis', ut fortunae videatur esse quod victus est.

467. DIXITQVE vacat 'que' metri causa, et maluit perissologiam facere, quam uti communi syllaba, quae frequens vitiosa est: unde et Terentianus nec tanta in metris venia conceditur uti: Graeci enim his utuntur frequenter.

468. FIDI AEQVALES Homerus *φίλοι ἑταῖροι.*

469. VTROQVE in utramque partem.

472. VOCATI ACCIPIVNT bene eorum ostendit pudorem: vel quia erant occupati circa amicum, dixit 'vocati'.

474. COGNOSCITE TEVCRI habet rationem personarum, quia virtutem eius noverant Siculi.

480. EFFRACTOQVE INLISIT IN OSSA CEREBRO hypallage: effregit ossa et inlisit in cerebrum.

481. HVMI BOS *cur, cum de uno loquatur, hic bovem, alibi iuvencum, alibi taurum appellat? sed videtur pro tempore ac diversitate usus ideoque iuvencum ait. est autem hic* pessimus versus in monosyllabum desinens.

483. MELIOREM aptiorem: nam animalem hostiam dat.

8 Terentianus] v. 1010 p. 355 K. ‖ 10 Homerus] Il. XXIII 695 ‖ 22 nam . . . dat] cf. Macrob. Sat. III 5, 3

rigore uentorum duratur in nube ac solidatur in niue (*leg.* nivem) ruptoque aere soluitur. grando simili ratione sicut nix coagulatur. aquae enim nubium rigore uentorum in glaciem stringuntur atque durescunt. dehinc glacies partim frigore (fragore *Isid.*) uentorum comminuta in fragmine (fragmina *Isid.*) partim solis uapore soluta frustratim (frustatim *Isid.*) ad terram delabitur. quod autem rotunda uidetur hoc solis calor facit et more frenantis (mora refrenantis *Isid.*) aeris dum per longum spatium a nubibus usque ad terram decurrunt *T. quae de grandinis natura exposuit Isidoro debet scholiastes:* Grando appellata . . . ruptoque soluitur *ex orig.* XIII 10, 5. grando simili . . . decurrunt *ex libro de rer. nat.* XXXV *petita sunt.* ‖ 1 Dareta . . . unde est *om. M* ‖ 2 Daren] darem *FH* dare *L* (daren *l*) ‖ Chremes] chremes *ex* chremis *F* ‖ et Chremis *om. F* chremetis *M* ‖ et *om. M* ‖ 3 Chremetis] chremitis *FNH* chremen *M.* cnemem et cremetem *add. D* ‖ 6 DIXIT *F* ‖ 8 ẽt terentianus *M:* oratius *FN* (at. terrentianus *in marg. n*) horatius at. terrentius (an *superscr. m. pr.*) *L* horatius *H* metris] metri *FL* (metris *l*) pedibus *Terentianus* ‖ 10 Homerus] homero *F* omerus *N* (at. de graeco *in marg. n*) humerus *H* de greco *M* ‖ *φίλοι ἑταῖροι F:* φιλοι εταιριο *N* filotata hyrio *L* φιλοι ετ\ιροι *H* ITETEROI *M* *φίλοι δ' ἀμφέσταν ἑταῖροι . . . κόμισαν δέπας ἀμφικύπελλον D* ‖ 11 partem] et adverbium est *add. D* ‖ 12 uel *om. M* ‖ 13 uocati dixit *F* ‖ 16 IN OSSA CEREBRO *om. F* hypallage] amic socii *add. F. cf. ad v.* 468 ‖ fregit *F* ‖ 17 inlicit *F* ‖ in *om. F* 20 monosyllabum *N* monosylabum *L:* monosyllaba *F* molosyllabam *H* monasyllabam *ex* monosyllabam *M* ‖ 22 animalem] anima *F* aminalem *N* ‖ ostiam *F*

484. CAESTVS ARTEMQVE REPONIT et arma deposuit et arti renuntiavit, id est κατάλυσιν fecit.

487. INGENTIQVE MANV magna multitudine. MALVM 'malus', arbor navis, generis est masculini: Horatius nec malus celeri saucius Africo. et dictus est malus, vel quia habet instar mali in summitate, vel quia quasi quibusdam malis ligneis cingitur, quorum volubilitate vela facilius elevantur.

488. TRAIECTO extento: unde transenna dicitur extentus funis: Sallustius machinato strepitu transenna corona in caput inponebatur.

489. QVO in quam: nam ponit adverbia pro nominibus, ut ⟨I 6⟩ genus unde Latinum.

491. CLAMORE SECVNDO *sic*ut supra dixit ⟨369⟩ magnoque virum se murmure tollit.

493. QVEM MODO id est nuper: nam ut supra diximus, victor fuit duorum. Vrbanus vero dicit 'modo' propemodum, paene: nam secundus fuit. alii 'victor' voti compos volunt, ut rapidusque rotis insistere victor: optaverat enim ne rediret extremus, ut ⟨196⟩ hoc vincite cives.

496. CLARISSIME FRATER PANDARE notissime, qui fuit Lycaonis filius. Pandarus autem [*qui*] secundum Homerum Minervae persuasione certamen singulare Menelai et Paridis, cum in eo esset

---

4 Horatius] carm. I 14, 5 || 5 et dictus est . . . elevantur] exscr. Isid. or. XIX 2, 8 || 8 'Traiecto' . . . funis] exscr. Isid. or. XIX 1, 24 || 9 Sallustius] hist. fragm. II 29 Kr. 23 D. cf. Macrob. Sat. III 13, 7 sq. || 15 'Modo' id est nuper] cf. Don. ad Ter. eun. IV 4, 30 || 17 rapidusque] georg. III 114 || 21 secundum Homerum] Il. IV 86 sqq.

---

1 REPONO *M* || arma deposuit] arma deposuit se dicit deponere *M* || 2 renunciauit *L* || id est . . . fecit *om. M* κατalyſe in *F* καταaycyn *NH* catalaycyn *L* (l *in ras. l* || *ad v.* 485 *hoc scholium hab. D:* Protinus Aeneas celeri certare sagitta invitat, qui forte velint et praemia ponit] certamen sagittandi proponit. quem locum ex Homero transtulit: ille enim sic ait (*Il.* XXIII 850) αὐτὰρ ὁ τοξευτῆσι κ. τ. λ. || 3 magna] ingenti *M* || multitudine] ille vero inquit (852) ἱστὸν δ' ἔστησαν . . . ἐπὶ ψαμάθοις *add. D* || 4 nec] et *Horatius* || 6 malis] malas *F* malleolis *Isidorus.* καρχήσιον *videtur Servius significare* || 7 nolubitate *H* || 8 extensus *L* extontus *H* (extentus *h*) || 9 Sallustius] transenna dimissum uictoriae simulachrum cum *add. D* || strepitu] strepiti *NH* strepitu ut *M* transanna *H* || caput] caput ite *M* caput *in* capite *mutavit et* ite *delevit m* 10 inponebatur *FMn:* imponebatur *L* ponebatur *NH* || inponebatur] sic Homerus (854) λεπτῇ . . . τοξεύειν *add. D* || 11 nam] non *H* || pro pronominibus *F* || 12 *ad v.* 490 *hoc scholium hab. D* Deiectamque aerea sortem] sic Homerus (861) κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρει πάλλον ἑλόντες || 13 dixit] ait *F* dixi *M* 15 supra *om. F* || 17 conpos *M* || rapidisque *L* || 18 obtauerat *NH* || extremus rediret *F* || 20 PANDERE *F* PENDERE *H* || nobilissime *h* || licaonis *NL* leaonis *H* || 22 certamen *huc transposui, post* Homerum *hab. NLHM, post* Paridis *F* et] ac *M*

ut Paris vinceretur, iacto telo diremit, quo Menelaum vulneravit. IVSSVS a Minerva.

498. SVBSEDIT ACESTES *hoc est* remansit: '*Acestes*' *autem pro* '*sors Acestis*': nec enim proferebatur sors quae remanserat sola. aut certe '*subsedit*', delituit: unde et subsessores vocantur qui occisuri aliquem delitescunt: de quo verbo plenius dicturi sumus illo versu ⟨XI 268⟩ devicta Asia subsedit adulter.

500. FLEXOS INCVRVANT mutatione usus est: nam 'curvos inflectunt' debuit dicere.

501. PRO SE QVISQVE VIRI pro qualitate roboris sui.

503. DIVERBERAT AVRAS scindit.

504. ARBORE MALI sic dixit, ut ⟨VIII 231⟩ lustrat Aventini montem.

505. EXTERRITA PINNIS timorem suum pinnis significans: singula enim animalia habent signa, quibus indicant suum timorem: unde ipse de lupo ⟨XI 812⟩ caudamque remulcens subiecit pavitantem utero, item de Caco ⟨VIII 223⟩ turbatumque oculis: hominum enim timorem primi indicant oculi.

506. OMNIA PLAVSV alii pinnarum dicunt, sed melius est, spectantum favore: illud enim est incredibile.

507. ADDVCTO ARCV TELVM TETENDIT hypallage est: nam adducitur telum et arcus intenditur.

509. MISERANDVS qui perfecta re difficiliore victoria caruit.

511. INNEXA PEDEM innexum pedem habens.

513. TVM deinde. et est adverbium ordinis: nam 'tunc' temporis est. ARCV CONTENTA PARATO T. T. contento arcu tela tenens parata.

514. IN VOTA VOCAVIT nam apud Lycios colitur quasi heros.

516. NIGRA SVB NVBE id est alta.

---

1 iacto telo *NLH:* iactu teli *F* iactu teli *ex* telo *M* ‖ quo] eo *N* ‖ 3 ACESTES *L* ‖ remisit *F* ‖ Acestes . . . Acestis *non edidit Daniel* ‖ 4 acestus *F* 5 subsidet *F* ‖ dicuntur *M* ‖ 6 delitescant *F* ‖ dicturi sumus] dicitur *F* ‖ 8 usus est] uerborum *add. M* ‖ 14 PINNIS] *om. F*, PENNIS *LM* PANNIS *H* ‖ pennis *LMh* pannis *H* ‖ 16 ut unde *M* ‖ 18 primi indicant] primum dicant *L* primum indicant *M* ‖ 19 pennarum *L* ‖ 20 est *om. FNL* (*sed duarum litterarum rasura in L* ‖ 23 *ad v.* 509 Ast ipsam *etc.*] sic Homerus (865) ὄρνιθος μὲν ἅμαρτε *D* qui *om. F* ‖ caruit uictoria *M* ‖ *ad v.* 510 Nodos *etc.*] Homerus vero ait (866) αὐτὰρ ὃ μήρινθον βάλε πὰρ πόδα τῇ δέδετ᾽ ὄρνις *D* ‖ 24 innexu *F* ‖ *ad v.* 512 Illa *etc.*] Homerus autem ἣ μὲν ἔπειτ᾽ ἤιξε πρὸς οὐρανον *D* ‖ 25 nunc *H* (tunc *h*) ‖ 26 contentu *L* ‖ 28 *scholium ad v.* 514 *om. F* ‖ nam . . . heros] quia pandarus quasi heros apud lycios colitur *M* ‖ licios *NLH* ‖ heres *N* eros *L* *ad v.* 515 Iam vacuo . . . plaudentem] sicut Homerus (874) ὕψι δ᾽ ὑπὸ νεφέων . . . βάλε μέσσην *D*

517. VITAMQVE RELIQVIT IN ASTRIS unde sumpserat vitam, ut ⟨VI 728⟩ hinc hominum pecudumque genus, vitaeque volantum. sane sciendum hunc totum locum ab Homero esse sumptum: unde inanis est vituperatio Aeneae, quod suspenderat avem maternam. nam et res est translata simpliciter: et quamcunque suspendisset avem, in hanc incideret vituperationem: nulla enim avis caret consecratione. quia singulae aves numinibus sunt consecratae. quamquam Vrbanus dicat, matrem citius potuisse placari.

521. ARTEMQVE PATER ARCVMQVE SONANTEM culpat hoc Vergiliomastix: artem enim in vacuo aëre ostendere non poterat: quamquam dicant periti posse ex ipso sagittariorum gestu artis peritiam indicari.

522. OBICITVR superius ⟨IV 549⟩ de his particulis secundum Iubam artigraphum tractavimus; sed dicunt alii istas monosyllaborum ratione vel produci vel corripi. sane sciendum naturae esse ut breves sint: euphoniae vel Iubae ratione in conpositione producuntur, si tamen 'i' sequatur, quae licet non sit consonans, potest tamen in declinatione pro consonante haberi.

523. AVGVRIO MONSTRVM 'augurium' dictum quasi 'avigerium', *id est* quod aves gerunt. et bene de sagitta dixit 'augurium', quae habet pennas: quamquam omnia ad unum congesserit locum: monstrum, augurium, auspicium, oraculum.

524. SERA gravia: Sallustius serum enim bellum in angustiis futurum, id est grave. et quod inprobant vates Aeneas amplectitur, deceptus augurii similitudine quod apud Troiam probaverat pater, ut ⟨II 694⟩ stella facem ducens.

525. LIQVIDIS IN NVBIBVS nubes pro aëre posuit: nubes enim liquidae esse non possunt.

---

1 unde sumpserat e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 8, 4 ‖ 19 augurium . . . gerunt] exscr. Isid. or. VIII 9, 19 ‖ 23 Sallustius] hist. fragm. III 13 Kr., inc. 15 D.

---

1 *ad v.* 517 Decidit] Homerus (880) *ὠκὺς δ᾽ ἐκ μελέων . . . κάππεσε D* RELIQVID *FH* ‖ 2 pecodumque *F* ‖ 3 sane] sane ex *N* sane ex hoc *Masvicius* 4 suspenderit *ex* suspenderet *F* suspenderit *M* ‖ 5 maternum *F* ‖ nam *om. H* 5 quacumque *FL* ‖ 6 nulla . . . consecratione *om. F* ‖ 8 dicit *F* ‖ 9 PATER] P. *H* ARCVMQVE SONANTEM] et rtq. *F* SONANTEM *om. LH* ARTEM PARITER ARCVMQVE SONANTEM *vulgo* ‖ culpat] semelque culpat *F* (simul. quare culpat *Ger. Vossius*, *fort.* simul. et culpat) sed culpat *L* ‖ hoc Virgiliomastix *NH*: hoc uirgilio acestix *F* hoc uirgilium mast ix *L* in hoc uirgilium maxtix *M* ‖ 12 indicari] conprobari *F*. *fort.* iudicari ‖ 13 OBIICITVR *L* ‖ 14 ista *M* ‖ monosyllaborum *H* monosillaborum *M*: monosyllabarum *FN* monosylabarum *L* ‖ 15 rationes *F* 16 in conpositione *om. F* ‖ in] ut in *M* ‖ producantur *FM* ‖ 17 i *om. H* ‖ 18 consonanti *F* ‖ haberi] ut obiicit obiecit, subiicit subiecit *add. Masvicius* 19 dictum] dicunt *H* ‖ auigorium (e *supra*) *N* ‖ 20 quae] quia *Masvicius* ‖ 21 pinnas *F* 22 oraculum] *fort.* omen. *cf.* 530 '*nec maximus omen*' ‖ 23 enim *om. FM*

527. CEV SAEPE REFIXA poetice dixit secundum publicam opinionem: nam ut Lucretius ⟨II 206⟩ dicit, ventus altiora petens, aetherium ignem secum torquet, qui tractus imitatur stellas cadentes.

529. ATTONITIS ANIMIS *intentis*, stupefactis per tonitrua, quae semper cohaerent caelestibus ignibus.

530. NEC MAXIMVS OMEN ABNVIT AENEAS amplexus est et probavit, non secundum augurum disciplinam dixit ad se non pertinere: nam nostri arbitrii est visa omnia vel inprobare, vel recipere.

533. SVME PATER praecipe: nam verbum est iurisconsultorum, quo utuntur quotiens legatum non ab herede † certamen datur, sed est in accipientis arbitrio.

534. EXSORTEM ἄκληρον, sine sorte.

535. ANCHISAE MVNVS quod Cisseus rex Thraciae, secundum Vergilium pater Hecubae, ut ⟨X 705⟩ Cisseis regina Parin creat, Anchisae aliquando donaverat.

536. INPRESSVM SIGNIS inpressa signa habentem, id est emblemata.

539. *VIRIDANTI species participii sine verbi origine, temporis praesentis.*

540. PRIMVM ANTE OMNES unum vacat. *APPELLAT vel dicit, vel salutat: Sallustius Iugurtha ⟨106, 1⟩ adveniens Volux quaestorem appellat.*

541. *PRAELATO INVIDIT HONORI id est praelatum honorem.*

543. PROXIMVS post Eurytionem. DONIS ad dona.

544. EXTREMVS ostendit hos sua munera percepisse, Acesten vero sumpsisse praecipua.

2 ventus . . . cadentes] exscr. Isid. or. III 70, 3

1 REFIXE *L* ‖ 2 nam] secundum *add. M* ‖ ut] uel *F* ‖ dixit *L* ‖ 3 aethereum *F* ‖ 4 quae caelestibus ignibus semper cohaerent *M* ‖ 5 semper *om. F* ‖ 6 OMEN] NVMEN *L* ‖ 7 non *NLHM*: nam *F* ‖ augurium *F* ‖ se *om. L* ‖ 8 omina *lm* ‖ 9 praecipe *NH*: percipe *FLMh* (er *in ras. l*) ‖ iuriaconsultorem *H* ‖ 10 quotiens legatum non ab herede datur *FM* quotiens legatum habere decertamen datur (alibi sinendi modo datur *in marg. ead. man.*) *N* quotiens legatum non sinendi modo datur habere de certamen datur *L* quotiens legatum non ab herede certamen datur alibi sinendi modo datur *H*. *fort.* quotiens legatum non ab herede e testamento datur. *cf. Rein Roem. Privatr. p.* 381 ‖ sed est in accipientis arbitrio *FN*: sed ex (x *in ras. l*) accipientis arbitrio *L* sed est accipientis arbitrio *H* sed /// accipientis arbitrio id est uindicationis uel opinionis (*duae vel tres litterae radendo deletae sunt*) *M* id est uindicationes uel optionis (*sic*) *primus edidit Masvicius* ‖ 12 AKAEPON *F* AKAHPON *N* AKLEROS id est *in ras. l* acleron *M* ‖ 14 Cisseis] scissets *H* cissaeis *M* ‖ 16 enblemata *F* ‖ 18 *scholium ad* viridanti *edidit Stephanus* ‖ praesenti *F* ‖ 20 unum vacat] id est unum *F* *scholia ad* appellat *et ad* praelato invidit honori *edidit Stephanus* ‖ 21 Volux adveniens *Sallustius* aduenions uelox *F* ‖ 24 *scholia ad v.* 543 *om. F* ‖ 25 percipisse *H*

545. NONDVM CERTAMINE MISSO de peractis loquitur rebus: unde debuit dicere 'vocavit' et 'fatus est'. ergo aut tempus est pro tempore: aut sic refert, ut videatur non de praeterito loqui, sed actum praeteriti temporis ponere et referre.

546. CVSTODEM AD SESE secundum Tullium qui dicit ad militiam euntibus dari solitos esse custodes, *a* quibus primo anno regantur: unde ait de Pallante ⟨VIII 515⟩ sub te tolerare magistro militiam et grave Martis opus. INPVBIS IVLI ab eo quod est 'hic pubis': nam quod ait Sallustius puberes omnes interfici iubet, venit ab eo quod est 'puber'. et sunt ista communis generis, si referantur ad singulos. multitudo autem si dicatur, generis tantum feminini est, *ut* 'haec pubes'.

547. FATVR AD AVREM sequitur et 'dic ait': unde sicut et in tertio ⟨480⟩ diximus, unum vacet necesse est.

552. CAMPOS IVBET ESSE PATENTES discessu populi iubet fieri campos patentes.

553. INCEDVNT PVERI aut poetica licentia confundit aetates, ut modo pueros, modo iuvenes dicat: nam ait ⟨563⟩ 'una acies iuvenum': aut certe secundum quosdam sequenti distinctione ⟨561⟩ mutata, magistros pueros dicit, sequentes vero maturioris aetatis.

554. QVOS OMNIS EVNTES quos euntes omnis turba fremit, id est cum favore prosequitur.

556. TONSA COMA 'tonsa' composita: nam proprie comae sunt non caesi capilli. PRESSA CORONA id est galea. et sermone Homeri usus est: nam galeam στεφάνην dixit. et re vera corona non potest intellegi, cum sequatur ⟨673⟩ 'galeam ante pedes proiecit inanem'. sed alii dicunt potuisse eos galeas habere coronatas. Baebius tamen Macer dicit, a Caesare Augusto pueris qui luserant Troiam, donatas esse galeas et bina hastilia: ad quod Vergilium constat adludere.

9 Sallustius] cf. Iug. 54, 6 et 26, 3 ‖ 23 nam proprie . . . capilli] exscr. Isid. or. XI 1, 30 ‖ 24 Homeri] Il. VII 12

2 inde *F* ‖ 3 refert *F*: refertur *NLHM* ‖ 4 praeteriti] praesentis *M* ‖ 9 hic *om. L* ‖ pubis *libri.* pubes *malim. cf. Probus cath. p.* 19, 30 *K. Neue Formenl.* II² *p.* 40 ‖ amnes *F* ‖ 10 interfeci *L* ‖ 11 referemur *F* ‖ singulo *F* ‖ multitudo autem *om. H* ‖ 12 feminia *F* ‖ est *om. H* ‖ pubis *F* ‖ 13 dic ait] dicat *FH* ‖ 19 quosdam] quos dixit *F* ‖ distinctionem *L* ‖ 20 dicitur *NH* ‖ sequentis *F* parentes *coni. Ribbeckius adn. crit. ad h. v.* ‖ 25 stefanen *FM* istefanen *N* stephanen *L* stefanam *H* (stefanom *h*) στέφανον *vulgo* ‖ non potest intellegi *F*: intellegi *om. NLH* (esse *in marg. suppl. h*) dici non potest *M* ‖ 27 sed *om. N* ‖ potuisse] t. potius *superscr. l* ‖ coronatas] at. ornatas *in marg. n* ‖ 28 Macer] macer *F. cf. ad buc.* IX 47. *fortasse de Macro, Ovidii amico, cogitandum. cf. Teuffel Roem. Litt. Gesch.* 236, 3 ‖ dixit *NLH* ‖ luserunt *F* ‖ 29 uirgilius *F* ‖ 30 constet *coni. Heinsius*

558. IT PECTORE SVMMO sic legendum, ne sit soloecismus. et rei inanimali dedit motum dicendo 'it'. 'summum' autem 'pectus' ait pectoris et colli confinium.

560. TRES EQVITVM NVMERO TVRMAE rem Romanae militiae suo inserit carmini. nam constat primo tres partes fuisse populi Romani: unam Titiensium a Tito Tatio, duce Sabinorum, iam amico post foedera: alteram Ramnetum a Romulo: tertiam Lucerum, quorum secundum Livium ⟨I 13, 8⟩ et nomen et causa in occulto sunt. Varro tamen dicit, Romulum dimicantem contra Titum Tatium a Lucumonibus, hoc est Tuscis, auxilia postulasse. unde quidam venit cum exercitu: cui, recepto iam Tatio, pars urbis est data: a quo in urbe Tuscus dictus est vicus. Horatius ac Tusci turba impia vici. ergo a Lucumone Luceres dicti sunt. sic autem in tres partes divisum fuisse populum *Romanorum* constat, ut etiam qui praeerant singulis partibus, tribuni dicerentur: unde etiam sumptus, quos dabant populo, tributa nominarunt. TERNI DVCTORES more suo: hoc est tres.

561. DVCTORES PVERI hic quidam distingunt, ut diximus supra.

562. PARIBVSQVE MAGISTRIS et hoc adludit: nam hodieque equitum dicuntur magistri.

564. POLITE PROGENIES illum dicit quem supra a Pyrrho introduxit occisum; de quo Cato in originibus dicit, quod ad Italiam venerit et segregatus ab Aenea condiderit oppidum Politorium a suo nomine.

565. QVEM THRACIVS ALBIS PORTAT EQVVS cum tres dixerit duces, duorum equos commemorat. sed aut praetermisit quod ut consequeretur necesse erat: nec enim unus pedes esse poterat: aut illo reddidit loco, ut 'cetera pubes senioris Acestae fertur equis'. quamquam multi distinctione mutata tres equos commemorent, ut

4 rem Romanae e. q. s.] cf. Varro d. l. l. V 46, 55, 81. Pseudo-Asconius p. 159, 15 sqq. Or. ‖ 12 Horatius] sat. II 3, 228 ‖ 13 sic autem ... nominarunt] exscr. Isid. or. XVI 18, 7 ‖ 22 Cato in originibus] II 26 Iord., 54 Pet.

1 *scholium ad v.* 558 *om.* *F* ‖ 5 inserit] intulit *F* ‖ constat *om.* *F*, constet *N* ‖ tris *F* ‖ 6 una *F* ‖ tratiensium *H* tatiensium *M* ‖ 7 Ramnetum] trans etum *H* ‖ 8 lybium *F* ‖ romulum *ex* rumulum *M* ‖ 10 lacumonibus *F* ‖ hoc] id *F* ‖ 11 exercitu] erectu *H* ‖ Tatio *om.* *M* ‖ ubi *N* (urbis *n*) ubis *H* ‖ 12 a quo *F*: quo *NL* que *H* unde *M* ‖ tusciis *F* uscus *H* ‖ ac tusci] atusci *M* ‖ 13 uice *F* ‖ lucu cone *L* ‖ luceris *F* ‖ sic autem] ergo *M* ‖ 15 ut] adeo ut *Fabricius* ‖ 16 TERNIQVE *F* ‖ 17 more ... tres] tres et ait more suo *F* ‖ 19 et hoc adludit *FM*: uel et ex (hoc) adludit *N* ex hoc adludit *l* (*nam* ex hoc ... magistri *in contextu omissa in marg. suppl. l*) uel et ex hoc adludit *H* ‖ 20 magistri dicuntur *M* ‖ 21 *scholium ad v.* 564 *om.* *F* ‖ 23 segregatos *H* ‖ obpidum *L* ‖ 26 aut] autem *H* ‖ 28 redditur *F* ‖ 29 tris *F* ‖ commemorant *F*

sit plena 'equus bicolor maculis', et de alio dicatur 'vestigia primi alba pedis', id est primorum pedum vestigia, et 'frontem albam ostentabat alter'.

568. GENVS VNDE ATII DVXERE LATINI propter Atiam dicit, matrem Augusti, de qua Antonius ait Aricina mater: vult enim eius etiam maternum esse genus antiquum.

570. EXTREMVS quantum ad numerum spectat.

573. CETERA TRINACRII cetera pubes equis Acestae fertur.

575. PAVIDOS gloriae cupiditate sollicitos, ut corda pavor pulsans.

579. FLAGELLO virga quae sonat in morem flagelli.

581. CHORIS aciebus. VOCATI ictu virgae.

586. ET NVNC TERGA FVGA NVDANT tria quae in bellis geruntur, cuncta commemorat: fugam, pugnam, pacem.

588. LABYRINTHVS locus apud Cretam factus a Daedalo perplexis parietibus, ubi Minotaurus inclusus est.

589. PARIETIBVS TEXTVM CAECIS ITER hypallage est: caecum iter intextis parietibus. ANCIPITEM DOLVM perplexum errorem.

591. FRANGERET deciperet, falleret. est autem versus Catulli.

593. INPEDIVNT inplicant, intexunt: quod est a vestibus tractum.

594. DELPHINVM aut venit ab eo quod est 'delphin, delphinis, a delphine': aut 'delphinum' pro 'delphinorum' posuit. MARIA VMIDA Homerus ὑγρὰ κέλευθα.

595. CARPATHIVM mare *est* inter Aegyptum et Rhodum, ab insula Carpatho illic posita *dictum*. nec mirandum duas eum posuisse conparationes, cum et in secundo ⟨304⟩ hoc fecerit, ut in

9 corda] georg. III 106 ‖ 11 'Flagello' . . . flagelli] cf. Isid. or. V 27, 14, diff. verb. 575 ‖ 19 Catulli] cf. adn. crit. ‖ 20 'Inpediunt' . . . tractum] cf. Don. ad Ter. Andr. III 5, 11 ‖ 23 Homerus] Il. I 312 ‖ 24 'Carpathium' . . . dictum] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 182 et Isid. or. XIV 6, 24

1 plena *FM* plenos *N* plenus *L* pleno *H* primus *vulgo*. *recte* plena *scil.* distinctio ‖ aequus *F* equos *N* equis *L* ‖ dicitur *N* ‖ prima *L* ‖ 2 pedes *F* ‖ 4 aciam *L* ‖ 5 ait aricina mater *F*: at aricina mater *NH* ataritina mater *L* atiaracini mater *M* ait Actia Latini mater *Stephanus*. *cf. Suet. Aug.* 4 ‖ 6 esse genus antiquum] esse antiquissimum genus *M* ‖ genus antiquum *om. F* (antiquum *add. man. rec.*) ‖ 8 CETERVM *H* ‖ TRINACRII *FNHM*: TRINACRIE *n* TRINACRIAE *L* ‖ pubis *F* ‖ fertur *om. F* ‖ 11 more *NH* ‖ 13 tria sunt q. i. b. geruntur et cuncta *Lion* 15 LABORINTVS *L* LABIRINTVS *H* LABERINTHVS *M* ‖ perplexus *N* ‖ 16 inclusus est] ex Pasiphae ac tauro genitus *add. D* ‖ 18 iter] inter *F*, *om. H* ‖ 19 FALLERET frangeret, deciperet *vulgo* ‖ falleret *om. F* ‖ Catulli] sic inquientis (64, 113) 'errabunda regens tenui vestigia filo, ne labyrintheis e flexibus egredientem tecti frustraretur inobservabilis error' *add. D* ‖ 21 DELPHINIVM *F* ‖ 22 delphinorum] a delphinus delphini *add. D*, posuit *omittens* ‖ 23 YIPA KCΛEYOΛ *F* YΓPA KEΛEYΘA *NL* YPA KE.ΛEYΘA *H* Y. S. P. A. YTPA KEΛEY *M* ‖ 24 CARPHATIVM *NHM* CARPHACIVM *L* ‖ 25 carphato *NLHM* ‖ mirum *F* ‖ 26 ut] ut et *F*

segetem veluti cum flamma furentibus austris incidit, aut rapidus montano flumine torrens, et in georgicis ⟨IV 261⟩ tres ponat conparationes, ut frigidus ut quondam silvis inmurmurat auster, ut mare sollicitum stridit refluentibus undis, aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.

597. PRIMVS ASCANIVS generis ordinem docet, ut in primo ⟨7⟩ diximus.

598. RETTVLIT innovavit quod *ante* iam fecerat. PRISCOS LATINOS *ita dicti sunt* qui tenuerunt loca, ubi Alba est condita.

600. PORRO post longum intervallum: et est adverbium temporis.

602. TROIAQVE NVNC PVERI T. D. A. ut ait Suetonius Tranquillus, lusus ipse, quem vulgo pyrrhicham appellant, Troia vocatur, cuius originem expressit in libro de puerorum lusibus.

603. HAC CELEBRATA TENVS tmesis est, *hoc est* hactenus. et hic sermo, quantum ad artem spectat, duas continet partes orationis, ut 'hac' pronomen sit, 'tenus' praepositio, sicut ⟨III 427⟩ pube tenus et crurum tenus; sed iam usus obtinuit ut pro una parte habeatur. ergo adverbium est: omnis enim pars orationis cum desierit esse quod est, in adverbium migrat: et est temporis, nam 'hucusque' significat.

604. HIC PRIMVM sequitur enim Palinuri mors vel Miseni.

606. IRIM DE CAELO M. S. I. ex magna parte servatur, ut Mercurius ad concordiam, Iris ad discordiam mittatur: unde et Iris dicta est quasi ἔρις. falsum est autem quod dicitur ministra esse tantum dearum, cum et a Iove plerumque mittatur, ut ⟨IX 803⟩ aëriam caelo nam Iuppiter Irim dimittit, germanae haud mollia iussa ferentem.

10 'Porro' . . . temporis] cf. Don. ad Ter. Andr. I 5, 43. III 4, 17. adelph. III 2, 37 ‖ 11 Suetonius Tranquillus] p. 345 Reifferscheid ‖ 17 crurum tenus] georg. III 53 ‖ 22 ex magna parte e. q. s.] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 220 et mythogr. III 4, 6

2 montano] in montano *F* ‖ et *om. F* ‖ 3 tres ponat] tris posuit *F* tres ponit *l*. *nam* cum et in secundo . . . tres p. comparationes *in contextu omissa in marg. suppl. l* ‖ ut *om. FM* ‖ 4 ut mare] et ut mare *N* et mare *L* ‖ 5 aestuat] et aestuat *vulgo* ‖ 8 RETVLIT *NHM* ‖ 9 qui tenuerunt *om. F* ‖ 10 longum] legum *L* ‖ temporis] est autem Graecorum πόῤῥω *add. D* ‖ 11 TROIAMQVE *NHl* ‖ PVERI T. D. A.] PVERIT DE *NH* ‖ T. D. A. *om. F* ‖ ut ait . . . lusibus *om. NLH* (*in marg. suppl. l*) ‖ sytonius *F* ‖ 12 ludus *l* ‖ vulgo] uul *l* ‖ pyrricum *F* piricam *Ml* ‖ appellant *FM:* appelant *l* appellavit *Stephanus et Daniel* ‖ 13 expressit originem *Ml* ‖ lusibus *F:* lusu *M* ludo *l* ‖ 14 temesis *NH* themessis *L* themesis *M* ‖ 15 expectat *NH* ‖ 17 optinuit *FM* ‖ 18 omnis enim *FMl:* omnis *NLH* et omnis *n* etenim omnis *Lion* ‖ pars *om. H* ‖ deserit *M* ‖ 21 sequentur *ex* sequitur *N* sequetur *M* ‖ sini *NH* (miseni *n*). *ceterum* vel Miseni *num Servii sint vehementer dubito* ‖ 22 IRIN *L* ‖ 24 eris *F* ερισ *N* eris *L* (ris *in ras. l*) ‖ ministra,, *N* ministram *Lion* ‖ 26 nam *F:* iam *reliqui* ‖ irin *NLM* ‖ dimittit] demisit *Vergilii libri* ‖ haut *LH*

607. VENTOSQVE ADSPIRAT EVNTI ut de Mercurio ⟨IV 223⟩ voca zephyros. et bene Irim mittit, quae fit de nubibus, quarum dea est Iuno.

609. PER MILLE COLORIBVS ARCVM aut subaudis 'factum': aut antiptosis est 'mille colorum', hoc est multicolorum.

610. NVLLI VISA ad ipsum retulit numen: nam arcus semper videtur: quem non Irim, sed viam Iridis dixit. alii celeritatis esse volunt 'nulli visa'. notandum sane etiam de Iride arcum genere masculino dicere Vergilium: Catullus et alii genere feminino ponunt, referentes ad originem, sicut 'haec cattus' et 'haec gallus' legimus.

611. CONSPICIT INGENTEM CONCVRSVM quia ait supra ⟨293⟩ undique conveniunt Teucri mixtique Sicani. *'concursum' autem circa ludicra.*

612. DESERTOSQVE VIDET PORTVS a viris scilicet.

613. IN SOLA deserta: Terentius venit meditatus *alicunde* ex solo loco. ACTA mutato η in a superiori accentum damus, ut Ἑλένη Helena, Κιρκή Circa. ergo quoniam et ἀκτή Graecum est, cum 'acta' facit, paenultima debet habere accentum: sed propter differentiam commutatur, ne non secreta et amoena litorum, sed participialiter acta significet.

615. ASPECTABANT FLENTES multi 'flentes heu' distingunt, ut sit 'miserabiliter flentes', et a persona dicatur poetae. alii 'heu' a mulieribus dictum accipiunt.

619. FACIEMQVE DEAE VESTEMQVE REPONIT duo diversa uno sermone conclusit.

---

4 aut antiptosis est] cf. Macrob. Sat. VI 6, 4 ‖ 9 Catullus] fragm. XI ap. Lachm. p. 84 ‖ 15 Terentius] Andr. II 4, 3 ‖ 17 ergo . . . facit] cf. Don. ad Ter. Phorm. II 2, 15

---

2 irin *LM* ‖ 4 factum *om. H* ‖ 5 multicollorum *H* multorum colorum *Stephanus* multicolorem *coni. Burmannus* ‖ 6 ipsam *L* ‖ nomen *H* ‖ arcus] ortus *NH* ‖ 7 irin *LM* ‖ viam] etiam *H* ‖ alii nulli uisa celeritatis esse uolunt *F* 8 sane *post* Iride *hab. F* ‖ arcu *NLHM* ‖ 9 cattullus *F* catulus *NLM* (catullus *l*) ‖ 10 sit ut *NH* ut *M* ‖ cattus *vulgo:* attis *Fl* cattis *NLHM.* Attis puer fuit amasius opis. et gallus dicitur castratus et ideo causa derisionis referuntur femino articulo *in marg. l* ‖ gallis *H* ‖ legimus] imitatione Graecorum, qui ὁ θεὸς et ἡ θεὸς, ὁ ἄνθρωπος et ἡ ἄνθρωπος dicunt *add. D* ‖ 15 alii eundo *F* ‖ 16 ex solo *om. N* ‖ ei in a *F* h in a *N* n in a *LM* h. i. n. a. *H* ‖ 17 exenelen ᴀ ᴋʏᴘᴋᴇ circa *F* helenn helena ·ᴋɪᴘᴋᴇ circa *N* helenę helena chir^ce^ chirta *L* (ce *superscr. l*) helen̄ helena chir chirca *H* helene^nch^ helena cirche circa *M.* Κίρκη Circa *aut delendum aut mutandum esse censet F. Schoellius de acc. l. l. p.* 207 ‖ ᴀᴋᴛᴇ *F* acth *LH* acthe *M* ‖ 18 peneultima *F* ‖ 19 actaoena *F* ‖ 20 acta significat (*sic*) participialiter *F* ‖ 21 ꜰʟᴇɴᴛᴇꜱ] ʜᴇᴠ *add. F* ‖ eu *NH* 22 et] ac *L*, *om. H* ‖ a *om. L*, *add. l* ‖ dicitur *LHM* ‖ eu *NH* ‖ 23 *ad v.* 618 *is qui tironianis notis usus est in Turonensi hoc scholium in marg. adscripsit* Notandum quod numina non possunt nocere nisi inuenta occasione. ergo

620. TMARII DORYCLI Thracii: Tmarus enim est mons Thraciae. et bene suadentis commendatur auctoritas.

622. AC SIC DARDANIDVM M. S. M. I. 'sic' aut mutato habitu, aut ista dictura.

623. O MISERAE magna utitur arte persuadendi, ut non ex abrupto quod persuadere vult dicat, sed circumstantiis illuc descendat.

625. EXITIO non regno.

626. SEPTIMA POST TROIAE E. I. V. A. atqui et Dido dixit ⟨I 755⟩ 'nam te iam septima portat omnibus errantem terris et fluctibus aestas'. de qua re quidam hoc dicunt, quod Aeneas apud Carthaginem paucis diebus fuerit: nam ait ⟨I 535⟩ 'cum subito adsurgens fluctu nimbosus Orion', qui oritur, ut Sallustius dicit, iuxta solis aestivi pulsum: item ait ⟨IV 52⟩ 'dum pelago desaevit hiems et aquosus Orion', ut hiemem pro tempestate posuerit: secundum quod Carthagini paucis fuerit diebus. sed illud occurrit ⟨IV 193⟩ 'nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere'. et hoc quidam sic purgant, ut dicant potuisse fieri, ut intra anni metas et ad Africam venerit, et inde navigaverit. sed istis occurrit quod in primo ait 'septima aestas', unde apparet hanc octavam fuisse: quod et ab Anchisae morte indicat annus impletus. ergo constat quaestionem hanc unam esse de insolubilibus, quas non dubium est emendaturum fuisse Vergilium.

627. CVM TERRAS OMNES quia peragraverat multa.

628. SIDERAQVE EMENSAE FERIMVR aut tempestates *ait, quae ortu vel occasu siderum saepe nascuntur:* aut provincias, quae sideribus subiacent, ut Aethiopum versemus oves sub sidere

5 magna utitur . . . descendat] cf. Don. ad Ter. adelph. V 8, 6 ‖ 12 Sallustius] hist. fragm. inc. 69 Kr., 100 D. ‖ 26 Aethiopum] buc. X 68

ista postquam uidit illas matronas tristantes et murmurantes inter se de difficultate itineris inuenit ex his occasionem quomodo eis noceret. ‖ 1 IMARII DORYCLII *F* MARII DORICLI *N* TMARII DORICLI *L* MARII DORIDI *H* MARII DORYCLI *M* THRACII *L:* illyrii *F* trachii *NH* trhacii *M* ‖ tmarus *FL:* .t. marus *N* .t. matus *H* marus *M* ‖ mons est *F* ‖ Thraciae *L:* epiri *F* trachiae *NH* trhaciae *M* ‖ 5 persuadendi] ad persuadendum *L* ‖ 6 peradere *F* ‖ circumstantis *L* ‖ illuc] ad illud *F* ‖ descendat] ueniat *F* descendatur *L* ‖ 8 POSTROIAE (*sic*) et reliqua *F* P. T. E. I. *LHM* ‖ autqui *H* ‖ 9 te] et te *NLHM* ‖ omnibus . . . aestas] et reliqua *F*, *om. NLHM* ‖ 10 cartaginem *FM* crataginem *L* ‖ 11 asurgens *L* ‖ 12 nimbosus *om. NLH* ‖ salis *NH* ‖ 13 pulsum *corruptum videtur Dietschio* ‖ hiemps *libri praeter L* ‖ 15 cartagini *LH* ‖ 16 quidem *H* ‖ 17 purgant] putant *F* ‖ africa *F* ‖ 18 isti *L* ‖ 19 apparat *N* appareat *H* ‖ octauam *FMn:* optata *NH* octauam *L*, *sed* c *et* uam *in ras. l, qui* t. peractam *superscripsit* ‖ 20 mortem *H* morte// *M* (mortes *fuisse videtur*) ‖ annos *F* ‖ inpletus *F* ‖ erga *H* ‖ 21 hunc *F* ‖ quam *M*, *fortasse recte* ‖ est *om. LH* ‖ 22 fuisse] esse *F* ‖ 23 peragraverant *malim* ‖ multo *LH* (multa *l*) ‖ 24 tempestas *LM* (tempestates *l*) ‖ 25 quae] de *supr. vers. add. n*, sed quae *L*

cancri. PER MARE MAGNVM procellosum: Lucretius ⟨II 1⟩ suave mari magno.

629. SEQVIMVR FVGIENTEM ut *alibi* ⟨VI 61⟩ iam tandem Italiae fugientis prendimus oras. et re vera nullus sequitur nisi quod fugit. VOLVIMVR non *dixit* 'navigamus'.

630. HIC ERYCIS FINES argumentum a facili. *et est necessaria antithesis, ut opportunitate meliorum praesentium animi a futuris incertis avertantur.*

631. *MVROS IACERE pro 'fundamenta iacere': nam muri 'duci' dicuntur.*

632. NEQVIQVAM qui non proderant, cum essent fatorum comites.

634. *HECTOREOS AMNES quemadmodum vidit sibi patriae recordatione finxisse: aut non continget mihi videre flumina.*

635. INFAVSTAS mali ominis.

636. NAM MIHI CASSANDRAE non cui credere non debebant, sed cui cum sua pernicie non crediderant.

638. IAM TEMPVS AGI RES id est Troiam fieri.

639. MORA PRODIGIIS ecce prodigium de bono. et argumentatur ad incendium navium, aras ardere Neptuni: quas ideo quattuor dicit, quia singuli duces *navium, qui certaverant,* singulas posuerant. nam contrarium est numero deus inpare gaudet. *alii tamen dicunt a Cloantho esse positas, qui promiserat supra* ⟨235⟩.

---

21 numero] buc. VIII 75

---

1 suave] siue *Ml* ‖ 2 mare *F* mari *ex* mare *L* ‖ magnum *F* ‖ 5 VOLVMVS *H* ‖ nauigauimus *LH* ‖ navigamus] quasi inutilis et desperata sit navigatio. sicut in Terentio (*eun.* V 3, 4) 'moveo at nihil promoves' *add. D* ‖ 6 ERICIS *LH* ‖ FINEM *H* ‖ *ad v.* 630 *Tiberii Donati scholio in marg. scripto haec add. T:* et necessaria antitesis est. antitesis autem est cum contraria contrariis opponuntur ut oportunitate meliorum praesentium consideratione (*leg.* considerationes) auerterentur a futuris incertis unde est illud contra bonum malum et contra malum bonum ‖ 7 anthesis (*sic*) auertantur incertis ut oportunitate meliorum praesentium animi a futures (*sic*) *F* ‖ 9 *ad* muros iacere *supr. vers.* fundamenta quia muri proprie dicuntur duci non iaci *T* ‖ 11 RAPTI NEQVIQVAM et reliqua *F* qui] cui *N* ‖ 12 quemadmodum . . . finxisse] *fortasse post* quemadmodum *intercidit* Helenum. *cf. Aen.* III 349 *sqq. et Tiberii Donati scholium.* non continget mihi videre flumina *autem ad interrogationis sententiam explicandum pertinent. itaque* aut *delendum et* NVSQVAM . . . VIDEBO *pro lemmate inserendum videtur* ‖ *ad v.* 634 *is qui tironianis notis usus est in margine Turonensis haec adscripsit* Quicumque suas sedes cogerentur relinquere et ad alia loca transire ciuitatibus quas postea aedificabant et fluminibus quae possidebant nomina urbium quas reliquerant et etiam fluminum solebant imponere. ideo dicit moenia troiae et sanctum (*sic*) et simoenta. ‖ 14 *scholium ad* infaustas *om. F* ‖ 15 debebant *NLHM:* debuerant *F* ‖ 17 *Servianum ad v.* 638 *scholium om. F. rec. manus in marg. adscripsit* ut incendantur naues. ‖ id est] idem *N* idus *H* ‖ 20 singulos posuerunt *F* ‖ 21 alii . . . promiserat *manus primae prope aequalis in superiore margine Monacensis adscripsit,* alii . . . supra *elidit Stephanus* ‖ 22 cloanto *M* qui *F:* quia *M* quas *Stephanus* ‖ supra] se daturum *Fabricius*

640. DEVS IPSE *maris, vel* cuius sunt naves.

641. INFENSVM IGNEM *id est* ipsa infensa.

645. TOT aut multorum: aut supra dictorum, ut ⟨II 503⟩ quinquaginta illi thalami *spes tanta nepotum.*

646. NON BEROE VOBIS non est dissuasio, ut quidam putant, sed magis hortatur persuadendo numinis auctoritate. RHOETEIA a Rhoeteo promunturio.

647. DIVINI SIGNA DECORIS omnia colligit, quibus numina cognoscuntur: ut ⟨I 327⟩ namque haud tibi vultus mortalis, nec vox hominem sonat, o dea certe.

648. SPIRITVS odor, ut ⟨I 403⟩ divinum vertice odorem spiravere.

649. VEL GRESSVS EVNTI ut ⟨I 405⟩ et vera incessu patuit dea.

654. PRIMO ANCIPITES antequam numen agnoscerent. OCVLISQVE MALIGNIS *pro* ipsae malignae.

655. MISERVM INTER A. P. T. aut magnum, ut Terentius eam misere amat: aut 'miserum', quo fiebant miseriores, cum eis regna negarentur.

663. PICTAS ABIETE PVPPES in abiete pictas, sive 'abiete' hoc est, quae erant de abiete.

665. EVMELVS Latinus accentus est, translato nomine in Latinum.

669. CASTRA ut ⟨III 519⟩ nos castra movemus, *id est classem.* MAGISTRI custodes: Terentius me filiis relinquunt quasi magistrum.

670. QVIS FVROR ISTE NOVVS quasi ad furentes loquitur: unde ne tum quidem agnitus, cum dixisset 'en ego vester Ascanius: ga-

---

17 Terentius] heauton tim. I 2, 16 ‖ 25 Terentius] Phorm. I 2, 21

---

1 maris . . . naves] maris uel nauium *F, Fabricius, Daniel* maris cuius sunt naves *Stephanus* ‖ 6 RHOETHEIA *F* ROETHEIA *NLHM* ‖ 7 a promunturio roetheo *F* ‖ roetheo *NH* retheo *LM* ‖ promunctorio *NLH* promuncturio *M* 11 odor] t adora *H* ‖ 13 GRESSṼ *L* ‖ EVNTIS *NLHM* ‖ vera] re uera *F* ‖ pateat *F* ‖ 16 pro *hab. M* ‖ 17 MISERVM . . . T.] miserum autem amorem *F* ‖ 20 ABIETE PVPPES *F* ABIETE PICTAS *LH* IN ABIETE PICTAS *M* ‖ in abiete pictas sine abiete *NLH:* (sine *in* sane *mutavit l*, t siue *superscr. alia manus*) in habite *F* in abiete pictas *M* vel in abiete pictas et subaudi in vel abiete sane *D. Carolirulensis* CXVI *cum NLH consentit, nisi quod* sine de abiete *pro* sine abiete *man. sec. quo modo scholium constituendum esset vidit F. Schoellius: ego* in abiete pictas sine abiete *secluseram.* ‖ 22 Latinum] nam graece dicitur εὐμελής (εὔμελος *Fabricius* εὔμηλος *Masvicius*) et diligens interpretatur *add. D* ‖ 24 castra] id est classem *superscr. m* ‖ id est classem *edidit Stephanus* ‖ *ad v.* 669 *man. rec. in F adscripsit* si exanimem consternatum ‖ 25 me filiis] melius *H* ‖ filiis] his *F* ‖ 28 tunc *NHM* ‖ galeam] ante pedes *add. M*

leam proiecit inanem'. 'novus' autem est aut magnus, aut inopinatus. QVO TENDITIS id est quid habetis intentionis?

672. VESTRAS SPES VRITIS navibus enim ad regna tendebant.

673. INANEM concavam, *vacuam*, sine capite. LVDO per ludum.

679. EXCVSSAQVE PECTORE IVNO EST furoris causa, non furor.

680. IDCIRCO quia furor desierat.

681. VDO SVB ROBORE [*vel*] vicino aquis.

682. STVPPA secundum antiquam orthographiam: nam 'stippa' dicta est a stipando: *abusive etiam linum dicimus.* TARDVM densum, crassum: *nam ignem solet fumus praeire: unde 'tardum' ad densitatem retulit.*

683. CORPORE navium, ut ⟨I 70⟩ et dissice corpora ponto DESCENDIT PESTIS incendium: more suo. et declamavit per contrarium: nam ignis superiora semper petit.

684. FLVMINA PROSVNT *id est* vis aquae.

685. *TVM PIVS AENEAS* VMERIS RESCINDERE VESTEM *et* notant quidam quod damnum quattuor navium *vir fortis et rex* inpatienter doleat. sed magis illud considerandum est, quod ait supra ⟨672⟩ Ascanius 'vestras spes uritis': ut non damnum doleat, sed spem navigationis ereptam.

687. IVPPITER OMNIPOTENS figuratis agit coloribus: nec enim re vera hoc agit, ut pereat, sed *agit oblique* ut restinguatur incendium. bene autem 'si' ubique interponit: hic enim est optimus ductus, qui agentis voluntatem latenter ostendit. EXOSVS antiqui et 'odi' dicebant et 'osus sum': hinc est 'exosus', quo utimur, licet iam 'osus sum' non dicamus. *odi autem et praesens est et praeteritum.* AD VNVM nullo excepto.

688. SI QVID PIETAS ANTIQVA L. R. H. aut si tibi cara pietas

---

8 secundum . . . stipando] exscr. Isid. or. XIX 27, 2 ‖ 15 'Flumina' vis aquae] cf. Isid. or. XIII 21, 1 ‖ 24 antiqui . . . dicamus] exscr. Isid. or. X 91 et diff. verb. 182

---

2 *scholia ad* quo tenditis *et ad* vestras spes uritis *om. F* ‖ 3 tendebat *H* ‖ 4 concauem *NH* ‖ vacuam *hab. M* ‖ 7 VVDO SVB ROBORE *F* VDO SVB $\overset{\text{u.}}{\text{R.}}$ *N* VDO SVB D. R. *LM* VDĒ SVBDER *H.* *propter* D. *in Servianis libris additum moneo Macrobii codices Sat.* VI 6, 18 duro sub robore *praebere* ‖ vel *fortasse ortum ex* u. (= '*vicit*' ‖ 8 STIPPA *vulgo* ‖ stuppa *M* ‖ 9 et abusiue etiam linum dicimus *in marg. m et l.* abusive . . . dicimus *edidit Stephanus* ‖ 10 nam . . . retulit *in marg. addiderunt m et l, edidit Stephanus* ‖ 12 dissicet *H* ‖ 13 incensum *H* declamabit *F* ‖ 18 magis] mains *L* ‖ 21 agit *FM:* ait *NLH* ‖ 22 hoc agit ut pereat *NM:* hoc ait ut pereat *LH* uult perire *F, Stephanus* ‖ agit oblique *edidit Stephanus* ‖ ut *om. L* ‖ 23 si] se *F* ‖ 24 ductus *FMnl:* dictus *NLH.* id est color et dicendi modus *superscr. l* ‖ qui *FM:* quia *NLH* ‖ agentis] id est loquentis scilicet aeneae *superscr. l* ‖ 25 osus sum] ouus osū *F* ‖ utitur *H* iam] etiam *L* ‖ 26 odi autem . . . praeteritum *in marg. add. m*

praestat aliquid humanis laboribus: aut si quid meremur propter pietatis cultum, ut ⟨I 526⟩ parce pio generi, hoc ipsum remunerare: aut certe, quod est melius, si vel respicit res humanas pietas, quae de terris olim recessit.

690. RES ERIPE LETO *superflua* acyrologia est.

691. QVOD SVPEREST quod congrue sequitur.

694. SINE MORE sine exemplo. TONITRVQVE T. ablativus hic incertus est utrum a neutro indeclinabili veniat 'hoc tonitru', ut 'hoc cornu': nam inde est fractaeque tonitrua nubis, ut 'cornua': an a masculino secundum quartam declinationem: hinc enim est tonitrus agis et mea fulmina torques.

695. ARDVA TERRARVM periphrasis montium. AETHERE TOTO pro aëre posuit.

697. MADESCVNT ROBORA aut umectantur: aut resolvuntur in cinerem: quod naturale est post incendium.

703. FATORVM oraculorum.

704. TVM SENIOR NAVTES bene daturum consilium et ab aetate et a prudentia et a religione commendat. quod autem dicit 'Pallas quem docuit', propter illud quod supra ⟨III 407⟩ diximus, fingitur, quia ipse Romam Palladium detulit: unde Nautiorum familia Minervae sacra retinebat: quod etiam Varro docet in libris quos de familiis Troianis scripsit. VNVM praecipuum. TRITONIA PALLAS pro uno proprio duo antonomasiva.

705. REDDIDIT ARTE *id est* virtute, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς.

706. RESPONSA DABAT laus consilii. VEL QVAE PORTENDE-

---

7 'Sine more' sine exemplo] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 238 ‖ ablativus hic e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 258 et comm. Luc. VII 197 et 207 ‖ 9 fractaeque] Luc. VI 692 ‖ 11 tonitrus] Stat. Theb. I 258

1 propter pietatem cultam *F* ‖ 2 generi] genitor *F* ‖ 3 certe *om. F* ‖ 5 LAETO *L* LOETO *HM* ‖ acyrologia est] id est improprietas sermonis: non enim loetum dicitur nisi de viventibus animalibus *add. D* ‖ 7 T. *om. F* ‖ ablativus . . . hoc tonitru] hic ablatiuus incertum est unde ueniat utrum a neutro indeclinabili hoc tonitru *F* ‖ 8 indeclinabile *H* ‖ 9 hoc cornu] cornu cornu *F* nam inde . . . ut cornua *om. F* ‖ nubis *Lucanus:* nubes *NLHM* ‖ 10 an a *NM et in ras. l:* an *F* Nam *H* ‖ masculina *H et in ras. l* ‖ hiuc enim est *NL:* hinc enim statius *F* hinc est *H* hinc est enim *M* ‖ 12 montium] id est per circuitionem ut (*georg.* II 320) 'candida venit avis longis invisa colubris' *add. D* ‖ 13 posuit] cum aer inferior sit, aether, id est ignis, superior *add. D* 14 humectantur *LM* umectatur *H* ‖ 18 conmendat *M* ‖ 20 qua *N* ‖ nautiorum *H* nautio^c^rum *N* nautarum *FL* (*sed alterum* a *in ras. l*) nautorum *M* ‖ 23 antonomasiva posuit *vulgo* ‖ *ad v.* 704 *in marg.* triton palus est africae circa quam uirginali fertur apparuisse aetate minerua inde tritonia. pallas ab insula pallene ut placet quibusdam in thracia ubi nutrita est *T* ‖ 24 apo tes aretes *NH* apo tis ar///es *L* (ΑΠΩ ΤΕϹ ΑΡΗϹ id est a uirtute *in marg. l*) apo thes arethes *M* ‖ 25 laus *om. F* ‖ consilii] cum consilium divinis comparat responsis *add. D*

RET IRA MAGNA DEVM quae praesignificabat. 'magna ira deum' id est Iuno, ut et alibi ⟨VII 432⟩ caelestum vis magna iubet.

708. SOLATVS VOCIBVS INFIT *id est* solatur et infit: nam 'solans' debuit dicere, sicut sequens eius indicat consolatio.

710. QVICQVID ERIT ut *ait* ⟨II 77⟩ fuerit quodcumque, fatebor. FERENDO EST dum fertur: modus gerundi est a passivo.

711. EST TIBI iam hoc consilium est: *id est habes.* DIVINAE STIRPIS praeter Dardanum a Criniso fluvio.

712. VOLENTEM voliturum: nam velle habet. *VOLENTEM*] *(voliturum: nam) non iam vult.*

713. SVPERANT supersunt, superfluunt. dicit autem non tantum debiles, sed etiam nolentes iuvenes: unde sequitur 'longaevosque senes': nec enim adderet 'que', nisi supra iuvenes dixisset. item expressius 'et quicquid tecum invalidum metuensque pericli est'.

714. PERTAESVM MAGNI INCEPTI ut ⟨IV 18⟩ si non pertaesum thalami taedaeque fuisset.

718. PERMISSO NOMINE ab Aceste scilicet. dicta autem Acesta Segesta.

720. TVM VERO nam et ante *ea* cogitaverat, ut ⟨701⟩ pectore curas mutabat versans. ANIMVM DIDVCITVR Graeca figura, ut 'mentem laesus'.

721. ET NOX ATRA POLVM quasi maior causa cogitationis, ut ⟨I 662⟩ et sub noctem cura recursat. BIGIS proprie *modo: nam rorifera tenuaverat aëra biga abusive est.*

11 'Superant' supersunt superfluunt] cf. Gell. noct. Att. I 22 ‖ 23 proprie . . . abusive est] cf. Serv. ad Aen. II 272 et Pompeii comm. p. 167, 20 K. ‖ 24 rorifera] Stat. Theb. I 338

---

1 praesignificabant *LH*, *corr. l* ‖ 2 ut et *M*: ut *FN* et *LH* ‖ iubet] iuli *F* ‖ 4 dicere] ponere *F* ‖ 5 QVIDQVID ERAT *F* ‖ ut] ait *N* ‖ 6 fatebatur *F* ‖ 7 hoc iam *HM* ‖ 8 p̄ter *N* preter *L*: propter *FHM* ‖ a] et ab *F* ‖ Criniso] acriniso *F* crimio *H* ‖ 9 nam velle habet] *cf. Serv. ad Aen.* III 457 ‖ 10 non iam vult *hab. M et edidit Stephanus* ‖ 11 SVPERANT QVIA (*sic*) NAVIBVS *F* ‖ 12 nolentes] valentes *Masvicius et Burmannus. sed* nolentes iuvenes *sunt 'quos pertaesum magni incepti rerumque tuarum est'.* ‖ 13 dixisset item] unde sequitur dixisset enim *F* ‖ 14 expressus *N* ‖ quidquid *F* ‖ inualidum est *HM* ‖ timensque *L* est] delige *add. F* ‖ 15 INCEPTI] compositum pro simplici, pro taesum. quod usus non obtinet *add. D* ‖ 17 aceeste *L* ‖ accesta *L*. Acesta deinde *Masvicius primus* ‖ 20 ANIMO (v̄ over O) *F* (v̄ *superscr. man. rec.*) ANIMO *M* ‖ DEDVCITVR *libri* ‖ 23 recursus *F* ‖ recursat] unde Graece nox dicitur εὐφρόνη quia subtilius sapiat homo quam interdiu *add. D* ‖ modo . . . abusive est *hab. M*, modo *edidit Stephanus:* modo non ut ferat tenuauerat aera biga abusus est *F* (modo: nam Statius rorifera . . . biga abusus est *coni. Burmannus*) ‖ BIGIS proprie modo. bigis melius plurali utimur quam singulari. ideo 'rorifera gelidum tenuaverat aera biga' abusive dixit Statius. bigae autem a binis iugis dictae. praecipue autem dictum est quia luna dicitur habere bigas, quae nocti praeest, cui duplex proprietas crescendi et decrescendi *D. cf. Isid. or.* XVIII 36, 1 *et* 2

722. CAELO FACIES DELAPSA PARENTIS aut secundum quod supra ⟨IV 654⟩ diximus, quia animae caelum tenent, simulacra vero apud inferos sunt: aut ad errorem pertinet somnii; nam et 'visa' ait: aut certe intellegamus a Iove missam potestatem aliquam, quae se in Anchisae converteret vultum, *ut religiosus videretur;* nam et ipse dicit 'imperio Iovis huc venio' et infert 'Elysiumque colo'.

725. CARE MAGIS pro 'carior'. bene autem addidit 'dum vita manebat': nulla enim est vita post mortem: *ut ostendat vita fuisse cariorem.*

726. IMPERIO IOVIS ab auctoritate, ut ⟨IV 268⟩ ipse deum tibi me claro dimittit Olympo *regnator.*

728. NAVTES DAT SENIOR ut solet hic denuo *iisdem* usus est sermonibus: nam ait ⟨704⟩ 'tum senior Nautes'.

730. ATQVE ASPERA CVLTV quod in nono ⟨600⟩ latius exsequitur natos ad flumina primum deferimus, *usque at patiens operum.*

731. DEBELLANDA TIBI *bello perdomanda. et* bene victoriam, non bella sola praedicit, in quibus esse poterat terror.

732. AVERNA PER ALTA ut 'Gargarus Gargara', *ut* 'Tartarus Tartara', *'Maenalus Maenala' pluraliter, ita 'Avernus Averna'.*

733. NON ME IMPIA NAMQVE propter facilitatem.

734. AMOENA 'amoena' sunt loca solius voluptatis plena, quasi 'amunia', unde nullus fructus exsolvitur: unde *etiam* nihil praestantes 'inmunes' vocamus.

735. PIORVM CONCILIA ELYSIVMQVE COLO elysium est ubi piorum animae habitant post corporis animaeque discretionem: unde et 'interitus' dicitur res 'inter' animam et corpus 'veniens'. ergo elysium *ἀπὸ τῆς λύσεως, ab absolutione:* quod secundum poetas in medio inferorum est suis felicitatibus plenum, ut ⟨VI 641⟩ solem-

22 amoena . . . vocamus] cf. Isid. or. XIV 8, 33 ‖ 25 elysium est e. q. s.] cf. mythogr. III 6, 4

2 quia] qui *F* ‖ 5 uidetur *F, corr. Daniel* ‖ 8 nulla . . . mortem *om. F* ‖ vita *Daniel:* uitae *F. fort.* vita eum ‖ 10 ad auctoritatem *F* ‖ 11 tibi me *F:* bi timet *N* timet *LH* tibimet *M* ‖ dimittit *FN* d. *LHM* ‖ olimpho *F* a. a. (*i. e. 'ab alto'*) *LHM* ‖ regnatur *F* ‖ 12 hic denuo] iſdem/// *L cum* ſ *ab l scriptum sit et ab eodem* m *factum ex* n, hic denuo *antea fuisse apparet. tertia manus* ŧ hic denuo *superscr.* ‖ 13 tunc *NLHM* ‖ 14 exequitur *HM* ‖ 17 perdomanda *Daniel:* perdominando *F* ‖ 18 sola *om. F* ‖ praecidit *N* ‖ 21 facilitatem *NH:* felicitatem *FLM, sed* elici *in ras. l* ‖ 22 AMOENA P. *M* ‖ 23 amunia unde] a///munico unde *N* animum counde *H* ‖ nil *HM* ‖ 27 interitur *F* ‖ eueniens *F* ‖ 28 elysium *om. H* ‖ apotes lyseus *F* apotes liserios *NL* liserios *H* apo tes lyserios *M* ‖ *ἀπὸ τῆς λύσεως*] nam et sic diffinitur mors *ψυχῆς καὶ σώματος λύσις add. D* ‖ a solutione *Masvicius primus*

que suum sua sidera norunt. secundum philosophos elysium est insulae fortunatae, quas ait Sallustius inclitas esse Homeri carminibus, quarum descriptionem Porphyrius commentator dicit esse sublatam: secundum theologos circa lunarem circulum, ubi iam aër purior est: unde ait ipse Vergilius ⟨VI 887⟩ aëris in campis, item Lucanus ⟨IX 10⟩ non illuc auro positi, nec ture sepulti perveniunt.

737. TVM GENVS OMNE TVVM ET Q. D. M. D. hae sunt causae, propter quas Aeneas descendit ad inferos: generis agnitio, et civitatis nomen, quod ei nullus umquam praedixerat, sed solus indicat pater. latet enim, ut supra ⟨I 277⟩ diximus, verum urbis nomen: unde ei pater quasi pro mysterio *et adfectione* ait ⟨VI 781⟩ illa inclita Roma. *et nomen quidem Romae a poeta dictum est; nam verum urbis nomen, ut dictum est, latet.*

738. TORQVET MEDIOS NOX VMIDA CVRSVS E. M. S. E. O. A. A. dies est plenus, qui habet horas viginti quattuor: nam et nox pars diei est. dicimus autem diem a parte meliore: unde et usus est, ut sine commemoratione noctis numerum dicamus dierum. hic autem dies secundum Aegyptios inchoat ab occasu solis, secundum Persas ab ortu solis, secundum Etruscos et Athenienses a sexta hora diei, secundum Romanos a media nocte: et hos nunc secutus ait 'medios cursus nox torquet et me saevus equis oriens adflavit anhelis'. haec autem plene exsequuntur et Cicero in auguralibus et Aulus Gellius in libris noctium Atticarum ⟨III 2⟩. hoc etiam illa res iuris indicat, quod cum tribunum plebi abnoctare ab urbe non liceret, licebat tamen exire post noctem mediam et ante mediam reverti.

2 Sallustius] hist. fragm. I 62 Kr. et D. ‖ 16 dies est plenus e. q. s.] exscr. Isid. or. V 30, 3 et 4. cf. Macrob. Sat. I 3, 10 ‖ 23 Cicero in auguralibus] p. 980 Or. ‖ 24 hoc etiam . . . reverti] cf. Gell. noct. Att. XIII 12, 9

2 quas] *μακάρων νήσους* vocant quas *add. D* ‖ agit *H* ‖ 3 quare *N* ‖ porphirius *M* porfirius *in ras. l:* pius *F* prius *NH* ‖ conmentator *NM* comentator *L* ‖ dicit] *fortasse* Orpheo *vel* de Orpheo dicit. *cf. Serv. ad Aen.* III 98 *et Lobeck Aglaoph. p.* 952 ‖ 4 sublata *F* sublatas *L* (*alterum* a *in ras. l*) 5 aeriis *M* ‖ 6 item Lucanus] lucanus quoque *F*. 'quaque (*sic*) patet . . . collegit in orbes (*v.* 6—9) *add. marg. D* ‖ illic *L* illuo *H* ‖ 7 *ad* Casta Sibylla *in marg. Dresdensis hoc scholium adscriptum est* casta dicitur propter fabulam quae est apud Ovidium libro decimo tertio metamorphoseon (XIV 130) quia noluit Apollini consentire. ‖ 10 umquam] ante *H* ‖ 12 misterio *libri* ‖ 13 et nomen . . . latet *hab. M* ‖ 14 et dictum est *F* ut diximus *M* ‖ 16 dies est] diese *F* dies enim est *LM*, est *om. H* ‖ oras *LM* ‖ xxiiii horas *F* ‖ 17 et *om. L* ‖ usus] in usu *F* usu *H* ‖ 18 conmemoratione *M* ‖ 19 incoat *N* inchoad *H* ‖ 20 secundum etruscos *FMl:* secundum rusticos *NLH* secundum Umbros, Etruscos *Masvicius* ‖ atheniensis *H* ‖ 21 ait] habet *N* ‖ 23 exsecuntur *L*. exsequitur *vulgo* 24 noctiorum antiquorum *H* ‖ illa] hila *H* ‖ res] lex *in ras. l* ‖ iuri *H* ‖ 25 tribuno// *N* ‖ plebi *NLH:* publicum *F* plebis *Ml* ‖ abnuctare *L* adnoctare *HM* 26 et ante mediam *om. F*, et *om. H*

739. SAEVVS ORIENS sol*em dicit*, cuius lux est umbris inimica: unde Lucanus ⟨VI 744⟩ et medio feriere die. est autem physicum: nam pereunt umbrae solis adventu.

741. AENEAS QVO DEINDE RVIS? ordo est: Aeneas deinde 'quo ruis'?

742. QVEM FVGIS? quasi ignorans rationem, qua fugeret.

744. CANAE aut antiquae, aut propter ignis favillas.

745. FARRE PIO vel quia exinde sacrificabant: vel quia mos fuit apud maiores ut divinum ignem farre servarent: qui si durasset in alterum diem, eum aptum agendis rebus significabant. *'far' autem frumenti certa species est, sicut adoreum.*

746. PRIMVM principem.

749. HAVD MORA hoc est quod ait ⟨711⟩ 'et coniunge volentem'. NEC IVSSA voluntatem, ut supra ⟨II 3⟩ infandum regina iubes renovare dolorem: aut certe quae Iuppiter iusserat.

750. TRANSCRIBVNT VRBI MATRES Romani moris verbum est: 'transcripti' enim in colonias deducebantur. VRBI ad urbem.

751. DEPONVNT quasi de navibus. ANIMOS NIL MAGNAE L. E. aut Aeneas deponit eos qui nulla gloriae cupiditate tanguntur: aut hi qui erant transcripti, id est matres et volentium multitudo, deponunt animos, id est summittunt inertiae.

753. ROBORA NAVIGIIS melius hic distinguitur.

754. EXIGVI NVMERO SED BELLO VIVIDA VIRTVS transiit ad rem a numero.

755. VRBEM DESIGNAT ARATRO quem Cato in originibus dicit morem fuisse. conditores enim civitatis taurum in dexteram, vaccam

---

25 Cato in originibus] I 18 Iord. et Pet. cf. Isid. or. XV 2, 3. Don. ad Ter. ad. IV 2, 44

---

2 medio *FNHM* medie *L* subito *Lucani exemplaria* || feriere die *F:* ferit ense die *N* feriente die *L* feriens eche *H* feriente diem *M* ferit axe diem *Stephanus* || 3 nam] non *H* || pareunt *F* || aduentum *F* aduenta *H* || 6 fugare *F* fugerunt *H* || 7 *scholium ad* Canae *post scholium ad* Farre pio *collocatum habent NLHM* || 9 maiores] morares *H* maiores *ex* moiores *M* || 10 agentis *H* || significabat *H*, *fortasse recte* || significabant] Horatius (*carm.* III 23, 18) 'non sumptuosa blandior hostia mollibit aversos penates farre pio et saliente mica' et Tibullus (III 4, 10) 'farre pio placant et saliente sale'. *add. Masvicius* || significabant] ACERRA id est area thuralis: id quod continet pro eo quod continetur *add. D* || 16 TRASSCRIBVNT *L* TRANSSCRIBVNT *H* || 17 transscripti *LH*. *ceterum ad v.* 750 *in marg. Turonensis is qui tironianis notis usus est haec adscripsit* Transcribunt. Verbum est tractum a romana lege. illi enim dicebantur transcribi qui a romanis in colonias mittebantur. || 18 ANIMOS NIL MAGNAE L. E. *om. F* || 19 tangebantur *F* || 20 transscripti *LH* || uolentum *L* || 21 submittit *H* || 22 hic *F:* sic *reliqui* || distingitur *H* || 23 transit *H* || 24 a *om. F* || 25 originibus *F:* originalibus *NLM* oregenalibus *H* || 26 condituri enim ciuitates *F et Stephanus* || dextera *F*

intrinsecus iungebant, et incincti ritu Gabino, id est togae parte caput velati, parte succincti, tenebant stivam incurvam, ut glebae omnes intrinsecus caderent, et ita sulco ducto loca murorum designabant, aratrum suspendentes circa loca portarum. unde et territorium dictum est quasi terriborium tritum bubus et aratro.

757. GAVDET REGNO TROIANVS ACESTES suo: nomine enim eius fuerat civitas appellata.

758. INDICITQVE FORVM id est tempus et locum designat agendorum negotiorum, qui conventus vocatur. 'indicit' autem verbum iuris est. et per hoc potentem vult significare civitatem. ET PATRIBVS DAT IVRA VOCATIS dat condendi iuris potestatem his quos appellaverat patres: aut certe vocatis patribus iura distribuit. hi autem, ut Sallustius dicit, vel aetate vel curae similitudine patres appellati sunt. senatores autem alii a senecta aetate, alii a sinendo dictos accipiunt: ipsi enim agendi facultatem dabant *per senatus consulta.*

759. *ERYCINO IN VERTICE Eryx mons Siciliae supra Drepanum, ubi fuit templum Veneris Erycinae.*

760. IDALIAE Cypriae. SACERDOS alii ad tumulum, alii inverso ordine ad templum referunt, ut lucus tantum tumulo detur Anchisae, ut *in bucolicis* ⟨V 40⟩ inducite fontibus umbras pastores: nemora enim aptabant sepulcris.

768. VISA MARIS FACIES ut *alibi* ⟨848⟩ mene salis placidi vultum. vult autem istos aspectum quoque maris horrere.

769. FVGAE profectionis.

772. ERYCI ET TEMPESTATIBVS bene iunxit: procellae enim aut

4 unde et . . . aratro] cf. Isid. or. XIV 5, 22 ‖ 12 hi autem . . . dabant] exscr. Isid. or. IX, 4, 8 et 10 ‖ 13 Sallustius] Cat. 6, 6 ‖ 26 procellae . . . fiunt] exscr. Isid. or. XIII 11, 22

1 intrinsecus] in sinistra *F* untriisecus *H* ad sinistram intrinsecus *M* incincti *NHMl:* cincti *FL* ‖ ritugabino *F:* ritu sauino *N* ritu sabino *LM* libus auino *H* ‖ trogae *H* ‖ 2 capitis *F* ‖ uelati *ex* uelate *L* ‖ succinti *LH* incuruam] obliquam *F* ‖ 3 designabant murorum *F* ‖ 4 territorum *H* ‖ 5 terriborium *NHM* terrib,orium *L* (b *in ras. l*) tritorium *F* tauritorium *Isidorus* terribovium *Stephanus et Fabricius. utrum* teritorium *sive* tritorium, *an potius* teribovium *vera sit lectio dubitat Gerh. Vossius etym. ling. lat. p.* 517 ‖ bobus *LM* ‖ 6 GAVDET *om. NLHM* ‖ suo] sub *F* ‖ suo: nomine] suo nomine. sub nomine enim eius *e. q. s. Stephanus* ‖ 8 INDVCITQVE *N* ‖ designat] designificat *H* designat agendorum negotiorum] distinguendorum negotiorum definit *F* designans agendorum negotiorum definit *M* ‖ 12 appellauerant *F* ‖ 13 autem] aut *NH* ‖ 14 aetate] ut Graeci γερουσίαν dicunt ἀπὸ τοῦ γήρως *add. D* ‖ 15 enim *om. F* ‖ 16 per senatus consulta *hab. M* consulta *evanuit in F.* senatus consultum *Daniel; idem edidit Stephanus* ‖ 17 *ad* Erycino in vertice *supr. vers.* erix mons est siciliae supra drepanum ubi ueneris ericinae est fundatum templum *T* ‖ mens *F* ‖ 19 inverso] *F. Schoellius:* verso *libri* ‖ 22 sepulcris] ut in amoenitate animae forent post vitam *add. D* ‖ 24 aspectu *H*

de fluminibus, aut de montibus *fiunt*, quas περιπνοίας dicunt, *vulgo* † *peripenas appellant*.

773. SOLVIQVE EX ORDINE FVNEM ordo est: iubet caedere ex ordine, id est rite peragi sacrificium, et sic solvi funem: sic in septimo ⟨139⟩ Phrygiamque ex ordine matrem invocat, id est rite. ⟨*'funem' autem*⟩ *quo naves ad terram ligantur.*

774. TONSAE OLIVAE comptae, minutis frondibus.

775. PROCVL IN PRORA in parte extrema.

780. EFFVNDIT PECTORE QVESTVS hoc est cum dolore, ut *ait* ⟨VI 55⟩ funditque preces rex pectore ab imo.

782. PRECES DESCENDERE AD OMNES si quid invidiae est in humillimis precibus, inputandum † in nomina Iunoni. nam 'omnes' *dicendo* etiam humiles significat: unde ait etiam descendere.

783. QVAM NEC LONGA DIES id est *longum* tempus: de quo licet melius feminino genere dicamus, tamen et masculino dicimus: nam de certo die masculino tantum utendum est, *ut 'natalis meus dies est'*. PIETAS NEC MITIGAT aut Troianorum, quia pii sunt: aut certe propter illud ⟨III 547⟩ Iunoni Argivae iussos adolemus honores, quasi quae nec sacrificiis placaretur.

784. INFRACTA valde fracta, ut ⟨XII 1⟩ Turnus ut infractos adverso Marte Latinos.

785. MEDIA DE GENTE id est totius gentis potentem. EXEDISSE muliebriter *dictum:* nam inde est quod sequitur ⟨787⟩ 'cineres atque ossa peremptae'. sane 'edo' habet et rectam, sed antiquam declinationem, ut 'edo edis edit', et anomalam, ut 'edo es est':

---

20 'Infracta' valde fracta] cf. Don. ad Ter. eun. II 3, 45

---

1 fiunt *hab. M et edidit Stephanus* ‖ ΠΕΡΙΠΝΟΙΑC *N:* ΠΕΡΙΠΗΤΑC *F* ΠΕΡΙΠ//////ΝΩΥCAC *L* (*quattuor litterae deletae sunt, et* Π, ΙΠ, ΩΥ *in ras. l*) ΥΙΕΡΙΠΝΟΙ. Υ. AC *H* ΠΕΡΙΠΝΟΙΥAC *M* ‖ uulgo peripenas appellant *F* uulgo pnas *M* uulgo pnas dicunt *supr. vers. l* vulgo per pinnas *Fabricius. cf. Pap. gloss. 'pernae procellae de montibus.'* ‖ 3 caedere *F* cedere *ex* caedere *M:* accedere *NLH* (cedere *l*) ‖ 6 funem autem *suppl. Masvicius: decem fere litterae evanuerunt in F.* vel . . . . .* quo *e. q. s. Daniel* ‖ *ad* solvique ex ordine funem *supr. vers.* id est rite peragi sacrificium t. (*i. e. 'vel'*) quo naues ligantur ad terram *T. scholiastes cum* vel *posuerit, videtur* quo naues l. a. t. *non ad* funem, *sed ad* ex ordine *retulisse.* ‖ 7 comtae *N* ‖ frontibus *H* ‖ 8 extrema parte *F* ‖ 9 QVESTVS] Q *ex* V *L* VOCES *N* V *HM* voces *vulgo. scholium ad v.* 780 *in F hodie non potest legi* ‖ 11 DISCEDERE *F* ‖ quis *F* ‖ 12 humilimis *L. fort.* humilibus ‖ inputandum in nomina iunoni *NH* inputandum in numina iunoni *M* imputandum non est *reliquis omissis F* imputandum ẽ p omnia iunoni *L* (*sed* ẽ p omnia iu *in ras. l*) *et Stephanus* imputandum non est per omnia Iunoni *Daniel* imputandum est Iunoni *Fabricius, fortasse recte: nam non videtur veri dissimile, cum* IVNONINĀ *perperam scriptum esset* INNOMINA, *tum vera scriptura supr. vers. adposita, hanc in continuitatem verborum deductam, illud non deletum esse* ‖ 13 dicendo *hab. M et edidit Stephanus* ‖ discendere *F* ‖ 16 ut natalis . . . est *hab. M*, ut hic natalis . . . est *Fabricius* ‖ 17 quia] qui *L* ‖ 20 adfractos *NH* (infractos *n*) ‖ 22 tocius *L* ‖ 23 dictum *edidit Stephanus*

quarum secunda et tertia personae longae sunt propter differentiam 'sum es est'. 'edit' autem in praeterito producitur '*edi edisti* edit', ut 'legit'.

788. CAVSAS TANTI SCIAT ILLA FVRORIS bene supprimit: contra ipsam enim sunt quae Iuno in decimo ⟨92⟩ exsequitur, *ut* 'me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter'.

790. QVAM MOLEM ut *alibi* ⟨I 134⟩ *et* tantas audetis tollere moles.

791. NEQVIQVAM aut sine causa, *id est* nulla extante ratione: aut 'nequiquam' quantum ad eius pertinet mentem: unam enim navem ex omnibus vertit. *unde ait Iuno* ⟨VII 309⟩ '*quae potui infelix*'.

792. IN REGNIS HOC AVSA TVIS ut *alibi* ⟨I 138⟩ non illi imperium pelagi saevumque tridentem. ACTIS furore conpulsis, ut ⟨VII 405⟩ reginam Allecto stimulis agit undique Bacchi.

795. IGNOTAE ignobili, ut nam saepe favos ignotus adedit stellio: et dixit *ignotam* Italiae conparatione: nam ignota non erat ad quam bis Troiani venerant.

797. VELA TIBI id est per regnum tuum.

798. SI CONCESSA PETO siquidem: nam modo 'si' confirmantis est. agit autem a possibili.

800. FAS OMNE EST fas te est, hoc est possibile est, 'meis regnis fidere': nam 'fido' dativum tantum regit.

801. VNDE GENVS DVCIS ut diximus supra ⟨III 19⟩, quia feliciter est navigaturus Aeneas, *Venerem dicit a mari procreatam.* et ut fert fabula, Caelus pater fuit Saturni. cui cum iratus filius falce

---

17 nam saepe] georg. IV 242 || 27 Caelus pater . . . gaudet] exscr. Isid. or. VIII 11, 76 et 77. mythogr. III 1, 7. cf. mythogr. II 30

---

1 persona *L M* || 2 producit *libri, corr. Schoellius.* producit 'e' ut legit *Stephan. et Fabricius* producit 'e' edi edisti edit ut legit *Daniel* || 4 contra ipsam *F M:* contra ipse *N* contra ipsa *L M* || 5 ut *M et supr. vers. l:* at *F* || 9 extente *N H* (extante *n*) exstante *M* || 11 navem *om. N L H,* nauim *M* || uertit ex omnibus *F* || 12 infelix] quae memet in omnia verti vincor ab Aenea *add. Daniel* || 17 *scholium ad v.* 795 *om. F* || ignotos *N H* || 18 dixit ignotam *M:* ignotam *om. N L H,* dixit hoc *Lion* || 19 erat *Fabricius:* erant *N H M* erat *L* (n *superscr. pr. m.*) || 21 si confirmantis] sicut firmantis *H* || 22 agit] ait *L* || 23 *scholia ad v.* 800 *et ad* unde genus ducis *evanuerunt in Floriacensi, conlata sunt cum Bernensi* 167 (= *G*) || possibile est] possibiliter *G* || 24 nam *om. G* || 26 Venerem dicit a mari *in contextu,* procreatam *in marg. a correctore suppletum hab. M.* Venerem . . . procreatam *ediderunt Stephanus et Fabricius* || e mari *Fabricius*

27 celus *G* caelos *N* || cui cum *M:* cus cum *G* cui *ex* cum *N* cum *L H*

virilia amputavit, delapsa in mare sunt: de quorum cruore et maris spuma nata dicitur Venus: unde et Ἀφροδίτη dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ. sed hoc habet ratio: omnes vires usu venerio debilitantur, qui sine corporis damno non geritur: unde fingitur Venus nata per damnum; de mari autem ideo, quia dicunt physici sudorem salsum esse, quem semper elicit coitus. unde etiam myrtus ei consecrata est, quae litoribus gaudet, ut *ait* litora myrtetis laetissima. *ideo autem diximus 'Caelus pater', ut deus significaretur: nullus enim deus generis neutri est. nam caelum genere neutro elementum significat.* MERVI QVOQVE etiam praestiti, ut ⟨IV 334⟩ nec te regina negabo promeritam. alii dicunt 'militavi', ut aere merent parvo.

802. RABIEM TANTAM CAELIQVE MARISQVE ut in primo legimus.

803. IN TERRIS etiam in terris: nam augmentum est.

808. IN MARE SE XANTHVS omnia haec Homeri sunt.

809. NEC DIS NEC VIRIBVS AEQVIS id est diis iniquis, hoc est adversis: litotes figura. aut 'non aequis' non aequali favore: plures enim Graecis favebant. de matribus autem, *id est Thetide et Venere,* intellegere non possumus, quia et Thetide melior Venus est, et ei praesenti derogare nollet.

810. CVPEREM CVM VERTERE AB IMO quod proprium eius est, ut ⟨II 610⟩ magnoque emota tridenti fundamenta quatit. hinc ut supra diximus, ἐνοσίχθων dictus est. et fecit augmentum, cum se praestitisse dixit iratum.

---

7 litora] georg. II 112 ‖ 11 alii dicunt militavi] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 237 ‖ aere] Luc. X 409

---

1 amputasset *G* ‖ delapsa *G:* selapsa *NH* sed lapsa *Ln* elapsa *M*. *cf. mythogr.* ‖ quorum] curum *G* ‖ 2 afrodite *NHM* afrondite *G* affrodite *L* ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ *om. G*, ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΦΡU *L* ‖ ἀφροῦ] id est spuma *additur vulgo* 4 geritur] agitur *G* ‖ 5 salsum] adsuum *G* ‖ 6 conitus *G* ceitus *H* ‖ est *om. NH* ‖ 7 ideo autem . . . significat *hab. M, ediderunt Stephanus et Fabricius* ‖ 8 celus *M* ‖ deos *G* ‖ 9 nam *om. M* ‖ significat] unde et Οὐρανός Saturni pater graece dicitur *add. D* ‖ 10 nec te] numquam *Vergilius* ‖ 11 aere meret *G* aere/// merent *L* aerem emerent *H* ‖ 13 *ad v.* 806 *hoc scholium in marg. hab. D* GEMENTQVE REPLETI AMNES Homerus (*Il.* XXI 9) *ἐν δ' ἔπεσον . . . περὶ δίνας* et paulo post (15) *ὣς ὑπ' Ἀχιλλῆος . . . κελάδων.* ‖ 14 *ad v.* 808 *hoc scholium hab. D:* PELIDAE e. q. s. hic locus ex Homero captus est (*Il.* XX 320) *ἶξε δ' ὅθ' Αἰνείας . . . ἀπὸ χειρὸς ὀρούσας.* ‖ 15 *scholia ad vv.* 809 814 816 822, *in dextro fol.* 152ᵃ *margine scripta, evanuerunt in F* ‖ NEC DIIS NEC VIRIBVS AEQVIS id est diis iniquis hoc est aduersis litotes figura *M1:* hoc est aduersis litotes figura NEC DIIS NEC VIRIBVS AEQVIS id est diis iniquis *NLH, nisi quod* littores figura *L* litores figunt *H* et diis *om. H* ‖ 17 id est Thetide et Venere *hab. M, edidit Stephanus* ‖ 18 et Thetide] e thetide *N*, et *om. H* ‖ 20 CVM VERTERE *F:* CONVERTERE *NLHM* ‖ eius est *FLM:* est eius *NH* ‖ 21 ut] ut in *L* ‖ 22 ut *M:* et ut *F* et *NLH* ut et *n* ‖ diximus *FM:* dicit *NL* diis *H* ‖ enosicthon *F* etnoshicton *N* enosicton *LM* etnosicton *H* ‖ hinc . . . dictus] hinc et ἐννοσίγαιος dictus ἔννοσις enim conquassatio dicitur *D*. (*pro ἔννοσις . . . dicitur Fabricius* eo quod terram quatiat *edidit*) ‖ et fecit] fecit autem *F* ‖ 23 praestitisset *F*

813. PORTVS ACCEDET hic distinguendum, ne sit contrarium Veneris petitioni, quae ait ⟨797⟩ 'liceat Laurentem attingere Thybrim'.

814. AMISSVM QVEM GVRGITE QVAERES Misenum dicit, de quo legimus ⟨VI 174⟩ inter saxa virum spumosa inmerserat unda.

815. VNVM PRO MVLTIS Palinurum significat: nam falsum erit si unum voluerimus accipere: *duos enim constat occisos, Misenum et Palinurum.*

816. LAETA PERMVLSIT permulsit et laeta fecit, ut ⟨IV 22⟩ animumque labantem inpulit: aut certe perpetuum est epitheton Veneris.

817. SPVMANTIA FRENA spumas moventia.

818. FERIS equis, ut ⟨II 51⟩ inque feri curvam conpagibus alvum.

822. VARIAE COMITVM FACIES aut beluas dicit marinas secundum naturam: aut poetice deos marinos. INMANIA CETE τὸ κῆτος καὶ τὰ κήτη, ut βέλος βέλη: nam Latine sic declinari non potest. nullum enim apud nos animal generis neutri est: nisi forte 'hic cetus, huius ceti' dicamus, quod nusquam lectum est; nam dicuntur canes marini.

823. ET SENIOR GLAVCI CHORVS Glaucus *Anthedonius* piscator

---

15 'Inmania cete' τὸ κῆτος καὶ τὰ κήτη] cf. Isid. or. XII 6, 8 'Cete dicta τὸ κῆτος καὶ τὰ κήτη hoc est ob inmanitatem'. ‖ 20 Glaucus . . . mutatus est] exscr. mythogr. I 99. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VII 335 et mythogr. II 168

---

2 laurentim *F* ‖ thybrim *M*: thymbrim *F* tybrin *N* tibrin *L* tybriut *H* *ad v.* 813 *pertinent haec verba a quibus incipit Cassellani quaternionis* XIX *fol.* VII: ideo dictum aut quia illo aeneas continuo uenturus est: aut quia ibi cogniturus est quae illum regna et quae mansura posteritas, sicut ei et sibilla dictura est et, cum inferos petierit, etiam anchises: quod utrumque iuxta auernum contigit ‖ 3 QVAERES *Ln*: Q. *NM* QVE *H*, *om. C* ‖ 4 inter saxa virum s. m. u. *C*, *om. reliqui* ‖ 5 hic Palinurum *vulgo* ‖ duos enim . . . Palinurum *hab. CM* ‖ 6 duo *F* duo[s] *C* ‖ occisos] perisse *Masvicius* ‖ palinurum et misenum *M* ‖ 8 permulsit *om. H*, aut permulsit *Fabricius* ‖ laetam *L* ‖ facit *C* ‖ 9 lauantem *C* labentem *NH* ‖ est *om. C* ‖ 10 Veneris] quam Homerus vocat φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη *add. D* ‖ 11 vomentia *vulgo* ‖ 12 curuam *FCN* c. *LHM* cavam (v) *Stephanus* ‖ 14 secundam *C* ‖ 15 naturam *CM*: naturas *NLH* ‖ CETAE *C* ‖ TO KHTOC KAITA KHΓH cetos cete ut belos bele *C* τocetos // // INI.a τa cete ut belos bele *N* τo κetos //////// κeta κete ut belos bele *L* (κ, κe, κ *in ras. l*) tocetos id.a tacete ut belos bele *H* to cetos. κια. τacetote. ut belos. bele *M* graeca declinatio τὸ κῆτος κήτη ut βέλος βέλη *vulgo* ‖ 16 declinari non potest *LMn*: declinare non possunt *C* declinare non potest *NH* ‖ 17 nos] latinos *C* ‖ est netri *L* ‖ 18 caetus *M* ‖ ceti *ex* ceta *N* caeti *M* ‖ dicamus *post* forte *hab. C* canes dicuntur *C* ‖ 20 ET *om. FC* ‖ CHORVS] *om. FM*, c. *CH* chorus *in ras. l. sequitur* diximus *in N*, dicetmus *in H*, dicamus *in Vossiano et Regio Burmanni. et aliquid simile in Lipsiensi a prima manu fuisse videtur.* ut supra *supr. vers. addidit n, inde* ut supra diximus *praebent exemplaria impressa. sed in Aeneidos commentario Glauci fabulam nondum exposuit, georgica* (*cf.* I 436) *post*

fuit. qui cum captos pisces supra herbam abiecisset et eos recepisse vidisset quam amiserant vitam, intellecta herbarum potentia, esu earum in deum mutatus est: cuius hic chorum ideo senem dicit, quia etiam ipse senex fuerat. aut certe seniorem dicit propter spumarum colorem, sicut paene omnes dii finguntur *esse* marini. INOVSQVE PALAEMON Melicerta Inus filius. et notandum patronymicon a matre in auctore idoneo.

824. PHORCIQVE EXERCITVS OMNIS di qui sub Phorco agunt. hic autem Phorcus dicitur Thoosae nymphae et Neptuni filius. ut autem Varro dicit, rex fuit Corsicae et Sardiniae: qui cum ab Atlante rege navali certamine cum magna exercitus parte fuisset *victus et* obrutus, finxerunt socii eius eum in deum marinum esse conversum.

825. LAEVA TENET THETIS satis prudenter sexum debiliorem sinistrae adplicat parti.

826. NISAEE media diphthongos est.

827. VICISSIM quia reliquerat quidem socios, sed feliciter petebat Italiam.

828. PERTEMPTANT sollicitant.

829. ATTOLLI MALOS id est vela per malorum volubilitatem levari: nam cum navigaret iam, non dubium quod olim erexerant arbores.

9 hic autem Phorcus . . . conversum] exscr. mythogr. I 129 et II 167

*Aeneida interpretatus est Servius. videtur* dicamus *ex iis quae antecedunt perperam repetitum esse.* ‖ anthedomns *F* ‖ 1 fuit *om. C* ‖ recipisse *FH* ‖ 2 vitam *NLHM:* animam *FC* ‖ herbarum] earum *C* ‖ esu earum in deum mutatus est *Ml:* suarum in deum mutatus est *NLH* decerptam herbam (deceptam hebam *F*) gustauit et se praecipitauit in maria et in deum marinum commutatus est *FC et Stephanus.* ‖ 3 hic *NM et in ras. l: om. FC* idi *H* ‖ 4 etiam] et *FC* seniorem dicit *om. FC* ‖ 5 marini] maris *F* ‖ 6 inus *NH:* inous *C* inos *LM* (*evanuit hoc scholium in F*) ‖ et notandum] adnotandum *H* ‖ patronimicon *CHn* patronomicon *NLM* ‖ 7 idoneo] ideo *C* ‖ 8 di qui . . . agunt] id quo ab forco agunt *C* ‖ dii *M* ‖ 9 fortus *H* ‖ thousae *C* toosae *N* theosae *L* ‖ ut] et *C* 11 athlante *CM* hat lante *L* athlam ter *H* ‖ fuisse *C* ‖ 12 victus et *hub. C* ‖ eius socii *C* ‖ 14 TENET *NLHM:* TENENT *F* TENAT (ENT *superscr.*) *C* ‖ 16 NISAEIS *F* NISAEES *C* NISEE *H* ‖ diphtongus *F* diptongus *CLM* dipthongos *N* dyptongus *H* ‖ *quae in sinistro fol.* 152b *margine scripta erant scholia ad vv.* 829 832 *sq.* 837 *sq.* 840 843 (*ad* Iaside) 844 *sq.* (*ad* Pone caput) 847 849 (*ad* Iubes) 850 (*ad* Aenean credam) 855 *evanuerunt in F, cum Bernensi* 167 (= *G*) *conlata sunt* ‖ 17 relinqueret *L* (*corr. l*) ‖ petabat *NLH* petbat *M* (e *superscr. m. pr.*) ‖ 20 MANVS *H* uolunitatem *C* (*corr. m. pr.*) uelubilitotem *H* ‖ 21 cum *om. H* ‖ auigaret *G* iam *om. GC* ‖ non dubium est quia *C* ‖ erexerat *CL*

830. FECERE PEDEM *id est* podiam, *hoc est* funem, quo tenditur velum. SINISTROS NVNC DEXTROS pro aurae mutabilitate.

832. CORNVA antemnarum extremitates. SVA FLAMINA prospera, a puppi venientia.

833. PRINCEPS ANTE OMNIS unum *verbum* vacat.

835. MEDIAM CAELI METAM perite locutus est: nam medium caelum meta est ἀναβιβάζοντος circuli, qui medius est inter ortum et occasum. a medio autem caelo et finitur ortus, et occasus incipit siderum. alter est ὁρίζοντος, qui segregat aspectum huius caeli ab alio invisibili nobis.

837. SVB REMIS FVSI PER D. S. N. id est requierant paululum, sic remos tenentes.

838. LEVIS vel adventu vel discessu: nam levis in utroque est.

839. DISPVLIT VMBRAS nam semper deos ambit nimbus.

840. TE PALINVRE PETENS factiose adgrediens, adpetens. *et sciendum in maius celebrari Palinuri mortem more poetico, quem dormientem in undas cecidisse constat † missum.* SOMNIA soporem. bene autem discernit ista Vergilius, ut 'Somnum' ipsum deum dicat, 'somnium' quod dormimus, 'insomnium' quod videmus in somnis, ut ⟨VI 896⟩ sed falsa ad caelum mittunt insomnia manes.

843. IASIDE fili Iasi. FERVNT IPSA AEQVORA CLASSEM id est et aestu et aura nostris utimur.

844. AEQVATAE SPIRANT AVRAE prosperae, ut ⟨IV 587⟩ aequatis classem procedere velis.

845. PONE CAPVT bene particulatim ad id venit, quod aperte

---

3 'Cornua' antemnarum extremitates] cf. Isid. or. XIX 2, 7 ‖ 17 bene autem e. q. s.] cf. Isid. diff. verb. 542

---

1 id est *hab. C* ‖ podiam *libri*, podium *Salmasius exercit. Plin. p.* 400. *fort.* πόδα. *possis et* propedem. *cf. Isid. or.* XIX 4, 3 ‖ funem *om. H* ‖ quo] po *H* 2 velum] quod Graeci πόδα vocant ut est apud Pindarum et Aristophanem *add. D* ‖ 3 antempnarum *ex* autemnarum *C* antempnarum *N* antemnarum *ex* autemarum *M* ‖ extremitatem *NLH* ‖ 5 vacat] cacat *G*. quae figura ἐκ παραλλήλου dicitur cum unum ad alterius expositionem venit *add. D* ‖ 6 *scholium ad v.* 835 *hodie lĕgi non potest in F* ‖ 7 ἀναβιβάζοντος] *om. C* anabibanzontis *NLH* anabibazontis *M*. id est adscendentis *add. Fabricius* ‖ 8 occasus *Ln*. siderum *vulgo additur* ‖ a medio . . . ortus *om. N* a medio . . . et occasus *om. LH* (a medio enim caelo et ortus et occasus finitur *supr. vers. l* ‖ autem] enim *M* ‖ 9 altior *Schoellius* ‖ ὁρίζοντος] *om. C*, orizontis *LHM* ‖ 11 requieuerunt *C* 13 auentu *G* aduentum *H* ‖ discesu *C* discessum *H* ‖ in utroque leuis *GC* leuius *H* ‖ 15 et sciendum . . . missum *hab. C, ediderunt Stephanus et Fabricius* 17 in undas cecidisse constat missum *GC* in undas constat missum *Stephanus et Daniel* cecidisse in undas satis constat *Fabricius*. constat, ut Miseni *Schoellius*. *fort.* i. u. c. c., non inmersum a Somno. *cf. A.* VI 348 ‖ sopor *GC* ‖ 19 somnium] somnum *G* ‖ quo dormimus *GC* ‖ somniis *NH*. sed *add. LM* if. *add. H* ‖ 21 iasi filius *G* iasi fili *C* ‖ iasii *Ml* ‖ 22 nostra *C* ‖ 24 procedere] componere *C*

dictum refutaretur. LABORIS ex intuendis sideribus. PAVLISPER *hoc est* paululum, dum tu quiescis.

847. VIX ATTOLLENS LVMINA aut a sideribus removens, aut certe numinis praesentia praegravatus: quod est melius: nam et sequens eius oratio turbata est, quod et semiplenae indicant elocutiones.

848. VVLTVM mutabilitatem, *quae fit* pro qualitate ventorum.

849. IVBES vis. ut ⟨II 3⟩ infandum regina iubes renovare dolorem. MENE HVIC CONFIDERE MONSTRO? subaudis 'vis', '*iubes*'.

850. AENEAN CREDAM QVID ENIM per contrarium *dicit:* cur Aeneam non committam caelo et auris fallacibus, qui sum totiens serenitatis fraude deceptus? 'quid enim' quid ni? cur non?

851. FRAVDE SERENI serenitatis: ut ⟨II 427⟩ et servantissimus aequi. *alii legunt 'deceptus fraude caeli sereni.'*

855. VIQVE SOPORATVM STYGIA morte plenum. VTRAQVE TEMPORA pro 'utrumque tempus'.

856. CVNCTANTI quasi reluctanti. NATANTIA errantia somni vicinitate.

858. CVM PVPPIS PARTE prooeconomia: ut triduo natare potuerit.

862. CVRRIT ITER ut Cicero ite viam, redite viam. TVTVM praesidio Neptuni.

864. SIRENVM Sirenes secundum fabulam tres, parte virgines fuerunt, parte volucres, Acheloi fluminis et Calliopes musae filiae. harum una voce, altera tibiis, alia lyra canebat: et primo iuxta Pelorum, post in Capreis *insulis* habitaverunt, quae inlectos suo

---

6 'Vultum' mutabilitatem] cf. Isid. diff. verb. 589 ‖ 19 Cicero] pro Mur. XII 26 ‖ 21 Sirenes e. q. s.] exscr. mythogr. I 42. III 11, 9. Isid. or. XI 3, 30 sq. cf. mythogr. II 101

1 refutaretur] reputaretur *G* reueretur *C* ‖ 2 hoc est *hab. C* ‖ quiescis] quiescit *F* descis *H* ‖ 3 ADTOLLENS *GNH* ‖ a *om. G* ‖ 4 grauatus *C* pergrauatus *L* ‖ 5 ratio *L* ‖ quod et] quem *G* quam *C* ‖ semiplenẽ *G* semiplaene *C* semiplene *H* ‖ 6 quae fit *hab. C, ediderunt Stephanus et Fabricius* ‖ pro] per *C* qualitatem *CH* ‖ 8 subaudis *om. H* ‖ 9 QVID ENIM *om. Lion* ‖ dicit *hab. C* 10 non *om. G* ‖ tociens *L* ‖ 11 ni cur non *om. H* ‖ 13 alii . . . sereni *hab. CM, ediderunt Stephanus et Fabricius* ‖ 14 *scholia ad* Vtraque tempora, Natantia, Cum puppis parte, Tutum, Sirenum, Nocturnis rexit in undis, Casu amici, Pelago confise, Ignota *in dextro fol.* 153ª *margine scripta evanuerunt in F* ‖ 15 pro] per *HM* ‖ utroque tempore *C* ‖ 18 potuerit *ex* potuerat *N* potuerat *H* ‖ *ad v.* 856 *is qui tironianis notis usus est in marg. Turonensis haec adscripsit:* prooechonomia id est praedispensatio cum dicit eum cum gubernaculo proiectum fuisse in mari (*leg.* mare). ignoraretur enim quomodo per tres dies in mari uiuere potuerit nisi praemissum esset eum gubernaculum secum traxisse cui natando incumbebat uel etiam aliquando in eo sedens repausabat. *his similia sunt quae vulgo post* potuerit *eduntur* nam nisi cui adhaereret (adhaeserit *Lion*) natans per mare, effugere non potuisset pelagus. 21 tris *C* ‖ 22 acheloi *CMl:* acaelo *N* acelo *LH* ‖ 24 capreis *CMl mythogr. I:* caphereis *NLH* caphareis *mythogr. III* ‖ insulis *hab. CM* insula *Masvicius* intellectus *H*

cantu in naufragia deducebant. secundum veritatem meretrices fuerunt, quae transeuntes quoniam deducebant ad egestatem, his fictae sunt inferre naufragia. has Vlixes contemnendo deduxit ad mortem. 'Sirenum' autem genetivus *pluralis* est veniens ab 'hac Sirene'.

866. TVM RAVCA ac si diceret, antehac delectabili voce resonabant, tunc fluctibus solis. et bene imitatus est maris stridorem 'sale saxa sonabant'.

867. AMISSO FLVITANTEM E. M. naturale enim est ut fluctuet navis sine gubernatore.

868. NOCTVRNIS REXIT IN VNDIS dat ei hoc et in decimo ⟨218⟩, ut ipse sedens clavumque regit velisque ministrat.

869. MVLTA GEMENS nomen pro adverbio: *hoc est multum et satis gemens.* CASV AMICI propter ruinam adlusit ad nomen.

870. PELAGO CONFISE hoc est quod supra Palinurus excusat.

871. NVDVS insepultus, *mortuus: ut et freta destituent nudos in litore pisces. singula autem legenda sunt, ut ad dolorem gradus fiant.* IGNOTA peregrina, ante non visa: nam in sexto ⟨358⟩ dicturus est paulatim adnabam terrae, iam tuta tenebam. sciendum sane Tuccam et Varium hunc finem quinti esse voluisse: nam a Vergilio duo versus sequentes huic iuncti fuerunt: unde in non nullis antiquis codicibus sexti initium est obvertunt pelago proras, tum dente tenaci.

---

16 et freta] buc. I 60

---

1 cantu in] camtui *C* ‖ deducebant] tenebant *C* ‖ 2 quae] quiae *C* ‖ quoniam] quos *C* ‖ 3 contempnendo *NM* ‖ deduxit] coegit *C* ‖ 4 hac] a *N* ha *H* ac *n* ‖ 6 ante huc *F* ‖ uocẽ *H* ‖ 7 fletibus *M* ‖ 11 dat ei] ratem iu *C* ‖ 12 ut] et *L* 13 multum . . . gemens *hab. C,* pro multum . . . gemens *M* ‖ 14 propter . . . nomen] adlusit propter ruinam dicens casum *C* ‖ 16 mortuus . . . pisces *hab. C,* moriturus *in lac. add. m* ‖ 17 singula . . . fiant *non edidit Daniel.* gradus *scripsi pro* gratus. *Cassellanus pro his post* Ignota *haec praebet* signla autem legend ut ad dolorem moueant mentes audientium ‖ 18 ante non visa *om. H* ‖ 19 dictus *L, corr. l* ‖ iam tuta tenebam *C* iam t. tenebam *LHM* iamque arva tenebam *vulgo* ‖ 20 uarum *CNM* uarrum *L* uaram *H* ‖ hunc] bunt *H* ‖ fine *L* ‖ quinti esse *in ras. l* ‖ quinti] v *CHn* $\overset{\text{ti}}{\text{u}}$ *N* v *M* ‖ 21 a] in *C* ‖ duos *LHM* ‖ 23 tunc *NLH* ‖ P̄. VIRGŁ MARONIS COMMENTORV̄ AENEIDOS LIBER V EXPLICIT *C* EXPLICIT LIBER .V. INCIPIT LIBER .VI. *M*

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

Critico ad duos priores Aeneidis libros commentario satis multa addenda sunt. nam ex quo prior huius voluminis fasciculus foras datus est et oblata occasione viri quidam docti Servii verba a librariis corrupta emendaverunt et Franciscus Pauly scholasticum libellum (Graz 1879) edidit qui totus ad primi et secundi libri commentarios corrigendos pertinet. gratias ago viro doctissimo quod rogatus a me permisit, ut e coniecturis illo libello comprehensis hoc loco eas commemorarem quibus emendatio scholiorum expedita esse videretur. quod ex eis quae olim viri docti ad emendandos commentarios invenerunt haud pauca non sunt a me suis locis prolata aegre fero: veluti Car. Andr. Dukeri in primum Aeneidis librum adnotationes, quas Burmannus vol. I p. LXXVII sqq. post indices notarum in Vergilium edidit, nuper forte fortuna me invenisse fateor.

Serviani commentarii codicibus praef. p. LXXVII sqq. descriptis addo Budapestinensem 199 saec. XI, qui Vergilii carmina cum Servii scholiis continet. in primum et secundum Aeneidis librum commentarios cum eo contulit Ernestus Finàczy, qui quae exscripsit Hageno misit. codicem eius generis esse cuius e meis libris *BM* sunt is qui eum contulit ipse cognovit.

*p.* 7, 18 *cf. Serv. comm. in Don. p.* 415, 37 *sqq. K.*

*p.* 10, 1 quod et superiorem partem significat ut maia *e. q. s. Cassellanus.*

*p.* 12, 7 quoniam a diis ortos esse recognoscebant *Putschium (ad Sall. Cat.* 6) *coniecisse refert Dukerus, qui ipse negativam particulam inserendam esse censet.* quoniam nullis aliis ortos *A. R. litt. Centralbl.* 1879 *p.* 1060.

*p.* 12, 15 si iam tum erant Latini *Pauly.*

*p.* 14, 23 has musas Siculus Epicharmus multas sed ὁμονοούσας dicit *Dukerus.*

*p.* 17, 18 *adnot. crit.* porro *in Danielis appendice e Fuldensi Scioppius, qui haud scio an ea voce usus sit, ut scholiorum ad v.* 13 *in Fuldensi adscriptorum qui esset ordo significaret.*

*p.* 22 *adnot. crit. lin.* 15 concelebraverunt *pro* consecraverunt *Dukerus.*

*p.* 23, 13 *adnot. crit. de Cassellani additamento cf. ad Aen.* IV 198.

*p.* 23, 15 *lege* GANYMEDIS.

*p.* 24, 6 *Theodotii qui hoc loco nominatur nuper mihi in mentem venit cum legerem Theodontium quendam inter auctores Pauli Perusini fuisse cuius commentariis Boccacius in libro de deorum genealogia usus est.*

*p.* 24, 25 *distingue* causa: nam alibi . . . Achillis: ut Sallustius *e. q. s.*

*p.* 25, 5 *adnot. crit. praeter Lachmannum commemorandus erat Bernaysius mus. Rhen.* VI *p.* 479.

*p.* 30, 10 antiqui non Iovis solius putaverunt *Dukerus.*

*p.* 32, 15 *distingue* Iuno, hoc est aër, subiectus *e. q. s.*

*p.* 33, 2 aut honores redduntur *Cuperus observ.* II 1, *probavit Dukerus.*

*p.* 36, 9 profundum potest et ad maria et ad terras referri *Dukerus.*

*p.* 37, 17 *aut* ut possit praestare qui petitur *secludenda, aut* id est *post* petitur *inserendum esse censet Pauly.*

*p.* 38, 26 dedisset. sed cum Tyrrhenus *Pauly.*

*p.* 39, 21 *adnot. crit. Dresdensis scriptura hoc modo proferenda erat* VICTOSQVE PENATES ne timeat Aeolus penates laedere tacite *e. q. s.*

*p.* 39, 25 et iam tu eis *Pauly.*

*p.* 40, 1 ordo est inversus; ante enim *Pauly.*

*p.* 40, 16 *distingue* cogitur aër, ex nubibus *e. q. s.*

*p.* 41 *adnot. crit. lin.* 6 *Statii verba sunt Ach.* I 101.

*p.* 41, 19 dicendo enim 'conubio' nuptum ostendit legitimum *vel* nuptam ostendit legitimam *Pauly.*

*p.* 45, 5 quod quando appellativum est turbo turbinis facit *Pauly.*

*p.* 48, 1 *cf. Serv. comm. in Don. p.* 411, 1 *sqq. K.*

*p.* 48, 8 cf. *Aesch. Prom.* 960 *Herm.*

*p.* 49, 4 *lege* Deipyles. *ceterum ad v.* 471 *in margine Fabriciani exemplaris haec Daniel adscripsit* TYDIDES Tydides Diomedes Tydei et Deipsedes Adrasti filiae filius qui post captum Ilium ad Italiam uenit quod plenius in undecimo libro habes. Eo tempore statua cum in templo Apollinis Delfici staret ui quadam diuina ad Corcyram migrauit et cum hostes oppugnatum Corcyram uenissent uisa est muros Corcyreorum defendere, nam eius cõmunit aom hostibus fugatis Corcyra bello excepta est.

*p.* 52, 3 *vel* modo propter tempestatem, non ut quidam tradunt *vel* modo p. t. vel ut q. t. tranquillo mari. sed quemadmodum *e. q. s. Dukerus.*

*p.* 52, 17 latentem *Dukerus.*

*p.* 52, 18 *sqq. ad v.* 117 *Daniel in marg. exempl. Fabric. adscripsit: post* hiemem (*lin.* 19) *add.* unde (inde *Scioppius*) et torquet iacit dicimus, *post* fert (*lin.* 21) *add.* ut.

*p.* 52, 24 *cf. Pomp. comm. p.* 310, 10 *K.*

*p.* 54, 17 mare vertice periculosum *Pauly.*

*p.* 57, 13 ab imo vado *Pauly.*

*p.* 61, 1 gloriosissimi *Dukerus et Pauly.*

*p.* 63, 8 inverso; 14 AC VELVTI MAGNO IN POPVLO C. S. C. E. tempestati populi motum comparat, ut Tullius populo tempestatem; 22 ait in VI de re publica *vel* ait VI de re publica *Pauly.*

*p.* 67, 10 regiae *Dukerus.*

*p.* 72 *adnot. crit. lin.* 2 *lege* torrere.

*p.* 78, 4 graviorum; 11 nam modo rabiam *Pauly.*

*p.* 89, 13 *sqq. cf. Cornif. rhet. ad C. Her.* I 8, 13 *et Cic. de inv.* I 19, 27.

*p.* 89, 27 utrum fatis bonis an praesentibus *Kvíčala Vergil-Stud.* I *p.* 95 *Anm.*

*p.* 90, 9 Helicaone et Polybo *Dukerus. cf. Il.* III 123 *et* XI 59.

*p.* 90, 11 acceperat ut eo loco conderet *Pauly.*

*p.* 91, 4 Phthiae *Dukerus.*

*p.* 92, 26 *sqq. cf. Messala Corv. de Aug. prog.* XI (*p.* 340 *ed. Bip.*).

*p.* 93, 17 quia eas non perisse *Dukerus.*

*p.* 98, 19 L. Caesar *Iordanus Herm.* III *p.* 418.

*p.* 98, 20 *ἰοβόλον Dukerus.*

*p.* 98, 30 sic autem . . . inveniuntur CCCXL] *cf. Ungerus mus. Rhen. vol.* 35 *p.* 29 *sq.*

*p.* 100, 24 impersonali *Pauly.*

*p.* 101, 8 dant *et* appellant *Dukerus*, dat *et* appellat *Pauly.*

*p.* 102, 11 *sqq. cf. Solinus* I 1 *sqq.*

*p.* 102, 14 appellatam. alii dicunt *Pauly.*

*p.* 102, 20 sumpsisse *pro* suasisse *Dukerus.*

*p.* 102, 21 *adnot. crit. lege* fortasse 'filii filium Romulum'. *ceterum idem proposuit Dukerus.*

*p.* 103, 5 αἰγίοχος; 24 Lavinio enim et Albae finem statuit: Lavinio triennium, Albae trecentos: Romanis tribuit aeternitatem *Dukerus.*

*p.* 104, 22 unumquodque *Dukerus.*

*p.* 105 *adnot. crit. lin.* 2 *post* Achiuum *adde* XI 266.

*p.* 106, 13 *lege* Philippicis ⟨II 43, 110⟩.

*p.* 107, 16 ipsa enim . . . datur intellegi *post* invocantur (*lin.* 14) *collocanda esse censet Pauly.*

*p.* 107 *adnot. crit. lin. extr. pro* noluut *lege* uolunt.

*p.* 109, 14 exeuntibus *pro* euntibus *Pauly.*

*p.* 111, 19 hinc ergo decus apicis quod insigne flaminum fuit *Georgius Wissowa sentent. controv.* XI.

*p.* 115, 4 Haemimontanorum *Dukerus.*

*p.* 115, 7 est *post* facta *secludit*, 9 equites sua celeritate *coniecit Pauly.*

*p.* 116, 13 *sqq. cf. Pomp. comm. p.* 251, 23 *K.*

*p.* 116, 22 *distingue* hic 'maculosae' demonstrandi est. sane Lyncus *e. q. s. ceterum cf. Hygin. fab.* 259.

*p.* 118, 23 aut 'tandem doceas' quod vix hucusque cognoscere contigit. aut 'quo tandem', et expletiva particula est *Pauly.*

*p.* 119 *adnot. crit. lin.* 6 *lege* 'collisio *BM*'.

*p.* 121, 4 *lege* Mettes. *cf. Meltzer Gesch. der Karth. p.* 463.

*p.* 121 *adnot. crit. lin.* 9 *lege* 'carta *Laur. LII Bern.* 172 cartha *CM*'.

*p.* 125 *loc. sim. lin.* 2 *lege* cf. Isid. orig I 43, 3 sqq.

*p.* 128, 2 fit ita *Pauly.*

*p.* 129, 7 *debuit Servius scribere* in secundo humanarum. *cf. Gruppe die Ueberlief. der Bruchst. von Varros antiquit. rer. hum. p.* 6.

*p.* 137, 15 templum *Pauly.*

*p.* 140, 16 legitur apud quosdam, a Bruto eis qui se in eiciendis regibus iuvissent lectis in consilium ordinem senatum appellatum *Pauly*; 19 in consilium senatus a Romulo separatos *Dukerus*; 20 qui post a Servio Tullio e plebe allecti sunt. alii senatum a senectute hominum qui ibi (*vel* in illo) erant *Pauly.*

*p.* 140 *adnot. crit. lin.* 14 *lege* 20 *pro* 22; *lin.* 15 *lege* 21 *pro* 22.

*p.* 141, 5 *lege e Dukeri coniectura* aut quia ita Graecis.

*p.* 141, 27 *distingue* turbam. aut florentia, nec enim de flore erant facta: floream coronam dicimus.

*p.* 145, 21 ita e templis; 23 erant enim; *p.* 146, 2 alibi ubi et communia *vel* omnia communia agi possent *Pauly. fortasse* alibi omnia publica ibi agi posse. *cf. ad Aen.* IV 200.

*p.* 146, 21 χαλκόπεδον *Pauly.*

*p.* 149, 13 ἀνθρώπινα *Duebnerus Zeitschr. f. Alterthumsw.* I *p.* 1226.

*p.* 151, 27 *cf. Plaut. Pseud.* 545 *Fl. Asin.* 575 *Fl.*

*p.* 159, 2 moribus patris autem ad didonis *e. q. s. exhibet Cassellanus, in cuius archetypo Duebnerus l. l. haec fuisse coniecit* moribus patriis. 'viris' autem ad Didonis *e. q. s. ego edere debui* moribus patriis. quod autem dixit 'viris' ad Didonis *e. q. s.*

*p.* 162, 24 altera quae est Italia *cum Hamburgensi Pauly.*

*p.* 164, 2 plures a Tarente Taenari nepote de Saturia Minois regis Cretensium filia *e Probi ad georg.* II 176 *scholio O. Iahn mus. Rhen.* VI *p.* 478. *idem post* filia *non nulla intercidisse statuit quibus scholiasten narrasse suspicatur Italiam Tarentis filiam fuisse et ex ea regionem nominatam esse. post* dictam *autem* aiunt *supplet.*

*p.* 164, 15 lingua ita *Pauly.*

*p.* 166, 4 per syncopen quae fit quotiens *Pauly.*

*p.* 167, 12 nam si 'fuit' dixisset fiduciam non habuisse videretur *Dukerus.*

*p.* 170, 17 a 'fervere' *Pauly*, 19 Sicanos se nominasse *Dukerus*.
*p.* 172, 17 *cf. Hygin. fab.* 258 *et comm. Luc.* I 544.
*p.* 173, 3 *sqq. cf. Hygin. fab.* 260.
*p.* 177, 7 si non . . . conceditur *vel* contingit conspicere *Pauly*, si non . . . contigit conspicere *A. R. l. l.*
*p.* 178, 14 serva me obsecro. NEC QVICQVID VBIQVE EST ab utroque impossibilitatem *scil.* 'dicit' *Dukerus*.
*p.* 181 *adnot. crit. lin.* 3 *ante* sed] *adde* 5.
*p.* 181, 26 *e G. Vossii ad Vell. Pat.* I 1 *coniect. lege* vel eius et fratris filium.
*p.* 182, 12 sed de hac re . . . continet *post* praestitum (*lin.* 10) *collocat Pauly*.
*p.* 182, 15 *cf. Isid. or.* IX 2, 74.
*p.* 184, 21 ut si *Dukerus*.
*p.* 185, 18 ab antiquo . . . Belo *Stat. Theb.* VI 61.
*p.* 187, 20 solverat, ut nota omnibus fabula traditum est *e. q. s. Pauly*.
*p.* 191, 24 *pro* cerealea *lege* cerealia.
*p.* 194, 8 *post* ut supra *adde* I 223.
*p.* 194, 12 sed est *Pauly*.
*p.* 195, 13 *distingue* supra, item
*p.* 206, 18 id est quae ipsi scite modulatus est Atlas. hic *e. q. s. Pauly*.
*p.* 208, 3 haec autem ursa ut fabulae, 19 sed et de pluribus *Pauly*.
*p.* 209, 14 sub pro circa *post* supra *add. Thomasius essai* p. 172.
*p.* 210, 5 hoc ait in Troianorum favorem *Pauly*.
*p.* 213, 20 Asinius *secludit Bergkius Zeitschr. f. Alterthumsw.* 1845 p. 119 *sq.*
*p.* 214, 21 odi novi memini similia *Pauly*.
*p.* 216, 21 *cf. Isid. or.* XIV 8, 38.
*p.* 221, 21 *sqq. cf. Pomp. comm. p.* 268, 8 *K.*
*p.* 223, 6 vidit, iterum fugisse dicitur *Pauly*.
*p.* 229, 18 sane 'quodcumque fuerit' vetusta *Pauly*.
*p.* 236, 2 et ut eos ostendat; 5 Troianos laudando sibi favorem conciliat; si enim . . . probatur *Pauly*.
*p.* 241, 12 tempore modo materia *Pauly*.
*p.* 242, 7 hinc est aequitas et aequum *secl. Pauly*.
*p.* 254, 10 iusta ita *pro* ista *Pauly*.
*p.* 255, 9 quorum lapsu fluctus movebantur, quia ante ait *Pauly*.
*p.* 256, 20 tristis senectus *sunt georg.* III 67.
*p.* 263, 15 *cf. Aur. Vict. or. gent. Rom. cap. 1 extr.*
*p.* 266, 6 comptus *pro* tonsura *Pauly*.
*p.* 267 *adnot. crit. lin.* 9 *lege* utile.
*p.* 268, 24 adeunt magistratum *conieci quaest. Serv. p.* 69.
*p.* 269, 25 sonitu ita interruptus *e. q. s. Pauly*.
*p.* 271, 1 bene 'proximus'; nam primam *e. q. s. Pauly*.
*p.* 271, 18 in tecto *quid sibi velit intellegi posse negat Pauly et* infectum *proponit. at cf. e.* 302 '*excutior somno et summi fastigia* t e c t i a s c e n s u s u p e r o'.
*p.* 272, 22 ideo addidit alterum id est arcis. et est 'arcis' *e. q. s. Pauly*
*p.* 280, 25 ANGVEM *cum Servii sit rectis litteris erat imprimendum.*
*p.* 283, 1 totius temporis *Pauly. fortasse* tempus *recte omittunt PC.*
*p.* 284, 17 *lege* MORITVRVS.
*p.* 288, 9 *cf. Cled. ars p.* 47, 7 *et Pomp. comm. p.* 192, 30 *K.*
*p.* 289, 4 verbum iuris, ut actus, haustus *Pauly*.
*p.* 289 *adnot. crit. ad v.* 456 *verba* notandum . . . sequentium *Burmanni sunt.*

*p.* 295, 22 aut novas . . . adfinitatis *et* 25 est autem . . . repetitio, *quae ipsa Pauly post* miseratione (*lin.* 12) *collocanda esse putat, Fabricius edidit.*

*p.* 297, 3 alii dicunt quod . . . captus, sed ad . . . tractus occisusque sit iuxta *e. q. s. Pauly.*

*p.* 298, 25 nec multo post in locum eius arbor lauri nata *Pauly.*

*p.* 298 *adnot. crit. lin.* 11 *lege* versa *pro* versam.

*p.* 304, 11 quom Sertorio neque erumpere tam levi copia in animo esset *Pauly.*

*p.* 311, 3 quod *vel* quare *pro* quia *Pauly.*

*p.* 311, 9 vel tum vero . . . saevientes *edidit Fabricius.*

*p.* 312, 14 *cf. Aur. Vict. or. gent. Rom. cap.* 9.

*p.* 317, 23 ideo et quicquid di mittunt oritur *vel* ideo et quod di mittunt monstrum *Pauly.*

*p.* 318, 2 *cf. schol. Veron. ad Aen.* IV 158.

*p.* 320, 17 significantiora *Burmannus.*

*p.* 327, 27 *scholium ad* AVSVS *edidit Fabricius.*

*p.* 331, 17 hoc est autem . . . agnovit *edidit Fabricius.*

*p.* 332, 4 *lege* est *pro* et.

*p.* 335, 7 ab hac populos dimidios *olim conieceram.*

*p.* 336, 1 *lege* LACRIMANS.

*p.* 336, 19 set Varro *A. R. l. l.*

*p.* 347, 5 *adnot. crit. quod ex Turonensi adscriptum est conferatur cum Servianis ad Aen.* II 15.

*p.* 351, 7 *distingue* Doridi, gratissima.

*p.* 354, 1 *cf. Aur. Vict. or. gent. Rom. cap.* 9.

*p.* 356 *adnot. crit. lin.* 16 *lege* sit *pro* est.

*p.* 369, 1 Luae *pro* Lunae *Deecke etrusk. Forsch.* IV *p.* 51.

*p.* 374, 10 *commemorandum erat Servianum ad* DICTAEA *scholium in Floriacensi deesse.*

*p.* 383, 23 *sqq. cf. Isid. or.* XVII 7, 67.

*p.* 387 *adnot. crit. lin.* 1 *ante* hesas *adde* ‖ 3.

*p.* 396, 5 *lege* 307.

*p.* 415, 10 *lege* Nautiorum. *cf. ad Aen.* V 704.

*p.* 416, 12 *distingue* olim: praesentis, ut: *quamquam fortasse* praesens, ut *scribendum est.*

*p.* 418, 11 *cf. Isid. or.* XIII 18, 5.

*p.* 420, 23 *lege* ut ⟨I 453⟩ namque.

*p.* 424, 7 notandum *pro* nothum *A. R. l. l.*

*p.* 425, 23 *lege* ἀνακόλουθον.

*p.* 428, 14 *cf. Aur. Vict. or. gent. Rom. cap.* XVIII.

*p.* 434 *adnot. crit. lin.* 15 *lege* armenta.

*p.* 436, 9 *lege* iuvenum, 11 *fortasse* filias.

p. 451, 14 *distingue* amatus ab Apolline, vel ut alii, a Silvano. qui cum *e. q. s.*

*p.* 452, 14 *cf. Prisc.* XV, 2 (II *p.* 61, 20 *H.*)

*p.* 454, 11 undosum vero, quod usque illuc vertigo aestuantis Charybdis dicitur pervenire *Georgius Wissowa sentent. contror.* XII.

*p.* 499 *adnot. crit. lin.* 7 *post* adnot. 3 *adde:* et factum est *F.*

*p.* 506 *adnot. crit. lin.* 8 *lege* T *pro* F.

*p.* 522 *adnot. crit. lin.* 10 *post* aula *adde* T.

*p.* 526, 22 bonis *pro* novis *Ribbeckius prol. p.* 189.

*p.* 530, 30 cum *pro* ut, *quod cum Floriacensi edita exemplaria praebent, Marquardt Handb.* VII *p.* 49 *adn.* 5.

*p.* 553, 10 victum diversum diversis *Kvíčala neue Beitr. p.* 137.

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY